


5


A
22
357






111856257

S. S. S.
S. S. S.
S. S. S.
S. S. S.





ANTIGOSTINII
HIPPONIENSIS

CONFESSORIS
TOMAQUINTUS,

Confessio T. M. L. sive de Deitate Dicitur

popo, etiam etiam multo me trahit, quoniam non possum
quicquam propositum, confitendum, quod adhuc nescio,
hancem prout possem agere, sed adhuc
et omnia sibi dicere.

Quae secundis impressis recognoscas, & censuas.



THESS. APVD IVNTAS
M D LXXXVIII

Expo
comor
S. off
liberer
como
enepte
Aug?

172

DIVI AVRELII
AVGVSTINI
HIPPONENSIS
EPISCOPI, OPERVM,
P. de la lib. B. de este lant. P. del Colm. T.
Tomus quintus,

Continens XXII. Libros, De ciuitate Dei:

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, bæterica præuitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recens impressus, recognitus, & emendatus.
Opera S. B. N. Augustini à Peccariis critica

Ex purgue este libro
contar revisor por el
S. officio assi de las
librerias comunales
como particulares
en este N.^o Convo^o de S.
Augⁿ N.^o P. de Cádiz

1720



VENETIIS, APVD IVNTAS,
M D LXXXIIII.

Opera Santi Patris fratris V. A. acerbiarum Visiata

AVGVSTINI HIPPOENEISIS

EXEMPLARIS LIBRARIÆ COMMUNICATIUS
TYPIS CATHOLICIS
EX LIBRIS M. J. DE LAURENTIIS
EX LIBRIS M. J. DE LAURENTIIS
EX LIBRIS M. J. DE LAURENTIIS

Nunc tecum impieulus, tecogutius, & tecumq[ue] jatis.

Prest Augus tni Confactus fulmine tongue
Jupiter, et falsi legem iuvare nra



VENETIIS APUD IAVNTAS
M D LXXXVII

D. AVRELII AVGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI.

Ad marcellinum, De ciuitate Dei,

Contra Pelagianos.

L I B E R P R I M V S.

De aduersariis nominis Christi, qibus in vastatione orbis propter Christum
Barbari pepercerunt, vicit.

Caput. I.



Bac. 2 Lorisissimam Ciuitatem Dei, sive in hoc temporum cursu, cum inter impios peregrinatur ex fide viens, sive in illa stabilitate sedis eternae, quam nunc experietur per patientiam, quo ad usq; iustitia conuertatur in iudicium, deinceps adeptura p excellentiam victoria ultima & pace perfecta, hoc opere ad te instituto, & mea promissione debito, defendere aduersus eos, q conditori eius deos suos preferunt, filii charissime Marcelline suscepit. Magnum opus, & arduum, sed Deus adiutor noster est. Nam scio, quibus viribus opus sit, vt perluadeatur superbis, quata sit virtus humilitatis, qua sit vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia, non humano usurpata fastu, sed diuina gratia donata celsitudo transcendat. Rex enim Deus & conditor ciuitatis huius, de qua loqui instituimus, in scriptura populi sui sententiam diuinæ legis aperuit, qua dictum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hoc vero quod Dei est superbæ quoq; animæ spiritus inflatus affectat, amatq; sibi in laudibus dici: Parcere subiectis & debellare superbos. Aene. 6. Vnde etiam de terrena ciuitate, que cum dominari appetit, & si populi seruant, ipsa ei dominandi libido dominatur: non est pretereundum silentio, quicquid dicere luscepti huius operis, ratio postulat, & facultas datur. Ex hac namque existunt inimici, aduersus quos defendenda est Dei ciuitas: quoru tamen multi, correcto impietas errore, ciues in ea hūi satis idonei: multi vero in eam tantis exardescunt ignibus odiorum, tamq; vt effugiant poenas ignis eterni. Quod non manfestis beneficis redemptoris eius ingratius sunt, vt hodie contra eam lingua houerent, nisi vt effugerent poenas presentis exiti. Nam

Rom. 8
Psal. 93.
Psal. 61
Ioh. 4
1. Pe. 5
Aene. 6.

ferru hostile fugientes in sacris eius locis vitâ, de qua looperbiunt, inueniret. An non et illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus pp Christu Barbari pepercerunt? Testantur hoc martyru loca, & Basilica Apostoloru q in illa vastatione orbis ad se con fugientes suos D alienosq; receperunt. Hucusq; crueltus sequiebat inimicus: ibi accipiebat limitè trucidatoris furor, illò ducebant a miseratib; hostib;, qbus et extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, q simile misericordia non habebant. Qui tñ etiam ipsi alibi ut uces atq; hostili more sequentes, postea quam ad loca illa veniebat, vbi fuerat interdictum qd alibi iure bellii licuisset, tota feriendo refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaserunt multi, qui nunc Christianis temporibus detrahunt: & mala q illa ciuitas pulit Chfo imputat: Bona vero que in eos ut viuerent pp Chri honorem facta sunt, non imputat Christo nostro, sed facto suo: cu potius deberet, si quid recte saperet, illa que ab hostibus aspera & dura perpetrata sunt, illi diuine prouidentia tribuere, que solet corruptios hominu more bellis emendarat atq; conterere: itemq; vitam mortaliu iustum atq; laudabilem, talibus afflictionibus exercere, probatamque vel in meliora transference, vel in his adhuc terris, ppiter vius alios detinere. Illud vero q'eis vel vbi cunq; propter Christi nomen, vel in locis Christi nomini dicatisimis & amplissimis, ac prolargiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis, prpter belloru morem truculentu Barbari pepercerunt, hoc tribuere temporibus Christianis: hinc Deo gratias agere, hinc ad eius nomen veraciter currere, mulloq;

A 2 quos

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

quos vides peccanter & procaciter insultare seruis Christi, sunt in eis plurimi qui illū interitum clademq; non euasissent nisi seruos Christi se esse finxissent. Et nunc ingrata superbia atq; impiissima insanias, eius nomini resistū corde puerō, vt sempiternis tenebris puniantur, ad qd nomē ore vel subdolo confugerunt ut temporali luce fruerentur.

Quod nulla nunquam bella ita gesta sunt, vt victores propter deos eorum quos vice-rant parcerent viatis. Cap. II.

Aenei. 2 **T**ot bella gesta q̄ conscripta sunt, vel ante conditā Romā, vel ab eius exortu & imperio legant, & proferant sic ab alienigenis aliquā capram esse ciuitatē, vt hostes qui ceperāt parcerēt eis, quos ad deorū suorum tempa cōfugisse compererant: aut aliquem ducem Barbarū præcepisse, vt irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo vel illo tēplo fuisse inuentus. Nonne vidit Aeneas Priamum per aras Sanguine sēdantem, quos ipse sacraverat ignes? Nonne Diomedes & Ulysses, cēsis summa custodibus arcis, Corripere sacra mēfīgia, manibusque cruentis, Virginea ausi diu contigere vittas?

Nec tamen quod sequitur verum est. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri.

Spes Danaum. Postea quippe vicerunt, postea Troiā ferro ignibusq; deterūt, postea confugiente ad aras Priamū obruncauerūt. Nec iō Troia periit quia Mineruā perdidit. Quid n. prius ipsa Mineruā perdidera, ut periret? An forte custodes suo? Hoc sanè verū est, illis quippe interemptis potuit auferri. Neq; n. homines a simulachro, sed simulacru ab hominibus seruabantur. Quo ergo colebatur vt patriam custodiret & ciues, que suos non valuit custodiēre custodes?

Quam imprudenter Romani deos Penates q̄ Troiā custodire non potuerant, sibi crediderunt pro futuros. Caput. III.

LEcce quibus diis urbem Romani seruan- dam se commendasse gaudebant. Onum miserabilem errorem. Et nobis luce- censent cum de diis eorū talia dicimus: nec succēsent authoribus suis, quos vt ediscerēt,

mercedem dederunt. Doctoresq; ipsos insuper, & salario publico, & honoribus dignissimos habuerūt. Nempe apud virgilium, quē propterea parvuli legūt, vt videlicet Poetas magnus omniumq; præclarissimus atq; optimus, teneris ebibitus annis, non facile obliuione possit aboliri, Em illud Horatii, Quo semel est imbura recēs seruabit odorē Testa diu. epist. 2. Apud hūc ergo Vergiliū népe iū no inducit in festa Trojanis. Aeolo ventrum regi aduersus eos irritando dicere, Gens inimicā mihi

Aenei. 1 Tyrrenum nauigat æquor,

Ilium ī Italianam portans, victosq; Penates.

Itane istis Penatibus viatis, Romā ne vincetur, prudentes commendare debuerunt?

Sed hāc Iuno dicebat velut irata mulier, qd

loqueretur ignorās. Quid Aeneas ipse prius

toties appellatus, nonne ita narrat?

Phantus Otriades, arcis Phœbiq; fācerdos,

Sacra manu, victosque deos, paruunque ne

potem.

Iple trahit, cursuq; amens ad limina tendit.

Nonne deos ipflos, quos viatos non dubitat

dicare, sibi potius quam se illis perhibet cō-

mendatos, cum ei dicitur,

Sacra suosq; tibi cōmendat Troias Penates?

Si igitur Virgilius tales deos & viatos di-

cit, & vt. Vel vieti quoquo mō euaderent,

homini cōmendatos, q̄ dementia est existi-

mare his tutoribus Romam sapienter fuisse

cōmissam, & nisi eos amississet, non potui-

se vastari? immo vero icts deos rānquam

præsidēs ac defensores colere, quid est aliud

quā tenere non numina bona, led demōnia

mala? quanto n. sapientius creditur, non Ro-

mā ad istam cladem non fuisse venturā, nisi

prius illi pīsset, sed illos potius olim fuisse

perituros, nisi eos, quantum potuisset, Ro-

ma seruasset. Nam q̄s non, cū aduerterit, ui-

deat: quanta sit vanitate p̄sump̄si, non posse

vinci sub defensoribus viatis & iō perisse,

quia custodes p̄didiit luos deos, cum uel so-

la potuerit esse cā pereudi, custodes habere

voluisse perituros? Nō itaq; cū de diis uictis

illa cōsidererentur atque canerentur, pos-

tastib; habebat mentiri, sed cordatos homines cō-

gebat veritas confiteri. Verum ita oportu-

nus alio loco diligenter, toposeq; tractāda

sup̄. Nunc quod institueram, de ingratia

hominibus dicere, parum per explicem, vt

possum,

a.l. prote
nitatis .

Aen. 2.

a.l. do
de.

a.71.
815.

possum, qui ea mala quæ pro suorum morū peruersitate merito patiunt̄ blasphemantes, Christo imputat̄. Qd̄ aut̄ illis etiam talib. pp̄ Christum parcit, nec dignant̄ attendere, eas linguis aduersus eius nōmē demētia sacrilegæ * peruersitatis exercent, qb. linguis usurpauerūt mēdaciter ipsum nomē, vt viuerēt. Vel quas linguis in locis ei sacrificis metuendo p̄fserunt, vt illic tuti atq; muniti essent, vbi propter eum illās ab hostib. fuerant, inde in eum maledictis hostilibus profilirent.

*a.l. proter
nitatis.*

F De asylo Iunonis in Troia, quod neminem liberavit à Græcis, & Basilikis Apostolo-
rūn quæ omnes ad se confugientes à Bar-
baris defenderunt. Cap. IIII.

Aenei. 1.
M
e
d
us
Aenei. 2.
ne
t
at
cō
b
s
d
i
t
sle
if
an
ud
nia
Ro
nisi
sse
col
ui
osse
le,
sol
per
ictis
pōde
sed
tūtā
grati
m, vt
im,

Ipsa, vt dixi, Troia mater Romani populi sacrificis in locis deorum suorum munire non potuit ciues suos ab ignibus ferroque Græcorum eosdem ipsos Deos coletium, quinetiam Iunonis asylo.

Aenei. 2.

Custodes lecti Phœnix & dirus Ulysses Prædam asseruabāt, huc vndique Troia gaza Incensis erepta adytis, mensaque deorum, Crateresque auro solidi, captiuaque vestis Cōgeris, pueri & pauidæ lōgo ordine mīres Stant circum. Et lectus est videlicet locus tan-
te dea sacrificatus, non vnde captiuos non lie-
ret educere, sed vbi captiuos liberet include-
re. Compara nunc asylum illud non cuiuslibet Dei gregalis, vel de turba plebis, sed Iou-
uis ipsius sororis & cōiugis, & Reginę oīum deorum cum memorīis nostrorum Aposto-
lorum. Illuc incensis templis & diis erepta spolia portabant, non * reddenda victis, sed diuidenda victorib. huc autem, & quod ali-

*a.l. donan
da.*

Gbi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reporta-
tū est. Ibi amissa, hic seruata libertas, ibi clau-
fa, hic interdicta captiuitas, ibi possidendi a dñantib. hostib. premebantur, huc liberandi à miserantib. hostib. ducebant. Postremo illud Iunonis templum fibi elegerat avaritia & superbia leuium Græcorum, istas Christi Basilicas misericordia & humilitas etiā im-
manium Brabarorum. Nisi forte Græci qui-
dam, in illa sua victoria, templis deorum cō-
munium pepercérunt, atque illo confugien-
tes miseros victosq; Troianos ferire, vel ca-
ptiuare non ausi sunt. Sed Virgilii poetarū

more illa mentitus est. Immò verò morem hostium ciuitates euententiū ille descripsit.

De generali consuetudine hostium vietas ci-
uitates euentetiū, qd̄ Cæsar senserit. Ca. V.

QVem morem etiam Cæsar, sicut scribit Salustius, nobilitate veritatis histori-
cus ūia sua quam de coniuratis in senatu ha-
buit commemorare non prætermittit: Rapi virgines, pueros diuelli, liberos à parentum complexu, matres familiarum pati quæ vi-
ctorib. collubuisse, phana atq; domos spo-
liari, cädem & incendia fieri. Postremo ar-
mis, cadaverib. cruxore atque luctu oīa com-
pleri. Hic si phanā tacuisset, deorum sedibus
solere hostes parcere putaremus, & hæc nō
ab alienigenis hostib. sed à Catilina & sociis
eius nobilissimis senatoribus & Romanis ci-
uibus Romanæ tempora metuebant. Sed hi vi-
delicet perditæ & patriæ parricidæ.

*De Catili
ne cōin-
vratione.*

Quod nec Romani quidem ita villas ceperūt
ciuitates, vt in templis earum parcerent
victis.

Cap. VI.

Am. 2.

Quid ergo per multas gentes, quæ inter se bella gesserunt, & nusquam victis in Deorum suorum sedibus pepercérūt, no-
ster sermo discurrat? Romanos ipsos videa-
mus, ipsos inquam recolamus respiciamus
que Romanos de quorū præcipua laude di-
ctum est, parcere subiectis, & debellare sup-
bos. Et quod accepta iniuria ignoscere male-
bant q̄ persequi, qn̄ tot tantasq; vrbes, vt late-
dominarentur, expugnantes, captasq; euer-
terunt, legatur nobis quæ tempora excipere
solebant: vt ad ea quisquis configisset libe-
raretur? An illi faciebant, & scriptores ea-
rundem rerum gestarum ista reticebant? Ita-
ne vero, qui ea quæ laudarent maxime requi-
rebant, ista præclarissima secundum ipsos
pietatis indicia præterirent? Egregius Roma-
ni nominis Marcus Marcellus qui Syracusas
vrbum ordinatisimam cœpit, refertur eam
prius fleuisse ruitaram, & ante eius sanguinē
tuas illi lachrymas effusisse. Gesit & curam
pudicitiae, etiam in hoste seruandæ. Nā prius
quam oppidum victor iussisset inuadi, con-
stituit edicto, ne quis corpus liberum vio-
laret. Euersa est tamen ciuitas more bello-

*Marcel-
lus.*

Aug. Tomus Quintus. A 3 rum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Fabius. rum, nec vspiam legitur ab imperatore tam casto atq; clementi suisse præceptū, vt q;sq; ad illud vel illud templum fugiflet, abiret il-
Iesus. Quod vtiq; nullo modo præteriretur,
q; nec eius fletus, nec q;d dixerat pro pudi-
citia minime violanda potuit raceri. Fabius
Tarentinæ euersor vrbis, à simulachrorū de-
prædatione se abstinuisse laudat. Nam cum
ei ictiba suggestisset quid de signis deorum,
qua multa capta fuerant fieri iuberet, conti-
nentiā suam ē iocando cōdiuit. Quesiuit. n.
cūusmodi essent, & cum ei non solum multa
grandia, verum etiam renūcientur arma-
ta, relinquamus, inquit, Tarentinis Deos ira-
tos. Cum igitur nec illius fletum, nec huius
risum, nec illius castam misericordiam, nec
huius facetam continentiam, Romanarum
rerum-gestarum scriptores tacere potuerint,
quando prætermitterent si aliquibus homini-
bus in honorem cuiuspam deorum suorū
sic pepercissent, vt in quoquam templo cæ-
dem vel captiuitatem fieri prohiberent?

Quod in euersione vrbis quæ aspere gesta
sunt, de cōluetudine acciderint belli, quæ
vero clementer, de potentia prouenerint
nominis Christi. *Cap. VII.*

Psal. 88. **Q** Vicquid igitur vastationis, trucidatio-
nis, deprædationis, cōcremationis, af-
flictionis, in ita recentissima Romana clade
commixtum est, fecit hoc consuetudo bello-
rum. Quod aut more nouo factum est, quod
in usitata rerum facie immanitas barbara tam
mitis apparuit, vt amplissimè Basilicæ implē-
da populo cui perceretur eligerentur & de-
cernerentur, vbi nemo feriretur, vnde nemo
raperetur, quò liberandi multi à miserantib;
hostibus ducerentur, vnde captiundi nulli,
nec a crudelibus hostibus adduceretur, hoc
C Christi nomini, hoc Christiano tempori tri-
buendum quisquis non videt cęcūs quisquis
videt, nec laudat ingratus, quisquis laudanti
reluctatur, insanus est. Absit, vt prudens quis-
quam hoc feritati imputet Barbarorum. Tru-
culentissimas, & fæuisimas mentes ille ter-
ruit, ille freuauit, ille mirabiliter temperauit,
qui per Prophetam tanto ante prædicti: Visi-
tabo in virga iniquitates eorum, & in flagel-
lis peccata eorum, misericordiam autem
meam non dispergam ab eis.

De commodis atque incommodis, quæ bo-
nis ac malis plerunque communia sunt.
Caput VIII.

D Ict aliquid, Cur ergo ista diuina miseri-
cordia etiam ad impios ingratos quæ
peruenit? Cur putamus, nisi qui eam ille præ-
buit qui quotidie facit oriri folem suum super
bonos & malos, & pluit super iustos & iniu-
stos? Quanuis enim quidam eorum ista cogi-
tantes pœnitendo ab impietate se corrigan-
t, quidam vero, sicut Apostolus dicit diuitias *Rom. 2.*
bonitatis & longanimitatis Dei contemnen-
tes, sī duritiam cordis sui & cor impenitēs
thesaurizent sibi itam in die iræ & reuelatio-
nis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; sī
opera eius: Tñ patientia Dei ad pœnitētiā
inuitat malos, sicut flagellum Dei ad patien-
tiam erudit bonos. Itemq; misericordia Dei
fauendos amplectitur bonos, sicut seueritas
Dei puniendos corripit malos. Placuit quippe
diuinæ prouidentiæ præparare in posterū
bona iustis quib; non fruentur iniusti, & ma-
la impiis, quib; non excruciatūr boni. Ita
vero temporalia bona & mala vtrisque vo-
luit esse communia, vt nec bona cupidius ap-
petantur, quæ mali quoque habere cernuntur,
nec mala turpiter euitentur, quibus & bo-
ni plerunque afficiuntur. Interest autem plu-
rimum, qualis sit vſus vel earum rerum quæ
prosperè, vel earum quæ dicuntur aduersæ.
Nam his bonis temporalibus nec bonus ex-
tollitur, nec malus frangitur, malus autem
ideo huiuscemodi infelicitate punitur, quia
felicitate corruptitur. Ostendit tamē Deus
soepe etiam in his distribuendis evidentius
operationem suam. Nam si nunc omne pec-
catum manifesta plecteretur poena, nihil ul-
timō iudicio referuari putaretur. Rursus si
nullum peccatum nunc puniret aperte diu-
nitas, nulla esse prouidentia diuina credere-
tur. Similiter in reb. secundis, si non eas Deus
quibusdam petentibus evidentissima largita-
te concederet, non ad eum ista pertinere di-
ceremus. Itemque si omnib; eas petentib; da-
ret, non nisi propter talia præmia seruendū
illi esse arbitramur, nec piros nos faceret ta-
lis seruit, sed potius cupidos & auaros. Hęc
cum ita sine, quicunque boni maliq; pariter
affliti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt,
quia distinctum non est, q; vtrique perpes-
sunt.

sunt. Manet enim dissimilitudo passorum est in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumatur, & sub eadem tribula stipulae comminuantur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadē afflictione, mali Deum detestantur, atque blasphemant, boni autem precantur & laudent. Tancum interest, non qualia, sed quales quisque patiatur. Nam pari motu exagitat & exhalat horribiliter cęnum, & suauiter fragrat vnguentum.

De causis correptionum, propter quas & boni & mali pariter flagellantur.

Cap. IX.

2. Tim. 4

Quid igitur in illa rerum vastitate Christiani passi sunt, quod eis non magis fidenter ista considerantibus ad profectum valerer? Primo quod ipsa peccata quib. Deus indignatus impleuit tantis calamitatibus mundum humiliter cogitantes, quāuis longe absint a facinorosis, flagitiosis atque impijs, tamen non vsq; adeo lea delictis deputant alienos, vt nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent indignos. Excepto enim q; vnuquisque quamlibet laudabiliter viuens, cedit in quibusdam carnali concupiscentie, & si non ad facinorum immanitatem & gurgitem flagitorum, atque impietatis abominationem, ad aliqua tamen peccata vel rara vel tanto crebriora, quanto minora. Hoc ergo excepto, quis tandem facile reperitur, qui eodem ipsis, propter quorum horrendam superbiam luxuriam & avaritiam, atque execrables iniquitates & impietas, Deus, sicut minando prædictit, cōterit terras, sic habeat, vt habendi sunt: sic cum eis viuat, vt cum talibus viuendum est? Plerunque enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur: vel cum laboris piget, vel cum os eorum coram verecūdamur offendere, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impedian, & noceant in ipsis temporalib. rebus: siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue

quas amittere formidat infirmitas, ita vt quāuis bonis vita malorum displiceat, & ideo cum eis nō incident in illam damnationem, quae post hanc vitam talibus preparatur: tamen, quia propter ea peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis licet leuibus & venialibus metuant) iure cum eis temporaliter flagellentur, quamvis in aeternum minime puniantur. Iure istam viam qñ diuinatus affliguntur cum eis, amaram sentiunt, cuius amando dulcedinem peccantib. eis amari esse noluerunt. Nam si propterea quisque obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tēpus inquirit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiēdos impediant infirmos alios & premant atque auertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Illud est culpabile, q; hi, qui dissimiliter viuunt, & a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quae dedocere & obiugare deberent, dum eorum offensiones cauēnt, ne sibi noceant in his rebus, quibus licet boni atque innocentes vtuntur: sed cupidius quam oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinantur, & spem supernę patriæ p̄r se gerunt. Non solum quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere cupientes, domos ac familias possidentes: quos Apostolus in ecclesia alloquitur docens, & monens, quemadmodum viuere debeant & vxores cum maritis, & mariti cum vxoribus: & filij cum parentibus, & parentes cum filiis: & serui cum dominis, & domini cum seruis: multa temporalia, multa terrena libenter adipiscuntur, & moleste amittunt, propter quae non audent offendere homines, quorum sibi vita contaminatissima & conseleratissima displicet: veruuntamen hi, qui superiorem vitę gradum tenent, nec coniugalib. vinculis irretiti sunt, & vietu paruo ac tegumento vtuntur, plerunque sua fama ac saluti consulentes dum infidias atque impetus malorum timent, ab eorum reprehensione sele abstinent. Et quāuis non intantum eos metuant, ut ad similia perpetranda quibuslibet eorum terroribus atque impr̄bitatibus cedant: ea ipsa tamen, quae cum eis non perpetrant, nolunt plerunque corripere, cum fortasse possint

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

aliquos corripiendo corrigeret: ne si non potuerint, sua salus ac fama in periculum extitumque perueniant. Hoc non ea consideratio-

Lne, qua suam famam ac salutem vident esse necessariam utilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blandiens & humanus dies & reformatur vulgi iudicium, & carnis excrucatio, vel peremptio: hoc est propter quædam cupiditatis vincula, non propter officia charitatis. Non mihi itaque videtur haec parva esse causa, quare cum malis flagellentur & boni, quando Deo placet perditos mores et temporalium poenarum afflictione punire. Flagellantur enim simul, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul, quam boni contempnere deberet, ut illi correpti atque correcti consequerentur æternam ad quam consequendam, si nolent esse socij, ferrentur & diligenternt inimici, quia donec viuunt, semper incertus est, utrum voluntatem sint in melius mutaturi. Quia in re non viue parem, sed longe grauiorem habent causam, quibus per Prophetam dicitur: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Ad hoc non speculatori, hoc est, populorum præpositi constituti sunt in Ecclesijs, ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiuscmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen vita huius necessitate coniungitur multa monenda, vel arguenda nouit, & negligit, deuitans eorum offenditios propter illa quib. in hac vita non indebitis vtitur, sed plus quam debuit, delectatur. Deinde habent aliam causam boni, quare temporibus affligantur malis, qualem habuit Iob: vt sibi ipse humanus animus sit probatus & cognitus, quæ virtute pietatis gratis Deum diligat. Quibus recte consideratis atque perspe-

Mctis, attende utrum aliquid mali acciderit fidelibus & pijs, quod eis non in bonum vertetur: nisi forte putandum est Apostolicam illum vacare sentiam, ubi ait, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Rom. 8.

Quod sanctis in amissione rerum temporali nihil pereat. Cap. X.

A Miserunt omnia quod habebant. Nunquid Opes chri
fidioris hominis bona qui est ante Deum diues? **F**idianorū.
1. Tim. 6

Hæ sunt opes Christianorum, quibus opulentus dicebat Apostolus, Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil non intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus, habentes autem victimum & tegumentum, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa stulta & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix est non omnium malorum avaritia: quam quidam appetentes à fide pererrauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Quibus ergo terrenæ diuitiae illa vastatione perierunt, si eas sic habebant quemadmodum ab isto foris paupere, intus diuite audient: id est, si mundo uterantur tanquam non ventes, potuerunt dicere, quod ille grauiter teutatus, & minime superatus: Nudus exiit de utero matris in ex, nudus in terram reuertar. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Ut bonus seruus magnas facultates haberet, ipsam sui Domini voluntatem cui pedissequus mente ditesceret, nec contristaretur eis rebus viuens relictis, quas fuerat cito moriens relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis, quamvis ea non præponerent Christo, aliquantula tamen cupiditate cohæabant, quantum haec amando peccauerint, perdendo fenserunt. Tantum quippe doluerunt, quantum se doloribus inferuerunt: sicut Apostolum dixisse supra commemorauit. Oportebat enim ut eis adderetur etiam experimentorum disciplina, quibus fuerat tamdiu neglecta verborum. Nam cum dixit Apostolus, Qui volunt diuites fieri in tentationem incident, & coetera. Profecto in diuitiis cupiditatem reprehendit, non facultatem, qui præcepit alibi, dicens, Præcipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum luarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendū: benefaciāt, diuites sint in operib. bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundatmentum

Matt. 6
Luc. 12

Paulinus
Nolens
Episcop

1. Tim. 6

damentum bonum in futurū, ut apprehendant veram vitam. Hæc qui de suis faciebant diuitijs, magnis sunt lucris leuia damna solati: plusq; letati ex his quæ facile tribuendo tutius seruauerunt, quam contristati & his, quæ timide retinēdo facilis amiserūt. Hoc enim potuit in terra perire quod piguit inde transferre. Nā qui receperunt consilium domini sui dicētis, Nolite condere vobis in terra thesauros, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis in cœlo thesauros, quo fur non accedit, neq; tinea corruptit, Vbi enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Tribulationis tempore probauerunt quam recte sapuerint, non contemndo veracissimum preceptorem, & thesauri sui fidelissimū iniunctissimumq; custodem. Nā si multi sunt gauisi, ibi se habuisse diuitias suas, quo contigit vt hostis non accedere: quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui moniti Dei illuc migrauerāt, quo accedi oī no nō posset? Vnde Paulinus noster, Nolensis Episcopus, ex opulentissimo diuite, volūtate pauperissimus, & copiosissime sanctus, qñ & ipsam Nolam Barbari vastauerint, cū ab eis teneref, sic in corde suo vt ab eo postea cognouimus, precabatur, Domine, nō exerterut propter aurum & argentum: vbi enim snt omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hęc mala mundo ventura prædixerat. Ac per hoc qui dño suo monenti obedierant, vbi & qđo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas diuitias Barbaris incurvantibus amiserūt. Quos autē non obdisse pénituit, quid de talibus rebus faciendū esset, si non præcedente sapientia, certe con sequente experientia didicerūt? At enim qui dam boni etiam Christiani tormentis excruciatari sunt, vt bona sua hostibus proderent. Illi vero nec proder, nec perdere potuerūt bonū, quo ipsi boni erant. Si autem torque ri, quā mammona iniquitatis prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta essent luctuenda pro Christo: vt eum potius diligere discerent, qui pro se passos ēterna felicitate ditaret, non aurū & argentum, pro quo pati miseriūm fuit, seu mentiendo occultaretur, seu verum dicendo proderen tur. Nanq; inter tormenta nemo Christū cōfitendo anisit, nemo aurum ui negando seruavit. Quo circa vtiliora erant fortasse tormenta, quæ bonū incorruptibile amandum docebant, quam illa bona quæ sine villo vtili fructu dominos sui amore torquebant. Sed quidā etiam non habentes quod proderent, dum habere creduntur torti sunt. Et hi forte habere cupiebant, nec sancta voluntate pauperes erant: quibus demonstrandū fuit, nec facultates, sed ipsas cupiditates talibus esse dignas cruciatis. Si vero melioris vitę proposito reconditum aurum argentumq; non habebant, nescio quidem vtrum cuiquam talium acciderit, vt dum habere creditur, torqueretur. Veruntamen etiam si accidit, profecto qui inter illa tormenta paupertatē sanctam cōfitebatur, Christū confitebatur. Quapropter & si non meruit ab hostibus credi, non potuit tamen sancta paupertatis confes for sine cęlesti mercede torqueri.

*Paulinus
Nolensis
Episcopus*

Fam: bo
na.

Utos inquiunt etiam Christianos fam: bo
mes diurna vastauit. Hoc quoque in
vsls lios boni fideles pie tolerando verte
runt. Quos enim fames necauit, malis vitę
huius sicut corporis morbus eripuit: quos
autem non necauit, docuit parcus viuere,
docuit productius ieunare. Sed enim multi
etiam Christiani imperfecti sunt, multi multa
rum mortium fēda varietate cōsumpti. Hoc
si ḡre ferendum est, omnibus qui in hanc
vitam procreati sunt vtiq; commune. Hoc
tamen scio, neminem fuisse mortuū, qui nō
fuerit aliquando moritus. Finis autem vi
tę, tam longam quam breuem vitam * hoc
idem facit. Neq; enim aliud melius & aliud
deterius, aut aliud maius & aliud breuius est,
quod iam pariter non est. Quid autem inter
est quo mortis genere vita ita finitur, quā
do ille cū finitur, iterum mori nō cogitur?
Cum autem vni cūque mortali sub quotidia
nis vitę huius casibus, innumerabiles mor
tes quodammodo comminentur, quandiu
incertum est, quęnam earum ventura sit: quę
ro vtrum satius sit vnam perpeti moriendo,
an omnes timere viuendo, Nec ignoro quā

All. Id
est oīum
etiam in
mortē cō
mutat.
H

* inertius eligatur diu viuere sub timore tot ad. ciuius.
mor-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mortium, quam semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuinicit. Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curādum est eis, qui necessario morituri sunt, quid accidat ut moriātur, sed moriendo quod ire cogantur. Cum igitur Christiani nouerint longe meliorē fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguis, quā impij diuitis in purpura & bysso horrenda illa genera mortium, quid mortui obsuerunt qui bene vixerint?

Luc. 16.

De sepultura humanorum corporum, quæ Christianis etiam si fuerit negata nil adimit. Cap. XII.

Ibidem **A**T enim in tanta strage cadauerum, nec in libro sepeliri potuerunt. Neque istud pia fide des nimium reformidat, tenens prædictum, pro morib. c. 3. Nec absumentes bestias resurrecturis corporibus. c. 4. ribus obfuturas, quorum capillus capitū nō peribit. Nec vlo modo diceret veritas, No. Luce. 12. lite timere eos, qui corpus occidunt, ani- Mat. 10. man autem non possunt occidere: si quicquam obflet futura vita quicquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, vt contēdat eos qui corpus occidunt, non deberet timeri ante mortem, ne corpus occidant: & ti meri debere post mortem, ne corpus occiduum sepeliri non sinat: Falsum ergo quod ait Christus, qui corpus occidunt, & postea nō habent quid faciant: si habent tanta, quæ de cadaueribus faciant. Absit ut falsum sit quod veritas dixit. Dicatum est enim aliquid eos facere cum occidunt, quia in corpore sensus est occidēdo: postea vero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaque corpora Christianorum terra non texit, sed nullum eorum quisquā à cœlo & terra separavit, quam totam implet presentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in Psalmo: Posuerunt mortalia seruorum tuorum escā volatilibus coeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu Hierusalem, & nō

*M*ulta itaque corpora Christianorum terra non texit, sed nullum eorum quisquā à cœlo & terra separavit, quam totam implet presentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in Psalmo: Posuerunt mortalia seruorum tuorum escā volatilibus coeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu Hierusalem, & nō

erat qui sepeliret: sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem qui ista perpetrati sunt. Quanvis enim hæc in conspectu hominum dura & dira videantur: sed

*13. q. 2.
cap.*

Anima.

Et 4. se.

d. 45.

Cap. De

pompis.

Luc. 16.

preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde omnia ista, id est, curatio funeris, conditio sepulture pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impi sepultura preciosa, obserit pio, vilis aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominum exhibuit purpurato illi diuici turba famulorum: sed multo clariores in conspectu domini viceroso illi pauperi ministerium prebuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abraham gremium suslulerunt. Rident hec illi, contra quos defendendam suscepimus ciuitatem Dei. Veruntamen sepultura cum etiam eorum Philosophi contempserunt: & sepa vniuersi exercitus, dum protetra patricia morerentur, ibi postea iaceant, vel quibus bestijs elea fierent, non curarunt. Licetque de hac re Poetis plausibiliter dicere,

Cœlo tegitur qui non habet vnam. Quanto minus debent de corporibus insultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis & membrorum omnium reformatio non solum ex terra, verum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu quo dilapsa cadauera recesserunt, in temporis punto redenda, & reintegranda promittitur.

Quæ sit ratio sanctorum corpora sepeliendi.

Cap. XIII.

NECE ideo tamen cōtēnenda & abijcenda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum atq; fidelium, quibus tanquam organis & vasibus ad omnia bona opera, sanctus usus est spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parētes maior extitit affectus, nullo mō ipsa spernēda sunt corpora, quæ vtq; multo familiarius atq; cōiunctius, quā quilibet indumenta gestam. Hoc enim nō ad ornamenti vel adiutorium quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam

*13. q. 3.
c. Anima*

B

Gen. 23

naturam hominis pertinet. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiae celebratae, & sepultura prouisa, ipsiq; dum viuerent, de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporib. filiis mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, Tab. 2. & 12.

Deum promeruisse, teste angelo, commendatur. Ipse quoq; dñs die tertio resurrecturus, Mat. 26. religiose mulieris bonum opus prædicat, Ioan. 12. prædicandumq; commendat, q; vnguentum

D pretiosum super membra eius effuderit, atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendum que curarunt. Verum ista authoritates non hoc admonent, quod insit vllus cadaveribus sensus, sed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis atrauendam. Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratione pro eleemosynis, quas viuentibus & sentientibus exhibemus, si neq; hoc apud Deum perit quod exanimis hominum membris officiis diligentiaeque persolutur. Sunt quidem & alia, quæ sancti Patriarchæ de corporibus suis vel condendis vel transferendis propheticō spiritu dicta intelligi voluerunt. Non autem hic locus est ut ea pertractemus, cum sufficiant ista quæ diximus. Sed si ea quæ sustentandis viuentibus sunt necessaria, sicut vietus & amictus, quâuis cum graui afflictione defint, non frangunt in bonis preferendi tolerandiisque virtutem, nec eradicant ex animo pietatem, sed exercitatum faciunt fœcundiorē: quanto magis cum defunt ea quæ curādis funeribus condendisque corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos? Ac per hoc quando ista cadaverib. Chri-

stianorum in illa magna vrbis, vel etiam aliorum oppidorum vastatione desuerunt, nec viuorum culpa est, qui non potuerūt ista perebere, nec

B p^g- na mortuorum qui non possunt ista sen- ture.

De captiuitate sanctorum quibus nunquam diuina solatia desuerunt. Cap. XIII.

Sed multi, inquit, Christiani etiam ea- stiui duciti sunt. Hoc sane miserrimum est si aliquod duci posuerunt, vbi Deum suū non inuenierunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam clavis magna solatia. Fuerunt in capitulo tres pueri, sicut Daniel, fuerunt alii Propheta, nec Deus desuit consolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbaræ, tamen humanæ, qui Prophetam non deseruit nec in visceribus belua. Hæc quoque illi cum quibus agimus malunt irridere, quam credere, qui tamen in suis literis credunt Arionem Methymnium nobilissimum citharistam, cum esset electus de naui, exceptum Delphini dorso, & ad terras peruectum. Verum illud nostrum de Iona propheta incredibilius est. Pla- ne incredibilius, quia mirabilius: & mirabilius, quia potentius.

De regulo in quo captiuitatis ob religionē etiam sponte tolerandæ extat exemplum, quod tamen illi deos colenti prodesse nō potuit. Cap. XV.

Habent tamen illi de captiuitate religio- nis causa etiam sponte toleranda, & in suis præclaris viris nobilissimum exemplū. Marcus Attilius Regulus Imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit. Qui cum sibi mallent à Romanis suos rediri, quam eorum tenere captiuos, ad hoc im- petrandum etiam istum præcipue Regulum cum Legatis suis Romanū miferunt, prius iu- ratione constrictum, si quod volebant minime peregrisset, redditum esse Carthaginē. Perrexit ille, atque in senatu contraria per- fusi: quoniā non arbitrabatur vtile esse Ro- manæ reipublice mutare captiuos. Nec post hanc perfusione miserunt, sed quia iurauerat, id sponte repleuit. At illi eum excogitatis atq; hor- rendis cruciatib. necauerunt. Inclusum quippe angusto ligno vbi stare cogere, clavisq; acutissimis vndique confixo, ut se in nullam eius partem sine poenis atrocissimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt. Merito certe laudant virtutem, tam magna infeli- tate

+ poter Electrina, que viuis exhibet, queq; que mortuis, n. 10.
Jusfragia pro auctib; offerunt: horum potissimum pietati opus est,
d. q. p. Corpis sepulture mandat.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

rate maiore. Et per Deos ille iurauerat, quorum pro cultu prohibito, has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo ppter ea colebantur, ut istam vitam prosperam redderent, si verum iuranti has irrogari penas seu volueret, seu permisere, quid peritro grauius irati facere potuerunt? Sed cur rationem meam non potius ad utrumque concludam? Deos certe sic ille coluit, ut pro iurisradice fidem, nec remaneret in patria, nec inde quo licet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret.

KHoc si huic vita vile existimabat, cuius tam horredum exitum meruit, proculdubio fallebatur. Suo capite docuit ex exemplo, nihil Deos ad istam temporalem felicitatem suis prodefesse cultoribus quoniamquidem illorum deditus cultui, & virtus & captiuus adductus est, & quia noluit aliter quam per eos iurauerat facere, nouo ac prius inaudito nimiumque horribili supplicii genere cruciatus, extinctus est. Si aut cultus deorum post hanc vitam velut mercedem reddit felicitatem cur calumnianus temporib. Christianis, iocentes verbis accidisse illam calamitatem, quia Deos suos colere destituit, cum potuerit et illos diligentissime colens iam infelix fieri, quod iste Regulus fuit? Nisi forte contra clarissimam veritatem, tanta quisquam demencia mirae cæcitatatis obnittitur, ut contendere audeat vniuersam captiuitatem Deos colentem in felicem esse non posse, vnum vero hominem posse quod videlicet potestia deorum suorum multos potius sit idonea conseruare, quam singulos, cum multitudo constet ex singulis. Si aut dicunt M. Regulum etiam in illa captiuitate illisque cruciatibus corporis, animi virtute beatum esse potuisse, virtus potius vera quoniam, quia beata positus esse & ciuitas. Neque enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non sit, quam concors hominum multitudo. Quamobrem nondum interim disputo, qualis in Regulo virtus fuerit. Sufficit nunc quod isto nobilissimo exemplo coguntur fateri, non propter corporis bona, vel earum rerum quam extrinsecus homini accidente collendos Deos, quoniamquidem ille carere his omnibus maluit, quam Deos, per quos iurauit, offendere. Sed quid faciemus hominibus, qui gloriantur talem se habuisse ciuem, quem tam habere ciuitatem? Quod si non timet, tale ergo aliquid, quale accidit Regulo, etiam

civitati tam diligenter, quam ille, Deos collenti accidere potuisse fateantur, & Christianis temporibus non calumnientur. Verum quia de illis Christianis orta quaestio est, qui etiam captiui ducti sunt, hoc intueantur & taceant qui saluberrime religioni hinc impudenter atque imprudenter illudunt, quia si diis eorum probro non fuit, quod attentissimus cultor illorum, dum eis iurisudi fidem seruaret, patria caruit, dum aliam non haberet, captiuusque apud hostes longa morte & supplicio noue crudelitatis occisus est, multo minus nomen criminandum est Christianum, in captiuitate sacratorum suorum qui supernam patriam veraci fide expectantes, etiam in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

An stupris, quae etiam sanctorum forte virginitatem est passa captiuitas, contaminari potuerit virtus animi sine voluntatis assensu.

Caput XVI.

MAgnum sane crimen se putant obice-re Christianis, cum eorum exaggerates captiuitatem, addunt etiam stupra commissa, non solum in aliena matrimonia virginesque nupturas, sed etiam in quasdam sanctimoniales. Hic vero non fides non pietas, non ipsa virtus quae castitas dicitur, sed nostra potius disputatio inter pudorem atque rationem quibusdam coarctatur angustias. Nec tantum curamus hic alienis responsionem reddere, quantum ipsis nostris consolacionem. Sit igitur in primis positum atque firmatum, virtutem qua recte vivitur ab animi lede membris corporis imperare, sanctum corpus vslu fieri sanctæ voluntatis.

Voluntas, sanctum corpus efficit.

Qua incoscia ac stabili permanente, quicquid alias de corpore vel in corpore fecerit, quod sine peccato proprio non valeat euitari, præter culpam esse patientis. Sed quia non solum quod ad dolorem, verum etiam quod ad libidinem pertinet, in corpore alieno perpetrari potest, quicquid tale perpetratum fuerit, & si retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen inicit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate non potuit. Ac per hoc & quae se occiderunt, ne quicquam huius-

*Ciuitas
quid sit.*

23. q.
c. si non
cer.

Mat.

32. q.
a. Ita

Voluntas, sanctum corpus efficit.

B

huiusmodi paterentur, quis humanus affatus eis nolit ignoscere? Et quae se occidere nouerunt, ne suo facinore alienum flagitium deuitarent, quisquis eis hoc criminis dederit, ipse criminis insipientia non carebit.

C De morte voluntaria ob metum penae siue dedecoris. *Caput. XVII.*

23. q. 5
c. 6 non li-
cer.

N Am utique si non licet priuata potestare alicui hominem occidere uel nocentem, cuius occidendi licentia lex nulla concedit, perfecto est quod seipsum occidit, homicida est. Et tanto sit nocentior cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa iuit, qua se occidendum putauit. Nam si Iudeus factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, cum se laqueo suspendit, scelerat illius traditionis auxilium potius quam expiassit commissum: quoniam Dei misericordiam desperando extiabiliter penitens, nullum sibi salubris penitentiae locum reliquit: quanto magis a sua nec se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit, & tamen non solu-
Mat. 27.

D Christi, verum etiam sue mortis reus, finiuit hanc vitam, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est:

De aliena violentiarii libidine, quae in oppresso corpore mens inuita perpetuatur. *Ca. XVIII.*

32. q. 5
a. Itane.

C Vr autem homo quod mali nihil fecit, sibi malefaciat, & seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne aliud patiatur nocentem: atque in se perpetrat peccatum proprium, ne in eo perpetrem alienum. At enim, ne vel aliena polluat libido metuitur. Non polluit, si aliena erit. Si autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus si animi, comite que habebat fortitudinem, qua potius quemlibet mala tolerare quam malo contentire decernat. Nullus autem magnanimus & pudicus in potestate habebat quid de sua carne fiat, sed tantum quid annuat mente, vel renuat. Quis tandem sana mente putauerit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa & oppressa carne sua exerceatur & expletatur libido non sua? Si enim hoc modo pudicitia periret, profecto pudicitia virtus animi non erit: nec pertinebit ad ea bona, quibus bene vivitur, sed

in bonis corporis numerabitur. Qualia sunt, vires, pulchritudo, sana integraque valetudo, ac si quid huiuscmodi est: quae bona, etiam si minuantur, bonam iustamq; vitam omnino non minuantur. Quod si tale aliquid est pudicitia, ut quid pro illa ne amittatur, etiam cum periculo corporis laboratur? Si autem animi bonum est, etiam oppresso corpore non amittitur. Quinetiam sancte continentiae bonum est, cum immunditia carnalium concupiscentiarum non cedit, & ipsum corpus sanctificat. & ideo cum eis non cedere inconcussa intentione persistit, nec de ipso corpore perire castitas, quae eo sancte utendi perseverat uoluntas, & quantum in ipso est etiam facultas. Neque enim eo corpus sanctum est, quod eius membra sunt integra, aut eo, quod nullo contrectantur tactu, cum possint diuersis etiam cassibus, uulnera uim perpeti: & medici aliquando saluti opitulantes, haec ibi faciunt, quae horret aspectus. Obstetricia virginis cuiusdam integratatem manu uelut explorans, siue malevolentia, siue in scientia, siue casu dum inspicit, perdidit. Non opinor quenquam tam stulte sape re, ut huic periisse aliquid existimet, etiam de ipsis corporis sanctitate, quauis, membris, illius integritate iam perdata. Quo circa positio animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auferat sanctitatem violentia libidinis aliena, quam seruat perseverantia continentia sua. An vero si aliqua foemina mente corrupta, violatoque proposito, quod Deo voverat, pergit uitanda ad deceptorem suum, adhuc ea pergentem sanctam vel corpore dicimus, ea sanctitate animi per quam corpus sanctifica batur amissa atque destruxit? Absit hic error. Et hinc potius admoneamur, ita non amittatur corporis sanctitatem manente animi sanctitate etiam corpore oppresso, sicut amittatur corporis sanctitas uiolata animi sanctitate, etiam corpore intacto. Quam ob rem quia non habet, quod in se morte spontanea puniat foemina, sine uilla cōfessione sua uio lenter oppressa, & alieno compressa pecunia: quanto minus, antequam hoc fiat, ne admittatur homicidium certum, cum ipsum flagitium quanvis alienum adhuc pendet incertum? An forte huic perspicuationi, qua dicimus corpore oppresso, ne qua-

a. Itane.

32. q. 5

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

I quaquam proposito castitatis vlla in malum confessione mutato, illius tantum esse flagitium qui opprimens concubuerit, nō illius quae oppressa concubenti nulla voluntate cōsenferit, contradicere audebunt hi contra quos fēminarum Christianarum in captiuitate oppressarum, non tantum mentes, verū etiam corpora sancta defendimus?

De Lucretia quē se ob illatum sibi stuprum peremisit. **Caput. XIX.**

Iane. **L** Vcretiam certe matronam nobilem veteremq; Romanam, pudicitię magnis efferrunt laudibus. Huius corpore cūm violē ter oppresso, Tarquinii regis filius libidino, se poutus esset, illa fecelus improbissimi iuuenis marito Collatino, & ppinquo Bruto, viris clarissimis & fortissimis indicauit, eosque ad vindictā constrainxit. Deinde fēdi in se commissi sceleris egra atq; impatiē se peremisit. Quid dicemus? Adultera hēc, an casta iudicāda est? **Quis** in hac cōtrouersia laborā dū pūtaverit? Egregie quidam ex hoc veraci terq; declamās art, Mirabile dictu, Duo fuerunt, & adulterium vnuſ admisit. Splendide atq; verissime. Intuens enim in duorum cor porum comiſſione, vniuers inquinatissimam cupiditatē, alterius callissimam voluntatem: & non quid coniunctione membrorū, sed quid animorum diuersitate ageretur, attendens, Duo, inquit, fuerū, & adulterium vnuſ admisit. Sed quid est hoc, quod in eam grauius vindicatur, quae adulterium non admisit? Ille patria etiam cum patre pullus est hēc summo est mactata supplicio. Si nō est illa impudicitia, qua inuita cōprimitur, non est hēc iustitia, qua casta punitur. **Vos** appello leges iudicesq; Romani. Nempe post patrata facinora, nec quenquā scelerū imē naturū impune voluitis occidi. Si ergo ad vestrū iudicū quisquam de erre: hoc crimē vobisq; probaretur, non solū indemniam, verum etiam castam & innocentem interfēctam esse mulierem: nōnne eū qui id fecisset seueritate congta plechteret? Hoc fecit illa Lucretia, illa sic prēdicata Lucretia: innocentem, castam, vim perpeſiam Lucretiam Lucretia insuper interemisit. Proferte sententiam. Quod si propterea non potestis, quia non altat, quam punire positis, cur in-

terfētricem innocentis & casta tanta prēdicatione laudatis? Quam certe apud infernos iudices, etiam tales, quales Poetarū vestrorum carminib; cantitantur, nulla ratione defenditis, constitutam scilicet inter illos,

Aene. 6

Qui sibi lethum

Insontes peperere manus, lucemq; perosi, Proiecere animas, quibus ad suprema redire:

Fata obstant, tristiq; palus innabilis vnda, Alligat.

L An forte ideo ibi non est, quia non insontem, sed male sibi conscientiam peremisit? Quid si enim quod ipse tantum modo nosse poterat, quanvis iuueni violenter irruenti, etiam sua libidine illecta confessi? Idq; in se puniē ita doluit, ut morte

L
ter. pa. in
a mabilis
unde.

putaret extirpandum: quanquam ne sic quidē occidere se debuit, si fructuosā posset apud deos falsos agere penitentiā. Veruntamen si forte ita est, talsumq; est illud, quod duo fuerunt, & adulterium vnuſ admisit, sed potius ambo adulteris cōmiserunt; vnuſ manifesta inuafione, altera latente confessione non se occidit insontem, & ideo potest a literatis eius defensoribus dici non esse apud inferos inter illos qui sibi lethum insontes perevere manu: Sed ita hēc causa ex vtroque laere coacta, ut si extenuatur homicidium, adulterium confirmetur: si pugnatur adulteriu, homicidium cumuletur. Nec omnino inuenit exitus vbi dicitur. Si adultera, cur laudata? si pudica, cur occisa?

M

Nobis nū in hoc tam nobilis foemina huius exemplo, ad illos refutandos, qui Christianis foeminis in capiuitate compressit, alieni ab omni cogitatione sanctitatis insultant: sufficit quod in præclaris eius laudibus dictum est: Duo fuerunt, & adulterium vnuſ admisit. Talis enim ab eis Lucretia magis credita est, quae se nūllo adulterino potuerit maculare consensu.

Quod ergo se ipsam quoniam adulteriu pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudicitię charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis aliena in se cōmissa, etiam si non fecit: & Romana mulier laudis auida nimium verita est, ne putaretur quod uiolenter est passa cum uiueret, libenter passa, si uiueret. Unde ad oculos hominū mentis sue testem illam peccātū adhibendam putavit, quibus conscientiam demonstrare non potuit. Socia quippe facti te cre-

M

di

di erubuit; si quod alias in ea fecerat turpi-
ter, ferret ipsa patienter. Non hoc foeminæ
Christianæ fecerunt, quæ passæ similia viuunt.
¶ Tñ nec in se vltæ sunt crimē alienum, ne alio-
rum sceleribus adderent sua: si qñ hostes in
eis concupiscendo supra cōmiserant, ille in
seipsis homicidia erubescédo cōmiserent.
Habet quippe intus gloriâ castitatis, & tempore
nium conscientiæ, habet autem coram oculis
Dei sui, nec requirunt amplius ubi quid
rectè faciat non amplius habent, ne deuient
A ab autoritate legis diuinæ, cum male deuient
tant offensionem susptionis humanae.

Nullam esse authoritatem, qua Christianis
in qualibet causa ius voluntariæ necis
attribuat. Cap. XX.

Neque enim frusta in sanctis canoniciis
libris nusquam nobis diuiniorum præ-
ceptum permissum reperiiri potest, ut vel
ipsius adipiscientia immortalitas, vel nullius
caredi cauenditæ mali causa, nobis meti ipsis
necem inferamus. Nam & prohibitos nos
esse intelligendum est, ubi lex ait, Non occi-
des: præsertim quia non addidit, proximum
tuum: sicut fallum testimonium cum vera-
ret. Falsum inquit, testimonium non dices
aduersus proximum tuum. Nec ideo tamen
Ibidem: si aduersus seipsum quisquam falsum testi-
monium dixerit, ab hoc crimen se putauerit
alienum: quoniam regulam diligendi pro-
ximū a semel ipso dilector accepit, quando-
quidē scriptum est. Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Porro si falsi testimonii non
minus reus est, qui de seipso fallum fateatur, q
si aduersus proximum hoc ficeret: cum in
eo præcepto, quo fallum testimonium pro-
hibetur aduersus proximum prohibetur,
positq; non rectè intelligentibus. videri nō
posse prohibitum, vt aduersus seipsum* quis
quam fallus testis assisterat: quanto magis intel-
ligendū est, nō licet homini seipsum occide-
re, cum in eo quod scriptum est: Non occi-
des: nihilo deinde addito, nullus nullui nec
ipse utique cui præcipit, intelligitur excep-
tus? Vnde quidē hoc præceptū, et in bestias
ac pecora conanī extenderet, ut ex hoc nul-
lum etiam eorum licet occidere. Cur non
ergo & herbas & quicquid humo radicibus
aliter ac figit? Nā & hoc genus rerum quan-

uis nō lentiat, dī tristriuere: ac per hoc pōt
& mori: proinde ēt cū vis adhibet, occidi.

Vnde & apostolas cū de huiuscmodi semi-
nibus loqueretur: Tu, inquit, qđ seminas nō
vinificat, nisi prius moriatur. Et in Psal scri-
ptū est, Occidit vites eorum in grādine. Nūqd
igis ob hoc cū audimus, Nō occides: virgul-
tum vellere nefas dicimus, & Manichæorum
errori insanissime acqescimus? His igitur de
litamentis remotis, cū legitimus, Nō occides:
si ppteræa non accipimus hoc dictū esse de
frutetis quia nullus est eis sensus, nec de ani-
mantib, irrationalib, volatilib, natatilib,
ambulatib, reptilib: qā nulla nobis
ratione sociant, quam non eis datum est no-
biscū habere cōmūhem; vnde iustissima or-
dinatione creatoris, & vita, & mors eorum
nostris vſibus subdit restat ergo vt de homi-
nibus intelligamus, qđ dictum est, Nō occi-
des, nō alterum ergo, nec te. Neq; enim qui
se occidit, aliud quām hominem occidit.

De intersectionibus hominū quæ ab homi-
cidii criminē excipiuntur. Cap. XXI.

Exo. 20. esse intelligendum est, ubi lex ait, Non occi-
des: præsertim quia non addidit, proximum
tuum: sicut fallum testimonium cum vera-
ret. Falsum inquit, testimonium non dices
aduersus proximum tuum. Nec ideo tamen
Ibidem: si aduersus seipsum quisquam falsum testi-
monium dixerit, ab hoc crimen se putauerit
alienum: quoniam regulam diligendi pro-
ximū a semel ipso dilector accepit, quando-
quidē scriptum est. Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Porro si falsi testimonii non
minus reus est, qui de seipso fallum fateatur, q
si aduersus proximum hoc ficeret: cum in
eo præcepto, quo fallum testimonium pro-
hibetur aduersus proximum prohibetur,
positq; non rectè intelligentibus. videri nō
posse prohibitum, vt aduersus seipsum* quis
quam fallus testis assisterat: quanto magis intel-
ligendū est, nō licet homini seipsum occide-
re, cum in eo quod scriptum est: Non occi-
des: nihilo deinde addito, nullus nullui nec
ipse utique cui præcipit, intelligitur excep-
tus? Vnde quidē hoc præceptū, et in bestias
ac pecora conanī extenderet, ut ex hoc nul-
lum etiam eorum licet occidere. Cur non
ergo & herbas & quicquid humo radicibus
aliter ac figit? Nā & hoc genus rerum quan-

Quasdam verò exceptiones eadem ipsa
divina fecit authoritas, vt liceat ho-
minē occidi. Sed his exceptis, quos
Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad p̄sonā
p̄tē expressa iussione. Nō aut ipse occi-
dit, qui ministeriū debet iubēti,* sicut admī-
niculū gladius est vtēti. Et iō nequaquam con-
tra hoc p̄ceptum fecerūt, quo dicitur, est Nō
occides: q̄ Deo authore bella gesserunt, aut
personam gerentes publicæ potestatis s̄m e-
ius leges, hoc est iustissimæ rationis* Imper-
rium, scelerat os morte punierunt. Et Abra-
ham non solū non est culpatus crudelitatis
crimine verum etiā laudatus est nomine pie-
taris, quod voluit filium nequaquam scelerare,
sed obedienter occidere. Et merito currit
ur, vt rūm pro iussu Dei sit habendū quod
I. pte filiā quæ patri occurrit, occidit, cum se
incrimolaturum Deo id uouisset, quod ei re-
deūti de p̄flio victori primitus occurrisset.
Nec Sampson aliter excusat, quod seipsum
cum hostibus ruina domus opprescit: nisi
quia spiritus latenter hoc iusserrat, qui, per il-
lum miracula faciebat. His igitur, exceptis,
quos vel lex iusta generaliter vel ipse fons
iustitiae deus specialiter occidit iubet, q̄squis
homī-

23.9.5
id si non li-
cet.
Exo. 20
al. viāris.
F

ad. Imper-
riū:

Abrahā.

Iudei. I. 8

Sampson

Ibi. 16

Iuste

Iudei. I. 8

Sampson

Ibi. 16

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI.

hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innescatur.

Quod nunquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere.

Caput.

XII.

ET quicunq; hoc in seipsis perpetrauerunt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapientiae sanitatem laudandi sunt. Quā quā si rationem diligētius cōsulas, nec ipsa quidem animi magnitudo rectē nominat vbi quisq; non valendo tolerare, vel quęcūque aspera, vel aliena peccata, seipso interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quā ferre non potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultam vulgi opinionem. Maiorq; animus merito dicendus est, qui vitam ærumnosam magis potest ferre, quam fugere: & humanum iudicium maximeque vulgare, quod plerunq; caligine erroris inuoluitur, præ conscientia luce ac puritate contempnere. Quam ob rem si magno animo fieri putandum est, cum sibi homo in gerit mortem, ille potius Cleombrotus: in hac animi magnitudine reperiut quem fērūt lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac vita migrasse ad eam, quam creditur esse meliorem. Nihil enim urgebat aut calamitatis, aut criminis seu veri, leu falso n, qd non valendo ferre se auferret, sed ad capessendam mortem, atque ad huius vitæ suavia vincula rumpenda sola a fuit animi magnitudo. Quod tamen magnè potius factum esse, quā bene, testis ei potuit esse Plato ipse, quem legerat: qui profecto id præcipue potissimumque fecisset, vel etiam fieri præcepisset, nisi ea mente, qua immortalitatem animæ vidit nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum esse iudicasset.

Cleombro-
tus

Hoc animi magnitudine reperiut quem fērūt lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac vita migrasse ad eam, quam creditur esse meliorem. Nihil enim urgebat aut calamitatis, aut criminis seu veri, leu falso n, qd non valendo ferre se auferret, sed ad capessendam mortem, atque ad huius vitæ suavia vincula rumpenda sola a fuit animi magnitudo. Quod tamen magnè potius factum esse, quā bene, testis ei potuit esse Plato ipse, quem legerat: qui profecto id præcipue potissimumque fecisset, vel etiam fieri præcepisset, nisi ea mente, qua immortalitatem animæ vidit nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum esse iudicasset.

Quale exemplum sit Catonis, qui victoriam Cæsaris non ferens, se interemit.

Cap. XIII.

*Ratio ex-
plis ante
ponenda.* **A**T enim multi se interemerunt, ne in manus hostium peruenirent. Non modo quārimus utrum sit factum, sed utrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam

exemplis anteponenda est, cui quidem & exempla concordant: sed illa quā tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentio- K

ra pietate. Non fecerunt Patriarchæ, non p. Mat. 10

phætæ, non Apostoli: qd ipse dominus Christus quando eos si persecutionem pateren-

tur fugere ad monuit de ciuitate in ciuitatē,

potuit admonere, vt sibi manus inferrent,

ne in manus persequentium peruenirent:

Porrò si hoc ille nō iussit, aut monuit, vt hoc

modo sui ex hac vita migrarent, quibus mi-

grantibus mansiones æternas se preparatu-

rum esse promisit, quilibet exēpla opponat

gentes, quā ignorant deum, manifestum est

hoc nō licere colentibus vnum verum Deū. Ioh. 14

Sed tamen illi etiam præter Lucretiam, de

qua suprà sat is quod videbatur diximus nō

facile reperiunt de cuius autoritate prescri-

bant, nisi illum Catonem, qui se Uticæ occi-

dit: non quia solus id fecit, sed quia vir do-

ctus & probus habebatur, ut merito puteatur Cato V-

reste etiam fieri potuisse uel posse quod fe-

cit. De cuius factō quid potissimum dicam,

nisi quod amici eius etiam docti quidam vi-

ri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant im-

becillioris quam fortioris animi facinus es-

se censurunt: quo demonstraretur non ho-

nestas turpia præcauens, sed infirmitas ad-

uersa non sustinens? Hoc & ipse Cato in

suō Charissimo filio indicauit. Nam si tur-

pe erat sub victoria Cæsaris viuere, cur au-

thor huius turpitudinis pater filio fuit, quem

Cæsar benignitate omnia sperare præ-

cepit? Cur non & illum secum coegit ad

mortem? Nam si eum filium qui contra im-

perium in hostem pugnauerat etiam uicto-

, laudabiliter Torquatus occidit, cur Torqua-

victus uicto filio pepercit Cato, qui non pe-

percit sibi? An turpius erat contra imperium

esse uictorem, quam contra decus ferre ui-

tem? Nullo modo igitur Cato turpe es-

se iudicauit sub uictore Cæsare viuere, alio-

quin ab hac turpitudine paterno ferro filiu

liberarer. Quid est ergo, nisi quod filium

quantum, amauit, cui parcit a Cæsare & spe-

rauit & voluit, tantum glorie ipsius Cæsaris,

ne ab illo etiam sibi parceretur, ut ipse Cæsar

dixisse fertur, inuidit: aut vt aliquid nos mi-

tius dicamus, erubuit?

Quod

Quod in ea virtute, qua Regulus Catone præstantior fuit, multo magis emineant Christiani. Cap. XXIIII.

Nolunt autem isti contra quos agimus, ut sanctum virum Job, qui tam horrenda mala in sua carne perpeti maluit, quam illata sibi morte omnibus carere cruciatibus; vel alios sanctos ex nostris literis summa ex auctoritate celissimis fideq; dignissimis, q; capitulatatem dominationemq; hostium ferre quam sibi necem inferre maluerunt. Catoni præferamus: sed ex literis eorum, eidem illi Marco Catoni Marcum Regulum præferamus. Cato enim nunquam Cesarem vicerat, cui vicitus dedignatus est subiungi, & ne subiiceretur a seipso elegit occidi. Regulus autem Penos iam vicerat imperioq; Romano. Romanus Imperator non ex ciuib; dolendā, sed ex hostib; laudandam victoriam reportauerat, ab eis tamen post ea vicitus, maluit eos ferre seruiendo, quam eis se auferre moriendo. Proinde seruauit & sub Charthaginensiū dominatione patetiam, & in Roma norum dilectione constantiam: nec vicitum auferens corpus ab hostib; nec in uitum animū a ciuib;. Nec quod se occidere noluit vita huius amore fecit. Hoc probavit, cū causa promissi iurisq; iurādi ad eosdem hostes, quos grauius in Senatu verbis, quam in bellō armis offendiderat, sine villa dubitatio ne remeauit. Tantus itaq; vita huius contempitor, cū sequentibus hostib; per quaslibet penas cū finire, quā se ipse perimere maluit magnū scelus esse si se homo interimat procubilio indicauit. Inter omnes suos laudabiles & virtutē insignibus illustres viros nō proferunt Romani meliorem, quē neq; felicitas corruperit, nam in tanta victoria pauperissimi permansi: nec infelicitas fregerit, nam ad tā extia revertit intrepidus. Porro si fortissimi & preclarissimi viri terrene patrie defensores, deorumq; licet falsorum, non tñ fallaces cultores, sed veracissimi euā iuratores hostes viatos more ac iure belli ferire potuerunt, hi ab hostib; vieti leipso serire noluerunt: & cū morte minime formidaret, victores tñ Dominos ferre, quā eā sibi inferre maluerunt: quanto magis Christiani verū Deum colētes, & supernq; patrie inspirantes ab hoc facinore temperabunt si eos diuina

dispositio vel probandos vel emendos ad tēpus hostibus subiugauerit, quos in illā humilitate non deserit, qui propter eos tam humiliter venit altissimus: præterim quos nullius militaris potestatis, vel talis malitiæ iūra cōstringunt, ipsum hostem ferire superatū?

Quod peccatum non per peccatum debeat declinari. Cap. X XV.

Quis ergo tam malus error obrepit, vt E homo se occidat, vel quia in eum peccauit, vel ne in eum peccet inimicus, cū vel peccatorem, vel peccaturū ipsum occidere non audeat inimicū? At enim timendum est & caudendum, ne libidini hostili subditum corporis illecebrofissima voluptate animū alliciat cōsentire peccato. Proinde, inquisit, nō iam propter alienū, sed propter suū peccatum, antequam hoc quiq; cōmitat, se debet occidere. Nullo modo quidē hoc faciet animus, vt consentiat libidini carnis suæ aliena libidine * concitat, qui Deo potius eius que sapientiē quam * corporis concupiscentiæ subiectus est. Veruntamen si detestabile facinus & dānabile scelus est etiam, seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat, quis ita desipiat, vt dicat, iā nūc peccemus ne postea forte peccemus: iā nūc perpetremus homicidium, ne forte postea incidamus in adulterium? Nōne si tantum dominatur iniquitas, vt non innocentia, sed potius peccata eligātur, satius est incertum de futuro adulterium, quā certū de p̄fētū homicidium? Nonne satius est flagitiū committere, quod p̄nitendo sanetur, quam tale facinus vbi locus salubris p̄nitentiæ nō relinquitur? Hęc dixi propter eos vel eas, quā nō alieni, sed proprii peccati deuitandi causa, ne sub alterius libidine ēt excitatię sue forte consentiant, vim sibi qua moriantur inferendam putant absit à mente Christiana, quę in Deo suo fidit, in eoque spe posita, eius adiutorio nictitur: absit, inquā, vt mens talia quibuslibet carnis voluptatibus ad consensum turpiudinis ceda. Quod si illa cōcupiscentiæ inobedientia, quę adhuc in membris moribūdis habitat, p̄pter nostræ voluptatis legem quasi lege sua mouetur: quanto magis absq; culpa est in corpore non contentientis, si absq; culpa est in corpore dormientis?

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De his quæ fieri non licet, cum à sanctis sa-
cta noscuntur, qua ratione facta creden-
da sint. Cap. X V I.

An propter declinationem peccati mors
spontanea appetenda sit. Cap. XXVII.

* All. Pe-
laia, cū
fuis apud
Ambro-
sii. lib. 3.

Sophro-
ni lib. 8.

biso. eccl.

All. I. Pe-
cularis
yocatio.
Ind. 16.

Gen. 22.
C. 23. q.
s. c. Mi-
ller.
al. legib.

1. cor. 3.
23. q. 5.
c. Si non
licet.
All. Epi-
logat di-
cta super-
rini.

Sed quædam, * inquit, sanctæ feminæ tempore persecutionis, ut insectatores sua pudicitię deuitarent, in rapuru atq; ne-
caturū se flumen, proiecerū: eoq; modo de
functę sunt, earumq; martyria in catholica
Ecclesia veneratione celeberrima frequentā
tur. De his nihil temere audeo iudicare. Vtrū
enim Ecclesia aliquibus fide dignis testifica-
tionibus, vt earum memoriam sic honoret,

H diuina persuaserit authoritas, nescio, & fieri
pōt, vt ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non
humanitus deceperū, sed diuinus iussa nec
errantes, sed obedientes: sicut de Sampsonē
aliud nobis fas non est credere? Cū aut Deus
iubet, feq; iubere sine yllis ambagibus inti-
mat, quis obedientiā in crimen vocet? quis
obsequiū pieratis accuset? Sed non ideo sine

scelere facit, quisquis Deo immolare filium
decreuerit quia hoc Abraham etiam laudabi-
liter fecit. Nam & miles cū obediens pote-
stati, sub qua * legitime cōstitutus est, homi-
nē occidit, nulla ciuitatis suę lege reus est ho-
miciđ: imo nisi fecerit reus est imperij de-
serti atq; contempti. Quod si sua sponte atq;
authoritate fecisset, in crimen effusus humani
sanguinis incidisset. Itaque punitus si fecerit
iniuslus, inde punientur nisi fecerit iussus. Qd
si ita est iubente Imperatore, quanto magis
iubente creatore? Qui ergo audit, non licere
se occidere, faciat si iussit, cuius nō licet ius-
sa contempnere. Tantummodo videat, vtrū diui-

na iusso nullo nute incerto. Nos per autem
conscientiam cōuenimus, occulторū nobis
iudicū non usurpamus. Nemo seit qd agac
in homine, nisi spūs hominis qui in ipso est.
Hoc dicimus, hoc afferimus, hoc modis om-
nibus approbamus, neminc sp̄ontanę mor-
te sibi inferre debere, velut fugiendo mole-
stias tēporales, ne incidat in perpetuas. Nem-
inem velut desiderio vitę meliores, quę post

I piat habere grauiſſimum proprium, quę nō
polluebat alienum: neminc propter sua péc-
cata pr̄terita, propter quę magis hac vita
opus est, vt possint penitendo sanari. Neminc
mortem speratur, quia reos sua mortis, me-
lior post mortem vita non suscipit.

R Estat vna causa de qua dicere coope-
rat, qua utile putatur, vt se * quisquā
occidat scilicet in peccatum irruat, vel
blandiente voluptate, vel dolore s̄euiente.
Quam causam si vulnerimus admittere, eo
vique progressa perueniet, vt hortandi sint
homines, tunc se potius interimere, cum la-
uacro sanctę regenerationis abluti, vniuerso
rum remissionem acceperint peccatorum.
Tunc enim tempus est cauendi omnia futu-
ra peccata, cum omnia sunt deleta pr̄terita.
Quod si morte spontanea recte fit, cur non
tunc potissimum fit? Cur baptizatus sibi quis
que parcit? Cur liberatum caput tot rufus
vitę huius periculis inserit, cū sit facillimę
potestatis illata sibi nece omnia deuitare,
scriptumq; sit, Qui amat periculum, incidit
in illud? Cur ergo amantur tot & tanta per-
icula, vel certe etiam si non amantur, fusci
piuntur? Cur manet in hac vita cui abscede-
re licitum est? An vero tam infusa peruersi-
tas cor euerit, & à confidatione verita-
tis auertit: vt si se quisquam interimere de-
beat, ne vnius captiuantis dominatu corrui-
at in peccatum, viuendum sibi existimet, vt ip-
sum deferat mundū per omnes horas tenta-
tionibus plenum, & talibus qualibus sub v-
no Domino formidatur, & innumerabilibus
ceteris, fine quibus hęc vita non ducitur?
Quid igitur cause est, cui eis exhortationi-
bus tempora consumamus:

al. l. quis
que.

K

Eccle. 3.

Al. l. quis
que.

L

L

ca libido cōpresso, permisum hoc esse cau-
sentur: nec ideo credant Deum ista negligere, quia permitit quod nemo impune com-
mittit. Quædam in veluti pondera malarum
cupiditatum, & per occultum præsens diu-
num iudicium relaxantur, & quædam mani-
festo ultimo reseruantur. Fortassis autem istæ,
qua bene sibi sunt conscientiae, non se ex isto
castitatis bono cor inflatum extulisse, & ta-
men vim hostilem in carne perpetuae sunt;
habebant aliquid latentis infirmitatis, quo B
posset in superbia fastu, si haec humilita-
tem in vastatione illa euasissent extolliri. Sicut
ergo quidam morte rapti sunt, ne malitia mu-
taret intellectum eorum, ita quiddam ab ipsis
vi raptum est, ne prosperitas mutaret mode-
stiam earum. Vtrisque igitur qua de carne
sua, q̄ turpem nullius essent perpetuae con-
tactum, uel iam superbiebant, uel superbire,
si nec hostium violentia contrectata essent,
forficari poterant: non ablata est castitas, sed
humilitas persuasa. Illarum tumori occur-
sum est immanet, illarum occursum est im-
minentis. Quanquam & illud non sit tacen-
dum, q̄ quibusdam qua ista perpetuae sunt,
potuit uideri continentiae bonum in bonis
corporalibus deputatum: & tunc manere,
si nullius libidine corpus attraheretur: noti
autem esse positum in solo adiuto diuinitus
robore uoluntatis, ut sit sanctum & corpus
& spiritus: nec tale bonum esse, q̄ inuito ani-
mo non possit auferri. Qui error eis fortasse
sublatus est. Cū enim cogitant qua conscientia
Deo seruerint, & fide inconcussa non de
illo sentiunt, quod ita sibi seruientes, eumq;
ita inuocantes deferere ullo modo potuerit,
quantumq; illi castitas placeat, dubitare non
possunt, uident esse consequens, ne aquam
illum fuisse permisurum, ut hæc acciderent
sanctis suis, si eo modo perire posset sancti- C
tas, qui am contulit & diligit in eis.

Cap. 4.

Quo iudicio Dei in corpora continentium
libido hostilis peccare permissa sit.

Cap. XXVIII.

Quod si forte cur permisi sunt quæri-
tis, alta quidem est prouidentia creato-
ris mundi atque rectoris, & inscrutabilia sunt
iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Ve-
rum tamen interrogate fideliter animas ve-
stras, ne forte de isto integratissimæ & contine-
tiae vel pudicitiae bono, vos inflatiu extuli-
stis, & humanis laudibus delectatae in hoc et
aliquibus inuidistis? Non accuso quod ne-
ficio, nec audio quod vobis interrogata cor-
da vestra respondent. Tamen si ita esse respo-
derint, nolite mirari hoc vos amississe unde
hominibus placere gestijs: illud vobis re-
mannisse, quod ostendi hominibus non po-
test. Si peccantibus non consensisti, diuinæ
gratiae, ne amitteretur, diuinum accessit au-
xilium: humanæ gloriae, ne amaretur huma-
num succedit opprobrium. In vtro que con-
solamini pusillanimes: illinc probata, hinc
castigata: illinc iustificate, hinc emendata.
Quarum vero corda interrogata reipödent,
nunquam se de bono virginitatis vel vidui-
tatis vel coniugalis pudicitie su peribisse, sed
humilibus consentiendo, de dono Dei cum
tremore exultasse, nec inuidisse cuiquam pa-
ris excellentiam sanctitatis & castitatis: sed
humana laude postposita, qua tanto maior
defferri solet, quanto est bonum rarius, quod
exigit laudem, optasse potius, vt earum am-
plior numerus esset, quam ut ipse in paucita
te amplius equarent. Nec iste quidem, qua
tales sunt, si carum quoque aliquas Barbaris

Quid familia Christi respondere debeat infidel-
ibus cum exprobaret, q̄ ea in furore hostiū
non liberauit Christus. Cap. XXIX.

Habet itaque omnis familia summi &
ueri Dei consolationem suam, non
fallacem, nec in spe rerum nutan-
tium, uel latentium constitutam, uitam.
que etiam ipsam temporalem minime po-

B. 2. niten-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

nitendam, in qua eruditur ad aeternam: bo-
nisq; terrenis tanta peregrina vtitur, nec ca-
pitur: malis autem aut probatur, aut emedatur.
Illi vero qui probitati eius insultant, eiq; di-
cunt, cum forte in aliqua temporalia mala de-
uenerit, ubi est Deus tuus? Ipsi dicatur, Vbi sint
dij eorum, cum talia patiuntur: pro quibus
euitandis eos vel colunt, vel colendos esse
contendunt. Nam ista rident, Deus meus ubiq;
præsens est, ubiq; totus, nusquam inclusus: qui
possit adesse secretus, abesse non motus. Ille
cum me aduersis rebus exagit, aut merita
examinat, aut peccata castigat, mercedemq;
mihi aeternam pro toleratis pie malis tempo-
ralibus seruat. Vos autem qui estis, cum quibus
loqui dignum sit latem de diis vestris, quan-
to minus de Deo meo, qui terribilis est su-
per omnes Deos: quoniam omnes dij gentium
demonia, dominus autem celos fecit.

Psal. 95.

Quod pudendis prosperitatibus affluere ve-
lent, qui de Christianis temporibus con-
queruntur. Cap. XXX.

Si Nasica ille Scipio vester quondam Pon-
tifex viueret, quem sub terrore belli Pa-
nici in suscipiendis Phrygiis sacris, cum vir
optimus quereretur, vniuersus senatus elegit,
cuius os fortasse non auderetis aspicere, ipse
vos ab hac impudentia cohiberet. Cur enim
afflicti rebus aduersis de temporibus queri-
mini Christianis, nisi quia vestram luxuriam
cupitus habere securam, & perditissimis mo-
ribus remota omni molestiarum asperitate
diffluere? Neque non propterea cupitis habere
pacem, & omni genere copiarum abunda-
re, vt his bonis honeste ytamini, hoc est, mo-
deste, sobrie, temperanter, pie, sed ut infinita
varietas voluptatum insanis effusionibus ex-
quiratur: secundisq; ea mala oriantur in mo-
ribus, quæ saeuentibus peiora sint hostibus.
At ille Scipio Pontifex maximus vester, ille
iudicio totius senatus vir optimus, istam vo-
bis metuens calamitatem, nolebat æmulam-
tunc imperii Romani Carthaginem dirui, &
decernenti ut dirueretur contradicebat Ca-
toni, timens infirmis animis hostium securi-
tatem: & tanquam pupillis ciuibus idoneum
tutorem, necessarium videns esse terrorem.
Nec eum sententia fecellit, re ipsa probatum
est, quam verum diceret. Deleta quippe Car-

thaginæ magno scilicet terrore Romanæ rei-
publicæ depulso & extincto, tanta de rebus
prosperis orta mala cōtinuo subsecuta sunt,
vt corrupta disruptaq; concordia, prius lœ-
uis cruentisq; seditionibus, deinde mox ma-
larum connexione causarum, bellis etiam ci-
uilibus tanta strages æderetur, tantus sanguis
effunderetur, tanta cupiditate proscriptionū
ac rapinarum serueret immanitas, vt Roma
ni illi qui vita integriore mala metuebant ab
hostibus, perdita integritate vitæ crudeliora
paterentur à ciuibus: eaque ipsa libido do-
minoandi, quæ inter alia vitia generis huma-
ni immoderatio inerat vniuerso populo
Romano posteaquam in paucis potentiori-
bus vicit, obritos, fatigatosq; ceteros etiam
iugo seruitutis oppresit.

Quibus viitorum gradibus aucta sit in Ro-
manis cupidio regnandi. Cap. XXXI.

Nam quando illa quiesceret in superbis
simis mentibus donec continuatis ho-
noribus ad potestatem regiam perueniret?
Honorum porro continuandorum facultas
non esset, nisi ambitio præualeret. Minime Al.I. Am
bitio.
autem præualeret ambitio, nisi in populo a-
uaritia luxuriaq; corrupto. Avarus vero lu-
Avaritia
Luxuria.
xuriousq; fecundis rebus effectus est, quas
Nasica ille prouidentissimè cauendas esse cé-
sebat, quādo ciuitatem hostium maximam,
fortissimam, opulentissimamq; nolebat au-
ferri: vt timore libido premeret: libido pres-
sa non luxuriaretur, luxuriaq; cohibita, nec
auaritia grassaretur. Quibus virtutis obseratis,
ciuitati virtus floreret & cresceret, eiq; vir-
tuti libertas congrua permaneret. Hinc etiā
erat, & ex hac prouidentissima patriæ chari-
tate veniebat, quod idem ipse vester Ponti-
fex maximus à senatu temporis illius, quod
sæpe dicendū est electus, sine vlla sententiarū I
discrepancia vir optimus caueam theatri se-
natum construere molientem, ab hac dispo-
sitione & cupiditate compescuit: persuasitq;
oratione grauissima, ne Græcam luxuriam
virilibus patriæ moribus paterentur obrep-
ere, & ad virtutē labefactandā eneruandamq;
Romanam peregrine consentire nequit: al.
poti
Hil
anis
succ
tantumq; authoritate valuit, vt eius verbis
cōmota senatoria prouidentia: etiā subsellia
quibus ad horam congestis in ludorum spe-
ctaculo

All. Iu-
di scenici
& Nafia
abrogati.

Etaculo iam vti ciuitas cperat, deinceps p-
hiberet apponi. Quanto studio iste ab vrbe
Roma ludos ipsos scenicos abstulisset, si au-
thoritati eorum, quos Deos putabat, resistere
auderet, quos esse noxios dēmones nō in-
telligebat: aut si intelligebat, placandos etiā
ipse potius, quā contemnendos Deos existi-
mabat. Nōdū enim fuerat declarata gentibus
superna doctrina quā fide cor mundans ad
celestia vel super celestia capescenda, humi-
li pietate humanū mutaret affectum, & à do-
minatu superborum dēmonum liberaret.

De scenicorum institutione ludorum.

Cap. XXXII.

Veruntamen sc̄irote qui ista nescitis: &
qui vos ista scire disimulatis, aduer-
tite, qui aduersus liberatorem à talibus do-
minis liberaci murmuratis: ludi scenici, spe-
ctacula turpitudinū, & licentia vanitatum;
non hominum vitijs, sed deorum veftrō-
rum iussis Romæ instituti sunt Tolerabilius
diuinos honores deserretis illi Scipioni, q̄
B Deos eiuscmodi coleretis, Neque enim e-
rant illi dij, suo Pontifice meliores. Ecce at-
tendite, si mens tam diu potatis erroribus
ebria, vos aliquid sanum considerare per-
mitit? Dij propter sedandam corporum pe-
stilentiam ludos sibi scenicos exhiberi habe-
bant: Pontifex autem veleter propter animo-
rum cauendam pestilentiam, ipsam scenam
construi prohibebat. Si aliqua luce mentis
animam corpori p̄ponitis, eligit quēm
colatis. Neque enim illa corporum pesti-
lentia ideo conquieuit, quia populo bellico
so & solis antea ludis circenibus affuetu lu-
dorum scenicorum delicata subintravit in-
monū vñ fania, sed astutia spirituum nefandorum p̄-
fricties. uidens, illam pestilentiam iam sine debi-
to cessaturam, aliam longe grauiorem, qua
plurimum gaudet, ex hac occasione nō cor-
poribus, sed moribus curauit immittere,
que animos miserorum tantis obēçauit te-
nebris tanta deformitate sedauit, vt etiam
mudo quod incredibile forbita erit, si à no-
stris posteris audietur, Romana vrbe vasta-
ta quos pestilentia ista possedit, arque inde-
fugientes, Carthaginem peruenire potue-
runt, in theatris quotidie certam pro hi-
strionibus insinarent.

De vitijs Romanorum quos patrię non cor-
rexit euerſio. Cap. XXXIII.

O Mentes amentes, quis est hac tantus nō
error, sed furor, vt exitū vestrū sicut
audiuimus plangentibus Orientalibus po-
polis, & maximis ciuitatibus in remotissi-
mis terris, publicū luctū m̄rorēq; ducenti-
bus vos theatra quereretis, intraretis, & mul-
to ilaniōres q̄ fuerat antea faceretis? Hāc ani-
morū labē ac pslē, hāc probitatis & honesta-
tis euerſionē vobis Scipio ille metuebat, q̄n
construi theatra prohibebat: q̄n rebus pro-
speris vos facile corrumpi, acq̄s euerti posse
cernebat: q̄n vos ab hostili terrore fecuros
ēnolebat. Neq̄.n. cēsēbat ille felicē esse rē-
publicā, stātibus menībus, ruentibus morī-
bus: sed in vobis plus valuit quod dēmones
imp̄j seduxerunt, quā quod homines proui-
di p̄cauerunt. Hinc est quod mala, quē fa-
cītis vobis imputari non vultis: mala vero q̄
patimini, Christianis temporibus imputatis.
Neq̄.n. in vestra securitate pacatam rempu-
blicam, sed luxuriam queritā impunitā, qui
depravati rebus prosperis, nec corripi potui-
stis aduersis. Volebat vos ille Scipio terrori
ab hoste, ne in luxuriam flueretis, vos nec
contriti ab hoste luxuriam repressistis: perdi-
distis vtilitatem calamitatis & miserrimi fa-
cti estis, & pessimi permanistis. Et tñ φ viui-
tis Dei est, qui vobis parcendo, admonet, vt
corrigamini p̄ nitēdo: q̄ vobis etiā ingratias
p̄s̄lit, vt vel sub noī seruorū eius, vel in lo-
cis martyru eius hostiles manus euaderetis.

De clementia Dei quā vrbis excidium tem-
perauit. Cap. XXXIV.

R omulus & Remus Asylū constituisse
perhibitentur, quo quisquis confugeret,
ab omni noxa liber esset, augere querentes
creandā multitudinē ciuitatis. Mirandum in
honorē Christi p̄cessit exēplū. hoc consti-
tuerunt euerſores vrbis, quod constitue-
rāt antea cōditors. Quod autē magnū si hoc
fecerunt illi, vt ciuiū luorū numerus supple-
retur, quod fecerunt isti, vt suorum hostium
numerofitas seruaret. Hęc & talia, si qua vbe-
rius & cōmodius potuerit, respondeat ini-
miciis suis redempta familia domini nostri
IESV Ch̄ri & peregrina ciuitas regis Ch̄ri.
Ang. Tomus Quintus. B 3 de

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De latentibus inter impios ecclesiæ filijs , &
de falsis intra ecclesiam Christianis.

Cap. XXXV.

MEminerit sanè in ipsis inimicis suis Ia
tere ciues futuros , ne infructuosum
vel apud ipsos putet , q̄ donec perueniat ad
confessos portat infenos : sicut ex illorum
numero etiam Dei ciuitas habet secum , quan
diu peregrinatur in mundo , cōr̄ exos cōmu
nione sacramentorum nec secum futuros in
æterna sorte sanctorum , qui partim in occul
to , partim in aperto sunt . Qui etiā cū ipsis ini
micis aduersus Deū , cuius sacramenta ger
runt , murmurare nō dubitant : modo cum illis
theatra modo ecclesias nobiscum replen
tes . De correctione autem quorundam etiā
talium multo minus est sperandum , si apud
apertissimos aduersarios prædestinati latitāt,
adhuc ignoti etiam sibi . Perplexæ quippe
sunt istæ duæ ciuitates in hoc seculo inuicē
que permixtæ , donec ultimo iudicio diri
matur de quarum exortu & procurso & de
bitis finibus , quod dicendum arbitror , quan
tum diuinitus adiuuabor , expediam propter
gloriam ciuitatis Dei , quæ alienis a contra
rio comparatis clarius eminebit .

All. Ci
nitates p
plexa.

De quibus causis sequenti disputatione fit
differendum . Cap. XXVI.

Sed adhuc quædam mihi dicenda sunt ad
uerfus eos , qui Romanæ reipublicæ clades
in religionem nostram referunt : quæ dij
suis sacrificare prohibentur . Commemora
da enim sunt quæ & quanta occurtere po
tuerint : vel satis esse videbuntur mala , quæ il
la ciuitas pertulit , vel ad eius imperium per
tinentes prouinciez , ante quam eorum sacri
ficia prohibita fuissent : quæ omnia procul
dubio nobistribuerent , si iam vel illis clare
ret nřa religio , vel ita eos à sacris sacrilegis
prohiberet . Deinde monstrandum est , quos
eorum mores , & quā ob causam verus Deus
ad augendnm imperium adiuuare dignatus
est , in cuius potestate sunt regna omnia : quā
que nihil eos adiuuerint hi , quos Deos pu
tant : quin potius quantum decipiendo &
fallendo nocuerint . Postremo aduersus eos
dicetur , qui manifestissimis documentis cō
futati atque coniuncti conantur asserere , non

propter vitæ præsentis utilitatem , sed prō
pter eam quæ post mortem futura est , co
lendos esse Deos . Quæ , nisi fallor , quæstio
multo erit operosior , & * sublimiori dispu
tatione dignior , vt & contra Philosophos in
ea differatur : non quoslibet , sed qui apud il
los excellentissima gloria clari sunt , & no
biscum multa sentiunt : scilicet de anima im
mortalitate , & quod Deus verus mundum
cōdiderit , & de prouidētia eius , qua vniuer
sum quod condidit , regit . Sed quoniam &
ipsi in illis quæ contra nos sentiunt , resel
lendi sunt deesse huic officio non debemus:
vt refutatis impijs cōtradictionibus , pro viri
bus quas Deus impariet , asseramus ciuitatē
Dei , veramq; pietatē & Dej cultū: in quo v
no veraciter sempiterna beatitudo promitti
tur . Hic itaq; modus fit huius voluminis , vt
deinceps disposita ab alio sumam⁹ exordio .

al. Sub.
tiliori.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi ad Marcellinum de Ci
uitate Dei .

L I B E R S E C V N D V S .

De modo qui necessitati disputationis adhi
bendus est . Cap. Primum .

SI Rationi perspicua veritatis in
firmus humanæ consuetudinis
sensus non auderet obſistere ,
sed doctrinæ ſalubri languore
ſuum tanquam medicinæ ſubde
ret , donec diuino adiutorio fide pietatis im
petrante ſanaretur , non multo ſermone opus
effet ad conuincendum quēlibet vanæ opina
tionis errorem , his qui recte ſentient , & ſen
ſa verbis ſufficientibus explicant . Nunc vero
quoniam ille est maior & tetricor infipientiū
morbus animorum , quo irrationabiles mo
tus ſuos , etiam poſt rationem plene redditā ,
quanta homini ab homine debetur , ſive ni
mia cęcitate , qua nec aperta cernuntur , ſi
ue obſtinatissima peruvacia , qua & ea quæ
cernuntur , non feruntur , tanquam iplam
rationem veritatemque defendunt , fit ne
ceſitas copiohus dicendi plerunque reſcla
ras , velut eas non ſpectantibus intuendas ,
ſed quodammodo tangendas palpantibus ,
& coniuentibus oſieramus . Et tamen quis
diſce-

al.
tare

Al.
ſter

disceptandi finis erit & loquendi modus , si respondendum esse respondentibus semper existimemus? Nam qui vel non possunt intel ligere quod dicitur, vel tam duri sunt aduer sitate mentis, vt etiam si intellexerint nō obe diant, respondent ut scriptum est, & loquun tur iniuitatē, atq; infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta contraria si toties velimus re tellere, quoties obnixa fronte statuerunt, nō curare quid dicant, dum quoq; modo nostris disputationibus contradicant, quam sit infinitum & ærūnosum & infructuosum M vides. Quā ob rem nec te ipsum mi fili Mar celline , nec alios quibus hic labor noster in Christi charitate utiliter ac liberaliter seruit tales meorum velim iudices, qui responsio nem semper desiderent, cum his quæ leguntur audierint aliquid contradici , ne fiant similes earum muliercularum , quas coim memorat Apostolus: Semper discentes, & ad ve ritatis scientiam nunquam peruenientes .

De his quæ primo volumine expedita sunt. Cap. II.

Superiore itaque libro cum de Ciuitate Dei dicere instituisse, vnde hoc vniuersum opus illo adiuuante in manus sumpū est , occurrit mihi * respondendum esse pri mitus eis, qui hæc bella , quibus mundus iste conteritur, maximeq; Romanæ vrbis recentem à Barbaris vastationem Christianæ religioni tribuunt, qua prohibent nefandis sacrificijs seruire démonibus : cū potius hoc deberent tribuere Christo , q; propter eius nomen, contra institutum moremq; bellorū eis quo confugerent , religiola & amplissima loca Barbari libera præbuerunt, atque in multis famulatum debitum Christo: non so lum verum, sed etiam timore confliictum, sic honorauerunt, vt quod in eos belli iure fieri licuisset, illicitū sibi esse iudicarent. Inde in A cedit quæstio , cur hæc diuina beneficia etiā ad impios ingratosq; peruerent, & cur illa itidem dura , quæ hostiliter facta sunt , pios cū impijs pariter affixerint. Quam quæsti onem per multa diffusam in omnib.n. quotidianis vel Dei muneribus, vel hominum cladi bus: quæ qm̄ vtraque bene vel male viuentibus permixte atq; indiscrete sepe accidūt, solent multos mouere, vt pro suscepī ope

ris necessitate dissoluerem, aliquantū immo ratus sum , maxime ad consolandas sanctas fēminas & pie castas, in quibus ab hoste ali quid perpetratum est , q; intulit verecundiæ dolorem, & si non abstulit pudicitia firmitatē, ne peniteat eas vita, apud quas non est va de poslit penitere nequit. Deinde pauca di xi in eos, qui Christianos aduersis illis rebus affectos , & præcipue pudorem humiliatarū fēminarum, quāuis castarum atq; sanctarū , B proteruitate impudentissima exagitant, cum sint nequissimi & irreuerentissimi, & longe ab eis ipsis Romanis degeneres, quorum p clara multa laudantur , & literarum memo ria celebrantur, imo illorum gloriæ vehemē ter aduersi. Romam quippe cura stractā ve terum auctamq; laboribus , fēdiorem stantē fecerant quam ruentem: qñquidem in ruina eius lapides & ligna , in istorū aut vitia omnia, non murorū, sed morū munimenta atq; ornamenta ceciderunt, cum funestiorib. eo rum corda cupiditatibus quam ignib. tecta il lius vrbis arderent. Quibus dictis, primū ter minauit librum, deinceps itaque dicere insti tui, quāta mala ciuitas illa perpesta sit ab ori gine sua, siue apud seipsum , siue in prouincijs iam sibi subiectis , quæ omnia Christiana religioni tribuerent, si iam tunc Euangeli ca doctrina aduersus falsos & fallaces eorū Deos testificatione liberrima personaret.

De assumenta historia, quæ mala acciderint Romanis, cum Deos colerent, antequam religio Christiana cresceret. Cap. II I.

Memento autem me ista cōmemoran tem adhuc contra imperitos agere , ex quorum imperitia illud quoque ortū est vulgare prouerbium . Pluuiia defecit causa C Christiani nominis. Sunt nanque qui eorum studijs liberalibus instituti, amant historiam, qui facilime ista nouerunt. Sed vt nobis in eruditorum turbas infestissimas reddant, se nosse dissimulant, atq; hoc apud vulgus affir mare nituntur, clades quibus per certa inter ualla locorum & temporum genus humanum oportet affligi, causa accidere nominis Chri stiani, q; cōtra Deos suos ingenti fama & p clarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant ergo nobiscum antequā Chri stus venisset in carne, anteq; eius nomē tam,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

cui frustra inuident, gloria populis innotesceret; quibus calamitatibus res Romanæ multipliciter varieq; contrite sunt, & in his defendant si possunt deos suos, si propterea coluntur, ne ista mala patientur cultores eorum, quorum si quid nunc passi fuerint nobis imputanda esse contendunt? Cur. n. ea quæ dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis, antequâ eos declaratum Christi nomen offendere, eorumq; sacrificia prohiberet?

Quod cultores deorum nulla vñquam à dijs suis præcepta probitatis acceperint & in sacrificiis eorum turpia quæque celebrauerint. Cap. IIII.

Al. LVI.
te bone
præcepta
à dijs gen
tium non
præfita
suis culto
ribus. P Rimo ipsos mores ne pessimos habent, quare dij eorum curare noluerunt. Deus enim verus eos, à quibus non colebatur, merito neglexit. Dij autem illi, à quorū cultu se prohiberi homines ingratisimi cōqueruntur, cultores suos ad bene viuendum quare nullis legibus adiuuerunt? Vtique dignum erat: vt quomodo isti illorum sacra, ita illi istorum vitam, aut facta curarent. Sed respondetur, quod voluntate propria quisque malus est. Quis hoc negauerit? Verumtamen pertinebat ad consultores deos, vita bona præcepta non occultare populis cultoribus suis, sed clara prædicatione præbere: per vates etiam conuenire atque arguere peccantes: palam minari poenas male agentibus, p̄mnia recte viuentibus polliceri. Quid vñquam tale in deorum illorum templis, prompta & eminenti voce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula ludibriaq; sacrilegiorum: spectabamus arreptios, audiebamus symphoniacos ludis turpisimis, qui dijs deabusque exhibebantur: oblectabamur cœlesti virgini & Berecynthia matri deorum omnium. Ante cuīus lecticam die solenni lauationis eius, talia per publicum cantabantur à nequissimis scenicis, qualia non dico matrem deorum, sed matrem qualium cūque senotorum, vel quorūlibet honestorum viorum: immo vero qualia nec matrem ipsorum scenicorū deceret audire. Habet enim quidam erga parentes humana verecundia, q; nec ipla nequitia posse auferre. Illam enim turpitudinem obsecnorum dictorum atq;

factorum, scenicos ipsos domi sua prolude di causa coram matribus suis agere puderet, quam per publicum agebat coram deorum omnium matre, spectante & audiente vtriusque sexus frequentissima multitudine. Quæ si illecta curiositate adesse ponit circumfusa, saltem offensa castitate debuit abire confusa. Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sacra? aut quæ inquinatio si illa lauatio? Et hæc fercula appellabantur, quasi celebrare conuiuum, quo velut suis epulis immunda demona pascerentur. Quis enim non sentiat cuiusmodi spiritus talibus obscenitatibus delectentur: nisi vel nesciens vtrum omnino sint vlli immundi spiritus deorum nomine decipientes, vel talem agens vitam, in qua istos potius quam Deum verum & optet propios, & formidet iratos.

De obscenitatibus, quibus mater deorum à cultoribus suis honorabatur.

Cap. V.

Al. I. Fer-
cula spiri-
tibus im-
mūdis ex-
hibita. N Equaquam istos, qui flagitosissimæ consuetudinis vitijs oblectari magis q; oblectari student, sed illum ipsum Nasicam Scipionem, qui vir optimus à senatu electus est, cuius manibus eiusdem dæmonis simulachrum suscepimus est, in urbemque peruectum, habere de hac re indicem vellem. diceret nobis, vtrum matrem suam tam optimæ de republica vellet mereri, vt ei diuini honores decernerentur: sicut & Græcos & Romanos aliasque gentes constat quibusdū decreuisse mortalibus, quorum erga se beneficia magnipenderant, eosque immortales factos atque in deorum numerum receptos esse crediderant. Projecito ille tantam fœlicitatem sua matri, si fieri posset, optaret. Porro si ab illo deinde quæreremus, vtrum inter eius diuinos honores vellet illa turpia celebrari: nonne se malle clamaret, vt sua mater sine vlo sensu mortua iaceret, quam ad hoc dea viveret, vt illa libenter audiret? Absit vt senator populi Romani ea mente præditus, qua theatrum ædificari in vrbe fortius virorum prohibuit, sic vellet coli matrem suam, vt talibus dea sacris propitiaretur, quæ libus matrona vrbis offenderetur. Nec vlo modo crederet verecundiam laudabilis fēminæ, ita in contrarium diuinitate mutari,

Al. Ho-
nores di-
uini bene
fætorib.
olim de-
crai.

Berecyn-
thia deū
mater. + tibi unquam tene obij ad alii mendacem eleuere, q; ei le degredia, in te p̄g de ca vñm xybz
Gruifbz perdonando agrauos eti, q; ea quia se aperte de sagrecaura boſe? adā ſmo
formauenganz, q; ea Consuetudinay ambedijs loſſent, q; periueray gora fienta? adā ſtrenuator eti

vt honoribus eam talibus aduocarent cultores sui : qualibus conuijts in quempiam iacula, cum inter homines viueret , nisi aure clauderet, se leque subtraheret, erubescerent pro illa & propinquis, & maritus, & liber. Proinde talis mater Deum, qualēm habere matrem puderet quemlibet etiam pessimum virum , Romanas occupatura mentes quæsivit optimum virum, nō quem monendo & adiuuando faceret, sed quem fallēdo deciperet: ei similis de qua scriptum est : Mulier autem virorum preciosas animas caprat, vt ille magnæ indolis animus hoc velut diuino testimonio sublimatus, & vere se optimum existimans, veram pietatem religionemq; non quereret, sine qua omne quāuis laudabile ingenium superbia vanescit & decidit. Quomodo igitur nisi insidiose quæreret dea illa optimum virum , cum talia q̄rati in suis sacris , qualia viri optimi abhorrent suis adhiberi conuiuijs.

Deos paganorum nunquā bene viuendi sanxisse doctrinam. Cap. VI.

Hinc est, quod de vita & moribus ciuitatum atque populorum, à quibus colebantur illa numina, non curarunt, vt tam horrendis & detestabilibus malis, non in agro & viis, non in domo atque pecunia, non denique in ipso corpore , quod menti subditur: sed in ipsa mente, ipso rectore carnis animo, eos impleri ac pessimos fieri sine ulla sua terribili prohibitione permitterent. Aut si prohibebant, hoc ostendatur potius, hoc probetur. Nec nobis nescio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos, & achanas velut religione traditos iactent, quibus vita probitas castitasq; discatur, sed demonstrent atque commemoretur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata: non ubi iudi agerentur obscenis uocibus & motibus hiltronum , nec ubi Fugalia celebrarentur, effusa omnimentia turpitudinū, & vere Fugalia, sed pudoris & honestatis: sed ubi populi audirent quid dīj præciperet de cohibenda avaritia, ambitione frangenda, luxuria refrenanda: vbi discerent miseri, quod discedendum Persius increpat dicēs: Di-

A. l. Per sciteque ò miseri & causas cognosciterū, **satyra** **tertia.** Quid sumus, aut quidnam viēturi gignimur,

ordo. Quis datus, aut metā quam mollis flexus & vnde. Quis modus argenti, & quid fas optare, quid asper. Vtile nummus habet: patriæ charisque propinquis, Quantum elatigi deceat, quem te Deus esse iussit , & humana qua parte locatus es in re . Dicatur in quibus locis hæc docentium deorum solebant præcepta recitari , & à cultoribus eorum populis frequenter audiri sicut nos ostendimus ad hoc ecclesiæ institutas , quaqua uersum religio Christiana diffunditur.

Inutilia esse inuenta philosophica sine auctoritate diuina, ubi quenquam ad uitia pronum magis mouet, quod dīj fecerint, quam quod homines disputauerint .

Cap. VII.

An nobis forte Philosophorum scholas disputationes que memorabunt? Primo hæc nō Romana, sed Græca sunt: aut si propterea iā Romana , quia & Græcia facta est Romana prouincia, non deorum præcepta sunt, sed hominum inuenta, qui utcunq; co[n]ati sunt ingenij acutissimis prædicti ratiocinando uelitigare, quid in rerum natura latitaret: quid in moribus appetendum esset atque fugiendum: quid in ipsis ratiocinandi regulis certa connexione traheretur, aut qd non esset consequens uel etiam repugnaret. Et quidam eorum quædam magna quantū diuinitus adiuti sunt inuenerunt: quantum autem humanitus impediti sunt, errauerunt: maximè cum eorum superbie iuste prouidentia diuina resisteret, ut uiam pietatis ab humilitate in superna surgentem, etiam istorum comparatione monstraret. Vnde postea nobis erit in Dei neri, & domini uoluntate disquirendi ac differendi locus. Verumtamen si Philosophi aliquid inuenerunt, quod agēdā bona uitæ beatæq; adipiscenda satis esse posset: quanto iustius talibus diuini honores decernuntur? Quanto melius & honestius in Platonis templo libri eius legerentur, quam in templis dēmonum Galli abscederentur, molles coniecerantur, infani secesserent, & quicquid aliud, uel crudele, uel turpe, uel turpiter crudele, uel crudeliter turpe in sacris talium deorū celebrari solet? Quantū satius erat ad erudiendam ad iustitiam iuuentutem publice recitari leges deorum,

Al. l. precepta phi-losophie.

Al. Phi-losophis po-tius quā gentilium dīj hono-res decr-nendī.

quam

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

All. 1 S. 2. tya 3. quām laudari inaniter leges atque instituta
maiorum? Omnes enim cultores talium deo-

All. 1. In Eunuchos rum mox vt eos libido perpulerit, feruenti,
vt ait Persius, tincta veneno, magis intueni,

quid Iuppiter fecerit, quām quid docuerit
Plato vel censuerit Cato. Hinc apud Teren-

Arum flagitus sus adolescens spebat tabulam
quamdam pictam in pariete, ubi inerat pictu-
ra hæc: Iouem quo pacto Danae misisse a-
iunet in gremium quandam imbreu aureū:
atque ab hac tanta authoritate adhibet pa-
trocinium turpitudini suæ, cum in ea se ia-
ctat imitari Deum. At quem Deum, inquit,
Qui templo cœli summo sonitu concutit,
ego homuncio id non facerem? Ego vero
illud feci ac lubens.

De ludis scenicis in quibus dij non offendū-
tur edictione suarum turpitudinum, sed
placentur. Cap. V III.

A T enim non traduntur ista sacris deo-
rum, sed fabulis poetarum. Nolo dice-
re illa mystica quam ista theatrica esse turpio-
ra. Hoc dico, quod negantes conuincit his-
toria, eosdem illos ludos in quibus regnant
figmenta poetarum, non per imperium ob-
sequium sacris deorum suorum intulisse Ro-
manos, sed ipsos deos, vt sibi solenniter æde-
rentur, & honori suo consecrarentur acerbè
imperando, & quodammodo extorquendo
secisse. Quod in primo libro breui com-
memoratione perstrinx. Nam ingrauescente pe-
stilentia, ludi scenici autoritate Pontificis?
Romæ primitus instituti sunt. Quis igitur in
agenda vita non ea sibi potius selecta arbit-
ratetur, quæ astantur ludis autoritate di-
uina institutis, quam ea quæ scriptitantur le-

*All. 2. Ca- dij hi vtique * quia casti quibus tantum ne-
fici, quia tantum - phas per humanos ludos confictum est, non
quia neglectum est irasci ac vindicare debue-
runt. Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora
ludorum, comoëdia scilicet, & tragœdia,
hoc est, fabula poetarum agendæ in specta-
culis, multa rerum turpitudine, sed nulla sal-
tem sicut alia multa verborum obsoletate
compositæ, quas etiam inter studia qua ho-
nesta ac liberalia vocantur, pueri legere &
discere coguntur à senibus.*

Quid Romani veteres de cohibenda poeti-
ca licentia senserint, quam Græci deo-
rum secuti iudicium liberam esse volue-
runt. Cap. IX.

Q Vid autem hinc senserint Romani ve-
teres, Cicero testatur in libris quos de
Republca scripsit, ubi Scipio disputans ait:
Nunquam comoëdia nisi consuetudo vitæ
pateretur, probare sua theatris flagitia potui-
sent. Et Græci quidam antiquiores vitoſæ sue
opinionis quandam conuenientiam seruaue-
runt, apud quos sicut etiam lege concessum,
vt quod vellet, comoëdia nominatim vel de
quo vellet diceret. Itaque sicut in eisdem li-
bris loquitur Aphricanus, quem illa non atti-
git, vel potius quem non vexauit, cui peper-
cit? Esto, populares homines improbos, in
republica seditiones, Cleonem, Cleophonem,
Hyperbolum laſit: Patiamur, inquit, &
si huiusmodi ciues, à censore melius est quā
à Poeta notari, sed Periclem cum iam suæ ci-
uitati maxima authoritate plurimos annos
domi & bello præfuisset, violari versibus, &
eos agi in scena non plus decuit, quā si Plau-
tus, inquit, noster voluisset, aut Nævius Pu-
blio & Cneo Scipioni, aut Cæcilius Marco
Catoni maledicere. Deinde paulopost: no-
stre, inquit, contra duodecim tabulæ cum
perpaucæ res capite sanxissent in his hanc
quoque fanciadam putauerunt, si quis * a-
ctitauisset, siue carmen condidisset, quod in-
famia faceret, flagitiumve alteri precaretur.
All. loc. 8

Præclarè. Iudicijs enim ac magistratum di-
sceptationibus legitimis propositam vitam,
nō Poetarum ingenij habere debemus, nec
probrum audire, nisi ea lege vt respondere
liceat, & iudicio defendere. Hæc ex Cicero-
nis quarto de Republica libro ad verbum ex-
cerpēta arbitratus sum, nonnullis propter
faciliorem intellectum vel prætermisis, vel
paululum commutatis. Multum enim ad ūe
pertinent, quam molior explicare, si potero.
Dicit deinde alia, & sic concludit hunc lo-
cum, vt ostendat veterib. displicuisse Roma-
nis, vel laudari quenquam in scena viuū ho-
minem, vel vituperari. Sed vt dixi, hoc Græ-
ci quanquā inuercundius, tamen conueni-
tius licere voluerunt, cum viderent dij suis
accepta & grata esse opprobria, non tantum
hominū, verum & ipsorum deorum in sce-
nicis

nicis fabulis: siue à Poetis essent illa conficta, siue flagitia eorum vera commemorarentur & agerentur in theatris, atque ab eorum cultoribus utinam solo risu ac non etiam immitatione digna viderentur. Nimis enim superbum fuit famæ parcere Principum ciuitatis & ciuium, vbi suę famę parci numina nouerunt. Nam quod assertur pro defensione, nō illa vera in Deos dici, sed falsa atque conficta: id ipsum est scelesteius si pietatem consulas religionis: si autem malitiam dēmonū cogites, quid astutus ad decipiendum atq; callidius? Cum enim probrū iacitur in Principem patriæ bonum atque utilem, nonne tanto est indignius, quanto à veritate remotius, & à vita illius alienius? Quæ igitur supplicia sufficiunt, cum Deo sit ista tam nefaria tam insignis iniuria.

Qua nocendi arte dēmones velint vel falsa de se crimina vel vera narrari. Cap. X.

Sed maligni spiritus, quos illi Deos putant, etiam flagitia, quæ non admiserūt, de se dici volunt: dum tamen humanas mentes his opinionib, velut retib, inducant, & ad p̄destinatum supplicium secū trahāt: siue homines ista cōmiserint, quos Deos haberī volunt, qui humanis erroribus gaudent, pro q̄bus etiā se colendos mille nocendi fallēdiq; artibus interponunt: siue etiam nullorū hominum illa crima vera sint, quæ tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallacissimi spiritus, vt ad scelerā, ac turpia perpetrāda, velut ab ipso cōculo traduci in terra satis idonea videatur authoritas. Cū igitur Gr̄eci talium numinum seruos se esse sentirent, inter tot & tanta eorum theatra opprobria parcendum sibi à Poetis nullo modo putauerunt: vel dijs suis etiā sic consimiliari aptentes vel metuentes, ne honestiorem famā ipsi requirendo, & eis se hoc modo p̄ferendo, illos ad iracundiam prouocarent. Ad hanc conuenientiā pertinet, q̄ etiam scenicos actores earundē fabularum, non paruo ciuitatis suę honore dignos existimārūt. Siquidem quod in eo quoq; de republica libro commemoratur, Aeschines cuius Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescēs tragedias actitauisset, rempublicam capessit: Aristodemum tragicum item actorem

In expla-
ri Roma-
no hic in-
cipit. c. ii

maximis rebus pacis ac belli, & legatum ad Philippū Athenienses sāpe miserunt. Nō n. consentaneum putabatur, cum easdem artes eosdemq; scenicos ludos: etiam dijs suis acceptos viderent, illos per quos agerentur in infamium loco ac numero deputari.

De scenicis apud Gr̄eos in reipublicæ administrationem receptis, eo quod placa-tores deorum iniuste ab hominibus spernerentur. Cap. XI.

HAEC Gr̄eci turpiter quidem, sed sanè dijs suis omnino congruēter, qui nec vitam ciuium lacerādam linguis poetarū & histriōnum subtrahere ausi sunt, à quibus cernebat deorum vitam eisdem ipfis dijs volentibus & libentibus carpi: & ipsos homines, per quos ista in theatris agebantur, quæ numinibus quibus subditi erāt, grata esse cognoverunt, non solū minime spernendos in ciuitate, verum etiam maxime honorandos putauerunt. Quid enim cause reperire possent, cur sacerdotes honor arēt: quia per eos victimas dijs acceptabiles offerebant: & scenicos probros haberent, per quos illam voluptatem siue honorem dijs exhiberi petentibus, & nisi fieret irascientibus, eorū admonitione didicerant: cū praesertim Labeo, quem huiuscemodi rerum peritissimū prædicant, numina bona à numinibus malis, ista etiam cultus diuersitate distinguat: vt malos Deos propiciari cēdibus & tristibus supplicationibus afferat, bonos autem obsequijs lētis atq; iucundis: qualia sunt, vt ipse ait, ludi, conuicia lectiſternia. Quod totium quale sit postea si Deus iuuerit, diligētius differemus: nunc ad rem præsentem quod attinet differamus: siue dijs omnibus omnia tanquā bonis permixte tribuantur, neq; enim esse decet Deos malos, cū potius illi quia immunidi sunt spiritus, oēs sunt mali: siue per dilectionē, sicut Labeo ni visum est, illis illa, istis ita distribuantur obsequia competentissime Gr̄eci vtroque honore dignos ducūt, & sacerdotes per quos victimę ministrant, & scenicos per quos ludi exhibētur. Ne vel omnibus dijs suis si & ludi omnibus grati A sunt, vel quod est indignius his quos bonis putant, si ludi ab eis solis amantur, facere cōvincantur iniuriam.

Quod

All. Spi-
ritus im-
mundi,
oēs demo-
nes mali.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quod Romani auferendo libertatem poetis in homines quam dederunt in Deos, melius de se quam de diis suis senserunt. Cap. XII.

*Al. l. exere
rere.*

AT Romanis sicut in illa de republica distinctione gloriatur Scipio, probris & iniurijs poetarum subiectam vitam famamque habere noluerunt, capite etiam puniri fuscientes, tale carmen condere si quis auderet, quod erga se quidem satis honeste constuerunt, sed erga Deos suos superbe & irreligiosè. Quos cù scirent non solum patenter, sed etiam libenter poetarum probris maledictisq; lacerari, se potius quam illos huiuscmodi iniurijs indignos esse duxerunt, seq; ab eis etiam lege munierunt, illorum autem ista etiam sacris solennitatibus miscuerunt. Itane tandem Scipio laudas hanc poetis Romanis negatam esse licentiam, ut cuiquam opprobrium infligeret Romanorum, cum videas eos nulli deorum pepercisse vestrorū? Itane pluris tibi habenda visu est existimatio curiae vestrae, quam capitolij imo Romæ vnius quam celi totius, ut linguam maledicā in ciues tuos exercere poetæ etiam lege prohiberentur, & in Deos tuos securi, tanta cōvictia nullo Senatori, nullo cōsōre, nullo

K Princeps, nullo pontifice prohibente iacula rentur? Indignum videlicet fuit vt Plautus, aut Neuius Publico, & Gneo Scipioni, aut Cœcilius M. Catoni male diceret: & dignum fuit vt Terentius vester flagitio louiso p. ma ximi adolescentium nequitiam concitaret.

Debuissesse intelligere Romanos, quod dij eorum qui se turpibus ludis coli expetebāt, indigni essent honore diuino. Cap. XIII.

Sed responderet mihi fortasse si viueret. Quomodo nos ista impunita esse nollemus, que ipsi dij sacra esse voluerunt, cum ludos scenicos vbitalia celebrantur, dictantur, actitantur, & Romanis moribus inuexerunt, & suis honoribus dicari exhibere que iussérunt? Cur ergo non hinc magis ipsi intellecti sunt non esse dij veri, nec omnino digni, quibus diuinos honores deferret illa república? Quos enim coli minime deceret homines minimeque oporteret, si ludos experient agendos conuicijs Romanorum, quomodo quo dij colendi putati sunt?

quomodo non detestandi ipsi intellecti, qui cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina poposcerunt? Itemq; Romani quanuis iam superstitione noxia prementur, vt illos Deos colerēt, quos videbant voluisse scenicas turpidudes consecrari, suæ tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularū nequaquam honorauerunt more Græcotum, sed sicut apud Ciceronem idem Scipio loquitur: Cum autem ludricam scenamq; totam in probro ducent, genus id hominū non modo honore ciuium reliquorum carere: sed etiam tribu moueri notatione censoria voluerunt. Praeterea sanè & Romanis laudibus annumerāda prudētia. Sed vellem seipsa sequeretur, se immittaretur. Ecce enim recte quisquis ciuium Romanorū esse scenicus elegisset, non solum ei nullus ad honorem dabatur locus, verum etiam cōsōris nota tribum tenere propriam minime sinebatur. O animum ciuitatis laudis audum, germaneq; Romanū. Sed respondeatur mihi, qua cōsentanea ratione homines senici ab omni honore pelluntur, & ludi scenici deorum honoribus admiscētū? Illas theatricas artes diu virtus Romana non mouerat: qua etsi ad oblectamentū voluptatis humanè quererentur & yitio morū irreperent humanaorū, dij eas sibi exhiberi petierunt. Quomodo ergo abicitur scenicus per quem colitur Deus? Et theatrica illius turpidinis, qua frōte notatur actor, si adoratur exāctor? In hac controuersia Græci Romanis concertant. Græci putant recte se honore homines scenicos, cū colant ludorum scenicorum flagitores Deos. Romanī vero hominib. scenicis, nec plebeiam tribū, quāto minus senatoriam curiam dehonestari sinunt. In hac disceptatione huiuscmodi ratiocinatio summam questionis absolvit.

Proponunt Græci: Si dij tales colendū sunt, profecto etiam tales honorandi sunt. Assumunt

Romanī: Sed nullo

modo tales ho-

mines

honorandi sunt. Concludunt

Christianī: Nullo igitur

modo dij tales co-

lendi sunt.

Meliorē

*Tullius
de repub-
lica.*

*+ inde ho-
mines*

B

*Et Prosa porafinta. Den Nekar Con ga Cenzia lagu faria auiendo laj.
Hemudo ryto verba mē de legi ygh noçdow, porafis. Come pue defero dij quen
Se prelio deuina lota, degun hombre Rodejra, quoq; m. Col mai me de cerct eto.*

Meliorem fuisse Platonem, qui poetis locum in bene morata vrbe non dederit, quam hos Deos, qui se ludis scenicis volunt honorari. Cap. XIII.

dos bonos, aut corrigendos mores malos à dijs suis possent accipere, siue sperare Romanis, quos legibus suis vincunt atque conuincunt. Illi enim honori suo depositum ludos scenicos, isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos: illi celebrari sibi iubent figuris poeticis opprobria deorum, isti ab opprobrijs hominum deterrent impudentiam poetarum. Semideus autem ille Plato, & talium deorum libidini restitit, & ab indole Romanorum quid perficiendum esset, ostendit, qui poetas ipsos vel pro arbitrio mentites, vel hominibus miseras quasi deorum facta pessima imitanda proponentes, omnino in ciuitate bene instituta vivere noluit. Nos quidem Platonem, nec Deum,

G

D Einde querimus, ipse poetæ talium fabularum compositores, qui duodecim tabularum lege prohibentur famam ledere ciuium, tam probrofa in Deos conuicia, taculantes, cur non ut scenici habeantur inhonesti? Et qua ratione rectum est, ut poetorum figuramentorum & ignominiosorum deorum infamenti actores, honorentur autores? An forte Platonii Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis poetas censuit vrbe pellendos. Ille vero & deorum iniurias indigne tulit & fuscati corrumptique figuramentis animos ciuium noluit. Confer nunc Platonis humanitatem à ciuibus decipiendis. Poetas vrbe pellentem, cum deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille, netalia vel scriberentur, et si non persuasit, disputando tamen sua fletuitate lasciviazque Græcorum. Isti ut talia etiam agerentur, iubendo extorserunt grauitati & modestia Romanorum. Nec tantum hæc agi voluerunt, sed sibi dicari, sibi sacrari, sibi solenniter exhiberi. Cui tandem honestius diuinos honores decerneret ciuitas, vtrum Platonii hæc turpia & nefanda prohibenti, an demonibus hac hominum deceptione gaudentibus, quibus ille vera persuadere non potuit?

Hunc Platonem
Al. 1. Pla-
tione; la-
beo inter semideos cōmemorandum pu-
beo inter tauri: sicut Herculem, sicut Romulum. Se-
semideo
numerat.
troisque inter numina collocat. Verumta-
men istum quem appellat semideū, non he-
roibus tantum, sed etiam dijs ipsis præferen-

ta. dum esse non dubito. Propriquant autem Romanorum leges disputationibus Platonis, quando ille cuncta poetica figura cōdemnat. Isti autem poetis admunt saltem in homines maledicendi licentiam: ille poetas ab urbis ipsius habitatione repellit: isti saltem authores poetarum fabularum à lēdenda societate ciuitatis compescunt. Et si contra Deos ludorum scenicorum expeditores aliquid auderent, forte vndique remouerent. Nequaquam igitur leges ad instituen-

Tullius
de publi-
ca.

H

Quod Romani quoſdam sibi deos non ratione, sed adulacione instituerunt.

Cap. XV.

Q Vx autem illis eligendorum deorum, etiam ipsorum fallorum ratio, ac non potius

D. A V. RELII AVG. DE CIVITATE DEI

potius adulatio est quando istum Platонem, quem semideum volunt, tantis disputationibus laborantem, ne in animis malis, quæ præcipue eauenda sunt, mores corrumperentur humani, nulla ædricula sacra dignum putarunt, & Romulum suum dijs multis pre-tulerunt: quamuis & ipsum semideum potius quam Deum vocauerunt, velut secretior eorum doctrina commenderet. Nam etiam flamines, illi instituerunt, quod sacerdotij genus adeo in Romanis sacris testante apice ex celluit, ut tres solos, flamines haberent tribus numinibus institutos: Dialem, Ioui: Martialem, Marti: Quirinalem, Romulo. Nam benevolentia ciuium velut receptus in coelum. Quirinus est postea nominatus: ac per hoc & Neptuno & Plutoni fratribus Iouis, & ipsi Saturno patri eorum isto Romulus honore prælatus est: ut pro magno sacerdotium quod Ioui tribuerent, huic etiam hoc tribuerent & Marti tanquam patri eius, forsitan propter ipsum.

Quod si dijs vlla esset cura iustitiae, ab eis Romani accipere debuerunt præcepta viuendi potius quam leges ab alijs hominibus mutuare. Cap. XVI.

*Al. I. I. e-
ges Roma-
ne ab A-
theniis lib.
accepte.*

Si autem à dijs suis Romani viuendi leges accipere potuissent, non aliquot annos post Romanam conditam, ab Atheniensibus mutuarentur leges Solonis: quas tamen non vt acceperunt, tenuerunt, sed meliores & emendatores facere conati sunt: quamvis Lycurgus Lacedemonijs leges ex Apollinis autoritate se instituisse confinxerit. Quod prudenter Romani credere noluerunt, propterea non inde acceperunt. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, quasdam leges, quæ quidem regendæ ciuitati nequaquam sufficerent, condidisse fertur. Qui eius etiam multa sacra constituit: non tamen perhibetur easdem leges à numinibus acceptisse. Mala igitur animi, mala vita, mala morum, quæ ita magna sunt, ut his doctissimi eorum viri etiam stantibus urbibus resplicas perire confirmen: dij eorum ne suis citoribus acciderent, minime curarunt, immo vero ut augerentur, sicut supra disputatum est, omnimodo curauerunt.

De raptu Sabinarum, alijsq; iniquitatibus, quæ in ciuitate etiam laudatis vigore tēporibus. Cap. XVII.

AN fortè populo Romano propterea leges non sunt à numinibus constituta, quia sicut Salustius ait: Ius bonumque apud eos, non legibus magis, quam natura valebat? Ex iure ac bono credo raptas esse Sabinas. Quid enim justius & melius, quam filias alienas stauda spectaculi inductas, non à parentibus accipi, sed vi ut quisque poterat auferri? Nam si inique Sabini facerent negare postulatas, quanto fuit iniquius rapere non datas? Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit, quæ filias suas ad matrimonium corregrionalibus & confinalibus suis negasset petitas, quam cum ea quæ repetebat ablatas. Illud ergo potius ibi fieret, vbi Mars filium suum pugnantem iuuaret, ut conjugorum negatorum armis ylcisceretur iniuriam, & eo modo ad foeminas quas voluerit, perueniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas iuste victor auferret. Nullo autem iure pacis non datas rapuit, & iniustum bellum cum earum parentibus iuste succensentibus gesit. Hoc sanè utilius feliciusq; successit. Quod & si ad memoriam fraudis illius Circensium spectaculum manfit, facinoris tamen in illa ciuitate & imperio non placuit exemplum, faciliusque Romani in hoc errauerunt, ut post illam iniquitatem Deum sibi Romulum consecrarent, quam vt in foemini rapiendis factum eius imitandum, lege vlla vel more permitterent. Ex iure ac bono post expulsum cum liberis suis regem Tarquinium, cuius

*All. Cir-
censit spe
Et aculu.*

*All. Tar-
quinius
coll. magi-
stratus se
abdicare
Ex urbe
excedere
iussus.*

filius Lucretiam stupro violenter oppressebat, Junius Brutus consul, Lucium Tarquinium Collatinum maritum eiusdem Lucretiae collegam suum, bonum atque innocentem virum, propter nomen & propinquitatem Tarquiniorum coegit magistratus abdicare, nec viuere in ciuitate permisit. Quod scelus fauente vel paciente populo fecit, a quo populo consulatum idem Collatinus, sicut etiam ipse Brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono Marcus Camillus illius temporis vir egregius, qui Veientes grauissimos hostes populi Romani post decennale bellum, quo Romanus exercitus toties male pugnat

do

do grauiter afflictus est, iam ipsa Roma de salute dubitante atque trepidante, facillime superauit, eorumq; vrbe opulentissimam cepit: inuidia obtrectatorum virtutis suę & insolentia Tribunorum plebis reus factus est, tā ingrata sensit quā liberquerat ciuitatē, vt de sua damnatione certissimum in exilium sponte discederet: & decē milibus ariis ab-

All. Ca-
mi ipse-
lii ob pro
digisam
Al. I. sedi
tiones,
in iuriis,
interpreti-
morei, et
plebem.

vindex patrię futurus ingratę. Multa cō-
morare iam piget fēda & iniulta, quibus a-
gitabatur illa ciuitas cum potentes plebem
patris in sibi subdere conaretur, plebsq; illis subdi re
gratitudi cusaret & vtriusq; partis defensores magis
nem. studijs agerent amore vincendi quam aequū
& bonum quicquam cogitarent.

Quę de moribus Romanorum, aut metu cō-
presis, aut securitate resolutis Salustij, p-
dat historia. Cap. XVIII.

I Taque habeo modum, & ipsum Salustiū testem potius adhibebo, qui cum in laude Romanorum dixisset, vnde nobis iste tem-
mo exortus est, Ius bonumq; apud eos non legibus magis quam natura valebat: prædi-
cans illud tēpus, quo expulsis regibus incre-
dibiliter breui cōstat spatio ciuitas plurimū creuit, Idem tamen in primo historia suę li-
bro, atq; ipso eius exordio fatetur, etiam tūc cum ad consules a regibus esset translata re-
publica, post paruum interuum, iniurias validiorum, & ob eas discessiōne plebis à patribus, aliasq; in vrbe discessiōne fuisse.
Nam cum optimis moribus, & maxima cō-
cordia populum Romanum inter secundū & postremū bellum Charthaginense cō-
memorasset egisse: causamq; huius boni nō amorē iustitiae, sed stante Carthagine metū pacis infide fuisse dixisset, vnde & Nasica ille ad reprimendā nequitia fernādosq; istos mores optimos, vt metu vitia cōhiberentur.
Carthaginē nolebat eueri, cōtinuo subiecit idēn Salustius, & ait: At discordia, & auari-

D tua, atq; ambitio, & cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidiū ma-
xime & aucta sunt: vt intelligeremus etiam anteā & oriri solere & augeri. Vnde subne-
ctens eū hāc dixerit: Nā iniuriae, inquit, va-
lidiorū, & ob eas discessiōne plebis à patribus
aliq; dissensiones domi fuere, iam inde à

principio neq; amplius quam regibus ex-
actis, dum metus à Tarquinio & bellum gra-
ue cum Etruria positiū est, & quo & mode-
sto iure agitatum. Vides quemadmodū illo
etiam breui tēpore vt regibus exactis, idest,
electis aliquantulum & quo & modesto iure
ageretur, metū dixit fuisse cauſam, quoniam
metuebatur bellum, quod rex Tarquinius re-
gno atq; yrbe pulsus Etruscis sociatus cō-
tra Romanos gerebat. Attende itaq;, quid de
inde contextat: Dein, inquit, seruili imperio
patres plebem exercere, de vita atq; tergo re-
gio more consulere, agro pellere, & ceteris
ex partibus soli in imperio agere. Quibus sę
uitijs & maxime fēnore oppressa plebs cū al-
fidius bellis tributum simul & militiam to-
leraret, armata montem factum atq; Aduen-
tinum insedit. Tumq; tribunos plebis, & alia
sibi iura parauit, discordiarum & certami-
nis vtrinq; finis fuit secundum bellum Puni-
cum. Cernis ex quo tempore, idest, paruo
interuallo post reges exactos, quales Roma-
ni fuerint, de quibus ait: Ius bonumq; apud
eos non legibus magis quam natura valebat.
Porro si illa tempora talia reperiuntur, qui-
bus pulcherrima atq; optima fuisse prædic-
tur Romana res publica: quid iam de conse-
quenti atate dicendum aut cogitandum arbitramur, cum paulatim mutata, vt eiusdem
historici verbis vtar, ex pulcherrima atque
optima pessima ac flagitosissima facta est,
post Carthaginis videlicet, vt cōmemorauit,
excidiū? Quę tempora recolat, & descri-
bat, in eius historia legi pót quātis malis mó-
rum, quę secundis rebus exorta sunt vñq; ad
bella ciuilia demonstret esse peruentum. Ex
quo tempore, vt ait maioriū mores nō paula-
tim vt antea, sed torrentis modo præcipita-
ti, adeo inuentus luxu atq; auaritia corrupta
est, vt merito dicatur genitos esse, qui ne ip-
si habere possent res familiares, neque alios
pati. Dicit deinde plura Salustius de Syllę
vitijs, ceteraque fēditatē reipublicę & alij
scriptores in hęc cōsentiuunt, quanuis elo-
quio multum impāri. Cernis tamen vt opini-
nor, & quisquis aduerterit, facillime per-
spicit colluiciem morum pessimorum, quod
illa ciuitas collapsa fuerit, ante nostri super-
ni regis aduentum. Hęc enim gesta sunt nō
solum ante quam Christus in carne præ-
sens docere coepisset, verum etiam ante

quam

All. cor-
ruptionis
publica sub
aduentus
christi.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

quam de virgine natus esset. Cum igitur tot & tanta mala tempum illorum vel tolerabiliora superius, vel post eversam Carthaginem intoleranda & horrenda diis suis imputare non audeant, opiniones humanis mentibus vnde talia vita syluescerent, in maligna astutia inferentibus, cur mala presentia Christo important, qui doctrina saluberrima & falsos ac fallaces Deos vetat, & istas hominum noxiwas flagitiosasque cupiditates diuina authoritate detestans atque condemnans his malis tabescienti ac labenti mundo ubique familiā: suam sensim subtrahit, qua condat aeternā & non plausu vanitatis, sed iudicio veritatis glorioissimam ciuitatem.

*al. I. Chri
flus no-
tue ciuita
tis condi-
tor.*

De corruptione Romanę reip. prius quā cul
tum deorum Christus auferret. Cap. XIX.

Ecce Romana Republica, quod non Ego primus dico, sed authores eorum vnde haec mercede didicimus, tanto ante dixerunt ante Christi aduentum, paulatim mutata, & ex pulcherrima atque optima, pessima atque flagitiosissima facta est. Ecce ante Christi aduentum, post deletam Carthaginem maiorum mores, non paulatim ut antea sed torrentis modo precipitati, adeo iuventus luxu atque avaritia corrupta est. Legant nobis contra luxum & avaritiam precepta deorum suorum populo Romano data. Cui utinam tantum casta & modesta reticerent, ac non etiam ab illo probrofa & ignominiosa depositerent, quibus per falsam diuinitatem perniciosa conciliarent authoritatem. Legant nostra, & per Prophetas & per sanctū Euangeliū, & per Apostolicos Actus, & & per epistolam tam multa contra avaritiam atque luxuriam, ubique populis ad hoc congregatis, quam excellenter, quam diuine, non tanquam ex philosophorum concertationibus sterpere, sed tanquam ex oraculis & Dei nutibus intonare: & tamen luxu atque avaritia sc̄enisque ac turpibus moribus ante aduentum Christi Rempublicam pessimam ac flagitiosissimam factam, non imputant diis suis: afflictionem vero eius, quamcunq; isto tempore superbia delitiæque eorum perpeſſe fuerint, religioni increpitant Christianæ. Cuius precepta de iustis probisque moribus, si simul audirent atque curarent reges

L

terre & omnes populi, Principes & omnes iudices terræ, & iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus, etas omniscapax & eter *ps. 148.* que sexus, & quos Baptistas Ioannes alioquitur exactores ipsi atque milites: & terra vita praesentis ornaret sua felicitate respubli ca, & vita eterna culmen beatissime regnatur cōscenderet. Sed quia iste audit, ille contemnit, pluresque virtutis male blandientibus, qua utile virtutū, asperitati sunt amiciores, tolerare Christi famuli iubentur: siue sunt reges, siue Principes, siue iudices, siue milites, siue prouinciales, siue diuites, siue pauperes, siue liberi, siue serui utriuslibet sexus: pessimam etiā, si ita necesse est, flagitiosissimamque Rempublicam: & illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima curia, celestisque republica, ubi Dei voluntas lex est, clarissimum sibi locum etiam ista tolerantia comparare.

Quali velint felicitate gaudere, & quibus moribus vivere, qui tempora Christianæ religionis incusat. Cap. XX.

Verum tamen tales cultores deorum ultiorū quorum etiā imitatores in sceleribus & flagitijs se esse letantur, nullo modo curat pessimam ac flagitiosissimam non esse Rempublicā. Tantum iter, inquiunt, tantum floreat copijs referta, victorijs glorioſa, vel quod est felicissimus, pace secura sit. Et quid ad nos? Immo ad nos magis pertinet, si diuitias quisq; semper augeat, quę quotidiani effusionibus suppetant, per quas sibi etiam insimiores subdat quisq; potentior. Observantur diuitibus pauperes causa saturatis, atq; ut eorum patrocinij quieta inertia perfruatur, diuites pauperibus ad clientelas & ad ministerium sui fastus abutantur. Populi plaudant non consultoribus utilitatum suarum, sed largitoribus voluptatum. Non iubantur dura, non prohibeantur impura: reges non curent quam bonis, sed quam subditis regnent: prouincie regibus non tanquam rectoribus morū, sed tanquam rerū dominatori bus, & deliciarū suarū prouiso ribus seruiat, eosq; non sincerer honorent, sed nequiter ac feruiler timeant. Quid alienę vita potius, quam quid suę vita quisque nocēat, legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudi-

*al. l. In
celesti
Rep. Dei
voluntas
Lex est.*

ces,

*Al. l.
praua
nis pi
ce de
prio.*

*Sarda
palus.*

es, nisi q. alienę rei, domoi, saluti, vel cuiq; inuitio fuerit importunus, aut noxius. Ceterū de suis vel cū suis, vel cū quibuscūq; volenti bus faciat quisq; quodlibet. Abūdent publi- ca scorta, vel propter oēs quibus frui placue rit, vel propter eos maximē qui habere pri- uata non possunt. Extratur amplissimē atq; ornatissimē domus, vbi opipara coniuia frequententur, vbi cuiq; libuerit, & potuerit & die noctiūq; ludatur, bibatur, vomatur, diffluatur. Sa:ta: iōnes vndiq; concrepent, theatra, inhonesta letitiq; vocibus atq; omni genere siue crudelissimē, siue turpisimē volu- pratis exēstunt. Et ille sit publicus inimicus, cui hēc felicitas displiceat. Quisquis eam mu- tare vel auferre tentauerit, eum libera mul- titudo auertat ab auribus, euerat a sedib, au- ferat à viuentibus. Illi habeantur dij veri, qui hanc adipiscendam populis procurauerunt adeptāq; seruauerunt. Colātur vt voluerint, ludos exposcant quales voluerint, quos cum suis vel de suis possint habere cultoribus: tan- tum efficiant, vt huic felicitati nihil ab hoile nihil à peste, nihil ab villa clade timeat. Quis hanc Rempublican fanus, non dicam Ro- mano Imperio, sed, domui Sardanapali cō- parauerit? qui quondam rex ita fuit volupta- tibus deditus, vt in sepulchro suo scribi fe- cerit, ea sola se habere mortuum, quæ libido eius etiam cum viueret, hauriendo consum- pserat: quem regem isti si haberent sibi in ta- libus indulgentem, nec in eis cuiquam illa se ueritate aduersantem, huic libentius quam Romani veteres Romulo templum & fla- minem consecrarent.

Sardana
palus.

Quæ sententia fuerit Ciceronis de Romana Republica. Cap. XXI.

Sed si contemnitur, qui Romanā Repu- blicā pessimam ac flagitiosissimā dixit: nec curant isti, quanta morum pessimorum ac flagitosorū labē ac dedecore impleatur, sed tantūmodo vt cōsistat & maneat, audiāt eā non vt Salustius narrat, pessimam ac fla- gitiosissimā factā: sed sicut Cic. disputat, iam tunc prorsus perisse, & nullam omnino remāsiſe Remp. Iudicit n. Scipionē, eum qui Carthaginē extinxerat, de Republica dispu- tante, quando p̄fsciebat, ea corruptione, q̄ describit Salustius iā iamq; peritura. Eo q̄-

pe tépore disputabatur, quo iam vnu Grac- chorū occisus suit, à quo scribit seditiones graues cēpisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio. Cum autē Scipio in secundi libri fine dixisset, Vt in fidi- bus ac tibijs atq; cantu ipso ac vocibus, con- centus est quidē tenendus ex distinctis sonis: quem immutatū ac discrepantem aures erudi- da ferre nō possunt, isq; concentus ex dis- simillimarū vocū moderatione concors tñ efficit & cōgruens: sic ex summis, & me- dijs, & insimis interiectis ordinibus vt sonis, moderata ratione ciuitatem consenſu diſsimiliorum concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordia arctissimum atq; optimū omni in Republica vinculū incolumitatis, eamq; sine iustitia nullo pacto esse posse. Ac deinde cū aliquanto latius & vberius differuerit, q̄ tuū prodesset iustitia ciuitati, quantumque obesset si absuſſet: suscepit deinde Philus, vnu eorū qui disputationi aderant, & popo- scit vt hēc ipsa quæſtio diligentius tractare tur, ac de iniustitia plura dicerent, pp illud, q̄ iam vulgo ferebatur, républicā regi sine iniuria nō posse. * Hanc proinde quæſtione di- scutiendam & enodandā esse, assensus est Sci- pio: responditque nihil esse, quod adhuc de Republica putaret dictū, & quo possent Ion- gius progredi, nisi esset confirmatū, non mō falsum esse illud sine iniuria Regi nō posse: sed hoc verissimū esse, sine summa iustitia Rempublicā regi non posse. Cuius quæſtio- nis explicatio, cum in diem consequentē di- lata esset, in tertio libro magna conflictatio- ne res acta est. Suscepit enim Philus ipse di- putationē eorū, qui sentirent sine iniustitia regi non posse Rempublicā: purgans se p̄cipue, ne hoc ipse sentire crederetur. Egitq; sedulo pro iniustitia contra iustitiā, vt hanc esse vtilē Reipublicā, illā vero inutilem veri similibus rationibus & exemplis velut con- retur ostendere. Eam Lælius rogantibus om- nibus iustitiam defendere aggressus, afferuit quantum potuit, nihil tam inimicū quam ini- justitiam ciuitati, nec omnino nisi magna iu- stitia gerī aut stare posse Rempublicā. Qua quæſtione quantum sati, vīsum est pertracta- ta: Scipio ad intermissa reuertitur, recolitq; suam atq; commendat breuem Reipublicā definitionē, qua dixerat eam esse rē Populi.

Al. Her
monia
Rep.

Al. Ac.

Al. in-
termis-
sia.

Aug. Tomus Quintus. C Po-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Populum autem non omnem cętum multitudinis, sed cętum iuris consenu & vtilitatis cōmunione sociatū esse determinat. Dοcet deinde quanta sit in disputando diffinitionis vtilitas: atq; ex illis suis diffinitionib. colligit, tunc esse Rēpublicā. id est, rem populi, cum bene ac iuste geritur, siue ab uno rege, siue à paucis optimatibus, siue ab uniuerso populo. Cū vero iniustus est rex, quē tyrannū more Græco appellavit: aut iniusti optimates, quorum consensum dixit esse factio[n]ē: aut iniustus ipse populus, cui nomē v[er]itatum non reperit, nisi vt etiā ipsum tyranū vocaret, non iam vitiosam sicut pridie fuerat disputatū, sed sicut ratio ex illis diffinitionibus cōnexa docuisset, omnino nullā esse Rēpubl. quoniam non esset res populi, cū tyranus eā factio[n]e capesseret, nec ipse populus esset, si esset iniustus: quoniam non esset multitudo iuris consenu & vtilitatis cōmunione sociata, sicut populus fuerat definitus. Quando ergo resp[ublica] Romana talis erat qualē illam descripsit Salutius, nō iam p[re]fīsma ac flagitiosissima, sicut ipse ait, sed omnino nulla erat, secundum istam rationē, quam disputatio de Republica inter magnos eius tū Principes habita patefecit. Sicut etiā ipse Tullius non Scipionis, nec cuiusq[ue] alterius, sed suo sermone loquēs, in principio quinti libri demōstravit, cōmemorato prius Ennij poeta versu, quo dixerat: * Moribus antiquis res stat Romana virisq[ue]. Quē quidē ille versū, inquit, vel breuitate, vel veritate tanquam ex oraculo mihi quodā esse effatus videtur. Nā neq[ue] viri, nisi ita morata ciuitas fuisset: neq[ue] mores, nisi hi viri p[re]fūsissent, aut fundare, aut tamdiu tenere potuissent tantā & tā iuste lateq[ue] imperantem Rēpublicā. Itaq[ue] ante nostrā memoriarū, & mos ipse patrius p[re]stantes viros adhibebat, & veterum morē ac maiorū iustituta tenebāt excellentes viri. Nostra v[er]o actas, cū Rēpublicā sicut picturam accepisset egregiā, sed evanescēt vetusitate, non modo eam coloribus ijsdē quibus fuerat, renouare neglexit, sed ne id quidē curauit, vt formam ſaltē eius, & extrema tanquam lineamenta ſerueret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanam, quos ita obliuione obfoletos videmus, vt non modo non colantur, sed etiam ignorentur? Nam

viris quid dicam? Mores enim ipſi interierūt virorū penuria, cuius tanti mali nō modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquā reis capit[is] quodammodo dicenda cauſa est. Noſtris enim vitijs non caſu aliquo Rēpubl. cā verbo retinemus, re ipſa vero iam p[re]dictem amissimus. H[oc] Cicero fatebatur longe quidem post mortem Aphricani, quem in suis libris fecit de Repub. disputare, adhuc tamē ante aduentū Christi. Quā si diffamata & p[re]ualeſcente religione Christiana ſentirentur, atq[ue] dicerentur, quis non iſtorū ea Christianis imputāda esse censeret? Quamobrem cur non curarunt dij[e]orum, ne tunc periret atq[ue] amitteretur illa Res[publica], quam Cicer[on]o longe ante quam Christus in carne veniſset, tā lugubriter deplorat amissam? Viderint laudatores eius, etiā illis antiquis viris & moribus qualis fuerit, vtrum in ea viguerit vera iustitia: an forte nec tunc fuerit viua moribus, sed p[re]cta coloribus. Quod & ipſe Cicer[on]o nesciens, cū eam p[re]ferret expreſſit, sed alias, si Deus voluerit, h[ec] videbimus. Enītā enim ſuo loco, vt oſtendā ſecundū definitio[n]es ipſius Ciceronis quibus q[ui]d fit Res[publ.]. & quid fit populus, loquente Scipione breuiter posuit, attestantibus etiam multis, siue ipſius, siue eorū quoſ loqui fecit in eadē diſputatione ſententijs nunquā illā ſuiffe Rēpubl. quia nunq[ue] in ea fuit vera iustitia. Secundum probabiliores autem definitiones & p[ro]p[ter] suo modo quēdam Res[publica] fuit: & melius ab antiquioribus Romanis, quam a posterioribus administrata eft. Vera autem iustitia non eft, niſi in ea Res[publica], cuius cōditor rectorq[ue] Christus eft: si & iſam Rēpublicam placet dicere quoniam rem populi eē negare nō p[ot]ſumus. Si aut̄ hoc nomē, q[ui] alibi aliter vulgatū eo, ab iſu noſtre locutionis eft forte remotius, in ea certē Ciuitate eft vera iustitia, de qua ſcriptura sancta dicit: Glorioſa de te dicta ſunt Ciuitas Dei.

Pſal. 68.

Quod dijs Romanorum nulla vñquam cura fuerit, ne malis moribus Rēpubl. deperifſet. Cap. XXII.

Sed quod pertinet ad p[re]ſentem quæſitionem quamlibet laudabilem dicant iſam ſuiffe, vel eſſe Rēpublicam ſecundum eorum doctiſſimos au[to]res, iam lon-

gē

* Al. Len
nij Carmō

All. Rē-
publ. ſine
iustitia
nomē ſuū
consinere
nō posse.

Intra lib.
19. c. 21.

Flonge ante Christi aduentum pessima ac flagitiosissima facta erat: imo vero nulla erat, atque omnino perierat perditissimis moribus. Ut ergo nō periret, dij custodes eius populo cultori suo dare praeципue vita ac morum præcepta debuerunt, à quo tot templis, tot sacerdotibus, & sacrificiorum generib. tam multiplicibus varijsque sacris, tot festis solennitatibus, tot tantorumq; ludorum celebritatibus colebantur, vbi nihil dēmones, nisi negocium suum egerunt: non curantes quemadmodum illi viuerent, imo curantes ut etiam perditè viuerent, dum tamen honori suo illa omnia metu subditi ministrarent. Aut si dederunt, proferatur, ostendatur, & legatur, quas deorum leges illi ciuitati datas contempserint Gracchi, ut seditionibus cuncta turbarent, quas Marius & Cinna, & Carbo ut in bella etiam progrederentur ciuilia, causis iniquissimis suscepit, & crudeliter gefa, crudeliusq; finita, quas denique Sylla ipse, cuius vitam, mores, facta describente Sallustio, alijsque historia scriptoribus, quis nō exhorreat? Quis illam rem publicam non tunc perisse fateatur? An forte propter huiuscmodi ciuium mores Virgilianam illam sententiam, sicut solent pro defensione suorum deorum opponere audebunt, Discessere omnes adytis arisque relictis * Dij, quibus imperium hoc steterat? Primum si ita est, non habent cur querantur de religione Christiana, quod hac offensi eos dii sui deseruerint: quoniam quidem maiores eorum iam pridem moribus suis ab urbis altaribus, tam multos ac minutos Deos, tanquam muscas abegerunt. Sed tamen hæc numinum turba vbi erat, cum longe antequam mores corrumperentur antiqui, à Gallis Roma capta & incensa est? An præsentes forte dormiebant? Tunc enim tota vrbe in hostium potestate redacta, solus collis Capitolinus remanserat: qui etiam ipse capereur, nisi falem anseres diis dormientib. vigilarent, Vnde penè in superstitionem Aegyptiorum bestias auesque colentium Roma deciderat, cum anseri solennia celebrarent. Verum de his aduentiis, & corporis potius quam animæ malis: quæ vel ab hostibus, vel ab alia clade accident, nondum interim disputo. Nūc ago de labe morum, quibus primum paulatim decoloratis, deinde torrentis modo præ-

cipitatis, tanta quamvis integris testis mox nibusque, facta est ruina reipublicæ, vt magni authores eorum eam tunc amissam non dubitent dicere. Rectè autem abscesserant vt ^{ab acti.} amitterentur omnes adytis arisque relictis dii, si eorum de bona vita atq; iustitia ciuitas præcepta contempserat. Nunc vero quales quæso dii fuerunt, si noluerunt cum populo cultore suo, viuere, quem male viuente non docuerunt bene viuere?

HVarietates rerum temporalium, non ex fauore, aut impugnatione demonū, sed ex veri Dei pendere iudicio. Cap. XXIII.

A. l. Vir. **A. en. 2.** **L**
T. fol. 68.

GQ Vid quod etiam videntur eorum affectu se cupiditatibus implendis, & ostenduntur non præfuisse refrehandis? Qui enim Marium nouum hominem & ignobillem cruentissimum authorem bellorum ciuilium atque gestorem, ut septies consul fieri adiuerunt, atq; ut in septimo suo consulatu moreretur senex, nec in manus Sylle futuri mox victoris irrueret: Cur non etiam iuuerunt ut à tantorum se compesceret in manitate facinorum? Si enim ad hæc eum dij eorum non iuuerunt, non parum est, q; & fatentur etiam non propicijs dijs suis posse accidere homini istam temporalem, quā nimis diligunt tantam fœlicitatem, & posse homines sicut fuit Marius, salute, viribus, opibus, honoribus, dignitate, longævitate cumulari, & perfrui dijs iratis: posse etiam homines, sicut fuit Regulus, captiuitate, feruitate, inopia, vigilijs, doloribus excruciaris, & emori dijs amicis. Quod si ita esse concedunt, compendio nihil eos prodeesse, & col superfluo confitentur. Nam si virtutibus animi, & probitati vitæ, cuius præmia post mortem speranda sunt, & magis contraria, vt populus disceret, instituerunt, si nihil etiam in his transeuntibus & temporalibus bonis, vel eis quos oderunt nocent, uel eis quos diligunt prosunt, vt quid coluntur, vt quid tanto studio colendi requiruntur? Cur laboriosis tristibusq; temporibus tanquam M offensi abscesserint murmuratur: & propterea Christiana religio conutiis indignissimis laeditur? Si autem habent in his rebus, uel beneficij, uel maleficij potestatem, cur in eis affuerit pessimo viro Mario, & optimo vi-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ro Regulo defuerunt. An ex hoc ipsi intelliguntur iniustissimi & pessimi? Quod si propterea magis timendi & colendi putantur, neque hoc putentur. Neque enim minus eos inuenitur Regulus coluisse, quam Marius: nec ideo vita pessima eligenda videatur, q̄a magis Mario quam Regulo dij fuisse existimatur. Metellus enim Romanorum laudissimus, qui habuit quinque filios consulares etiam rerum temporalium felix fuit: & Catilina pessimus oppressus inopia & in bello sui sceleris prostratus infelix, & verissima atque certissima felicitate præpollent boni Deum colentes, a quo solo conferri potest. Illa igitur respublika malis moribus cum periret, nihil dij eorum pro dirigendis vel corrigendis eggerunt moribus, ne periret: immo depravandis & corrūpendis addiderunt moribus, vt periret. Nec se bonos fingant, q̄a velut offensi ciuii iniquitate discesserint, prorsus ibi erant, produntur, coniunctur, nec subuenire præcipiendo, nec latere tacendo potuerunt. Omitto quod Marius à miserantibus Minturnensis Maricæ dea in luco eius commendatus est, vt ei omnia prosperaret, & ex summa reuersus desperatione incolmis in urbem duxit, crudelē crudelis exercitum. Vbi, quam cruenta, quam incivili, hostiliq; immanior eius victoria fuerit, eos qui scriperunt, legant, qui scire volunt. Sed hoc vt dixi omitto: nec Maricæ nescio cui tribuo Marij sanguineā felicitatem, sed occultæ potius prouidentiæ Dei ad istorum ora claudenda, eosq; ab errorib. liberandos, qui non studijs agunt, sed nec prudenter aduentunt. Quia eti aliquid in his rebus demones possunt, tantum possunt, quantum secreto omnipotentis arbitrio permituntur: ne magnipendamus terrenam felicitatem, que sicut Mario, malis etiam plerunque conceditur, nec eam rursus quasi malam arbitremur eum etiam in ea multos pios ac bonos viuis Dei veri cultores, inuitis demonibus præpoluisse videamus: nec eosdem immūdissimos spiritus, vel propter hæc ipsa bona malave terrena propiciandos, aut timendos existimes, quia sicut ipsi mali homines in terra, sic et illi non omnia, quæ volunt facere possunt, nisi quantum illius ordinatione sinuntur, cuius plene iudicia nemo comprehenderit, iuste nemo reprehendit.

De syllanis actibus, quorū se demones ostenterunt adiutores. Cap. XLIII.

S Ylla certe ipse, cuius tempora talia fuerunt, vt superiora, quorum vindex esse videbatur, illorum comparatione quereretur, cum primum ad urbem contra Marium castra mouisset, adeo lata extra immolanti suis se scribit Luius, vt custodiri se Posthumius haruspex voltierit capitis supplicium subi- E rur, nisi ea quæ in animo Sylla haberet, dijs iuuantibus impleuisse. Ecce non discesserat adytis arisq; relictis dij, quando de rerum euentu prædicebant, nihilq; de ipsis Syllæ correctione curabant. Promittebant præagiendo felicitatem magnam nec malam cupiditatem minando frangebant. Deinde cum esset in Asia bellum Mithridaticum gerens, per Lucium Titium ei mandatum est a Ione quod esset Mithridatem superaturus: & factum est. Ac postea molienti redire in vibē, & suas amicorumque subortas sibi injurias ciuili sanguine vlcici, iterum mandatum est ab eodem Ione per militem quendam legionis sextæ prius se de Mithridate prænunciasse victoriam: & tunc promittere daturum se potestatem, qua recuperaret ab inimicis rem publicam non sine multo sanguine. Tum per contum Sylla, quæ forma militi visa fuerit cum ille indicasset eam, recordatus eius est, quam prius ab illo audierat, qui de Mithridatica victoria ab eodem mandata pertulera. Quid hic responderi potest quare dij curauerint velut felicia ista nunciare, & nullorum curauerit Syllam monendo corrigerere tanta mala facturum scelestis armis ciuilibus, qualia non solum foedarent, sed auferrent omnino rem publicam? Nempe intelliguntur demones, sicut sæpe iam dixi notumque nobis est in literis sacrī, resq; ipsæ satis indicant negocium suum agere, vt pro dijs habeantur, vt colantur, vt ea illis exhibeantur, quibus ij qui exhibent sociati, vnam pessimam causam cum eis habeant in iudicio Dei. Deinde cum venisset Tarentum Sylla, atque ibi sacrificasset, vidit in capite vitulini iecoris similitudinem coronæ aureæ. Tunc Posthumius haruspex ille respondit, præclaram ei victoriam significari, iusque ut exitis illis solus vesceretur. Postea parvo sa- cto interuallo seruus cuiusdam Lucij Pōti, vati-

Al.
rona
rex
tulin
core
fa.

Al.
mon
nicen
gnan

vaticinando clamauit: A Bellona nūcius venio victoria tua est Sylla Deinde adiecit, arsurum esse Capitolium. Hoc cum dixisset, cōti nuo egressus ē castris postera die cōcitatior reuerlus est, & Capitolium arsisse clamauit, arserat autē reuera Capitolium. Quod quidē dēmoni & pr̄quidere facile fuit, & celerrime nunciare. Illud sanē attēde, quod ad causam maxime pertinet, sub qualibus dijs cupiat esse, qui blasphemant Saluatorem voluntates fideliū à dominatu dēmonum liberantem. Clamauit homo vaticinando, victoria tua est Sylla: atq; vt id diuino spiritu clamā se crederetur, nūciauit etiam aliquid, & pro pē futurum & mox factū: vnde longe aberat, per quem ille spiritus loquebatur: non tamē clamauit, ab sceleribus parce Sylla quē ille viator tam horrenda commisit, cui corona aurea ipsius victoriæ illustrissimum signum in vitulino iecore apparuit. Qualia signa si dij iusti dare solerent, ac non dēmones impij, profecto illis extis, nepharia totius atq; ipsi Syllæ grauior noxia mala futura monstrarent. Neq; enim eius dignitati tm̄ profuit illa victoria, quantum nocuit cupiditati. Qua factū est, vt immoderatis inhians & secundis rebus elatus, ac pr̄cipitatus, magis ipse periret in moribus, quam inimicos in corporibus perderet. Hēc illi dij vere tristia vereq; lugenda, non extis, non augurijs, non cuiusquā somnio vel vaticinio pr̄nunciabant: magis enim timebant, ne corrigeretur, quā ne vinceretur. Immo vero latis agebant vt viator ciuii gloriolus, victus atq; captiuus nephandis vitijs, & per hēc ipfis etiam dēmonibus multo obstrictius subderetur.

All. Corona aurea in vitulino iecore ostēfa.

Quantum maligni spiritus ad flagitia incitent homines, cum in committendis sceleribus quādi diuinam exempli sui interponunt authoritatem. Cap. X X V.

All. De mones innicem pugnant.

I Llinc vero quis non intelligat, quis non videat, nisi qui tales Deos immitari magis elit, quam diuina gratia ab eorum societate separari, quantum moliantur maligni isti spiritus exemplo suo, velut diuinam autoritatem pr̄bere sceleribus? Quietiam inquam Campaniæ lat a planicie, vbi non multo post ciuiles acies nephario pr̄lio cōfixerūt, ipsi inter se prius pugnare vīti sunt.

Nanq; ibi auditū sunt primū ingentes fragores, moxq; multi se vidisse nunciarunt per aliquot dies duas acies pr̄liari. Quā pugna vbi destitut, vestigia quoq; velut hominū & equorū quanta de illa conflictione exprimi poterant, inuenierunt. Si ergo veraciter inter le numina pugnarunt, iam bella ciuilia excusentur humana: consideretur tamen quā sit talium deorū, vel malitia vel miseria. Si autē se pugnasse finxerint, quid aliud egerunt, nisi vt sibi Romani bellando ciuiliter, tanquā deorum exemplum nullū nephas admittere viderentur? Iam enim cōperant bella ciuilia, & aliqua nephandorum pr̄liorum strages execranda pr̄cesserat. Iam multis mouerat, quod miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrem nudato cadavere agnouit, ac detestatus bella ciuilia & seipsum ibi perimens, fraterno corpori adiunxit. Ut ergo tātī huius mali minime tēderet, sed armorum scelerorum magis magisq; ardor increaseret, mox hi dēmones, quos illi duos putant & colendos esse venerandos arbitrantur, inter se pugnantes hominibus apparere voluerunt, ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio, sed potius humanum scelus diuino excusaretur exemplo. Hac astutia maligni spiritus etiam ludos, vnde multa iā dixi: scenicos sibi dicari sacrariq; iusserunt: vbi deorum tanta flagitia theatricis canticis atq; fabularum actionibus celebrata sunt, vt quis quis eos talia fecisse crederet, & quisquis nō crederet: sed tamen illos libentissime sibi talia velle exhiberi cerneret, securus imitatur. Ne quis itaque existimaret in Deos cōuictia potius quam eis dignū aliquid scriptalisse, vbi cunq; illos inter se pugnasse poetæ cōmemorarunt, ipsi ad decipiendos homines poetarum carmina firmauerunt, pugnas videlicet suas, non solum per scenicos in theatro, verum etiam per seiplos in campo humani oculis exhibentes. Hēc dicere compulsi sumus, quoniam pessimis moribus ciuium Romanam rem publicam iā antea perditam suisse, nullamq; remansisse ante adūtum domini nostri Iesu Christi, authores eorum dicere, & scribere minime dubitatebunt. Quā perditionem dijs suis non impūtant, qui mala transitoria quibus mali siue in uoluātur, siue euadant, pereunt: & in quibus boni siue viuāt, siue moriantur, perire non

All. De mones innicem pugnant.

Aug. Tomus Quintus. C 3 pos-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

possunt, Christo nostro imputant: cū Christus noster tanta frequenter pro moribus optimis præcepta contra perditos mores: dij vero ipsorum nullis talibus præceptis egerint aliquid cum suo cultore populo, pro illa republica ne periret, immo eosdem mores velut suis exemplis autoritate noxia, cor rumpedo egerunt potius vt periret. Quā non ideo, vt arbitror, tunc perisse quisquam iam dicere audebit, quia * Discessere omnes adyatis arisq; relictis Dij: velut amici virtutibus conuictijs hominū offendenterunt, quia tot si gnis extorum, auguriorum, vaticiniorum, quibus se tanquam præscios futurorum adiutoresq; præliorum iactare, & commendare gestiebant, conuincuntur fuisse præsentes, qui si verè abscessissent, mitius Romani in bella ciuilia suis cupiditatibus, quam illorū instigationibus exarsissent.

M De secretis dēmonum monitis, quę pertegebāt ad bonos mores, cū palā in sacris eoru omnis nequitia disceretur. Cap. XXVI.

Q Vę cum ita sint, cum palam aperteq; turpitudines crudelitatis mixta, & opprobria numinum & crimina, siue prodi ta, siue conficta ipsi exposcentibus, & nisi fierent iracubens, etiam certis & statutis solennitatibus cōfērata illis, & dicata claruerint, atq; ad omnium oculos vt imitāda proponerent, spectanda processerint, quid est nisi quod ijdem ipsi dēmones, qui se huiuscmodi voluptatibus immiscent, immūdos spiritus esse confitentur, qui suis flagitijs & facinoribus, siue indicatis, siue simulatis, eoru que sibi celebratione expetita ab impudentibus, extorta à pudentibus, authores se vitę scelestę immundęq; testantur? Perhibentur tamen in abditis suis, secretisq; penetralibus dare quedam bona præcepta de moribus qui busdam velut electis sacratis suis. Quod si ita est, hoc ipso callidior aduertenda est, & conuincenda malitia spirituum noxiōrum. Tanta enim vis est probitatis & castitatis, vt omnis vel penē omnis eius laude moueat humana natura: nec vsque adeo sit turpitudo vitiosa, vt totum amittat sensum honestatis. Proinde malignitas dēmonū nisi ali cubi se, quemadmodum scriptum in nostris literis nouimus, transfiguret in angelum lu-

cis, non implet negocium deceptionis. Foris itaque populis celeberrimo strepitu impietas impura circumsonat, & intus paucis castitas simulata vix sonat. Præbentur propatula pudendis, & secreta laudandis. Decus latet, & dedecus patet. Quod malum geritur omnes conuocat spectatores: quod bonum dicitur vix aliquos inuenit auditores. Tanquam honesta erubescēda sint, & inhonestā glorianda. Sed vbi hoc nisi in dēmonum tēplis? vbi nisi i fallacię diuersorijs? Illud enim fit, vt honestiores, qui pauci sunt, capiantur: hoc autem, ne plures qui sunt turpisimi, corrigantur. Vbi & quando sacrati cœlestis audiabant castitatis præcepta, nescimus: ante ipsum tamen delubrum, vbi simulachrum illud locatum conspiciebamus, vniuersi vndique confluentes, & vbi quisque poterat stantes, ludos qui agebantur intentissimi spe etabamus, intuentes alternante conspectu, hinc meretriciam pompam, illinc virginem deam, illam suppliciter adorari, ante illā turpia celebrari. Non ibi pudibundos mitinos, nullam verecundiorem scenicam vidimus, cūcta obsequitatis implebant officia. Scie batur virginali numini quid placeret, & exhibebatur quod de templo domum matrona doct̄or reportaret. Nonnullę pudentiores auertebant faciem ab impuris motibus scenicorum, & artem flagitiū videre erubescētes furtiu intentione discebant. Hominibus namque verecundabantur, ne audiret impudicos gestus ore libero cernere: sed multo minus audebant sacra eius, * quam venabantur casto corde damnare. Hoc tamē palam discendum præbebatur in templo, ad quod perpetrandum saltēm secretum querebatur in domo. Mirum nimirum si vllus ibi erat pudor mortalium, quo humana flagitia nō libere homines committerent, quę apud Deos etiam religiose discerent, iratos habiti nifi etiam exhibere curarent. Quis enim alius spiritus occulto instinctu nequissimas agitat mentes, & instat sciendis adulterijs, & pascitur factis, nisi qui etiā sacrī talibus oblectatur, constituens in templis simulachra dēmonum, amans in ludis simulachra virtutum, susurrans in occulto verba iustitiae ad decipiendos etiam paucos bonos, frequentans in aperto invitamenta nequitiz, ad posſidendos innumerabiles malos.

Quanta

* Al. llo
quitur de
numine
virginale

D
Al. llo.
mones agi
rareoccul
cultas mē
teriniquā
infinctū

Quanta euersione publice disciplinæ Roma
ni dijs suis placandis sacrauerint obſcenā
ludorum. Cap. XXVII.

De Christianæ religionis salubritate.

Cap. XVIII.

Vir grauis & Philosophus Tertullius ^{edi}
lis futurus, clamabat in auribus ciuitatis, inter cœtera sui magistratus officia sibi
Floram matrem ludorum celebritate placan-
dam. Qui ludi tāto deuotius, quanto turpius
celebrari solent. Dicit in alio loco iam con-
fus in extremis periculis ciuitatis, & ludos
per decem dies factos: neq; rem ullam, quæ
ad placandos deos pertineret, prētermissam:

Al. I. Tullius in Orationib.

quasi non satius erat tales deos irritare tēpe-
rantia, quam placare luxuria: & eos honesta-
te etiam ad inimicitias prouocare, quam tan-
ta deformitate lenire. Neq; enim grauius fue-
rant quamlibet crudelissima immanitate no-
citu homines, propter quos placabantur,
quam nocebant ipsi, cum vitiositate fēdissi-
ma placarentur. Quandoquidem vt auertere
tur, q̄ metuebatur ab hoste in corporibus,
eo modo dij conciliabantur, quo virtus de-
bellaretur in mentibus, qui non opponeren-
tur defensores oppugnatorib. mōenium, nisi
prius fierent expugnatores morum honorū.
Hanc talium numinū placationem petulan-
tissimam, impurissimam, impudētissimam,
nequisimani, immundissimā, cuius actores
laudanda Romanæ virtutis indeo honore
priuauit, tribu mouit, agnouit turpes, fecit
infames, hanc inquam pudendam veraq; re-
ligioni aduersandam, & detestandam talium
numinum placationē, has fabulas in deos il-
lecebrosas atq; criminosas, hēc ignominiosa
deorum facta, sceleratē turpiterq; conficta,
vel sceleratus turpiusq; cōmissa, oculis &
aurib. publicis ciuitas tota discebat: hēc cō-
missa, numinib. placere cernebat: & ideo nō

solum illis exhibenda, sed sibi quoque
imitanda credebat. Non illud ne-
scio quid vel bonum vel ho-
nestum, quod tam pau-
cis, & tam occul-
tē diceba-
tur:
si tamen dicebatur, vt magis ne
innotesceret quam ne non
fieret, timere -
tur.

A B istarum ergo immundissimarum po-
testaum tartareo iugo, & societate pe-
nali erui per Christi nomen homines, & in-
lucem saluberrimā pietatis ab illa pernitio-
fissimā impietatis nocte transferri querun-
tur, & murmurant iniqui & ingratii, & illo
nephario spiritu altius obstrictiusq; oppres-
si, quia populi confluunt ad ecclesiā casta
celebritate, honesta vtriusque sexus discre-
tione: vbi audiant quam bene hic ad tempus
viuere debeant, vt post hāc vitam beate sem-
perque viuere mereantur. Vbi sancta scriptu-
ra iustitiaeque doctrina, de * superiore loco
in conspectu omnium personante: & qui fa-
ciunt, audiant ad prēmium: & qui non fa-
ciūt, audiant ad iudicium. Quo & si veniunt
quidam talium præceptorum irrisores, om-
nis eorum petulantia aut repentina immu-
tatione deponitur, aut timore vel pudore cō-
primitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiū
spectandum imitandumque proponi-
tur, vbi veri Dei, aut præceptia insinuantur,
aut miracula narrantur, aut dona laudantur,
aut beneficia postulantur.

Al. I. Lo-
quitur de
fugitivo
ex quo cō-
ciones ha-
bētur ad
populum.De abiijendo cultu deorum, cohortatio ad
Romanos. Cap. XXIX.

H Aec potius concupisce ò indeo Ro-
mana laudabilis, ò progenies Regu-
lorum, Scuolarum, Scipionum, Fabritio-
rum: hēc potius concupisce, hēc ab illa tur-
pissima vanitate & fallacissima dēmonū ma-
lignite discerne. Si quid in te laudabile na-
turaliter eminet, non nisi vera pietate purga-
tur atq; perficitur, impietate autem * disper-
gitur & punitur. Nūc iā elige quid sequareis, spēditur
vt non in te, sed in Deo vero sine vlo errore
lauderis. Tunc. n. tibi gloria popularis affuit,
sed occulto iudicio diuinæ prouidentię vera
religio, quam eligeres, desuit. Expergiscere,
dies est, sicut experrecta es in quibsdam, de
quorū virtute perfecta, & pro fide vera, etiā
passiōnib. gloriamur, qui v̄isquequaq; aduer-
sus p̄tates inimicissimas confligentes, eas q̄
fortiter moriendo vincentes, sanguine nobis
hanc patriam peperere suo. Ad quā patriam
te inuitamus, & exhortamus, vt eius adiicia-

Al. I. Di-
spēditur

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ris numero ciuium, cuius quodammodo asylum est vera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianis detrahentes, & accusantes velut tempora mala, cum querant tempora in quibus non sit quieta vita, sed potius secura nequitia. Hæc tibi nunquam, nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam cœlestem arripe, pro qua minima laborabis, & in ea veraciter, semperque regnabis. Illic n. tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus, sed Deus vñus & verus, qui nec metas rerum, nec tempora ponet, imperium sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesque requirere abijce potius, atque contemne, in veram emicans libertatem. Non sunt dij, maligni sunt spiritus, quibus æterna tua felicitas pena est: non tam Iuno Troianis à quibus carnalem originem ducis, arces videatur inuidisse Romanas, quam isti deamones, moniti pœnos adhuc deos putas, omni generi hominum sedes inuidient sempiternas. Et tu ipsa non parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti, quoniam ludis eos placasti, & per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse voluisti.

All. Dæ tur inuidisse Romanas, quam isti deamones, moniti pœnos adhuc deos putas, omni generi hominum sedes inuidient sempiternas. Et tu ipsa non parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti, quoniam ludis eos placasti, & per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse voluisti. Patere afferi libertatem tuā aduersus intumidos spiritus, qui tuis ceruicibus imposuerant sacrâdam sibi & celebrandam ignominiam suam. Actores criminum diuinorum remouisti ab honoribus tuis, supplica Deo vero, ut à te renoueat illos Deos, qui delectantur criminibus suis, siue veris, quoniam omnino siimum est, siue falsis, quod malitiosissimum est. Bene, quod tua sponte histrionibus & scenicis societatem ciuitatis patere noluisti, eum gila plenius, nullo modo his artib. placatur diuina maiestas, quibus humana dignitas inquinatur. Quo igitur pacto deos qui talibus delectantur obsequijs haberi putas in numero lanctarum coelestium potestatum, quum homines per quos eadem aguntur obsequia, non putasti habendos in numero qualiumcunque ciuium Romanorum? Incomparabiliter superba est ciuitas clarior: vbi victoria, veritas; vbi dignitas, sanctitas; vbi pax, felicitas; vbi vita, æternitas. Multo minus habet in sua societate tales deos, si tu in tua tales homines habere erubuisti. Proinde si ad beatam peruenire desideras ciuitatem, deuita demum societatem. Indigne ab honestis colitur, qui per turpes placantur: sic isti à tua societate remoueantur purgatione Christiana,

quomodo illi à tua dignitate remoti sunt notatione censoria. De bonis autem carnalibus, quibus solis mali perfici volunt, & de malis carnalibus quæ sola perpeti nolunt: quoniam in his habeant, quam putantur habere isti demones potestatem: quanquam si haberent, deberemus potius etiam ista contemnere, quam propter ista eos colere, & eos colendo ad illa quæ nobis inuidient peruenire non posse, tamè nec in ipsis eos hoc valere quod hi putant, qui propter hæc eoscoli oportere contendunt: deinceps videbimus, vt hic sit huius voluminis medus.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi ad Marcellinum de Ciuitate Dei.

LIBER TERTIVS.

De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus dum deos coleret. Cap. I.



Am fatis dictum esse arbitror, de morum malis, & animorū, quæ præcipue cauenda sunt, nihil deos falsos populo cultori suo, quo minus eorum malorum agere premeretur, subuenire curasse: sed potius, vt maxime premeret egisse. Nunc de illis malis video dicendum, quæ sola isti perpeti nolunt, qualia sunt famæ, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas, trucidatio, & si qua similia, iam in primo libro cōmemorauimus. Hæc enim sola mali deputant malam, quæ non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quæ laudent, ipsi mali esse qui laudant: magisq; stomachantur, si illa mala habent, quam si malam vitam. Quasi hoc sit hominis maximum bonum, habere bona omnia præter seipsum: sed neque talia mala, quæ isti sola formidant, dij eorum quando ab eis libere colebantur, ne illis acciderent, obstatunt. Cum n. varijs per diuersa loca temporibus ante aduentum redemptoris nostri, innumerabilibus nonnullisq; etiam incredibilis cladiibus genus contereretur humanum, quos alios quam istos deos mūdus colebat, excepto uno populo, Hebreo, & quibusdam extra ipsum populum, vbi cunq; gratia diuina.

*Notar. Gl. infame et per sona. ejus in real mente notar. defalca.
Iudor. Rina. zypt. anini; itankhe in virtual mente notar. defalca. Vadi. rini.
Sud. depplo.*

na digni occultissimo, atque iustissimo Dei iudicio fuerunt? Verum nimum longum faciam, tacebo aliarum usque quaque gentium mala grauissima: quod ad Romanum pertinet, Romanumq; imperium tantum loquar, id est, ad ipsam propriam ciuitatem, & quemque ille terrarum, vel societate coniuncta, vel conditione subiecta sunt quae sint perpe- fæ ante aduentum Christi, cum iam ad eius quasi corpus reipublicæ pertinerent.

DAn dij, qui & à Romanis & à Græcis simili- ter colebantur causas habuerint quibus Ilium paterentur excidere. Cap. II.

PRIMUM ipsa Troia vel Ilium, unde origo est populi Romani: neq; enim prætereundum, aut dissimulandum est q; & in primo libro artigi, eosdem habens deos & co- lens, cur à Græcis victum, captum, atq; delectu est? Priamo, inquit, sunt redditia Lao-
al.1. Apol
linis, Ne-
ptunus
pruni-
perni-
driu-
in extre-
Troia
medonēta paterna periuria. Ergo verum est, q; Apollo atq; Neptunus eidem Laomedōti mercenarijs operibus seruierunt. Illis quip- ferne! pe promisso mercedem falsumque iurasse ministris perhibetur. Miror Apollinem nominatū di- uinatorem in tanto opificio laborasse, nescie- tem quod Laomedon fuerat promissa nega- turus. Quanquam nec ipsum Neptunum pa- truum eius, fratrem Iouis, regem maris decuit ignarum esse futurorum. Nam hunc Homerū de stirpe Aeneæ, à cuius posteris condita Roma est, cum ante illam urbem conditam idem Foeta fuisse dicatur, inducit magnum aliiquid diuinantem, quem etiā nube rapuit, ut dicit, ne ab Achille occideretur, cuperetq; conuertere ab imo: q; apud Virgilium con- fitetur, Structa suis manibus periura moenia Troiæ. Nescientes igitur tanti dij Neptunus & Apollo Laomedontem sibi negaturū esse mercedem, structores moenium Trojanorū gratis & ingratissimis fuerunt. Videant ne grauius sit tales deos credere, quam dijs talib. peiera re. Hoc n. nec ipse Homerū facile creditit, qui Neptunū quidem cōtra Trojanos, Apol-

linem aut pro Trojanis pugnantem facit cū illo periurio ambos fabula narret offensos. Si igitur fabulis credunt, erubescant talia co- lere numina. Si fabulis non credunt, non ob- tendant Trojanā periuria, aut mirentur deos periuria punisse Trojanā, amasse Romana.

Vnde n. coniuratio Catilinæ in tanta tamq; corrupta ciuitate, habuit ēt eorum grandem copiam, quos manus atque lingua periurio, aut sanguine ciuili alebat. Quid n. aliud toties senatores corrupti in iudicij, toties populus in suffragiis, vel i quibusq; caufis, q; apud eū concionib. agebantur, nisi ēt peierando pec- cabant? Na corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabatur antiquus, nō vt à sce- lerib. metu religionis prohiberentur, sed vt periuria quoq; scelerib. ceteris adderentur. F

Non potuisse offendī deos Paridis adulterio quod inter ipsos traditur frequentatum. Cap. III.

NVlla itaque causa est, quare dii, quibus vt dicunt, steterat illud imperium, cum à Græcis præalentibus probentur vieti, Troianis peierantib. singantur irati. * Nec adulterium Paridis, vt rursus à quibusdam defen-
duntur, victoria vlciscendum censuerint. At Paridis, thores n. doctoresq; peccatorum esse asso-
vt rursus lent, non vltores. Vrbem Romam, inquit Sa- à quibus-
lustius, sicuti ego accepi, condidere atq; ha-
buere initio Troiani, qui Aenea duce profu-
gi, incertis sedibus vagabantur. Si ergo adul-
terium Paridis vindicandum numina censue-
runt, aut magis in Trojanis, aut etiam in Ro-
manis puniendū fuit, quia Aenea mater hoc fecit. Sed quo in illo illud flagitium oderat, qui in sua locia venere non oderant, vt alia omittam, quod cum Anchise commiserat, ex quo Aeneam pepererat. An quia illud fa-
ctum est indigne Menelao, illud autem concedente Vulcano? Dij enim credo nō ze-
lant coniuges suas, vtque adeo vt eas etiam cum hominibus dignentur habere cōes, Irride fabulas fortassis existimor, nec grauiter agere tanti ponderis causam. Non ergo credamus, si placet, Aeneam fuisse Veneris filiū. Ecce concedo, si nec Romulum Martis. Si autem illud, cur non & illud? An deos fas est hominibus foeminis, mares autem homines deabus misceri nephas? Dura vel potius non credenda conditio, quod ex iure Veneris in cōcubitu Marti licuit, hoc in iure suo ipsi Veneri non licere. At vtrungs firmatum est authoritate Romana. Neque enim minus L credidit recentior Cesari aviam Venerem, quam patrem antiquior Romulus Martem.

De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De sententia Varronis, quæ vtile esse dixit, ut
se homines ex diis genitos mentian-
tur. Cap. IIII.

Dixerit aliquis: Itane tu ista credis? Ego
vero ista non credo. Nam & vir doctif-
fimus eorum Varro falsa hæc esse, quāuis nō
audenter neq; fidenter penè, tñ fatetur. Sed
B vtile esse ciuitatib. dicit, vt se viri fortes etiā
si falso sit ex diis genitos esse credant; vt eo
modo animus humanus velut diuinæ stirpis
fiduciā gerens, res magnas aggrediendas præ-
sumat audacius, agat vehementius: & ob hoc
impleat ipsa securitate felicius. Qua Varro-
nis sñia expressa vt potui meis verbis, cernis
quam latum locū aperiat falsitati: vbi intelli-
gamus plura iā sacra & quasi religiosa po-
tuisse confingi: vbi putata sunt ciuib; et de
ipsis diis prodeste mendacia. Sed vtrū potue-
runt. Vnus ex concubitu Anchise Aeneā pa-
rere, vel Mars ex Sylviæ concubitu filia Nu-
mitoris Romulū gignere, in medio relinqua-
mus. Nam pene talis quæstio ēt de scripturis
nostris oboritur qua queritur, vtrū puerica-
tores angelii cū filiabus hominū concubue-
rint: vnde natis Gigantibus, i. nimium grandi-
bus ac fortibus viris, tunc terra cōpleta est.

Non probari q; dij adulterium Paridis pu-
nierint, quod in matre Romuli non
vlti sunt. Cap. V.

Proinde ad vtrunque interim modo no-
stra disputatio referatur. Si. n. vera sunt,
quæ apud illos de matre Aeneæ, & de patre
Romuli lecitantur, quō possunt diis adulte-
ria displace hominū, quæ in seipis concor-
diter fuerunt? Si aut falsa sunt, nec sic quidē
possunt irasci veris adulterijs humanis, qui
ēt falsis delectantur suis. Huc accedit, qm si
illud de Marte non creditur, vt hoc quoque
de venere non credatur. Nullo igitur diuini
C concubitus obtenuit matris Romuli causa de-
fenditur. Fuit aut sacerdos Sylviæ Veltalis, &
ideo dij magis in Romanos sacrilegum illud
flagitiū, qui in Troianum Paridis adulteriū
vindicare debuerunt. Nā & ipsi Romani an-
tiqui in stupro detectas Vestales sacerdotes,
viuas et defodiebant: adulteras aut foeminas,
quāuis aliqua damnatione, nulla tamen mor-
te plecebant, vsque adeo grauius seueriusq;

vindicanda putabant adyta diuina, quam hu-
mana cubilia vindicabant.

De parricidio Romuli, quod dij non vindi-
carunt. Cap. VI.

Aliud adjicio, quia si eosq; peccata ho-
minum illis numinibus displacebant, vt
offensi Paridis factō desertam Troiam ferro
igniq; domarent, magis eos cōtra Romanos F
moueret Romuli frater occisus, quam con-
tra Troianos Græcus maritus illius: magis
irritaret parricidium nascentis, quam regnā-
tis adulterium ciuitatis. Nec ad causam quā
nunc agimus interest, vtrum hoc fieri Romu-
lus fecerit, q; multi impudentia negant, mul-
ti pudore dubitant, multi dolore disimulāt.
Nec nos itaque in ea re diligentius requiren-
da per multorum scriptorum perpense testi-
monia demoremur. Romuli fratrem palam
constat occisum: non ab hostibus, nō ab alie-
nis: Si autē perpetrauit aut imperauit hoc Ro-
mulus, magis ipse fuit Romanorum, quam
Paris Trojanorum caput. Cur igitur Troia-
nis iram deorum prouocauit ille alienæ cō-
iugis raptor, & eorundem deorum tutelam
Romanis inuitauit iste sui fratri extinctor?
Si autem illud scelus à facto imperioq; Ro-
muli alienum est, quoniam debuit vtiq; vin-
dicari, tota hoc illa ciuitas fecit, q; tota con-
fessit: & non iam fratrem, sed patrem, quod
peius est, occidit. Vterque n. fuit conditor,
vbi alter scelere ablatus non permisissus est es-
se regnator. Non est, vt arbitror, quod dica-
tur quid mali Troia meruerit, vt eam dij de-
sererent, quo posset extingui, & quid boni
Roma, vt eam dij inhabitarent, quo posset
augeri, nisi quod vieti inde fugerunt, & se ad
istos quos pariter deciperent, contulerunt?
Immo vero & illuc manserunt ad eos mo-
re suo decipiendo, qui rursus easdem ter-
ras habitarent, & hic easdem artes fallacie
suae, magis etiam exercendo, maioribus ho-
noribus gloriati sunt. G

De euerione Ilij, quod dux Marij Fimbria
excidit. Cap. VIII.

Certe enim ciuib; iam bellis scaten-
tibus, quid miserum commiserat Ilijum
vt à Fimbria Marianarum partium homine
pessimo

pessimo euerteretur , multo ferocius atque crudelius , quam olim à Græcis? Nā tunc & multi inde fugerunt , & multi captiuati saltem in seruitute vixerunt. Porro aut Fimbria prius edictum propositum , ne cui parceretur: atq; vrbum totam cunctosq; in ea homines incendio cremauit. Hoc meruit Ilium , non à Græcis , quos sua irritauerat iniuitate , sed à Romanis , quos sua calamitate propagauerat: dijs illis cōmunibus ad hæc repellēda nihil iuuantibus , siue , quod verum est , nihil valentibus. Nūquid & tunc abscessere omnes , adytis arisq; relictis dij , quibus illud oppidū stererat , post antiquos Græcorū ignes ruinas que reparatū? Si autem abscesserant , cām requiro : & oppidanorū quidē quanto inuenio meliorem , tāto deteriorē deorum. Illi . n. cōtra Fimbriā portas clauerant , vt Syllæ seruant integrā ciuitatē: hic eos iratus incendit , vel potius penitus extinxit. Adhuc autem meliorum partium c iuiliū Sylla dux fuit: ad

All. Syl
la melio-
rū partii
quā Ma-
rius.

portas claudere? Ad hoc eis in quantum existim versum sit , attendant defensores dōrū. Deseruerint dij adulteros , Iliumq; flammis Græcorū reliquerint , vt ex eis cinēribus Roma castior nāceretur? Cur & postea deseruerunt eandem ciuitatem Romanis cognatam non rebellantem aduersus Romam nobilem filiam , sed iustiorib. eius patribus fidein cōstantissimā pījssimamq; seruantem , eamq; delendam reliquerunt , non Græcorum viris fortibus , se viro spurcissimo Romanorum? Aut si dispicebat dijs partium Syllanarum , cui seruantes vrbum miseri portas clauerant , cur eidem Syllæ tanta bona promittebant , & prēnunciabant? An & hinc agnoscuntur adulatores felicium , potius quā infeliū defensores? Non ergo Ilium ēt tunc ab eis , cum euerteretur defertum est. Nā de-

All. I.D.e
mones ad
decipien-
dū vigilā
lum Minerū simulachrum sub tanta ruina
tēpli illius , vt scribit Liuius , integrū stetisse

perhibetur. Non vt diceretur , dij patrij , quo rū semper sub numine Troia est , ad eorū laudem: sed ne diceretur. Excessere omnis adytis arisq; relictis dij , ad eorum defensionem. Ilud . n. posse pmisi sunt , nō vnde probarent potētes , sed vnde prēsentes conuincerentur.

An debuerit dijs Iliacis Roma committi.
Cap. VIII.

D Iis itaq; Iliacis post Troī ipsius documētum , qua tandem prudentia Roma custodienda commissa est? Dixerit quispiā , eos Romæ habitare solitos , quādo expugnāte Fimbria cecidit Ilium. Vnde ergo stetit Minerū simulachrum? Deinde si apud Romā erant , quādo Fimbria delevit Ilium , fortasse apud Ilium' erant quando à Gallis ipsa Roma capta & incēsa est. Sed vt sunt auditu acutissimi motuq; celerrimi ad vocem anferis cito redierunt , vt saltē capitolium collem , qui remanserat tueretur. Ceterum ad alia defendenda seriū sunt redire commaoniti.

An illam pacem , quę sub Numē regno fuit , Deos p̄f̄stisſe credendum
fit. Cap. IX.

H I etiam Numam Pompilium successorem Romuli adiūuisse creduntur , vt toto regni sui tempore pacem haberet , & Iani portas quæ bellis patere assolent , claudere: eo merito scilicet , quo Romanis multa sacra constituit. Illi vero homini pro tanto ocio gratulandum fuit , si modo id rebus salubribus scisset impēdere , & perniciosissima curiositate neglecta , Deum verum vera pietate perquirere. Nūc autem non ei dii contulerunt illud ocium , sed eum minus fortalite decepissent , si ociosum minime reperissent. Quanto enim minus eum occupatum inueneruit , tanto magis ipsi occupauerunt.

C

Nā quid ille molitus sit , & quibus artibus tales Deos , sibi , vel illi ciuitati consociare potuerit. Varro prodit. Quod si domino placuerit , suo diligentius differetur loco. Modo autē quia de beneficiis eorum quæstio est , magnum beneficium est pax , sed Dei veri beneficium est plerunq; etiam sicut Sol , sicut pluvia vītēque alia subsidia super ingratos & nequam. Sed si hoc tam magnam bonū dii il-

All. Pax
indignis
etiam con-
fessur.

li

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Ille Romē vel Pompilio contulerunt, cur imperio Romano per ipsa tépora laudabilia id nunquā postea præstiterunt? An uti lora erat sacra cum instituerentur, quā cū instituta celebrarentur? Atqui tunc nondū erant, sed vt essent, addeabantur: postea vero iam erant, q̄ vt prodeissent, custodiebātur. Quid ergo est, *All. Pax 43. vel 39. anno rūm sub Numa.* quod illi quadragintatres: vel, vt alij volunt, trigintanouem anni in tanta pace transacti sunt, regnante Numa: & postea sacris institutis dijsq; ipfis qui eiusdē sacris fuerant in uitati iā præsidibus atq; tutoribus vix post tā multos annos ab vrbe cōdita usq; ad Augustum vnum pro magno miraculo cōmemoratur annus post primum bellum Punicum, quo belli portas Romahi claudere potuerū?

An optandū fuerit, quod tanta bellorū rabie Romanorū augeretur imperiū, cū eo studio, quo sub Numa auctum est, & quietum esse potuit & tutum. Cap. X.

AN respondent, quod nisi assiduis sibi que continuo succedentibus bellis Ro manum imperium tam longe lateque non posset augeri, & tam grandi gloria diffamari? Idonea vero causa, vt magnum esset imperium cur esse deberet inquietum. Nonne in corporibus hominum latius est modicā statu ram cū sanitate habere, quā ad molem aliquā gigantēā perpetuis afflictionibus peruenire, nec cū pertuereris requiescere, sed q̄ to grandioribus membris, tanto maioribus agitari malis? Quid autem mali esset, ac non potius plurimum boni, si ea tempora perdu rent: quę perstrinxit Salustius, vbi ait, *All. Reg. 8. Aene. 8.* Igitur initio reges, nam in terris nomen imperiorū fūrū id primum fuit, diuersi pars ingenium, alij corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuiq; satis placebant. Aut vt tam multū augeretur imperium debuit fieri quod

Vergilius detestatur, dicens:

Deterior donec paulatim ac decolor ætas, Et bellī rabies, & amor successit habendi? Sed plane pro tantis bellis suscepitis & gestis iusta defensio Romanorum est: quod irruentibus sibi importunè inimicis resistere cogebat: non auditas adipiscend; laudis humanae, sed necessitas tuend; salutis & libertatis. Ita sit plane. Nam postquam res eorum sicut

scribit ipse Salustius, legibus, moribus, agris anēta, satis prospera, satisq; pollens videbatur sicuti pleraq; mortaliū habenur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges populiq; finitimi bello eos tentare, pauci ex amicis auxilio esse. Nam ceteri metu perculsi lōnge à periculis aberant. At Romani domi militiae que intenti, festinare, parare, alias aliū hor tari, hostibus obuiā ire libertatem, patriam, parētesq; armis tegere. Post vbi pericula virute propoluerant, socijs atq; amicis auxilia portabant, magisq; dandis quam accipiens beneficij amicitias parabant. Decenter his artibus Roma crevit. Sed regnante Numa vt tam longa pax esset, vtrum irruerant improbi, belloq; tentabant, an nihil eorum fiebat, vt posset pax illa persistere? Si enim bellis etiam tam Roma lacescebat, nec armis arma obuiā ferebātur: quibus modis agebatur vt nulla pugna superari, nullo Martio im petu territi sedarentur inimici: his modis semper ageretur vt semper Roma clausis lani portis pacata regnaret. Quod si in potestate non fuit: non ergo Roma pacem habuit, quandiu dij eorum, sed quandiu homines finitimi circumquaq; voluerunt: qui eam nullo bello prouocauerunt: nisi forte dij tales etiam id homini vendere audebunt, quod alius homo voluit sive noluit. Inter est quidem iam vitio proprio malas mentes: quatenus sanantur isti demones vel terrere vel excitare. Sed si semper hoc possint, nec aliud secreteiore ac superiori potestate contra eorum conatum s̄epe aliter ageretur, semper in potestate haberent pacem, bellicasq; victorias, quę semper ferē per humanorum animorum motus accidunt.

De simulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus est cladē Græcorum, quibus opitulari non poterat, judicare. Cap. XI.

QUANTUM plerunq; contra eorum fieri voluntatem non solū fabulæ multa mentientes, & vix veri aliiquid vel indicantes, vel significantes, sed etiam ipsa Romana confitetur historia. Neque enim aliunde Apollo ille Cumanus, cū aduersus Achēos regemque Arisiticum à Romanis bellatur, quatriduo fleuisse nunciatus est: quo prodigio haruspices territi, cum id simula-

*All. C
mana.*

*All. C
telium
Targ
nio ex
Crum.*

mulachrū in mare putauissent esse prōijcien-
dum. Cumani senes intercesserunt atque re-
tulerunt tale prodigium, & Antiochi & Per-
fidis bello in eodem apparuisse figmento. Et
quia Romanis fēliciter prouenisset, ex Sena-
tuſconsulto eidē Apollini sua dona esse miſ-
ſa testati sunt. Tunc vero peritiiores acciſti ha-
rufipices responderunt, ſimulachri Apollinis
ſterum ideo proſperū eſſe Romanis, quoniam
H ^A * Cum̄a colonia Græca eſſet, ſuisq; terris,
vnde acciſus eſſet, i. ipsi Græciae luſtū & cla-
dem Apollinem ſigniſcasse plorātem. Dein-
de mox regem Aristonicum viſtū & captū
eſſe nunciatum eſt, quem vinci vtique Apol-
lo nolebat & dolorebat: & hoc ſui lapidis etiā
lach. ymis indicabat. Vnde non vſquequaq;
incongrue, quanuis fabulosis, tñ veritatis ſi-
milibus mores dēmonum dēſcribuntur car-
minibus Poetarum. Nam Camillam Diana
doluit apud Virgilium: & Pallantem moritu-
rum Hercules fleuit. Hinc fortassis & Numa
Pompilius pace abutidans: sed quo donante
K nesciens, nec requirens, cum cogitaret otio-
ſus, quibusnam dijs tuendam Romanam fa-
ludem regnumq; cōmitteret: nec verum illū,
atque omnipotentem ſummum Deū curare
opinaretur illa terrena, atque recoleret Tro-
ianos Deos, quos Aeneas adutexerat: nequē
Troianū neq; Lauiniense ab ipſo Aenea con-
ditum regnum diu cōſeruare potuiffe, alios
prouidendos existimauit, quos illis priorib.
ſiue qui cum Romulo iam Romanam tranſe-
rant, ſiue quandoque Alba euerſa fuerant rā-
ſituri, vel tanquam fugitiuiſi custodes adhi-
beret, vel tanquam inualidis adiutores.

Quantos ſibi Deos Romani præter conſtitu-
tionem Num̄ adiecerint, quorum eos nu-
merofitas nihil iuuerit. Cap. XII.

N Ec his ſacris tñ Roma dignata eſt eſſe
contenta, quæ tam multa illic Pompilius
conſtituerat: nam ipſius ſummum tem-
plum nondū habebat Iouis. Rex quippe Tar-
quinius ibi Capitolium fabricauit. Aescula-
pius autem ab Epidauro abiuit Romā, vt pe-
ritiſſimus medicus in vrbe nobilissima, artē
gloriosius exerceret. Mater aut̄ Deorum, ne-
ficio vnde nata Prænēſtīnum montē inſedit.
Indignum. n. erat, vt cum eius filius iam colli-
Capitolino pſideret, adhuc ipſi in loco igno-

bili lataret. Quæ tñ ſi omnium deorum ma-
ter eſt, non eſt ſecuta ſolum Romanam quodā
filios ſuos, verum & alios præceſſit etiam fe-
cuturos. Miror fanē ſi ipſa peperit Cynoce-
phalum, qui longe poſtea venit ex Aegypto.
Vtrum eſt Dea Febris ex illa nata ſit, viderit
Aēſculapius pronepos eius. Sed vndecūq;
nata ſit, non opinor auderebunt eam ignobile
dicere dij peregrini deam ciuem Romanā.
Sub hoc tot deorum præſidio, quos numera-
re quis potest, indigenas & alienigenas, cœ-
leſtes terrefrēs, ifernos, marinos, fontanos,
fluuiales: & vt Varro dicit, certos atq; incer-
tos, in omnibusq; generibus deorum, ſicut certi, at-
que incer-
ti.
Al. l. Dij
Sub hoc ergo tot deorum præſidio conſtituta Roma,
non tam magnis & horrendis cladibus, qua-
les ex multis paucas commemorabo, agita-
ri aſſligiq; debuit. Niſi. n. multos deos grā-
di fumo ſuo, tanquam ſigno dato ad tutio-
nem congregauerat: quibus templa, altaria,
ſacrificia, ſacerdotes inſtituendo atq; prēbē-
do: ſummū verum Deū, cui vni hæc rite ge-
ſta debentur, offendere. Et felicior quidem
cū paucioribus vixit. Sed quāto maior facta
eſt, ſicut nauis nautas, tāto plures adhibēdos
putauit: credo desperans pauciores illos, ſub
quib. in cōparatione peioris vitæ melius vi-
xerat, non ſufficere ad opitulandum grandit
ati ſuę. Primo. n. ſub ipſis regibus excepto
Numa Pompilio de quo iam ſupra locuſus
ſum, quātum malum discordiosi certaminis
fuit, quod fratrem Romuli coegerit occidi?
B
Quo iure, quo ſeedere Romani obtinueret,
prima coniugia. Cap. XIII.

Q Vomodo nec Iuno, quæ cū Ioue ſuo
iam fouebat Romanos rerum domi-
nos gentemq; togatam, nec Venus ipſa Ae-
neadas ſuos potuit adiuuare: ut bono & a-
quo more coniugia mererentur, cladesque
tanta irruit huius inopiq; ut ea dolo raperet,
moxq; compellerentur pugnare cum ſo-
ris, & misera ſemina nondum ex iniuria ma-
ritis conciliata, iam parentum ſanguine do-
tarentur. At enim uicerunt in hac conflicta-
tione Romani uicinos ſuos. Quantis & quā-
multis utrinque vulneribus ac funeribus, tā
propinquorum quām confinium iſtae uicto-
riæ cōſtituerunt? Propter unum Cefarem ſo-
cerum,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Primili. cerum, & unum generum eius Pompeium: iam mortua Cesaris filia vxore Pöpej, quanto & quam iusto doloris instinctu, Lucanus exclamat: Bella per Emathios plus quam ciuilia campos: Iusq; datum sceleri canimus.

Vicerunt ergo Romani, vt strage sacerorum manibus cruentis ab eorum filiabus amplexus miserabiles extorquerent: nec illæ aude-

F rent flere patres occisos, ne offenderet victores maritos: quæ adhuc illis pugnantib. quoquibus facerent vota, nesciebant. Talibus nuptijs populum Romanum non Venus, sed Bellona dotauit, aut fortassis Alecto illa infernalis furia, tam eis fauente Iunone, plus in illos habuit licentia, quam cum eius precib. cōtra Aeneam fuerat excitata: Andromache foelicius captiuata est quā illa coniugia Romana nuperunt: licet seruiles, tamen post eius amplexus nullum Trojanorum Pyrrhus occidit. Romani autem sacerdos interficiebant in prælijs, quorum iam filias amplexabantur in thalamis. Illa victoria subdita, dolore tantum suorum mortem potuit, non timere. Illę sociatę bellantibus, parentū suorum mortes procedentibus viris timabant, redeuntibus dolebant, nec timorem habētes liberum, nec dolorem. Nam propter interitum ciuium, propinquorum, fratrum, parentum, aut pie cruciabantur, aut crudeliter lētabantur victorijs maritorum. Huc accedebat quod vt sunt alterna bellorum, aliquæ parentum ferro amiserunt viros, aliæque vtrorumque ferro & parentes & viros. Neque enim & apud Romanos parua fuerunt illa discrimina. Siquidem ad obsidionem quoque peruentum est ciuitatis, clausisq; portis se tuebantur. Quibus dolo apertis admisisti que hostibus intra mēnia, in ipso foro scelerata & nimis atrox inter generos sacerosq; pugna commissa est. Etraptores illi etiam superabant & crebro fugientes intra domos suas, grauius foedabant pristinas, quamuis & ipsas pudeendas lugendasq; victorias. Hic n. Romulus de suorum iam virtute desperans, Iouem rogauit vītarent, atque ille hac occasione nomen Statoris inuenit. Nec finis es-
ser tanti mali, nisi rapte illa laceratis crinib. emicarent, & prouolutę parentibus iram eorum iustissimam, non armis vītricibus, sed supplici piētate sedarent. Deinde T. Tatium regem Sabinorum, socium regni Romulus

ferre compulsus est, germani consortis impatiens: fed quando & istum diu toleraret, qui fratrem geminumq; non pertulit? Vnde & ipso intersecto, vt maior Deus esset, regnum solus obtinuit. Quæ sunt ista iura nuptiarum, quæ irritamenta bellorum, quæ fœderationis, affinitatis, societatis, diuinitatis? Qua postremo sub tot dij tutorib. iura ciuitatis? Vides quanta hinc dici & quam multa possent, nisi quæ supersunt nostra curarec intentio, & sermo in alia festinaret.

De impietate belli, quod Albanis Romani intulerunt, & de victoria dominandi libidine adepti. Cap. XIII.

Q Vid deinde post Numam sub alijs re-
gibus? Quanto malo, non solum suo, sed etiam Romanorum, in bellū Albani pro-
uocati sunt, quia videlicet pax Numæ tam lo-
ga viluerat, quam crebre strages Romani Al-

baniq; exercitus fuerunt, & utriusque * com-

Al. l. Com
minatio.

motio ciuitatis? Alba namq; illa, q; filius Ae-
neæ creauit Ascanius, Romæ mater propior
ipsa quam Troia à Tullo Hostilio rege pro-
uocata conflixit. Confligens autem & affli-
cta est & afflxit, donec multorū tederet pari
defectione certaminum. Tunc euentum bel-
li de Tergeminis hinc atque inde fratribus
placuit experiri: à Romanis tres Horatij, ab
Albanis autem tres Curiatij processerunt, à
Curiatij tribus duo Horatij, ab uno autem
Horatio tres Curiatij superati & extincti sūt.
Ita Roma extiit viatrix, ea clade etiā in cer-
tamino extremo, vt de sex viuis unus rediret
domum. Cui damnum in vtrisq; Cui luctus
nisi Aeneæ Stirpi, nisi Ascanij posteris, nisi
proli Veneris, nisi nepotibus Iouis? Nam &
hoc plus quam ciuile bellum fuit, quando
filia ciuitas cum ciuitate matre pugnauit. Ac
cessit aliud huic Tergeminorū pugnae vlti-
ma atrox atq; horrendum malum. Nam vt
erant ambo populi prius amici, vicini qui p-
pe atque cognati, vni Curiatiorum despōla-
ta fuerat Horatiorum soror: huc postea quā
sponsi spolia in viatore fratre conspexit, ab
eodem fratre quoniam fleuit, occisa est: Hu-
manior huius vnius foemina, quam vniuer-
si populi Romani mihi videbatur suis affectus.
Illa quem virum iam fide media retinebat,
aut forte etiam ipsum fratrem dolens, qui eū

occī-

occiderat, cui sororem promiserat, puto ꝑ
non culpabiliter fleuerit. Vnde enim apud
Virgilium pius Aeneas laudabiliter dolet,
hostem etiam sua peremptum manu. Vnde
All. Ac- Marcellus Syracusanam ciuitatem recolens,
neid. 10. eius paulo ante culmen & gloriam sub ma-
nus suas subito concidisse, communem co-
gitans conditionē flendo miseratus est. Quę
so ab humano impetremus affeꝝ, vt fēmi-

A na sponsum suum à fratre suo pēremptum
sine crimine fleuerit, si viri hostes à se vīctos
etiam cum laude fleuerūt. Ergo sponso a fra-
tre illatam mortem quando fēmina illa fle-
bat, tunc se contra matrem ciuitatem tanta
strage bellasse, & tanta hinc & inde cognati
eruoris effusione, viciſſe Roma gaudebat.
Quid mihi obtenditur nomē laudis, nomen-
que vīctorię? Remotis obstaculis insanæ o-
pinionis, facinora nuda cernantur, nuda pen-
fentur, nuda iudicentur. Causa dicatur, Alba-

All. Nul sicut Troiꝝ adulterium dicebatur. Nulla ta-
lis iusta lis, nulla similis inuenitur. Tantum vt desides
causa bel mouet Tullus in arma viros, & iam desueta
li contra triumphis, Agmina. Illo itaque vitio tantum
Albaros. scelus perpetratum est socialis belli atq; co-
gnati. Quod vitium Salustius magnum tran-
seunter attigit. Cum enim laudans breuiter
antiquiora, commemorasset tamen, quando
vita hominum sine cupiditate agitabatur, &
sua cuique satis placebant: Potesta vero, in-
quit, quam in Asia Cyrus, in Grēcia Lacedē-
monij, & Athenienses cepere vrbes atque na-
tiones subigere, libidine dominandi cau-
fam belli habere, maximam gloriam in ma-

All. Libi- ximo imperio putare, & cetera quæ ipse in-
do impe- flitterat dicere. Mihi huc usque satis sit eius
ranti per verba posuisse. Libido ista dominandi ma-
gnis malis agitat, & conterit genus huma-
num. Hac libidine Romam tunc vīcta, Albā se
viciſſe triūphabat, & sui sceleris laudem glo-
riam nominabat. Quoniam laudatur, inquit,
scriptura nostra, peccator in desiderijs ani-
mę lux, & qui iniqua gerit benedicitur: Fal-
lacia agitur tegmina, & deceptorū dealba-
tiones auferantur a rebus: vt syncero inspi-
ciātur examine. Nemo mihi dicat magnus il-
le atq; ille, quia cum illo & illo pugnauit, &

All. Gla- vicit. Pugnant etiam gladiatores, vincunt &
diatores ipsi; habet prēmia laudis, & illa crudelitas.
Sed puto esse satius cuiuslibet inertiae pēnas
uere, quem illorum armorum gloriam quę-

rere. Et tamen si in arenam procederent pu-
gnaturi inter se gladiatores, quorum alter fi-
lius, alter pater esset, tale spectaculū quis fer-
ret, quis non auferet? Quomodo ergo glorio-
sum alterius matris, alterius fili⁹ ciuitatis in-
ter se armorū potuit esse certamen? An ideo
diuersum fuit, quod arena vlla nō fuit, & la-
tiores campi non duorum gladiatorum, sed
in duobus populis multorum funeribus im-
plebātur? Nec amphitheatro cingebātur illa
certamina, sed vniuerso orbe. Et tunc viuis
& posteris quousq; ista fama porrigitur, im-
pium spectaculum præbebatur. Vim tamen
patiebantur studijs suis dij illi præsidēs impe-
rij Romani & talium certaminum tanquam
theatrici spectatores, donec Horatiorum so-
ror propter Curiatios tres peremps, etiam
ipsa tertia ex altera parte fraterno ferro duo
bus fratribus adderetur, ne minus haberet
mortuum etiam Roma quæ vicerat. Deinde
ad fructum vīctorię Alba subuersa est. Vbi
post Ilium, quod Graci euerterunt, & post
Lauiniū, vbi rex Latinus Aeneam regem
peregrinum atque fugitiuum constituerat,
tertio loco habitauerant numina illa Troia-
na. Sed more suo etiam inde iam fortasse mi-
grauerant, ideo deleta est. Discesserant vide-
licet omnes adytis arisque relictis dij, qui
bus imperium illud steterat. Discesserant sa-
ne ecce iam tertio, vt eis quarta Roma pro-
videntissime crederetur. Displicuerat & Al-
ba, vbi Amilius expulso fratre: & Roma pla-
cuerat, vbi Romulus occiso fratre regnaue-
rat. Sed antequam Alba diueretur, transfu-
sus est inquiunt, populus eius in Romanum, vt
ex vtraque vna ciuitas fieret. Esto ita factum
sit, vrbs tamen illa, Ascanij regnum & tertiu
domicilium Troianorum deorum ab vrbe
filia mater euersa est. Vt autem belli reli-
quie ē duobus populis vnum facerent mi-
serabile coagulum, multis ante fūsus vtrius
que sanguis fuit. Quid iam singulatim di-
dicam sub ceteris regibus toties eadem bel-
la renouata: quę vīctorię finita videbantur,
& tantis stragibus iterum atque jērum con-
fecta: iterum iterumque post foedus & pa-
cem inter generos, & eorum stirpem po-
sterosque repetita? Non paruum iudicium
calamitatis huius fuit quod portas belli nul-
lus clausit illorum. Nullus ergo illorum sub-
tot dijs præsidibus in pace regnauit.

Qualis

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Qualis Romanorum regum vita atque exitus fuerit. Cap. XV.

I Psorum autem regū qui exitus fuerunt?

G De Romulo viderit adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in cēlum. Viderint quidā scriptores eorū, qui eū propter ferocitatem à Senatu disceptum esse dixerunt; subornatumq; nefcio quē Iuliū Proculū, qui eū sibi apparuisse diceret, eūq; p se populo mādasse Romano, vt inter numina coleretur, eoq; modo populū qui contra Senatū intā-

A. l. So- melcere cēperat repressum atq; sedatum. Ac
lis natu- ciderat enim & solis defectio, quam certa ra-
ralis de- tione sui cursus affectam imperita nesciens
Etio, sub- multitudine, merius Romuli tribuerat. Quasi
Romuli vero si luctus ille solis fuisse, non magis iō
credi deberet occisus, ipsumq; scelus auer-
sione enim diuini luminis indicatum. Sicut
revera factū est, cum dominus crucifixus est
cruelitate atq; impietate Iudeorum. Quam
solis obscurationem non ex canonico syde-
rum curlu accidisse, satis ostendit, quod tū
erat Pascha Iudeorū. Nā plena Luna Pascha
solemnitas agitur. Regulatis autem solis de-
fectio non nisi Lunae fine, contingit. Satis &
Cicero illam inter Deos Romuli receptionem
putata magis significat esse q̄ factū, quā
do & laudans eum in libris de republica Sci-
pionisq; sermone: Tanū est, inquit, consecu-
tus, vt cum subito sole obscurato non com-
paruisse, deorū in numero collatus putare-
tur: quā opinō nemo vñquam mortalis af-
sequi potuit, sine eximia virtutis gloria. Qđ
autem dicit eum subito non cōparuisse, pro-
fecto ibi intelligitur, aut violentia tempesta-
tis, aut cēdis facinorisq; lecretum. Nā & alij
scriptores eorū, defectioni solis addūt ēt su-
bitam tempestatem, quę profecto, aut occa-
sionē sceleri p̄buit. Aut Romulū ip̄la cōsum
psit. De Tullo quippe etiā Hostilio, qui ter-
tius à Romulo rex fuit, qui & ip̄le fulmine
absumptus est, dicit eisdem libris idem Ci-
cero, propterea & istū non creditum inter
Deos receptum tali morte, quia fortasse qđ
in Romulo probatum, idest, persuasum, Ro-
manū vulgare nolerūt, idest, vilefacere, si hoc
& alteri facile tribueretur. Dicit etiam aperte
in ineuctiū: Illum qui hanc vr̄bem cōdidit,
Romulum, ad Deos immortales beneuolen-
tia famaq; sustulimus: vt non vere factū, sed

Mat. 27.

H mulus, in-
ter Deos
humano
confilio
relans.

A. l. I.R.
mulus, in-
ter Deos
humano
confilio
relans.

pter merita virtutis eius beneuolentia iacta
tum diffamatumq; monstraret. In Hortēsio
vero dialogo cum de solis canonicis defec-
tionibus loqueretur: vt easdem, inquit, tene-
bras efficiat, quas effecit, in interitu Romuli
qui i obscuratione solis est factus. Certe hic
minime timuit hominis interitum dicere, q̄a
disputator magis q̄ laudator fuit. Ceteri aut̄ I

reges populi Romani excepto Numa Pompilio, & Anco martio, qui morbo interierūt
quam horrendos exitus habuerunt. Tullus
vt dixi Hostilius vīctos & euersor Albae, cū
totā domo sua fulmine concrematus est Pri-
scus Tarquinius per sui decessoris filios in-
terēptus est. Seruius * Tullius generi sui Tar-
quinij superbi, qui ei sucescit in regnū nefari-
o scelere occisus est. Nec decessere adyis-
arisq; relictis dī, tanto in optimū illius po-
puli regem parricidio perpetrato, quos di-
cunt ut hoc miserè Troę facerent, eamque
Gr̄ecis diruendam exuredamq; relinquerēt,
adulterio Paridis fuisse cōmotos. Sed insu-
per interfecto à se socero, Tarquinius ip̄le
succedit. Hunc illi dī nefarium parcidiā fo-
ceri intersectione regiantem, insu per multis
bellis victorijsq; gloriantein, & de bello
rum manubjs Capitolium fabricantem, nō
abscedentes, sed præsentes manentesq; vide-
runt, & regē suū Iouem in illo altissimo tem-
plo, hoc est in opere parricidē, sibi pr̄fide-
re atq; regnare perpetui sunt. Neq; enī ad-
huc innocens Capitolium struxit, & postea

A. l. Dī
scelerum
spectato-
res et fan-
tores.

malis meritis vrbe pulsus est, sed ad ipsū re-
gnū in quo Capitolii fabricaret immaniſi-
mi sceleris perpetratione peruenit. Quod
uero eum Romani regno postea depulerūt
ac secluserunt mēnibus ciuitatis, non ipsius
de Lucretiæ stupro, sed filij peccatū fuit, il-
lo non solū nesciente, sed etiā absente cōmis-
sum. Ardeā ciuitatē tunc oppugnabat, & pro
populo Romano bellū gerebat: nescimus qđ
faceret, sed ad eius notitiā flagitium filij de-
ferretur. Et tamen inexplorato eius iudicio
& inexperto, ei populus ademit imperium:
recepit exercitū, a quo deserit iussus est, clau-
sis deinde portis nō sunt passi intrare redeū-
tem. At ille post bella grauiſſima, quibus eos
dem Ro. concitatis finitimi attruit, postea al. I.T.
quam desertus ab eis quorū fidebat auxilio, quinj ex
regnū recipere nō valuit, in opido Tuscu-
lo Romē vicino, quatuordecim, vt fertur,
annos

annos priuatam vitam quietus habuit, & cū vxore consenuit, optabiliore fortassis exitu q̄ sacer eius generi sui facinore, nec ignorā te filia, sicut perhibetur extinctus. Nec tamē istum Tarquinium R.o. crudelem, aut scelera tum, sed superbū appellauerūt, fortassis regios eius fastūs alia superbia nō ferentes. Nā scelus occisi ab eo socii optimi regis sui v̄ queadeo contempsérunt, vt eum regem suū facerēt, vbi miror si nō scelere grauiore mer

L cedem tantā, tanto sceleri reddiderūt, nec di scessere adiutus arisq; relictis dīi. Nisi forte q̄ piā sic defendat istos Deos, vt dicat eos ideo māfisse Roma quo poset Romanos magis punire suppliciis q̄ beneficiis adiuuare, sed cētes eos vanis victoriis, & bellis grauisimis cōterētes. Hęc fuit Romanorū vita sub regibus laudabili tpe illi⁹ Reip. vsq; ad expulsio nem Tarquinii Superbi per ducentos fermē & quadraginta, & tres annos, cū ille omnes victorię tam multo sanguine, & tantis emptę calamitatib; vix illud imperium intra viginti ab vrbe miliaria dilatauerint. Quantum spatiū absit vt saltē ab alicuius Getulę ciuitatis nunc territorio comparetur.

De primis apud R.o. consulibus, quorum alter alterum patria pepulit, moxque

Romę post atrocissima paricidia a vulnerato hoste vulneratus interiit.

Cap. XVI.

H Vic tempori adiiciamus etiam tempus illud, quo usque dicit Salustius, æquo & modesto iure agitatū, dum metus à Tarquinio & graue bellum cum Etruria positū est. Quandiu. n. Etrusci Tarquinio redire in regnum conanti opitulati sunt, graui bello Roma cōcussa est. Iō dicit æquo & modesto iure gestam Remp. metu premente, nō persuadente iustitia. In quo breuissimo tpe q̄ fū nestus ille annus fuit, quo * primi coniules creati sunt, expulsa regia potestate. Annū q̄ppe suū non cōpleuerunt. Nam Junius Brūtus exonoratum eiecit vrbe collegam Lu- cium Tarquinium Collatinum. Deinde mox ipse in bello cecidit, mutuis cum hoste vulneribus, occisis a seipso primitus filiis suis, & vxoris sua fratribus, quod eos pro restituendo Tarquinio coniurasse cognouerat.

a.l. primo

Quod factum Virgilius postea quam lauda biliter commemorauit, continuo clementer exhorruit. Cum n.dixisset: Natosq; pater nō

ua bella mouentes, Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit. Mox deinde exclamauit, &

ait: Infelix vtcūq; ferent ea * facta minores.

Quomodo libet, inquit, ea facta posteri ferant, i. preferant & extollant, qui filios occidit infelix est. Et tanq; ad consolandum infor

līcē, subiunxit: Vicit amor latrīz, laudumq; immensa cupidio.

C Nonne in hoc Bruto, qui & filios occidit, & a se percuso hoste & fi-

lio Tarquinii & mutuo percussus superuiue re nō potuit, eique potius ipse Tarquinius su

peruixit, Collatini collegē vī innocentia vindicata, qui bonus ciuius hoc Tarquinio pulso

passus est, qđ tyrannus ipse Tarquinius? Nā & idem Brutus cōsanguineus Tarquinii fuis

se peribet. Sed Collatinum videlicet similitudo nominis prescit, quia ēt Tarquinius voca

bāt. Mutare ergo nomen, non patriam cogere ref. Postremo si in eius nomine hoc vocabu

lum minus esset, L. Collatinus tantummodo vocaret. Sed iō non amisit qđ sine vīlo detri

mento posset amittere, vt & honore primus cōsul, & ciuitate bonus ciuius carere iubere.

Et iam ne ista est gloria Junii Brutū detestāda iniqtas, & nihilō vtilis Reip? Et ēt ne ad hāc perperandā. Vicit amor patrīz, laudumque immensa cupido?

Iam expulso vtique Tarquinio tyranno, cōsul cum Bruto creatus est maritus Lucretia Lucius Tarquinius Collatinus, q̄ iuste pōpulus mores in ciue, non no

men attendit, q̄ iniuste Brutus collegā primę ac nouę illius potestatis, quem posset, si hoc offendebatur nomine tantum priuare, & pa

tria priuauit & honore. Hęc mala facta sunt, hęc aduersa acciderunt, qn̄ in illa Rep. & quo

& modesto iure agitatū est: Lucretius quo

que qui in locum Bruti fuerat surrogatus,

morbo antequam idem annū terminaretur, absump̄tus est. Ita Publius Valerius qui succeſserat Collatino, & Marcus Horatius, qui pro defuncto Lucretio suffectus fuerat, an-

D p. uneſtus
primus li
bertatis
annus.

num illum funerem atque Tartareum, qui

coniules quinq; habuit, cōpleuerunt: Quo

anno coniulatus ipsius nouum honorem ac

potestatem auspicata est R.o. Resp. tunc iam

diminuto paululum metu, non quia bella

conquieuerant, sed quia non tam graui pon

dere vrgebant, Finito scilicet tempore, qn̄

Aug. Tomus quintus D & quo

æquo & modesto iure agitatum est, secuta sunt quæ idem Salust. breuiter sic explicat. Deinde seruili imperio patres plebem exercere, de vita, atque tergo, regio more consuere agro pellere, & cæteris expertibus soli in imperio agere. Quibus agitata seuitis, & maxime foenore oppressa plebs, cū assiduis bellis tributum & militiam simul toleraret, armata montem sacrum arque Aventinum infedit, Tumque tribunos plebis & alia fibi iura paravit, discordiarum & certaminis vtriusq; finis fuit secundum bellū Punicū.

Post initia consularis imperii quibus malis vexata fuerit Rō. Respublica diis non opitulantibus quos colebat,

Cap. XVII.

F Vid itaque ego tatas moras vel scribēs patiar, vel lecturis afferam? Quam misera fuerit illa Respublica, tam longa ètate p tot annos vsque ad secundū bellū Punicū, bellis forinsecus inquietare non desistentib. & intus discordiis seditionibq; ciuib. a Salustio breuiter intimatum est. Prōinde vieto riae illæ non solida beatorum gaudia fuerūt, sed inania solatia miserorum, & ad alia atq; alia terribilia mala subeunda illecebrofa in uitamē minime quietorum. Nec nobis qā hæc dicimus, boni Romani prudētesq; succēsent, qā quam de hac re nec petēdi sint nec monendi, qñ eos minime succensuros esse certissimum est. Neq; n. grauius vel grauiora dicimus authorib. eorum, & stylo & ocio multū impares. Quib. tñ ediscēdis & ipsi elaborerūt, & filios suos elaborare cōpellūt.

G Qui aut succenserint, qñ me ferrent, si ego dicterem, qđ Salust. ait. Plurimæ turbæ seditiones & ad postremum bella ciuilia orta sunt, dum pauci potentes, quorū in gratiā pleriq; concesserant sub honesto patrū aut plebis nomine dñationes affectabant, boni q; & maii ciues appellati, non ob merita in Remp. in cesserat oīb. pariter corruptis, sed vt quisq; locupletissimus & iniuria validior, qā pñtia defendebat, pro bono ducebatur. Porro illi scriptores historiae ad honestā libertatem p̄tinere arbitrati sunt, mala ciuitatis propria non tacere, quam multis locis magno p̄concio laudare compulsi sunt, cum aliā verio rem quo ciues æterni legēdi sunt non habe-

rent, quid nos facere cōuenit, quorum spes quanto in Deo melior & certior, tanto maior dēt esse libertas, cū mala pñtentia Christo nostro imputant, vt infirmiores imperitioresq; mentes alienētur ab ea ciuitate, in qua sola iugiter feliciterq; viuēdū est. Nec in Deos eorū horribilia nō dicimus, qđ eorum identidē authores, quos legunt & p̄dicant, qñquidem & ex ipsis quæ diceremus accepimus, & nullo modo dicere, vel talia, vel cuncta sufficiamus. Vbi erant ergo illi dii, qui pp̄ exigūā fallacemq; huius mundi feli citatem colendi existimant, cum Ro. qb. fe colendos mendacissima astutia venditabat, tantis calamitatibus vexarent? Vbi erant qñ Valerius consul, & ab exulib. & seruis incēsum Capitolum cum defensaret occisus est? Faciliusq; ipse prodesse potuit adi Louis, qđ illi turba tot numinum cum suo maximo atque optimo rege, cuius templū liberauerat, subuenire. Vbi erant qñ densissimis fatigata ciuitas seditionem malis, cum legatos Athenas missos ad leges mutandas. paululum quia operiref, graui fame pestilētiaq; vastata est? Vbi erant. qñ rursus populus cum fame laboret, præfectū annonæ primum creauit atq; illa fame inualecēte Spuri? Aemilius qđ esuienti multitudini frumenta largitus est, regni affectati crimen incurrit, & eiusdē p̄fecti instantia per dictatorem. L. Quintium ètate decrepitū, à Qu. Seruilio magistro eq̄tum, cū, maximo & periculosisimo tumultu ciuitatis occisus est? Vbi erant qñ pestilentia maxima exorta, diis inutilib. sine remedio populus dñi multumq; fatigatus, noua lectionis sternia, quod nunq; antea fecerat, exhibenda arbitratus est? Lecti aut sternebanſ in honorem Deorū, vnde hoc sacrum vel potius sacrilegium nomen accepit. Vbi erant, qñ per decem continuos annos male pugnando crebras & magnas clades apud Veios exercitus Romanus accepérat, nisi per Furium Camilum tandem subueniretur, quem postea ciuitas ingrata damnavit? Vbi erant, quando Galli Romanum ceperunt, spolauerunt, incenderunt, cedib. impleuerunt? Vbi erant, cum illa insignis pestilentia tam ingentem stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui Remp. ingratam & a Veietibus ante defendit, & de Gallis postea vindicauit? Inde in hac pestilētia scenicos ludos alia nouam

Enumeratio Roma
nrum ca
lamit. atq;

I
Laetificer
nia in ho
norem
deorum .

Pro
vij
tie
pti.

An
logi

uonam pestem non corporibus Rōm. sed, quod est multo perniciensius, morib. intulerunt. Vbi erant, qñ alia pestilentia graui de venenis matronarum exorta credita est, qua rum supra fidem multarū atq; nobilium mo res deprehensi sunt oī pestilentia grauiorē? Vel qñ in Caudinas furcas à Sānitib. obfessi ambo cum exercitu consules fœdus cum eis sedū sacre coacti sunt, ita vt equitib. Rō. sexcentis obſidib. datis, cæteri amissis armis, aliisq; spoliati priuatiq; tegminib. sub iugū hostiū cum vestimentis mitterent. Vel qñ graui pestilentia ceteris laborantib. multi ēt in exercitu iēti fulmine perierunt? Vel qñ iti dem alia intolerabili pestilentia Aesculapiū ab Epidauro quasi medicum Dēum Roma aduocare atque adhibere compulsa est, qñ regem eūum Iouem, qui iam diu in Capitōlio fedebat, multa stupra, qb. adolescens vacauerat, non permiserant fortasse discere medieinam? Vel cum conspirantib. vno tempore hostib. Lucanis, Brutis, Sannitib. Etruscis & Senonib. Gallis primo ab eis legati perempti sunt, deinde cum prætore oppressus exercitus, septem tribunis cum illo pereuntib. & militum tredecim milibus? Vel qñ post grāues & longas Rō. seditiones, qb. ad ultimum plebs Janiculum hostili direptione secesserat, cuius mali tam dira calamitas erat, vt eius rei cā, quod in extremis periculis fieri solebat, & dictator crearet Hortensius, q; plebe reuocata in eodem magistratu expiravit, qd nulli dictatori ante cōtigerat, qd illis diis iam p̄fente Aesculapiō grauius crimē fuit.

L Tum vero tam multa bella vbiq; crebuerūt, vt inopia militum proletarii illi, qui eo q; proligignendæ vacabant, ob egestatem militare non valentes hoc nomen acceperant, militia conserberentur. Accitus etiam a Tarentinis Pyrrhus rex Græciæ, tūc ingenti gloria celebratus Rō. hostis effectus est. Cui sanè de rerum futuro euentu consulenti, satis vrbane Apollo sic ambiguū oraculum adidit, vt ē duob. quequid ac idisset ipse diuinus haberetur. Ait.n. Dico te Pyrrhe vincere posse Rō. Atq; ita siue Pyrrhus a Rō. siue Romani a Pyrrho vincerentur, securus fatidicus vtrū libet expectaret euentum. Quæ tunc & quam horrenda viriusque exercitus clades, in qua tamē superior Pyrrhus extitit, vt posset Apolinem pro suo intellectu prædicare diuinū,

nisi proxime alio prælio Rō. abscederent superiores, atque in tatta strage bellorum etiā pestilentia graui exorta est mulierum. Nam prius quam maturos partus æderent, grauidæ moriebantur. Vbi se credo Aesculapius excusabat, q; dpx̄at, por se, non obſtricē profebat. Pecudes quoque similiiter interibant, ita ut iam defectorum genus animalium crederet. Quid hyems illa memorabilis tam incredibili immanitate sauiens, vt niūb. horre da altitudine etiam in foro per dies xl. manet. Tyberis quoq; glacie durareret? Si nostris temporib. accidisset, quæ isti & quanta dixissent? Quid illa itidem ingens pestilentia, quandiu sequiuit q; multos peremit? Quę cū in annum alium multo grauius tenderetur, frustra p̄sente Aesculapiō, aditū est ad libros Sibyllinos. In quo genere oraculorum, sicut Cic. in lib. de diuinitate cōmemorat, magis interpretib. vt possunt siue volunt dubia cōiectantib. credi solet. Tunc ergo dictum est eam esse causam pestilentia, q; plurimas qdes sacras multi occupatas priuatum tenerent sic interim a magno imperitiae vel desidiq; criminē Aesculapius liberatus est. Vnde autem multis ædes illæ fuerant occupatae nemine, p̄hibente, nisi quia tanta numinum turbæ dia frustra fuerat supplicatum: atq; ita paulatim loca deserebantur a cultorib. vt tanquam vacua sine vilius offensione possent humanis faltem vſibus vendicari? Nam que tunc velut ad sedandam pestilentiam diligenter repetita fuerunt atque reparata, nisi postea eodem modo neglecta atque vſurpata, latitarent, nō vtique magnæ peritiae Varronis tribueretur, quod scribens de ædibus sacrī, tam multa ignorata commemorat. Sed tunc interim elegans non pestilentiae depulsio, sed deorum excusatio procurata est.

Quantę clades Romanos sub bellis Punicis triuerint, frustra deorū præsidii expeditis. Cap. XVIII.

X Amphibologia. M Am. vero Punicis bellis cum intertrunq; imperium victoria diu anceps atque incerta penderet, populi que duo prævalidi impetus in alterutrum fortissimos & opulētissimos agerent, quot minutiora regna contrita sunt? quæ v̄bes ample nobilesque delecta? quot afflcta? quot perdite ciuitates? quam

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

longe lateque tot regiones terraeque vastatae sunt? Quoties vici hinc atq; inde victores? qd hoium consumptum est, vel pugnatum militum, vel ab armis vacantium populorum? Quanta vis nauium marinis etiam praeliis oppressa, & diuersarum tempestatum varietate submersa est, si narrare vel commemorare conemur, nihil aliud q scriptores etiam nos erimus hystroria. Tunc magno motu perturbata Ro. ciuitas, ad remedia vana & ridenda currebat. Instaurati sunt ex authoritate libro rum Sibyllinorum ludi seculares, quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta, foeliciaribusq; temporib. memoria neglige perierat. Renouarunt et pontifices ludos sacros inferis, & ipsos abolitos annis retrorsum meliorib.

G Nimirum n. qn renouati sunt, tanta copia morientium ditatos inferos etiam ludere delectabat, cum profecto miseri homines ipsa rapida bella, & cruentas afo- sitates funereasq; hinc atq; ide victorias, magnos agerent ludos demonum, & optimas epulas inferorum. Nihil sanè mirabilius primo bello Punico accidit, qd ita Romani vici sunt, vt et Regulus ille caperef, cuius in primo & in altero libro mentionem fecim, vir plane magnus & vicit ante domitorq; Poenorum, qui et ipsum primum bellum Punicum confecisset, nisi auditate nimia laudis & gloriae duriiores conditiones q ferre possent fessis Carthaginib. imperasset. Illius viri & captiuitas inopinatissima, & seruitus in dignissima, & iuratio fidelissima, & mors crudelissima si Deos illos non cogit erubescere, veru, est qd arei sunt, & non habent sanguinem. Nec mala illo tpe grauissima intra moenia defuerunt. Nam exundante nimis vltra more fluvio Tyberino, pene oīa urbis plana subuersa sunt aliis impetu quasi torrentis impulsi, aliis velut stagno diurno madefactis atque sublapsis. Istim deinde pestem ignis pni ciosior subsecutus est, qui correctis circa forum qbusq; celsiorib. et templo Vesta suo familiarissimo non pepert, vi ebi veluti vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum, non tam honoratae q damnatae virginis donare consueuerant. Tunc vero illuc ignis non tm viuebat, sed etiam favebat. Cuius impetu exterrite virginis sacra illa fatalia, quæ iam tres in quib. fuerant presserant cuius tates, cum ab illo incendio liberare non pos-

sent, Metellus pontifex suz quodammodo salutis oblitus, irruens ea semiustulatus abri- puit. Neque n. vel ipsum ignis agnouit, aut vero erat ibi numen, quod non etiam si suis- set fugisset. Homo igit potius sacris Veftrę, q illa homini prodeste potuerunt. Si aut a se- metipsis ignem non repellabant, ciuitatē, cuius tueri salutem putabantur, quid cōtra illas aquas flamasq; poterant adiuuare, sicut et res ipsa nihil ea prorsus otuissē, patefecit. Hęc istis nequaquam obiicerent à nobis, si illa sacra dicerent, non tuendis his bonis té- poralib instituta, sed significandis æternis: & ideo cum ea quæ corporalia visibiliasq; eēnt perire contingeret, nihil his rebus minui, propter quas fuerant instituta, & posse ad eosdem v̄sus denuo reparari. Nunc vero cæ- citate miserabilis, eis sacris quæ perire pos- sent fieri potuisse existimat, vt salus terre- na & téporalis foelicitas ciuitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manentibus sacris, vel salutis contritio, vel infoelicitas ir- ruitis monstratu, mutare sententiam, quam defendere nequeunt * erubescunt.

a.l.nō eru-
beantur.

De afflictione belli Punici secundi, qua vi- res vtriusque partis consumptae sunt.

Cap

XIX.

S Econdo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longe secum lateq; pugna- tiuum, ita vt his quoque fatentib. qui non tam narrare bella Romana, q Romanum impe- riū laudare instituerū, similior victo fuerit ille qui vicit. Hannibale quippe ab Hispa- nia surgente, & pyrenēis montib. superatis, Gallia transcurta, alpibusq; diruptis, tam lō- go circumitu austis virib. cuncta vastando, aut subigendo, torrentis modo Italia fauci- bus irruente, q cruenta bella gesta sunt, quam multa prælia, quoties Ro. superati, q multa ad hostem oppida defecerunt, q multa ca- pta & oppressa, q diræ pugnæ, & toties Hanibali Ro. clade glorioæ? Sed hæc haetenus. De Cannensi autem mirabiliter horrendo malo quid dicam, ubi Hannibal cum esset crudelissimus, tamē tanta inimicorum atro- cisimorum cæde satiatus, parci iussisse peri- betur? Vnde tres modios annulorum aureo- rum Carthaginem misit, quo intelligerent tantam

Exemda
ria liberis

Incedium
publicum

tantam in illo prælio dignitatem cecidisse Romanam, ut facilius eam caperet mensura quam numerus, atque hinc strages turbæ certe, tanto vbiique numerosioris quanto insfirioris, quæ sine annullis iacebat coniunctiæ potius, quam nuncianda putaretur. Denique tanta militum in opia secura est, vt Ro. reos facinorum proposita impunitate colligerent;

Ex seruis feruitia libertate donarent, atque ex illis pugnatis? dendus, non tam suppleretur q̄ institueretur exercitus. Seruis itaq; immo ne faciamus in

H iuriā, iam liberis, pro Rom. Rep. pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis

Arma tē tanquam Romani diis suis dicent: Ponite, plis deorū quæ tam diu inutiliter habuistis, si forte ali-detracta. quid utile inde facere possint nostra mancipia, vnde vos nostra numina nihil facere potuistis. Tunc etiam stipendiis sufficiendis cū

Collatio defecisset erarium, in usus publicos opes venire priuatae, adeo uno quoque, id quod habuit conferente, vt præter singulos annulos aureos, singulasque bullas miserabilis dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quā to magis ceteri ordines tribusq; relinqueret. Quis ferret istos si nostris temporib. ad hanc inopiam cogerentur, cum eos modo vix feramus, quando pro superflua volupitate plura donantur histrionibus, quam tunc legioni bus pro extrema salute collata sunt?

De exitio Saguntinorum quibus propter Ro. manorum amicitiam pereuntibus dii

Romani auxilium non tulerunt.

Caput. X. X.

a.l. Hinc Sed in his omnibus belli punici secundi malis, nihil miserabilius ac miserabilis quærela dignius, q̄ exitium Saguntinorum fuit. Hæc q̄ppe Hispaniæ ciuitas amicissima pop. Ro. dum eidem populo fidem seruat, euerfa est.* Hinc enim Hannibal fræsto fœdere Romanorum, causas quæsivit quib. eos irritaret ad bellum? Saguntum ergo ferociter ob fidebat. Quod vbi Romæ auditum est, miseri sunt legati ad Hannibalem, vt ab eius obsidione discederet. Contempti Carthaginem pergunt, querimoniamque reponunt fœderis rupti, infecto que negotio Romam redeunt. Dum ha. moræ aguntur, misera illa ciuitas opulentissima suę Republicę Romanęque charissima, octauo vel nono à Poenis men-

se delefa est. Cuius interitum legere, quanto magis scribere horroris est. Breuiter tamē eū commémorabo, ad rem quippe quæ agitur multum pertinet. Primo fame contabuit. nā etiam suorum cadaverib. a nonnullis pasta perhibetur. Deinde fessa omnium rerum, ne saltē captiuā in manus Hannibalis perueniret, itigentem rogum publice struxit, in quæ ardente, ferro etiam trucidatos oēs se fuos que miserunt. Hic aliquid agerent dii hellunes atque nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium diuinationum caliginē decipientes. hic aliquid agerent ut ciuitati populi Romani amicissimæ subuenirent, & fidei conseruatione pereuntē perire nō sinerent. Ipsi vtique medi⁹ præfuerunt, Romanæ Reip. intericto fœdere copulata est. Cultodiens itaque fidelerit quod ipsis præsidibus placito iunxerat, fide vinxerat, iuratio ne constrinxerat, à perfido obsecra, oppressa, consumpta est. Si ipsi dii tempestate atq; fulminibus Hannibalem postea Romanis pxiūm moenib. terrerunt, longeque miserūt, tunc primum tale aliquid faceret, audeo q̄ pedicare honestius illos pro amicis Romanorum, ideo periclitantib. ne Romanis, transgerent fidem, & nullam opem tunc habentibus, q̄ pro ipsis Romanis, qui pro se pugnabant aduersus Hannibalem opulentī erāt, potuisse tempestate sequire. Si ergo tutores esēt Rom. fœlicitatis & gloriæ, tam graue ab ea crīmē Saguntinę calamitatis auerterent. Nūc vero q̄ stulte creditur diis illis defensoribus Romanū victore Hannibale non perisse, qui Saguntinæ vrbi non potuerūt, ne pro eius pereiret amicitia, subuenire. Si Saguntinorum Christianus populus esset, & huiusmodi aliquid pro fide Euangelica patereret, q̄ quam fe ipse, nec ferro, nec ignib. corrupſet, sed tñ si pro fide Euangelica excidium pateref, ea spe patereret, qua in Christū crediderat, non vt mercede breuissimi tpiis, sed aeternitatis intermitte potiretur. Pro istis autē diis q̄ propterea colī perhibetur, propterea colēdi requiruntur, vt harum labentium atq; transiuntium rerum fœlicitas tuta sit, quid nobis defensores & excusatores eorum de Saguntinis pereuntibus respondebunt, nisi qđ de illo Regulo extinto? Hoc quippe interest, quod ille vnu homo, hæc tota ciuitas, guli comitriusque tamen interitus causa conseruatio parata.

Aug. Tomus quintus D 3 fidei

fidei fuit. Própter hanc enim ad hostes & redire ille voluit & noluit ista tránsire. Conservata ergo prouocat deorum iram fides? An pñt & diis propiciis perire, nō solum q̄ippe hoīes, verum etiam integræ ciuitates? Vtrum volunt eligant. Si enim fidei seruat̄ irascunt illi dii, querant perfidos a quibus colantur. Si aut̄ etiam illis propitiis multis grauibusq; cruciatibus afflicti, interire hemines ciuitatesque possunt, nullo fructu felicitatis huius coluntur. Desinat igitur succensere qui sacris deorum suorum perditis, leinfoelices factos esse putant. Possent enim illis non solū manentibus, verum etiam fauentibus non sicut modo de miseria murmurare, sed sicut tunc Regulus & Saguntini excruciat̄ horribiliter cuam penitus interire.

I Quām ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori suo, & in quibus moribus egerit quando eam Salustius optimam fuisse describit.

Caput. XXI.

L Orrò inter secundum, & postremum bellum Carthaginense, quando Salustius optimis moribus & maxima concordia dixit egisse Romanos, multa enim prætero suscepti operis modum cogitans. Eodem ergo ipso tempore morum optimorum maximæq; concordia Scipio ille Romæ Italæq; liberator, eiusdemq; belli Punici secundi tam horrenda exitiosi, tam periculosi preclarus mirabilisq; cōfector, vīctor Hannibal, domitor que Carthaginis, cuius ab adolescentia vita describitur diis dedita, templisq; nutrita ini micorum accusationibus cesit, carensq; patria, quam sua virtute saluam & liberam reddit, in oppido Linternensi egit reliquam compleuriq; vitam, post insigne suum triūphum, nullo illius virbis captus desiderio, ita ut iusisse perhibeat̄, ne faltem mortuo in ingrata patria funus fieret. Deinde tunc primum per Gneum Manlium proconsulē de Gallo græcis triumphantem, Asiatica luxuria Roma omni hoste peior irrepit. Tunc enim primum lecti ærati, & preciosa stragula vista peribentur. Tunc inducta in conuicia psaltria, & alia licentiosa nequitia. Sed nunc de his malis quæ intolerabiliter homines patiuntur, non de his quæ libenter faciunt dicere

institui. Vnde illud magis quod de Scipione commemorai, quod cedens inimicis extra patriam quam liberabit̄ mortuus est, ad præsentem pertinet disputationem, quod ei Romana numina, à quorum templis auerit Hannibalem, non reddiderunt vicem, quæ propter istam tantummodo coluntur scelicitatem. Sed quia Salustius eo tempore ibi dixit mores optimos fuisse, propterea hoc de Afiana luxuriam commemorādum putauit, vt intelligatur, etiam illud a Salustio in comparatione aliorum temporum dictum, quibus temporibus peiores vtique in grauisimis discordiis mores fuerunt. Nam tunc, id est, inter secundum & postremum bellum Cartaginense, lata est etiam illa lex Voconia ne quis heredem foeminam saceret, nec unicam filiam.

A Qua lege quid iniquius dici, aut cogitari possit ignoro. Veruntamen toto illo interallo duorum bellorum Punicorum tolerabilius infelicitas fuit. Bellis tātummodo foris conterebatur exercitus, sed vītoriis cōfabolabatur. Domi autem nullæ, sicut alias, discordie ferebant. Sed ultimo bello Punico uno impetu alterius Sciponis, qui ob hoc etiā ipse Africani cognomē inuenit, amula imperii Romani ab stirpe deleta est. Ac deinde tātis malorum aggerib. oppressa * Romana Republica, vt p̄peritate ac securitate rerum unde nimium corruptis morib. mala illa congesta sunt, plus nocuisse monstretur tam cito euerſa, quam prius nocuerat tam diu aduersa Carthago. Hoc toto tempore usque ad Cæsarem Augustum, qui videtur nō adhuc vel ipsorum opinione gloriosam, sed contentiosam & exitiosam, & plane iam eneruem ac languidam libertatem omnimodo extorsisse Romanis, & ad regale arbitriū cuncta reuocasse, & quasi morbida yetuſtate collapsam, veluti instaurasse ac renouasse Rem publicam. Toto ergo isto tempore, omitto ex aliis atque aliis causis etiam atque etiam bellicas clades, & Numantinum fœdus horrenda ignominia maculosum, volauerant enim pulli de cauea & Mancino consuli, vt aiunt, augurium malum fecerant, quafi per tot annos, quib. illa exigua ciuitas Romanum circumfessa exercitum affixerat, ipsique Roma. Reipub. terrori esse iam cœperat, alii contra eam malo augurio processerint.

**Lex Voca
nia.**

**a.l. Sub
andi eff.**

**Scipio in
exilio mor
tuus.**

**Luxuria.
quando
Romā in
haserit.**

B De Mi-

De Mithridatis edicto, quomodo omnes ciues Romanos, qui intra Asiam inuenientur iussit occidi.

Cap. XXII.

Sed hæc inquam omitto, quamvis illud nequaquam tacuerim, quod Mithridates rex Asiae vbique in Asia peregrinantes ciues Romanos, atq; innumerabili copia suis negotiis intentos, uno die occidi iussit, & factum est. Quam illa mirabilis rerum facies erat, subito quemq; vbiq; suisset inuenitus in agro, in via, in oppido, in domo, in vico, in foro, in templo, in lecto, in coniuio, iopinate atq; impie fuisse trucidatum? Quis gemitus morietum, qua lachrymæ spectantium, fortasse ferientium fuerit? Quam dura necesitas hospitum, non solum videti nepharias illas cædes domi sui, verum etiam perpetrandi, ab illa blanda comitate humanitatis, repente mutatis vultib; ad hostile negocium in pace peragendum, mutuis, ut ita dicam, omnino vulnerib; cum percussus in corpore, & percussor in aëno feriref. Num & isti omnes auguria cōtempserant? Num Deos domesticos & publicos, cū de sedib; suis ad illam irremeabilem peregrinationem profecti sunt, quos consuleret, non habebant? Hoc si ita est, non hēnt cur isti in hac causa de nostris temporib; cōquerantur. Olim Romani hæc vana contemnunt. Si aut̄ consulerunt, respondeatur quid illa profuerunt, quando per humanas dunata leges nemine prohibente talia licuerunt.

G De interioribus malis, quibus Romana Republica exagitata est, præcedente prodigio, quod in rabie omnium animalium, quæ homini bus seruunt, sicut.

Cap. XXIII.

H Ed iam illa mala breuiter quantum possumus commemoremus, quæ quanto interiora, tanto miseriora extiterunt discordia ciuiles vel potius inciuiiles, nec iam seditiones, sed etiam ipsa bella urbana vbi tatus fagus effusus est, vbi partium studia, non contentionum dissentionib; variisq; vocibus in alterutrum, sed plane iam ferro armisque se uiebant, bella socialia, bella seruilia: bella ciuilia quantum Romanū cruentum fuderunt,

quantam Italiam vastationem desertionemq; fecerunt? Nam antea quam se aduersus Romanam sociale latium commoueret, cuncta animalia humanis vīsib; subdita, canes, equi, asini, boues, & quæque alia pecora sub humi num dominio fuerunt, subito effera domēsticæ lenitatis oblita, relictis tectis, libera vagabantur, & omnem non solum aliorum, verum etiam dominorū auersabātur accessum, non sine exitio vel periculo audentis, si quis de proximo vigeret? Quod quanti mali signum fuit? Quod si hoc signum fuit, quod tantum malum fuit, quācum malū fuit illud, cuius hoc signum fuit? Hoc si nostris temporib; accidisset rabidiores istos quam illi sua animalia pateremur.

De discordia ciuili, quam Gracchia seditiones excitauerunt.

Cap. XXXIII.

I Nitium autem ciuilium bellorum fuit seditiones Gracchorum Agrariis legibus excitatae. Volebant enim agros populo diuide-re, quos nobilitas perperam posidebat. Sed eis tam vetustam iniuritatem audere conuelere periculo sisimū, immo vero ut ipsa res docuit, periculo sisimum fuit. Quæ funera facta sunt, cum prior Gracchus occisus est, quæ etiam cum alius frater eius non longo interposito tempore? Neque enim legibus & ordine potestatum, sed turbis armorumque confectibus nobiles ignoblesque necabantur. Post Gracchi alterius interfectionē, Lucius Opimius consul, qui aduersus eum intra urbem arma commouerat, eoque cū sociis oppresso & extincto, ingentem ciuium stragem fecerat, cum quæstionem haberet iā iudicia inquisitione cæteros persequeens, tria millia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi potest, quantam multitudinem mortuum habere potuerit turbidus conflictus armorum, quando tantam habuit iudiciorum, velut examinata cognitio: Percessor Gracchi ipsius caput quantum grauecrat, tanto auri pondere consuli vendidit: hæc enim pactio cedem præcesserat. In qua etiam occisus est cum liberis M. Fulvius cōfularis.

De æde Concordia ex senatusconsulto in
loco seditionum & cœdium condita.
Caput. XXV.

E Leganti sane senatusconsulto eo ipso lo-
co vbi funereus tumultus ille commis-
sus est, vbi tot ciues ordinis cuiusque cecide-
runt, ædes deę Concordiæ facta est, vt Grac-
chorū pēna testis cōcionantiū oculos feri-
ret, memoriāq; compungeret. Sed hoc quid
L alius fuit, q; irrisio deorū? Illi deę tēplū * cō-
stituere, q; si esset in ciuitate, nō tatis dissensio
cōstituere nib. dilacerata corrueret. Nisi forte sceleris
huius rea Cōcordia, quia deseruerat aīos ci-
uiū, meruit in illa q; de tanquam in carcere in
cludi. Cur. n. si reb. gestis cōgruere voluerūt,
non ibi potius ædē discordiæ fabricauerunt?
An vlla rō reddiē, cur cōcordia Dea sit, & di-
scordia dea nō sit, vt ēm Labeonis distinctio
nē bona sit ista, illa vero mala? Nec ipse aliud
fecutus vī, q; qd aduertit Romæ ēt Febri si-
cut Saluti tēplū cōstitutum. Eo igit̄ mō, nō
tm̄ concordiæ, verūtia discordiæ constiui
debet. Periculose itaque Romani tam mala
dea irata viuere voluerūt, nec Troianū exci-
dium recoluerūt, originem ab eius offensio-
ne sumpsisse. Ipsa q; ppe quia inter Deos non
fuerat inuitata, triū dearum litem aurei mali
suppositione cōmētata est. Vñ rixa numinū,
& Venus vitrix, & rapta Helena, & Troia de-
leta est. Quap p si forte indignata, quod inter
Deos in vrbe nullū templū hīe meruit, iō iā
turbabat tatis tumultib. ciuitatem, q; atro-
cius potuit irritari, cū i loco illius cedis hoc
est, in loco sui operis aduersariæ sua cōstiu-
ta qdē cē videret. Hac vanaridētib. nobis illi
docti, sapientesq; stomachanf, & tñ numinū
bonorū malorūq; cultores d̄ hac qōne acor-
dia discordiæq; nō exeunt; siue p̄termiserint
harū dearū cultū eisq; Febrē Bellonāq; p̄tu-
lerint, qb. atqua phana fecerūt, siue & istas
coluerint, cū sic eos discedēt cōcordia, di-
scordia sauiēs vfq; ad ciuitia bella p̄duxerit.

De diuersis generibus belli, quæ post condi-
tam ædem Concordiæ sunt fecuta.

Caput. XXVI.

Praeclarū vero seditionibus obstaculum,
ædē Cōcordiæ testem cedis suppiiciq;
Gracchorum concionantibus opponēdam

putarunt. Quantū ex hoē profecerint, indi-
cant secuta peiora: Laborarunt, n. deinceps
concionatores, nō exemplū deuitare Grac-
chorū, sed superare, p̄positū. Lucius Saturni-
mus tribun⁹ plebis, & Caius Cēsar, Seruilius
ptor, & multo post Marcus Drusus, quorum
oīum seditionib. c̄dēs primo iam tunc gra-
uissimē, deinde socialia bella exarserunt, qb.
Italia vehementer afflita, & ad vastitatē mi-
serabilē desertiōemq; perducta est. Bellū de
inde seruile succedit, & bella ciuitia, in qb. B
quæ prælia commissa sint, quid sanguinis fu-
sum, vt omnes ferē Italia gentes qb. Roma-
num maxime p̄apollebat imperium tāquā
ſeu barbaries domatentur. Iam ex paucis-
mis, hoc est, minus q; septuaginta gladiatori
bus, quemadmodum bellum seruile contrā-
etum sit, & quantum numerum, q; acrem fe-
rocemq; peruererit, quos ille numerus im-
peratores populi Romani superauerit, quas
& quomodo ciuitates regionesque vastau-
erit, vix qui historiam scriplerunt, satis expli-
care potuerunt. Neque id solum fuit seruile
bellum, sed & Macedoniā prouinciam prius
seruitia de populata fuit, deinde Siciliā orā
que maritimam. Quanta etiam & quam hor-
renda commiserit primo latrocinia, deinde
valida bella piratæ quis pro magnitudine re-
rum valeat eloqui?

De bello ciuili, Mariano atque Syllano.

Caput.

CVm vero Marius ciuili sanguine iā crū-
tus, multis aduersariū sibi partium per-
ptis, victus vrbe profugisset, vix paululum re-
spirante ciuitate, vt verbis Tullianis ytar, su-
perauit postea Cinna cum Mario. Tum vero
clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis
extincta sunt. Vltus est huius victoriæ crude-
litatem postea Sylla, nec dici quidem opus
est, quanta diminutione ciuium, & quanta
calamitate reipublicæ. De hac enim vindicta
quæ pernicioſior fuit, quam si scelera quæ
puniebantur, impunita relinquerentur, ait &
Lucanus.

Excessit medicina modū, nimirūq; secuta est.
Qua morbi duxere manus, pierre nocentes.
Sed cum iam soli possent superesse nocētes,
Tūc data libertas odiis, resolutaque legum
Frenis ira ruit.

Ilo

Socialia
bella.
Bellum
seruile.

Excessus
vindicta.

Victi
plum.

Lib. 2.

Illo bello Mariano atque Syllano, exceptis his qui foris in acie ceciderunt, in ipsa quoque vrbe cadauerib. vici, plateæ, fora, theatra, templo cōpleta sunt, vt difficile indicare ē qñ victores plus funerum ædiderint, vtrum prius vt vincerēt, an postea q̄ vicissent. Quū primū victoria Mariana, qñ de exilio seipse restituit, exceptis passim quaqua versum cēdib. factis, caput Octauii cōsulis ponere in rostris: Cæsar & Fimbria domib. trucidarenf suis, duo Crassi p̄f & filius in cōspectu mutuo maectarent: Bebius & Numitorius vno tracti sparsis viscerib. interirent: Catulus hausto veneno se manib. inimicorū subtrahe ret: Merula flamē Dialis præcisis venis Ioui F etiā suo sanguine litaret. In ipsius autem Mārii oculis continuo feriebantur, quibus salutantibus dexteram porrigitere noluisse.

Qualis fuerit Syllana victoria vindex Mariae crudelitatis.

Cap. XXVIII.

Vefla tē plu. **S**yllana vero victoria secuta huius videlicet vindex crudelitatis, post tm sanguinē ciuium quo fulo comparata fuerat, finito iā bello inimicitiis viuentib. crudelius in pace graffata est. Iā etiam post Marii maioris priftinas ac recentissimas cædes, additæ fuerant aliæ grauiores a Mario iuene atq; Carbone earundē partium Marianarū. Qui Sylla imminente non solum victoriam, verum etiam ipsam desperantes salutē, cuncta suis alienisque cēdib. impleuerunt. Nam præter stragē late per diuerfa diffusam, obfessio etiam senatu, de ipsa curia tanquā de carcere producebantur ad gladium. Mutius Scœuola pontifex, quoniam nihil apud Romanos templum.

Vefla tē **I** cura virginum semper ardebat, suo pene sanguine extinxit. Vrbem deinde Sylla viator intravit, qui in villa publica, nō iam bello, sed ipsa pace fæiente septē milia peditum vndeunque inermia, non pugnando sed iubendo prostrauerat. In vrbe autē tota quem vellet Syllanus quisque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non poterant, donec Syllæ suggereretur sinendos esse aliquos vivere vt esset quibus possent imperare qui vi erant. Tūc iam cohibita quæ hac atque hac passim suribunda ferebatur licentia ingulan

di, tabula illa cum magna gratilitate propofita est, quæ hominum ex vtroq; ordine splēdido, equestri. f. atque senatorio, occidendo rum ac proscribendorum duo milia cōtinebat, contristabat numerus, sed consolabatur modus. Nec quia tot cadebant, tantum erat moeroris quantum lētitiae, quia ceteri non timebant. Sed in quibusdam eorum, qui mōri iussi erant, etiam licet ip̄la crudelis ceterorum securitas, genera mortiū exquisita cōgemuit. Quædam enim sine ferro laniatiū manus diripuerunt, immanius homines ho+ minem viuum, quam bestię solent discerpe+ re cadauer abiectum. Alius oculis effossis & particulatim mēbris amputatis, in tantis crūciatibus diu viuere, vel potius diu mori coactus est. Subuastat̄ sunt etiam tanquam vilq quædam nobiles ciuitates. Vna vero velut unus reus occidi iuberetur, sic tota iussa est ciuitas trucidari. Hęc facta sunt in pace post bellum, non vt acceleraretur obtainēda victoria, sed ne contemneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit & vicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellū erat vt qui feriebatur, si posset, ferire, pax autem non vt qui euferat, viueret, sed vt moriens non repugnaret.

De comparatione Gothicę irruptionis cum eis cladibus, qua Romani vel a Gallis, vel a bellorum ciuilium authoribus acceperunt.

Cap. XXIX.

Quæ rabies exterarum gentium, quæ sc̄ uitia barbarorum, huic de ciuib. victorię ciuium comparari potest? Quid Roma funestius, tetrius, amariusque vidit? Vrum olim Gallorum & Paulo ante Gothorum irruptionem, an Marii & Syllæ, aliorumque in eorum partibus virorum clarissimorū, tanquam suorum luminum in sua membra fero citatem? Galli quidem trucidauerunt fuit se natum, quicquid eius in vrbe tota, præter arcem Capitolinam, quæ sola vteunq; defensa est, reperiire potuerunt. Sed in illo coll̄ cōstītutis, autro vitam salutem vendiderunt, quam & si ipsi ferro rapere non possent, possent tñ obsidione consumere. Goths vero tam multis senatoribus pepercérunt, vt magis mirum sit quod aliquos peremerunt. At vero Sylla viuo.

*Excessus &
mūndicta.*

Pacis, cū
bello de
crudelita
ti certa-
men.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Syllina tabula.

niuo adhuc Mario, ipsum Capitolium quod a Gallis tutum fuit, ad decernendas cædes viator infedit. Et cum fuga Marius esset lapsus ferocior cruentiorq; rediturus, iste in Capitolo per senatus etiam cōsultum, tā multos vita rebusq; priuauit. Marianis autē partibus Sylla absente qd sanctū cui parceret fuit, qnī Mutio cui, senatori, pontifici, arā ipsam vbi erat, vt aiūt, facta Romana, miseric ambienti amplexib. non pepercerun? Syllana porrò tabula illa postrema, vt omittamus alias innumerabiles mortes, plures iugulauit senatores, quam Gothi vel expoliare potuerunt.

De connexione bellorum, quæ aduentum Christi plurima & grauissima præcesserunt. Cap. XXX.

B **Q**ua igitur fronte, quo corde, qua impudencia, qua insipiētia, vel potius amētia, illa vel diis suis non imputant, & hæc nostro imputat Christo? Crudelia bella ciuilia omnib. bellis hostilib. authorib. etiam eorū fatentib. amariora, quib. illa Respublica nec afflcta, sed perdita oīno iudicata est, longe ante aduentum Christi exorta sunt, & sceleratarum concatenatione causarum a bello Mariano atque Syllano, ad bella Sertorii & Catilinae quorum a Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus, inde ad Lepidi & Catuli bellum, quorum alter gesta Syllana rescinde re, alter defendere cupiebat, inde ad Pompeii & Cesaris, quorum Pompeius seftator Syllæ fuerat, eiusque potentiam vel æquaerat, vel iam ē superauerat. Cæsar autē Pöpeii potentiam non ferebat, sed quia non habebat, quam tñ illo viēto infectoq; transcédit. Hinc ad alium Cæsarem, qui post Augustus

*Christus, sub Augus-
to Cæsa-
renatus.*

C appellatus est, peruererunt, quo imperante natus est Christus. Nam & ipse Augustus multi clarissimi viri perierunt, inter quos et Cicero disertus, ille artifex regendæ Respublicæ. Pompeii q̄ppe victorē Caiū Cæsarē qui viētoriam ciuilem clementer exercuit, suisq; aduersariis vitam dignitatemq; donauit, tanq; regni appetiorem, quorundam nobilium coniuratio senatorum velut pro Rei publicæ libertate in ipsa curia trucidauit. Huius deinde potentia, multum morib. dispar, vitiis omnibus inquinatus atque corruptus,

affectare videbatur Antonius, cui vehementer pro eadem illa velut patriæ libertate Cice. resistebat. Tunc emerserat mirabilis indolis adolescentis ille aliis Cæsar, illius Caii Cæsaris filius adoptiu?, q, vt dixi, postea appellatus est Augustus. Huic adolescenti Cæsari, vt eius potētia cōtra Antoniu nutrire, Cicero fauebat, tperas cum depulsa & oppressa Antonii dñatione, instauraturum Reipublica libertatem, vsque adeo cœcus atque imprudens futurorum, vt ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatē souebat, & eundē Ciceronē occidendum Antonio quasi concordiæ pactione permitteret, & ipsam libertatem Reipublicæ, pro quā multum ille clamauerat, editioni propriae subiugaret.

Quod impudenter præsentia incommoda D Christo imputent, qui Deos colere non sinuntur, cum tantæ clades tempore quo colebantur extiterint. Cap. XXXI.

D eos suos accusent de tantis malis, qui nostro Christo ingrati sunt de tantis bonis. Certe quando illa mala fiebant, calebant arę numinum Sabro thure fertisque recentibus halabant, clarebant sacerdotia, phana renitebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in templis, quando pasim tantus ciuium sanguis a ciuibus, non modo in cæteris locis, verum inter ipsa quoque deorum altaria fundebatur. Non elegit templum, quo confugeret Tullius, quia frustra elegerat Mutius. Hi vero, qui multo indignius insultant Christianis temporibus, aut ad loca Christo dicatisima confugerunt, aut illuc eos vt viuerent etiam ipsi barbari deduxerunt. Illud scio, & hoc mecum, quisquis sine studio partium iudicat, facillime agnoscit, vt omittam cætera, quæ multa cōmemorauī, & alia multo plura, quæ cōmemorare longū putauī, si humanum genus ante bella Punica reciperet Christianā disciplinā, & cōfē quereb̄ rerū tanta vastatio, quanta illis bellis Europam Africamq; contriuit, nullus talium, quales nūc patimur, nisi Christianæ religioni illa mala tribueret. Multo autem minus eorum voces tolerarentur, quantum attinet ad Romanos, Christianæ religionis receptionē & diffamationē, vel irruptionē illa Gallorū, vel Tiberini fluminis, igniūque illa de-

illâ depopulatio, vel quod cunctâ mala pre-
cedit, bella illa ciuilia sequerentur. Mala etiâ
alia, quæ vsque adeo incredibilia acciderunt,
vt inter prodigia numerarentur, si Christianis ho-
minib. accidisset, q.b.ea nisi Christianis ho-
minib. tanquam crimina obiiceret? Omitto
Prodigia. quippe illa, quæ magis fuerunt mira q. noxia,
boues locutos, infantes nôdum notas de vte-
ris matrum quedam verba clamasse, volasse
serpêtes, fœminas & gallinas, & homines in
masculinum sexû fuisse cōuersas, & cætera
hmôi quæ in eorum libris, non fabulosis, sed
historicis seu vera seu falsa sint, non inferunt
hominib. perniciem, sed stuporem. Sed & cù
pluit terra, cum pluit creta, cum pluunt lapi-
des, non vt grando appellari solet hoc noie,

des, non vi grande appellaris, nec hoc nisi
sed oíno vel terra, vel creta, vel lapidum plu-
via. Hæc profecto est grauitate lacerare potue-
runt. Legimus apud eos Aetneis ignibus ab ip-
so montis vertice usq; ad littus proximum de-
currentib; ita ferribusisse mare, ut rupe exure-
rent, & pices nauium soluerent, hoc utique
non leuiter noxiun fuit, quis incredibiliter
mirum. Eodem rursus æstu ignium tanta vi
fauilla scripsérunt oppletam esse Siciliam ut
Catinenis vrbis recta obruta & oppressa di-
ruerent. Qua calamitate permoti, milericor-
diter eiusdem anni tributum ei relaxauere Ro-
mani. Locustarū ēt in Aphrica multitudinē
prodigii similem fuisse, cū iam esset populi
Romani prouincia, literis mandauerunt, con-
sumptis n. fructib; foliisq; lignorum, ingenti
aque inestimabili nube in mare dicunt esse
dejectā. Qua mortua redditāq; littorib; atq;
hinc aere corrupto, tantā ortam pestilentiā
dicunt, vt in solo regno Masinissæ octingenta
tunc hominum milia periisse referant, & mul-
to amplius in terris littorib; proximis, tunc
uticæ ex triginta milib; virorū quæ ibi erant,
decem remansisse confirmant. Talis itaque
vanitas qualem patimur, eique respondere
compellimur, quid horum non Christianæ
religioni tribueret si temporibus Chri-

Iocustae, diter eiulde anni tributum ei relaxauere Romani. Iocustarū ēt in Aphrica multititudinē in Africe.

*Pestilen- deiectā. Qua mortua redditāq; littorib. atq;
tia atroc. hinc aere corrupto , tantā ortam pestilentiā
dicunt, vt in solo regno Masiniss⁹ octingen-
ta hominum milia periisse referant, & mul-
to amplius in terris littorib. proximis, tunc
vitiae ex triginta milib. viroru quæ ibi erant,
M decem remansisse confirmant . Talis itaque
vanitas qualem patimur , eique respondere
compellimur, quid horum non Christianæ
religioni tribueret, si temporibus Chri-
stianis videret? tamen diis suis
ista non tribuunt, quo
rum ideo cultū
requirunt,
ne ista
vel minora patiantur, cum ea ma-
iora pertulerint a quibus an-
te colebantur .*

D. AVRELII AVGVTINI
De ciuitate Dei ad
Marcellinum.

LIBER QVARTVS.

De his quæ primo volumine disputata sunt.
Caput. I.

DE Ciuitate Dei dicere exorsus,
prius respondendum putauit
eius inimicis, qui terrena gau-
dia conlectantes, rebusq; fuga-
cib. inhiantes, quicquid in eis
triste, misericordia potius admonentis Dei
q; puniētis severitate patiunt, religioni incre-
pitant Christianæ, quæ vna est salubris & ve-
ra religio. Et quoniam cum sit in eis et vulg^o
indoctū, velut doctōrū authoritate in odium
nostrum grauius iritant, existimantib. imperi-
tis, ea quæ suis temporib. insolite acciderūt,
per alia retro tempora accidere non solere,
eorumq; opinionem, etiam iis qui eam fal-
sam esse nouerūt, vt aduersum nos iusta mur-
mura h̄e videantur, sua scientiæ dissimula-
tione firmantur. de libris quos authores eorū
ad cognoscēdum præteriorum temporum
historiam memoriae mandauerunt, lōge ali-
ter esse, q; putant, demonstrandum fuit, & si-
mul docendum, Deos falsos, quos vel palam
colebant, vel occulte adhuc colunt, eos esse
immūdisimos spūs, & malignissimos ac fal-
acissimos dæmones, vt queadeo, vt aut ver-
is, aut factis etiā suis in criminib. delecten̄,
quæ sibi celebrari per sua festa voluerunt, vt
a perpetrandis damnabilib. factis, humana re-
uocari nō posse infirmitas, dum ad hæc imi-
tanda velut diuina præbetur authoritas. Hæc
non ex nostra coniectura probauimus, sed
partim ex recenti memoria (quia & ipsi vidi-
mus talia ac talib. numinib. exhiberi) partim G
ex literis eorum, qui non tanq; in contume-
liam, sed tanquam in honorem deorū suorū
ista conscripta posteris reliquerunt, ita vt vir-
doctissimus apud eos Varro, & grauisissimæ
authoritatis, cum rerum humanarum atque
diuinarum dispositos faceret libros, alios
humanis, alios diuinis pro sua cuiusq; rei di-
gnitate distribuens, non saltēm in reb. huma-
nis, sed in rebus diuinis poneret ludos sce-
nicos, cum vtiq; si tātummodo boni & ho-
nesti
E Chriftia-
nare religio.
F Dij falsi.
G Varro.

D. AURELII AVG. DE CIVITATE DEI

nesti homines in ciuitate essent, nec in rebus humanis ludi scenici esse debuissent. Quod profecto non autoritate sua fecit, sed quoniam eos Romæ natus & educatus in diuinis rebus inuenit.

De his quæ libro secundo & tertio continetur. Caput. II.

*Li. I. de ci
ui. Dei.
cap. 6.*

ET quoniam in fine primi libri, quæ dein ceps dicēda essent, breuiter possum⁹, & ex his quedam in duob. consequentib. diximus, expectationi legentiū quæ restant redonda cognoscimus. Promiseramus ergo quādam nos esse dicturos, aduersus eos, qui Romanę Republicę clades in religionem nostram referunt, & commemoraturos quācū & quantacūque occurrere potuissent, vel sati esse viderent, mala, quæ illa ciuitas prulit, vel ad eius imperiū prouinciae pertinentes, antequā eorum sacrificia prohibita fuissent, quæ oīa proculdubio nobis tribuerent, si iam vel illis noltra clareret religio, vel ita eos sacrilegiis prohiberet. Hac in secundo & tertio libris satis, quācum exultimo, absoluim⁹, in secundo agentes de malis morum, quæ mala vel sola, vel maxima deputāda sunt. In tertio autē libro de his quæ ituli sola ppeti exhorret, corporis videlicet, externaliumq; rerum, quæ plerunq; patiuntur & boni. Illa vero mala non dico patienter, sed libenter habent, q. ipse fuit mali. Et quæ pauca dixi de sola ciuitate, atque eius imperio, nec inde oīa vsq; ad Cesarē Augustū. Qd si ita in cōmemorare voluissem, & exaggerare illa mala quæ non sibi inuicē hoies faciunt, sicut sunt vastationes, eversionesq; bellantium, sed ex ipsius mundi elemētis terrenis accidunt reb. quæ uno loco Apuleius breuiter stringit in eo libro, quæ de mundo scripsit, terrena oīa dicēs mutationes, cōuersiones, & intentiones, & remissiones, atq; interitum hre. Nanq; immodicis tremorib. terrarū vt verbis eius vtar, disfiluisse humū & interceptas vrbes cū populis dicit, abruptis ēt imbrīb. prolutas totas esse regiones, et illas ēt quæ prius fuerant continentes, hospitib. atq; aduenis fluctib. insulatas, aliasq; desidias maris pedestri accessu peruias factas, vētis ac procellis eueras esse ciuitates, incēdia de rūibus emicuisse, quibus Orientis regiones conflagratae perierunt, & in Occidentis pla-

gis scaturigines quādā a proluuione easdē strages dedisse. Sic ex Aetnæ verticib. quoniam effusis craterib. per declivia incēdio diuino torrentis vice flāmarum flumina cucurisse. Si hæc atque hmoī, quæ hēc historia, vñ possem colligere voluissem, qñ finissim, q. illicis pib. euenerunt, antequā Christi nomen illa istorū vana & veræ saluti pernicioſa compri- meret? Promiseram me etiam demonstratu- rū, quos eorū mores, & q. ob cām Deus ve- rū ad augendū imperiū adiuuare dignatus est, in cuius p̄tā sunt regna oīa, quamq; eos nihil adiuuerint hi quos Deos putant, & potius q̄tum decipiendo & fallēdo nocuerint, vñ nunc mihi video esse dicēdū, & magis de incremētis imperii Romani. Nā de noxia fal- lacia dāmonū, quos vélut Deos colebat, q̄tū malorū inuexerit morib. eorū in secundo ma- xime libro nō pauca iam dicta sunt. Per oēs, autē absolutos tres libros vbi opportunū visū est, cōmemorauimus ēt in ip̄s bellicis malis, quantum solatiorū Deus per Christi no- men, cui tātum honoris barbari detulerunt, M prater bellorum morē bonis malisq; contu- lerit, qui facit solem suum orri super bonos Ma. & malos, & pluet super iustos & iniustos.

An latitudo imperij, quæ nō nisi bello acqui- ritur, in bono habenda sit siue fœlicium si ue sapientium. Cap. III.

IAm itaque videamus quale sit quod tantā latitudinem ac diuinitatem imperij Ro- mani illis diis audent tribuere, quos etiā per turpium ludorum obsequia, & per turpium hominum ministeria se honeste coluisse cō- tendunt. Quāq; prius vellel paululum in- quirere, quæ sit rō, quæ prudentia, cū hoīum fœlicitatem non possit ostendere, semper in bellicis cladibus, & in sanguine ciuili, vel ho- stili, tamen humano, cum tenebroso timore, & cruenta cupiditate versantium, vt vitro hætitia eorum cōparef fragiliter splendida, cui timeat horribilis ne repente frangatur, de imperij magnitudine ac latitudine velle gloria ri. Hoc vt facilius diuidetur, non vanefca- mus inani vētoſit atque iactati, atq; ol̄tidamus intētionis aciem altisonis vocabulis rerum, cū audīmus populos, regna, prouincias, sed duos constituamus hominēs. Nam singu- lis quisque homo, vt in sermone vna litera, ita quāſi

*Collatio
durus cu
pidi, &
pauperis,
traquili.*

ita quasi elementum est ciuitatis & regni, quantalibet terrarum occupatione latissimi. Quorum duorum hoium, pauperem vnum, vel potius mediocrem, alterum prædiuitem cogitemus, sed diuitem timorib. anxiū moerorib. tabescēte, cupiditate flagrātem, nunq̄ securum, sp̄ inquietum, perpetui nimiricitorum contentionib. anhelantem, augmentē sanè his miseriis patrimonium suum in immensi modum, atq; illis augmentis curas quoque amarisimas aggerantem: mediocrem vero illum re familiari parua atque succincta sibi sufficientem, charissimum suis cognatis, vicinis, amicis, dulcisima pace gaudētem, pie tate religiosum, benignū mente, sanū corporē, vita parcū, morib. castum, conscientia securū. Nescio vtrum q̄ squam ita desipiat, vt audeat dubitare quē præferat. Ut ergo in his duob. hoīb. ita in duab. familiis, ita in duob. populis, ita in duob. regnis regula sequitur æquitatis. Qua vigilanter adhibita, si nostra intentio corrigatur facillime videbimus vbi habitat vanitas, & vbi felicitas. Quapropter si verus Deus colatur, eq̄; sacrī veracib. & bonis morib. seruatur, vtile est, vt boni longe lateq; diu regnent. Neq; hoc tam ipsiſ, q̄ illis vtile est, qb. regnant. Nam quantum ad ipſos pertinet, pietas & probitas eorum, quę magna dona Dei sunt, sufficit eis ad verā felicitatē, qua & ista vita bene agat, & postea percipiat æterna. In hac ergo terra regnum honorū, nō tam illis præstas, q̄ reb. humanis. Malorum vero regnum magis regnabitibus nocet, qui fuos animos vastant scelerum maiore licentia, his autem qui eis seruendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est poena criminis, sed virtutis examen. Proinde bonus etiam si seruat, liber est, malus autem, etiam si regnet, seruus est, nec vnius hoīs, sed qđ est grauius, tot dñorum, quot vitoriū. De quib. vitiis quę ageret scriptura diuina: A quo enim quis, inquit, de victus est, huic & seruus addic̄tus est.

z. Pet. 2. Guā similia sint latrociniis regna absque iustitia. Cap. IIII.

REmota itaque iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Manus

etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placi ti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tm̄ perditorum hominum accessib. crescit, vt & loca teneat, sedes constituant, ciuitates occupet, populos subiuget, euidētius regni nomē assumit, qđ ei iā in manifesto cōfert nō adēpta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter. n. & veraciter Alexandro illi Magno qui dam comprehensus pirata r̄edit: Nam cum idem rex hoīem interrogasset, quid ei videſet, vt mare habere infestum, ille libera contumacia, quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor, q̄ tu magna classe, Imperator.

H

De fugitiis gladiatoriis quorum potentia similis fuerit regiæ dignitati.

Caput. V.

PRoinde omitto querere quales Romanus congregauerit, quoniam multum eis consultum est, vt ex illa vita dato sibi contortio ciuitatis, poenas debitas cogitare desistērunt, quarum metus eos in maiora facinora propellabat, vt deinceps pacatores essent rebus humanis. Hoc dico, qđ ipsum Romanū imperium iam magnum multis gentib. subiugatis, ceterisq; terribile, acerbè sensit, grauerit timuit, nō paruo negocio diuitandæ in gentis clades oppressum, qn̄ paucissimi gladiatores in Cāpania de ludo fugientes, exercitum magnū compararūt, tres duces habuerunt: Italiam latissime & crudelis, sine vaftaverunt. Dicant quis istos Deus adiuuerit, vt ex paruo & contemptibili latrocino peruerirent ad regnū, tantis iam Romanis viribus arcibusq; metuendū? An q̄a non diu fuerūt, iō diuinitus negabunt adiutiū? Quasi vero ipsa cuiuslibet hoīs via diurna sit. Isto ergo pacto neminem dii adiuuant ad regnādum, quoniam singuli quiq; cito moriunt. Nec beneficium deputandum est, quod exiguo tēpore in vno quoq; hoīe, ac per hoc singillatim vtique in omnibus vice vaporis euaneſcit. Quid. n. interest eorū qui sub Romulo Deos coluerunt, & olim sunt mortui, quod post eorum mortē R̄manūm tm̄ creuit imperiū, cū illi apud inferos causas suas agant? Vtrū bonas, an malas ad rem præsentem nō pertinet. Hoc aut̄ de omnibus intelligēdum est, qui

D. AVRELII AVG/ DE CIVITATE DEI

est, qui per ipsum imperium, quamvis decadentibus succedentibusq; mortalib. in longa spatia protendatur, paucis diebus vite sue cursum raptimq; transferunt, actuum suorum sarcinas baiulantes. Sin vero etiam ipsa breuisimi temporis beneficia deorum adiutorio tribuenda sunt, non parum adiuti sunt illi gladiatores, qui seruulis conditionis vincula ruperunt, fugerunt, evaserunt, exercitum magnum & fortissimum collegerunt, obediens regum suorum consiliis, & iussis multū Romanę celstudini metuēdi, & aliquot Romanis Imperatorib. insuperabiles multa ceperunt, potiti sunt victoris plurimis, vsi voluntatib. quib. voluerunt, quod suggesit libido fecerunt, postremo donec vincerent, quod difficilime est factum, sublimes regnantesq; vixerunt, Sed ad maiora veniamus.

De cupiditate Nini regis, qui ut latius dominaretur, primus intulit bella finitimus.

Cap. VI.

*Regni in-
stii, ac mo-
derati for-
ma.*

Iustinus qui Græcam vel potius peregrinā, Trogum Pompeium secutus non Latine tantum sicut ille, verum etiam breuiter scripti historiā, Opus librorū luořū sic incipit. Principio rerū gentiū nationumq; imperiū penes reges erat quos ad fastigū huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio puehebat. Populi nullis legib. tenebāt, arbitria principum pro legib. erant. Fines imperii tueri magis, q; pro ferre mos erat, intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterem & quasi autum gentib. more noua imperii cupiditate mutauit. Hic prim⁹ in:ulit bella finitimus, & rudes adhuc ad resistēdū populos, ad terminos usque Lybiae perdomuit: Et paulopost: Ninus, inquit, magnitudinem quæstā dominationis continua possessione firmauit. Domitis igit̄ proximis, cū accessione virium fortior ad alios transiret, & proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit. Qualibet autē fide rerum, vel iste, vel Trogus scriperit: nā quædam illos fuisse menticos, alię fideliores litere ostendunt: constat tamen & inter alios scriptores regnum Assyriorum Nino rege fuisse longateq; porrectum. Tandiu autem perseue-

rauit, vt Romanū nondum sit eius aetatis. Nam sicut scribunt qui chronicam historiā persecuti sunt, mille ducentos & quadraginta annos ab anno primo quo Ninus regnare cepit permanit hoc regnum, donec transferetur ad Medos. Inferre autem bella finitimus & inde in cetera procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate contere & subdere, quid aliud quam grande latronium nominandum est?

Bella im-
peria pa-
rare, &
angere,
grāde la-
trociniū.

An regna terrena inter profectus suos atque defectus deorum vel inuentur vel deserantur auxilio.

Cap. VII.

Si nullo deorum adiutorio tam magnum hoc regnum & prolixum fuit, quare diis Romanis tribuitur Romanum regnum, locis amplum temporibusq; diuturnum? Que cunq; enim cā est, illa eadem est ēt ista. Si aut & illud deorū adiutorio tribuendū esse contendunt, q̄ro quorum? Non n. alię gētes, quas Ninus domuit & subegit, alias tunc colebāt Deos. Aut si proprios habuerunt Assyrii, quā si peritores fabros imperii cōstruendi atque seruandi, nunquidnā mortui sunt, qñ & ipsi imperium periderunt? Aut mercede non sibi redditā, vel alia promissa maiore, ad Medos trāfīre maluerūt, atq; inde rursus ad Persas Cyro inuitante & aliqd commodius pollicente? Quæ gens nō angustis Orientis finib. post Alexandri Macedonis regnum magnū locis, sed breuissimum tpe in suo regno adhuc usq; pdurat. Hoc si ita est, aut infideles dii sunt q; iusos deserunt, & ad hostes trāseūt. Quod nec hō fecit Camillus qñ victor & ex pugnator aduersissimæ ciuitatis, Romā cui vicerat sensit ingratā, q; tñ postea oblitus in iuriā, memori patriā a Gallis iterum liberāuit. Aut nō ita fortes sunt, vt Deos esse fortes decēt, qui possunt humanis vel consiliis vel viribus vinci? Aut si cum inter se belligerant, nō dii ab hominibus sed dii ab aliis diis forte vincuntur, qui sunt quarumq; proprii ciuitatum. Habēt ergo & ipsi inter se inimitias, quas pro sua quicque parte suscipiunt. Non itaque Deos suos illa debuit colere ciuitas magis quam alios quibus adiuvarentur sūti. postremo quoquo modo se hēat deorū iste vel trāsius, vel fuga, vel migratio, vel in pu-

*Canillus
in patriā
ingratā
beneficiis.*

gna

gna defectio, nondum illis temporibus atq; illis terrarum partibus Christi nomen fuerat prædicatum, qñ illa regna per ingentes bellicas clades amissa atque translata sunt. Nam si post mille ducentos & quadraginta annos, qñ regnū Assyriis ablatum est, iam ibi Christiana religio aliud regnum prædicaret æternum, & deorum falso cultus sacrilegos inhiberet, quid aliud gentis illius vani hōes dicerent, nisi regnum, quod tam diu cōserua tū est, nulla alia cā nisi suis religionib. deseratis & illa recepta perire potuisse? In qua voce vanitatis quæ poterat esse, & ilti attendat speculum suum, & similia conqueri, si vllus in eis pudor est, erubescant. Quanquam Romanum imperium afflictum est potius, quā mutatum, quod & aliis ante Christi nomen temporibus ei contigit, & ab illa est afflictio ne recreatum, quod nec istis temporibus de sperandum est. **Quis enim de hac re nouit voluntatem Dei?**

Quorum deorum prædio putent Rom. imperium suum auctum atque seruatum, cū singulis vix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderunt. **Cap. VIII.**

Deinde quæramus, si placet, ex tanta deorum turba quam Ro. colebant, quem potissimum vel quos credant illud imperiuū dilatasse atque seruasse. Neque enim in hoc tam præclaro opere & tanta plenissimo dignitatib, audent aliquas partes sub nomine deorum vel dearum, deæ Cloacinae tribue-re, aut Volupiæ, quæ a voluptate appellata est; aut Libentinae, cui nomen est a libidine, aut Vagitanæ, quæ infantum vagitatibus præfident; aut Cuninæ, quæ cunas eorum administrat. Quando autem possint uno loco libri huius commemorari omnia nomina deorum, aut dearum, quæ illi grandibus voluminibus vix comprehendere potuerunt, singulis rebus propria dispertientes officia numinum? Nec agrorum mun^o vni alicui Deo committendum arbitrati sunt, sed rura, deæ Rufine; iuga montium, Deo Iugatino: collibus Deam Collinam; vallibus, Valloniam præfecerunt. Nec saltē potuerunt vnam legetiam talē inuenire cui semel segetes cōmendant; sed sata frumenta quandiu sub-

terra essent, præposita voluerunt habere deā Seiam, cum vero iam essent super terram, & segetem facerent, deam Segetiam: frumentis verro collectis atque reconditis ut toto seruarentur deam Tutilinam præposuerunt, cui non sufficere videretur illa Segetia, quandiu leges ab initiis herbidis vsq; ad aristas aridas perueniret. Non tñ satis fuit hominib. deorum multitudinem amantib. vt anima misera dæmoniorum turbæ prostitueretur, vnius Dei veri castum dedignata complexum. **Pra** fecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantib. geniculis nodisque culmorum Deū Nodorum: inuolumentis folliculorum, deā Volutinam: cum folliculi patescunt, ut spica excat, deā Patelenam: cum segetes, nouis aristis æquantur, quia veteres æquare hostiæ di- xerunt, Deam Hostilinam: florentibus frumentis, Deam Floram, lactescientibus, Deum La-tturnum, maturascentibus, Deam Maturam: cum runcatur, idest, a terra auferuntur deam Runcinam. Nec omnia commemoro, quia me piget quod illos non pudet. Hæc autem paucissima ideo dixi, ut intelligeretur nullo modo eos dicere audere, ista numina imperium constituisse, auxisse, conseruasse Roma-num, que ita suis quæque adhibebantur officiis, ut nihil vniuersum vni alicui credere. Quando ergo Segetia curaret imperium, cui curam gerere simul & segetibus & arborib. non licebat? Quando de armis Cunina cogi-taret, cuius præpositura parvulorum cunas non permittebatur excedere? Quando Nodus adiuuaret in bello, qui nec ad folliculum spicæ, sed tantum ad nodum geniculi pertinebat? Vnusquisque domui suæ ponit ostiarium, & quia homo est omnino sufficit. Tres Deos isti posuerūt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinū limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem li-menque seruare.

G

a. l. Deā
laeturicæ

An imperij Romani amplitudo & diutur-nitas Ioui fuerit abscribenda, quem sumnum Deum cultores ipsius opinantur. **Cap. IX.**

O Missa igitur turba ista minitorū deorum vel aliquantum intermissa, officium maiorū deorū debemus ingredere, quo Roma

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Roma tā magna est facta, vt tā diu tot gētib.
imperaret. Nimirum ergo Iuuis hoc opus
est. Ipsūs n. deorū oīum dearumq; regē esse
volunt, hoc eius indicat sceptrū, hoc in alto
colle Capitoliu. De isto Deo q̄uis a poeta di-
ctum conuenientissime prædicant: Iouis oīa
plena. Hunc Varro credit et ab his colt, qui
vnū Deum solū sine simulachro colūt, sed
alio noīe nuncupari. Quod si ita est, cur tam
male tractatus est Romē, sicut q̄dam & in cę-
teris gentib. vt ei fieret simulachrum? qđ ip̄lī

M etiam Varroni ita displaceat, vt cum tantę ciui-
tatis peruersa consuetudine premeretur, ne-
quaquam tamē dicere & scribere dubitaret,
qđ hi qui populis instituerunt simulachra,
& metum demplerūt, & errorē addiderunt.

Quas opinione securi sunt qui diuersos
Deos diuersis mundi partibus præse-
cerunt. Cap. X.

*Elementa
mundi.*

C v illi et Iuno vxor adiungitur, quę dī
soror & coniux? Quia Iouem, inq̄unt,
in ethere accipimus, in aere Iunonem. Et hęc
duo elementa coniuncta sunt, alterum supe-
rius, alterū inferius. Non est ergo ille de quo
dictum est, Iouis oīa plena, si aliquam partē
impler & Iuno. An vterque vtrūque implet,
& ambo isti coniuges, & in duob. istis ele-
mētis, & singulis simul sunt? Cur ergo æther
datur Ioui, aer Iunoni. Postremo si ipsi duo
satis essent, quid est qđ mare Neptuno tribui-
tur, terra Plutoni? Et ne ipsi quoq; sine coniu-
gib. remanerent, addit Neptuno Salacia, Plu-
toni Proserpina. Nam sicut inferiorem coeli
partem, i.aerem, inquiunt, Iuno tenet, ita in
feriore maris Salacia, & terrę inferiorē
Proserpina. Quærunt quemadmodū sarcinā
fabulas, nec inueniūt. Si enim hęc ita essent,
B tria potius elementa mundi esse, nō quatuor
eorum veteres proderent, vt singula deo-
rum coniugia singulis diuidenter elemen-
tis. Nunc vero omni modo affirmauerunt
aliud esse ætherem, aliud aerem. Aqua vero
sue superior sue inferior, vtique aqua est,
puto quia dissimilis, nunquid intantum vt
aqua non sit? Et inferior terra, quid aliud po-
test esse q̄ terra, quantalibet diuersitate distin-
cta? Deinde ecce iam totus in his quatuor
vel tribus elementis corporeus completus
est mundus, Minerua ubi erit? Quid tenebit?

Quid implebit? Simul enim cum his in Capi-
tolio constituta est, cum ista filia nō sit ambo-
rum. Aut si ætheris partē superiorē Miner-
uam tenere dicunt, & hac occasione fingere
Poetas. qđ de Iouis capite nata sit, cur nō er-
go ipsa potius deorum regina deputatur, q̄
fit Ioue superior? An quia indignum erat p̄-
ponere patri filiā? Cur nō de Ioue ipso erga
Saturnum iustitia ista seruata est? an quia vi-
etus est? Ergo pugnarunt? Absit inquiunt, Fa-
bularum est ista garrulitas. Ecce fabulis non
credatur, & de diis sentianē meliora. Cur er-
ego nō data est patri Iouis, & si non subli-
mior, æqualis certe sedes honoris? Quia Sa-
turnus, inquiunt, t̄pis longitudo est. T̄pis igit
colunt, qui Saturnum colunt, & rex deorum

Iuppiter insinuat natus ex tempore. Quid
enim indignum dī, cum Iuppiter & Iuno na-
ti dñr ex tempore, si coelum est ille & illa ter-
ra, cum facta sint vtiq; coelum & terra? Nam
hoc quoque in libris suis habent eorum do-
cti atque sapientes. Neque de figmentis poe-
ticis, sed de philosophorū libris a Vergilio
dictum est: Tum pater omnipotens foecūdis
imbris æther Coniugis in gremium lęta de-
scendit, i.in gremium telluris aut terrae, quia
etiam hic aliquas differentias volunt esse, at-
que in ipsa terra aliud terram, aliud tellurē,
aliud tellumonē purant. Et omnes hos Deos
habent suis nominibus appellatos, suis offi-
ciis distinctos, suis aris sacrisque veneratos.
Eandem terram etiam matrem deorum vo-
cant, vtiam Poetæ tolerabiliora configant,
si secundum istorum non poeticos, sed fa-
crorum libros, non solum Iuno soror & cō-
iunx, sed etiam mater est Iouis. Eandem ter-
ram Cererem, eandem etiam Vestam vo-
lunt, cum tamen s̄epius Vestam non nisi
ignem esse perhibeant pertinētem ad focos,
sine quibus ciuitas esse non potest, & ideo
illi virgines solere seruire, quid sicut ex vir-
gine, ita nihil ex igne nascatur. Quam totam
aboliri vanitatem & extingui vtique ab il-
lo oportuit, qui est natus exvirgine. Quis
enim ferat quod cum tantum honoris & qua-
si castitatis igni tribuerint, aliquando Ve-
stam non erubescunt etiam Venerem dice-
re, vt vanescat dicere in ancillis eius hono-
rata virginitas? Si enim Vesta Venus esset,
quomodo ei rite virgines a venereis operi-
bus abstinentia seruirent? An venereis duæ rum.
a. l. ser-
funt

Geor. 2.

sunt, vna virgo altera mulier. An potius tres, vna virginum, quæ etiæ Vesta est, alia coniugatarum, alia meretricum? Cui etiæ Phœnices donum dabat de prostitutione filiarū, antequam iungerent eas viris. Quæ illarum matrona est Vulcani? Non yttique virgo, quam habet maritum. Absit autem ut mētrix, ne filio Iunonis, & cooperatio Mineruæ facere iniuriam videamus. Ergo hæc ad conjugatas intelligitur pertinere, sed eam nolumus imitantr in eo quod fecit illa cum Marte. Ruris, inquit, ad fabulas redit. Quæ ista iustitia est, nobis succensere, quod talia dicimus de dijs eorum, & sibi non succensere qui hæc in theatris libentissimæ spectant crima deorum suorum? Et quod esset incredibile, nisi contestatisime probaretur, hæc ipsa theatra crima deorum suorum in honorem instituta esse eorundem deorū.

De multis dijs, quos doctores Pagorum vnum eundemque Iouem esse defendunt.

Cap. XI.

Quotlibet igitur physicis rationibus & disputationib[us] asserant: modo sit Iuppiter corporei huius mundi animus, qui vniuersam istam molem ex quatuor vel quod eis placet, elementis constructam atq[ue] compactâ implet & mouet. modo inde suas partes sorori & fratribus cedat: modo sit eter ut acerem Iunonem subterfusam desuper amplectatur: modo totum simul cum aere sit ipse celum, terram vero tanquam coniugem eademque matrem: quia hoc in diuinis curpe non est, fœcundis imbris & seminibus fetet: modo autem ne sit necesse per cuncta

Discurrere, Deus unus de quo multi à poeta nobilissimo dictum putant.

Deum namque ire per omnes.

Terasq[ue]; tractusq[ue]; maris, celumq[ue]; profundū. Ipse in æthere fit Iuppiter, ipse in aere, Iuno, ipse in mari. Neptunus: in inferioribus etiam maris id Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina: in focis domesticis Vesta, in fabrorum fornace Vulcanus, in sideribus Sol, Luna & stellæ: in diuinantibus Apollo, in merce Mercurius, in Iano initiator, in termino terminator, Saturnus in tempore, Mars & Bellona in bellis, Liber in vi-

neis, Ceres in frumentis, Diana in sylvis, Minerva in ingenij. Ipse fit postremo etiam illa turba quasi p[ro]lebiorum deorum. Ipse præfit nomine liberæ virorum seminibus, & nomine liberæ feminarum. Ipse fit Diespiter: qui partum perducat ad diem. Ipse fit dea Mena, quam præfecerunt menstruis feminarum. Ipse Lucina, quæ à parturientibus inuenetur. Ipse opem ferat nascentibus excipiens eos sinu terræ, & vocetur Opis. Ipse in vagitu os aperiat & vocetur Deus Vagitanus. Ipse leuet de terra, & vocetur dea Leuana. Ipse cunas tueatur, & vocetur dea Cunia. Non sit alius, sed ipse in deabus illis, quæ fata nascentibus canunt, & vocantur Carmantes. Præfit fortuitis, voceturque Fortuna. In diua Ruminā mamam paruulo immulgeat, quia ruminā dixerunt veteres māmam. In diua Potina potionem ministret. In diua Edulica escam præbeat. De pauore infantum Pauentia nuncupatur: ipse quæ venit, Venilia, de voluptate, Volupia: de astu, Agenoria: de sti mulis, quibus ad nimium altum homo impellitur, dea Stimula nominaetur. Stenua dea sit, strenuū faciendo. Numeria, quæ numerare doceat: Camœna, quæ canere. Ipse fit & Deus Consus, præbendo consilia, dea Sentia, sentias inspirando. Ipse dea Iuuentas, quæ post pretestam excipiat iuuenilis etatis exordia. Ipse fit Fortuna barbata, quæ adultos barba induit, quos honorare voluerit vthoc qualecumque numem saltē masculū Deū, vel barba barbatum, sicut à nodis Nodotum, vel certe non Fortunam, sed quia barbas habet, Fortunum nominaret. Ipse in Iugatino Deo coniuges iungat, & cum virginī vxori zona soluit, ipse inuocetur siue virtutes eius, & dea Virginensis vocetur. Ipse fit Mutunus * vel Tutunus, qui est apud Græcos Priapus, si non pudet. Hæc omnia quæ dixi, & quæcumque non dixi, non enim omnia dicenda arbitratus sum, hi omnes dij deoq[ue]; sit unus Iuppiter: siue sint, vt quidam volunt, omnia ista partes eius, siue virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eum placet esse mundi animum: quæ sententia velut magnorum multorumque doctorum est. Hæc si ita sunt, quod quale sit, nondum interrim quero, quid perderent, si vnum Deum colerent prudenter compendio? Quid enim eius contemneretur, cum ipse colere-

Aug. Tomus Quintus. E tur?

All. Mu
tinus, vel
Tutunus.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tur? Si autem metuendum fuit, ne prætermis-
sa siue neglectæ partes eius irascerentur: nō
ergo vt volunt, velut vnius animantis hæc to-
ta vita est, quæ omnes simul contineat Deos,
quasi suas virtutes, vel mēbra, vel partes sed
suā quæq; pars habet vitā a ceteris separatā,
si præter alteram irasci altera potest, & alia
placari, alia concitari. Si autem dicitur om-
nes simul, id est, totum ipsum Iouem potuisse
offendi, si partes eius non etiam singula-
tim minutatimq; coleretur, stulte dicitur.

G se vnu qui habebat omnia coleretur. Nam
vt alia omittam qua sunt innumerabilia, cū
dicunt omnia sydera partes Iouis esse, & om-
nia viuere atq; rationales animas habere, &
ideo sine controversia Deos esse, non videt
q; multos nō colant, quam multis ædes non
construant, aras non statuant: quas tamē pau-
cissimis syderum statuendas esse putauerūt,
& sigillatim sacrificare. Si igitur irascuntur,
qui nō singillatim coluntur, non metuūt pau-
cis placatis, toto celo irato viuere. Si autem
stellas omnes ideo colūt, quia in Ioue sunt,
quæ colunt, isto compendio possent in illo
vno omnibus supplicare. Sic enim nemo ira-
sceret, cū in illo vno omnibus supplicaretur
nemo cōtemneretur, potius quā cultis qui-
busdā iusta irascendi causa illis, qui præter-
missi essent, multo numerosiorib; præbereb;:
præsertim cū eis de superna sede fulgētib; ur-
pi nuditate distictas præponeretur Priapus.

De opinione eorum, qui Deum animā mun-
di, & mundum corpus Dei esse puta-
uerunt. Cap. XII.

D Vid illud? Nonne debet mouere acu-
Q tos homines, vel qualescumque homines.
Non enim parum ad hoc ingenij opus
est excellentia, vt deposito studio contentio-
nis attendant, si mundi animus Deus est, ei-
que animo mundus vt corpus est, vt sit vnu
animal constans ex animo & corpore: vtq;
iste Deus est? Sinus quidam naturæ, in seip-
so continens omnia: vt ex ipsius anima, qua
viuificant tota ista moles, vita atque animæ
cunctorum viuentium pro cuiusque nascen-
tis sorte sumantur, nihil omnino remanere
potest, quod non sit pars Dei. Quod si ita est,
quis non videat quanta impietas & irreligio

All. fin
quodam.

sitas consequatur: vt quod calcarerit quisq;
partē Dei calcer: & in omni animante occi-
dendo, pars Dei trucidetur? Nolo omnia di-
cere, quæ possunt occurtere cogitantibus; di-
cia autem hinc verecundia non possunt.

De his, qui solum rationalia animantia
partes esse vnius Dei asserunt.

Cap. XIII.

Si autem sola animalia rationalia, sicut p-
sunt homines, partes Dei esse contendūt:
nō video quidem si totus mundus est Deus,
quomodo bestias ab eius partibus separent.
Sed obliuctari quid opus est? De ipso rationa-
li animante, id est, homine, quid infelicius
credi potest, quam Dei partem vapulare, cū
puer vapulat? Iam vero partes Dei fieri lasciu-
ias, iniquas, impias, atque omnino damnabi-
les, quis ferre posse, nisi qui prorsus insaniat?
Postremo quid irascitur eis à quibus
non collitur, cum à suis partibus non colat-
tur? Restat ergo vt dicunt oēs Deos suas ha-
bere vias, sibi quemq; viuere: nullum corū
esse partem cuiusquam, sed omnes colēdos,
qui cognosci & coli possunt: quia tam multi
sunt, vt omnes non possint. Quorū luppiter,
quia rex præsidet, ipsum credo ab eis pu-
tari regnum, vel constituisse, vel auxisse Ro-
manum. Nam si hoc ipse non fecit, quem a-
lium Deum opus tam magnum potuisse ag-
redi credant, cum omnes occupati sint of-
ficiis & operibus pro prijs, ne alter irruat in
alterius? A rege igitur deorum, regnum ho-
minum potuit & prorogari & augeri.

Augmenta regnum Ioui incongruenter
adscribi, cum si, vt volunt, dea est vi-
ctoria, ipsa huic negocio sola suf-
ficeret. Cap. XIV.

Hec primum quero, cur non etiam ipsū
regnum aliquis Deus est? Cur enim nō
etiam ita sit, si Victoria dea est? Aut quid ipso
Ioui in hac causa opus est, si Victoria faueat.
sitq; propitia: & semper eat ad illos, quos
vult esse victores? Hac dea fauente & propri-
tia, etiā Ioui vacante, vel aliud agente, quæ ge-
tes nō subditæ remanerent? Quæ regna nō ce-
derent? An forte non displaceat bonis iniquissi-
ma improbitate pugnare, & finitimos que-
tos

All. In
perij p-
pagatio

tos nullamq; iniuriam facientes, ad dilatandum regnum bello spontaneo protocare? Planè si ita sentiunt, approbo & laudo.

An congruat bonis latius velle regnare.

Cap. XV.

HVideant ergo ne forte non pertineat ad viros bonos gaudere de regni latitudine. Iniquitas n.eorum, cum quibus iusta bella gesta sunt, regnum adiuvit, vt cresceret, q; vijs paruum esset, si quies & iustitia finitomū contra se bellum geri nulla prouocaret iniuria: ac felicioribus sic rebus humanis omnia regna parua essent concordi vicinitate latantia. Et ita essent in mundo regna plurima gētium, vt sunt in vrbe domus plurime ciuiū. Proinde belligerare, & perdomitis gētibus dilatare regnum malis vñ felicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, vt iniurio si multioribus dñarentur, ideo nō incongrue dicitur etiam ista felicitas. Sed proculdubio felicitas maior est vicinum bonum habere concordem, quam vicinum malum subiugare bellantem. Mala vota sunt, optare habere quem oderis, vel quem timeas, vt possit esse quem vincas. Si ergo iusta gerendo bella, nō impia, non iniqua, Romani imperium tam magnum acquirere potuerunt, nunquid tanquam aliqua Dea colenda est eis etiā iniquitas aliena? Multum n.ad istā latitudinem imperij eam cooperatā videmus, qua faciebat iniuriosos, vt essent, cum quib.iusta bella gererentur & augeretur imperium. Cur autem & iniquitas Dea non sit, vel externarum gentium, sū pauor, & pallor, & febris dij Romani esse mērunt? His igitur duabus, id est, aliena iniquitate, & dea Victoria, dum bellorum cauſas iniquitas excitat, Victoria eadem bella feliciter terminat, ēt ferriat Ioue crevit imperium. Quas enim hic partes Iupiter haberet, cum ea, quæ possent beneficia eius putari, dij habentur, dij vocantur, dij coiuntur, ipsi pro suis partibus inuocantur? Habet hic etiam ille aliquā partem, si regnum etiam ipse appellaretur, sicut appellatur illa Victoria. Aut si regnum munus est Iouis, cur & non victoria munus eius habeatur? Quod profecto haberetur, si non lapis in Capitōlio, sed verus rex regum, & dominus dominantium cognosceretur, atque coleretur.

All. Imperij propagatio.

Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus Deos singulos depantes, zdem Quietis extra portas esse voluerunt. Cap. XVI.

MIror autem plurimum, quod cū deos singulos singulis rebus, & pene singulis motibus attribuerent, vocauerunt deam Agenoriam, quæ ad agendum excitaret: deā Stimulam, quæ ad agendum ultra modū stimularet: deam Murciam, quæ præter modū non moueret, ac faceret hominem, vt ait Pōponius, murcidum, i.nimis desidiosum & in actuosum: deam Strenuam, quæ faceret strenuum, his omnibus dijs & deabus publica sacra facere suscepserunt. Quietem vero appellantes, quæ faceret quietē, cum zde habeter extra portam Collinā, publicē illā suscipere noluerunt. Vtrū indicū fuit animi inquieti, an potius ita significatum est, q; qui illā turbā colere perseveraret: nō plane deorū, sed dēmoniorū, eum quietē habere non posse: ad quam vocat verus medicus, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Mas. II.

An si Iouis summa potestas est, etiā Victoria Dea debuerit existimari. Cap. XVII.

AN forte dicunt, q; deam Victoriam Iupiter mittat, atque illa tanquam regi deorum obtemperans, ad quos iuferit, veniat, & in eorū parte confidat? Hoc vere dī, non de illo Ioue, quem deorum regem pro sua opinione configunt, sed de illo uero rege ſeculorum, quod mittat non Victoriam All. Son. Ius victor me aut. tōr. quæ nulla substantia est, sed angelum suum, & faciat uincere quē uoluerit: cuius consiliū occultū esse pōt, iniquū esse non pōt. Nam si Victoria Dea est, cur non Deus eft, & triumphus, & uictorię iūgitur uel maritus, uel frater, uel filius? Talia quippe iſti de dijs opinati sunt, qualia si poetas fingeret, atq; nobis exagerarentur: r̄iderent iſti, ridenda eſſe figmenta poetarū, non ueris attribuenda numinib. & tñ ſe ipſi non ridebat, cū talia deliramenta non apud poetas legebant, ſed in tēplis colebant. Iouē igitur de omnibus rogarēt, ei uni trāmodo ſupplicarēt. Nō. n. quo misifet uictoriā, ſi dea & sub illo rege eft, poſſit uel a deat ei resistere, & ſuā poti⁹ facere uolūtātē. L

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Felicitatem & fortunam qui Deas putant, qua ratione fecerunt.

Cap. XVIII.

Q Vid quod & felicitas Dea est? adem accepit, aram meruit, sacra ei congrua peroluta sunt: ipsa ergo sola coleretur? Vbi enim ipsa esset, quid boni non esset? Sed quid sibi vult: quod & Fortuna Dea putatur, & colitur? An aliud est felicitas, aliud fortuna? Quia fortuna potest esse & mala, felicitas autem si mala fuerit, felicitas non erit. Certe omnes deos virtusque sexus, si & sexus habent, non nisi bonos existimare debemus. Hoc Plato dicit, hoc alij Philosophi, hoc excellentes reipublicæ, populorumque reatores. Quomodo ergo Dea Fortuna aliquando bona est, aliquando mala? An forte quando mala est, Dea non est, sed in malignū dœmonem repente conuertitur? Quot sunt ergo Deæ istæ? Profecto quotquot sunt homines fortunati, hoc est, bona fortunæ. Nam cum sint & alij plurimi simul, hoc est, uno tempore malæ fortunæ, nunquid si ipsa esset, simul & bona esset & mala: his aliud, illis aliud? An illa quæ Dea est, semper bona est? Ipsa est ergo felicitas, cur adhibentur diuersa nomina? Sed & hoc ferendum est. Solet enim & vna res diuersis nominibus appellari. Quid diuersæ ades, quid diuersæ aræ, diueria sacra? Est causa inquietum, quia Felicitas illa est, quam boni habent præcedentibus meritis. Fortuna vero, quæ dicitur bona, sine vlo examine meritorum fortuitu accedit hominibus & bonis & malis, vnde etiam fortuna nominatur. Quomodo erga bona est, quæ sine vlo judicio venit & ad bonos & ad malos? Ut quid autem colitur, quæ ita cœca est, passim in quoslibet incurrens, vt liuos cultores plerunque prætereat, & suis contemptoribus hæreat? Aut si aliquid proficiunt cultores eius, vt ab illa videantur, & amentur: iam merita sequitur, non fortuitu venit. Vbi est ergo definitio illa fortunæ? Vbi est quod à fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodest eam colere, si fortuna est. Si autē liuos cultores discernit vt profit, fortuna non est. An & ipsam, quo voluerit Iuppiter mittit? Colatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti, & eam quo voluerit, mittenti fortuna resistere. Aut certe

ipsum mali colant, qui nolunt habere merita, quibus possit Dea Felicitas inuitari.

De fortuna muliebri. Cap. XIX.

T Antum sanè huic, velut numini tribuunt, quam Fortunam vocant, vt simulachrum eius quod à matronis dedicatum est, & appellatum Fortuna muliebris, etiam loquutum esse memoræ commendarint: atque dixisse non semel, sed iterum: propter quod eam rite matronæ dedicauerint. Quod quidem si verum sit, mirari nos non oportet. Non enim malignis dœmonibus etiam sic difficile est fallere, quorum artes atque versutias hinc potius isti aduertere debuerunt, quod illa Dea loquuta est, quæ fortuitu accedit, non quæ meritis venit, Fuit enim fortuna loquax & muta felicitas, & ad quid aliud, nisi vt homines recte viuere non curarent, conciliata sibi Fortuna, quæ illos sine vllis bonis meritis faceret fortunatos? Et certe si fortuna loquitur, non saltem muliebris, sed virilis potius loqueretur, vt non ipsa, quæ simulachrum dedicauerunt, putarentur tantum miraculum muliebri locutum citate fixasse:

De Virtute & Fide, quas Pagani, templis & sacris honorauerunt prætermittentes alia bona, quæ similiter colenda fuerunt, si recte alijs diuinatas tribuebatur.

Cap. XX.

Virtutē quoq; Deam fecerunt: quæ quidem si Dea esset, multis fuerat preferenda. Et nunc quia Dea non est, sed donū Dei, ipsa ab illo impetratur, à quo solo dari potest. G & omnis falsorum deorū turba vanescit. Sed cur & Fides Dea credita est, & accepit è ipsa templū, & altare? Quam quisquis prudenter agnoscit, habitaculum illi seipsum facit. Vnde aut sciunt illi quid sit Fides, cuius primum & maximū officium est, vt in verū creditur Deum? Sed cur non sufficerat Virtus, Nonne ibi est & fides? Qñquidem virtutē in quatuor species distribuendam esse viderūt: prudentiā, iustitiā, fortitudinē, temperan- tiam. Et qm̄ istæ singulæ, species suas habent, in partibus iustitiæ fides est: maximūq; locum.

All. Fi dei præstansia.
All. Vir tuis spes cies.

Ab
chuc. 2

Aba-
chuc. 2. eum apud nos habet, quicunq; scimus quid
sit, quod iustus ex fide viuit. Sed illos miror
appetitores multitudinis deorū, si fides dea
et, quare alijs tam multis deabus iniuriam
fecerunt p̄termittendo eas, quibus similiter
ędes & aras dedicare potuerunt? Cur tempe
rantia dea esse non meruit, cum eius nomi
ne nonnulli Romani Principes non paruā
gloriam compararint? Cur denique Fortitu
do dea non est, quæ affuit Mutio, cum dexte
ram porrexit in flamas? quæ affuit Curtio
cū se pro patria in abruptam terrā præcipi
tē dedit, quæ affuit Decio patri, & Decio fi
lio, cū pro exercitu se voverunt? Si tamē his
omnibus vera inerat fortitudo, vnde modo
non agitur? Quare prudentia, quare sapiē
tia nulla numinum loca meruerunt? An quia
in nomine generali ipsius virtutis omnes co
luntur? Sic ergo posset, & vñus Deus coli, cu
ius partes ceteri dij putantur. Sed in illa vir
tute & fides est, & pudicitia, quæ tamen ex
tra in ędibus proprijs altaria meruerūt. Has
deas non veritas, sed vanitas fecit.

Quod vnum non intelligentes Deum, vir
tute saltem, & felicitate debue
runt esse contenti.

Cap. XXI.

Hec enim veri Dei munera sunt, non
ipse sunt dea. Veruntamen vbi est vir
tus & felicitas, quid aliud quæritur? Quid ei
sufficit, cui virtus felicitasq; nō sufficit? Om
nia quippe agenda comple&t;ur virtus, om
nia obtinenda felicitas. Si Iuppiter, vt hęc da
ret, ideo colebatur: quia si bonum aliquid
est latitudo regni atque diuturnitas, ad ean
dem pertinet felicitatem, cur non intellectū
est, dona Dei esse, non deas? Si autem puta
te sunt dea, saltem alia tanta deorum turba
M non quereretur. Consideratis enim officijs
deorum dearumque omnium, quæ sicut vō
luerunt pro sua opinione fixerunt: inue
niant, si possunt aliqd quod ab aliquo Deo
præstari possit homini habenti virtutem, ha
benti felicitatem. Quid doctrinæ, vel à Mer
curio, vel à Minerua petendum esset, quum
virtus omnia secum habere? Ars quippe ip
sa bene, recteque viuendi, virtus a veteribus
definita est. Vnde ab eo quod Gręce ἀρετὴ^η
dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxiſ-

se putatur. Sed si virtus non nisi ad ingenio
sum posset venire, quid opus erat Deo Cau
tio patre, qui cautos, idest acutos faceret,
quum hoc posset conferre felicitas? Ingenio
sum quippe nasci felicitatis est. Vnde etiam
si non potuit à nondum nato coli dea Fe
licitas, vt hoc ei conciliata donaret, conser
vet, hoc parentibus eius cultoribus suis, vt eis
ingeniosi filii nascerentur. Quid opus erat
parturientibus inuocare Lucinam, cum si
adesset Felicitas non solum bene parerent,
sed etiam bonos? Quid necesse erat, Op̄i deę A

commendare nascentes, Deo Vagitano va
gientes, dea Cuninę iacentes, dea Ruminę
fugentes, Deo Statilino stantes, deę Adeo
nę adeuntes Abeonę abeuntes, dea Menti vt
bonam haberent mentem, Deo Volumno,
& dea Volumnę, vt bona vellent: dijs nuptia
libus vt bene coniungerentur: dijs agresti
bus, vt fructus vberrimos & caperent, & ma
xime ipſi diuæ Frugę: Marti & Bellonę, vt
bene belligeraret: deę Victorię, vt vinceret:
deo Honorino, vt honorarentur: dea Pe
cunię, vt pecuniosi essent: Deo Aesculano
& filio eius Argentino, vt habeant æream
argenteamque pecuniā? Nam ideo patrem
Argentinini Aesculanum posuerunt, quia
prius ærea pecunia in vsu esse cepit, post
argentea. Miror, autem, quod Argentinus
non genuit Aurinum, quia & aurea obſe
quita est. Quem Deum isti si haberent, si
cū Saturno Iouem: ita & patri Argétino, &
auo Aesculano, Aurinum preponeret. Quid
ergo erat necesse propter hęc bona, vel a
nimi, vel corporis, vel externa, tantam deo
rum turbam colere & inuocare: quos ne
que omnes commemorauit nec ipſi potue
runt omnibus humanis bonis minutatim si
gillatimque digestis & Deos minutos, & sin
gulos prouidere: cum posset magno facil
itate compendio vna dea Felicitas cuncta cō
ferre, nec solum ad bona capienda quicquā
alius, sed neque ad depellenda mala quære
re? Cur enī esset inuocanda propter fes
tos diua Fessonia: propter hostes debellan
dos, diua Pelonia: propter agros, medicus
vel Apollo, vel Aesculapius, vel ambo simul
quando esset grande periculum? Nec Deus
Spinensis, vt Ipinas ex agris eradicaret, nec
dea Rubigo, vt non accederet: rogaretur: v
na Felicitate presente & tuente, vel nulla ma

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Ia exorirentur, vel facillime pellerentur. Postremo quid de duabus istis deabus Virtute & Felicitate tractamus, si felicitas virtutis est præmium, non dea, sed Dei donum est? Si autem dea est, cur non dicatur & virtutem ipsa conferre, quandoquidem virtutem consequi felicitas magna est.

De scientia colendorum deorum,
quam à se Varro gloriatur col-
latam esse Romanis.

Cap. XXII.

Quid ergo est, quod pro ingenti beneficio Varro iactat præstare se ciuibus suis: quia non solum commemorat Deos, quos colli oporteat à Romanis: verum etiam dicit, quid ad quenque pertineat? Quomodo nihil prodest, inquit, homines alicuius medici nomen formamique nosse, & quid sit medicus ignorare? ita dicit nihil prodest sci re Deum esse Aesculapium, si nescias eum validitudini opitulari: atque ita ignores, cur ei debeas supplicare. hoc etiam affirmat alia si militudine, dicens. Non modo bene vivere, sed vivere omnino neminem posse, si igno-
Grat quisnā sit faber, quis duktor, quis rector: à quo quid vniuersibile petere posít, quem adiutorem afflumere, quem ducem, quem doctorem. Eo modo nulli dubium esse asserens, ita esse utilem cognitionem deorum, si sciat, quam quisque Deus vim & facultatem aut potestatem cuiusque rei habeat. Ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque rei causa Deū aduocare atq; inuocare debeamus, ne faciamus vt Mimi solent, & optemus à Libero aquam, à Lymphis vinū. Magna sane utilitas. Qui non huic gratias ageret, si vera monstraret: & si unum verum Deum à quo essent omnia bona hominibus colendum doceret?

De Felicitate, quam Romani multorum
veneratores deorum diu non colue-
runt honore diuino, cum pro o-
mnibus sola sufficeret.

Cap. XXIII.

Sed unde nunc agitur, si libri & sacra eo-
rum vera sunt, & Felicitas dea est, cur
non ipsa una, quae coleretur constituta est,

qua posset vniuersa conferre, & compendio facere felices? Quis enim optat aliiquid propter aliud, quam vt felix fiat? Cur denique tā sero huic tantæ dea post tot Romanos Principes Lucullus cedem. constituit? Cur ipse Romulus felicem cupiens condere ciuitatem, non huic templum potissimum struxit, nec propter aliiquid dijs ceteris supplicauit quādo nihil decesset si hæc adesset? Nam & ipse, nec prius rex, nec vt putant, postea Deus fieret, si hanc deam propitiā non haberet. Vt quid ergo Romulus constituit Romanis Deos, Ianum, Iouem, Martem, Picum, Faunum, Tiberinum, Herculē: & si quos alios? Vt quid Titius Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum, Lucem, & quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam Felicitate neglectā? Vt quid Numa tot Deos, & tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba videre non potuit? Hostilius certe rex Deos & ipse nouos Pauorem atque Pallorem, propitiandos non introduceret, si deam istam nosset, & coleret. Præsente quippe Felicitate, omnis paupor & pallor non propitiatus abscederet, sed pulsus aufugeret. Deinde quid est, hoc quiam Romanum imperium lōge lateque crescebat, & adhuc nemo Felicitatem colebat? An ideo grandius imperiū quā felicior fuit? Nam quomodo ibi esset vera felicitas, vbi vera non erat pietas? Pietas enim vera est verax rei Dei cultus, non cultus fallorum tot deorum, quot dæmoniorum. Sed & postea iam in deorum numerum Felicitate suscepta, magna bellorum ciuilium infelicitas subsecuta est. An forte iuste est indignata felicitas, quod, & tam sero & non ad honorem, sed ad contumeliam potius iniurata est, vt cum ea coleretur Priapus, & Cloccina, & Pauor, & Pallor, & Febris, & cetera non numina colendorum, sed crimina collentium? Ad extreum, si cum turba indignissima tanta dea colenda visa est, cur non vel illustrius ceteris colebatur? Quis enim ferat, quod neque inter duos Consentes, quos dicunt in consilium Iouis adhiberi, nec inter Deos, quos selectos vocant, Felicitas constituta est: vt templū aliquod ei fieret, quod & loci sublimitate, & operis dignitate præmeret? Cur enim non aliiquid melius, quam ipsi Ioui? Nam qua etiam Ioui regnum nisi Felicitas

Pietas.
1. Ti. 1.

I

Fœlicitas dedit? si tamen cum regnaret fœlix fuit, & potior est Fœlicitas regno. Ne-
mo enim dubitat, facile inueniri hominem,
qui timeat se fieri regem. Nullus autem in-
uenitur, qui se nolit esse fœlicem. Ipsi ergo
dij, si per auguria vel quolibet modo eos
posse consuli putant, de hac re consuleren-
tar, vtrum vellent fœlicitati loco cedere: si
K forte aliorum ædibus vel altaribus iam suis-
set locus occupatus, vbi ædes maior atque
sublimior Fœlicitati constitueretur: etiam
ipse Iuppiter cederet, vt ipsum verticem col-
lis Capitolini Fœlicitas potius obtineret. Nō
enim quispiā resisteret Fœlicitati, nisi, quod
fieri non potest, qui esse vellet infœlix. Nul-
lo modo omnino si consuleretur faceret Iupi-
piter, quod ei fecerunt tres dij Mars Terminus, &
Iuuentas, qui maiori & regi suo nullo modo cedere loco voluerunt. Nam sicut
habent eorum literæ, cum rex Tarquinus Ca-
pitolum fabricare vellat, cumque locum, qui ei dignior aptiorque videbatur, à dijs a-
lienis cerneret præoccupatum, non audens
aliquid contra eorum facere arbitrium, &
credens eos tanto numini, suoque Princi-
voluntate cessuros, quia multi erant illi vbi
Capitolium constitutum est: per augurium
quæsivit, vtrum concedere locum vellent Io-
ui: atque ipsi inde cedere omnes voluerunt,
prater illos, quos commemooraui, Martem,
Terminus, Iuuentatem: atque ideo Capito-
lrium ita constructum est, vt etiam isti tres
essent tam obscuris signis, vt hoc vix homines
doctissimi scirent. Nullo modo igitur
Fœlicitatem Iuppiter ipse contemneret, si-
cūt a Termino, Marte, Iuuentate contem-
pus est. Sed ipsi etiam qui non cesserant Io-
ui, profecto cederent Fœlicitati, quæ illis
regem fecerat Iouem. Aut si non cederent,
L non id contemptu eius facerent, sed quod
in domo Fœlicitatis, vel obscuri esse mal-
lent, quam sine illa in locis proprijs emi-
nere. Ita dea Fœlicitate in loco amplissi-
mo & celissimo constituta disserent ciues
omnes, vnde boni viri petendum esset au-
xilium. Ac sic ipsa suadente natura, aliorum
deorum superflua multitudine derelicta co-
leretur vna Fœlicitas, vni supplicaretur, vi-
nius templum frequentaretur a ciibus, qui
fœlices esse vellent, quorum effect nemo,
qui nollet, atque ita ipsa a seipsa peteretur,

quæ ab omnibus petebatur. Quis enim ali-
quid ab aliquo Deo, nisi fœlicitatem velit
accipere, vel quod ad fœlicitatem existimat
pertinere? Proinde, si Fœlicitas habet in po-
testate cum quo homine sit, habet autem si
dea est, quæ tandem stultitia est ab aliquo eā
Deo petere, quam possis a seipsa impetrare?
Hanc ergo deam super deos ceteros ho-
norare etiam loci dignitate debuerunt. Sicut M
enim apud ipsos legitur: Romani veteres ne
scio quem summanum cui nocturna fulmi-
na tribuebant coluerunt magis quam Iouē, A. I. C. 1.
pirolium.
ad quem diurna fulmina pertinebant: Sed
polquam Ioui templum insigne ac subli-
me constructum est, propter ædis dignita-
tem, sic ad eum multitudo confluxit, vt vix
inueniatur qui Summani nomen, quod audi-
re iam non potest, se saltem legisse memi-
nerit. Si autem Fœlicitas dea non est, quo-
niam, quod verum est, munus est Dei: ille
Deus queratur, qui eam dare possit, & deo-
rum falsorum multitudo noxia relinquatur,
quam stultorum hominum multitudo va-
na secessatur, dona Dei deos sibi faciens, & ip-
sum cuius ea dona sunt, obstinatione super-
bae voluntatis offendens. Sic enim carere
non potest infœlicitate, qui tanquam deum
Fœlicitatem colit, & Deum datorem fœli-
citatis relinquit: sicut carere non potest fa-
me, qui panem pictum fingit, & ab homine
qui verum habet, non petit.

Qua ratione defendant Pagani, quod inter
deos colant ipsa donadiuina.

Cap. XXIIII.

L Ibet autem eorum considerare rationes.
Vsqueadone, inquisit, maiores nostros
insipientes fuisse credendum est, vt hæc ne-
scirent munera diuina esse nō deos? Sed quo G
niam sciebant nemini talia, nisi aliquo Deo
largiente concedi: quorum deorum nomi-
na non inueniebant, earum rerum nominibus
appellabant deos, quas ab eis sentiebant
dari aliqua vocabula inde flectentes: sicut a
bello Bellonam nuncupauerunt, non bel-
lum: sicut a cunis Cuninam, non Cunam: si-
cūt a segetibus Segetiam, non segetem: sicut
a pomis Pomonam, non pomum: sicut a bo-
bus Bubonam, non bouem: aut certe nul-
la vocabuli declinatione, sicut res ipsæ no-
minantur:

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

minantur: ut Pecunia dicta est Dea, quæ dat pecuniā, non omnino pecunia Dea ipsa putata est. Ita Virtus, quæ dat virtutem. Honor, qui honorem: Concordia, quæ concordiā: Victoria, quæ victoriā dat. Ita, inquiunt, cum fœlicitas dea dicitur, non ipsa quæ datur, sed numen illud attendit à quo fœlicitas datur. Ita nobis redditā ratione, multo fœlicitas eis, quorum cor non nimis obduruit, persuadebimus fortasse quod volumus.

De uno tantum colendo Deo, qui licet nomine ignoretur, tamen fœlicitatis dator esse sentitur. Cap. XXV.

Si enim iam humana infirmitas sensit non nisi ab aliquo Deo dari posse fœlicitatē & hoc senserunt homines, qui tā multos colebant deos, in quibus & ipsum eorū regem Iouem, quia nomen eius a quo daretur fœlicitas ignorabant, & ideo ipsius rei nomine quam credebat ab illo dari eum appellare, voluerunt. Satis ergo indicat nec ab ipso Ioue dari posse fœlicitatem, quem iam colebant, sed vtique ab illo, quem nomine ipsius fœlicitatis colendum esse censebant. Confir-

Imo modo prorsus à quadam Deo, quæ ne-sciebant, eos credidisse dari fœlicitatem. Ipse ergo queratur, ipse colatur, & sufficit. Re-pudietur strepitus innumerabilis dēmoniorū. Illi non sufficiat hic Deus, cui nō sufficit munus eius. Illi, inquam, non sufficiat ad colendū Deus dator fœlicitatis, cui nō sufficit ad accipiēdū ipsa fœlicitas. Cui aut sufficit: non. n. habet homo, quid amplius optare debeat, seruat vni Deo datori fœlicitatis. Non est ipse, quē nominant Iouem. Nam si eū datore fœlicitatis agnoscerent, non vtiq; aliū, vel aliā, à quo daretur fœlicitas, nomine ipsius fœlicitatis inquirerent: neq; ipsum Iouē cum tantis iniurijs colendum putarent. Ille alienarum dicitur * adulterator vxorum. Ille pueri pulchri impudicus amator, & raptor.

All. adul-
ter.

De ludis scenicis, quos sibi dij celebrari à suis cultoribus exegerunt. Cap. XXVI.

Sed fingebat hæc Homer, aut Tullius, & humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos. Merito displicuit viro graui, diuinorum criminū poeta confector. Cur ergo

ludi scenici vbi hæc dictitantur, cantitantur, actitantur, deorum honorib. exhibentur, inter res diuinās à doctissimis conscribuntur?

Hic exclamat Cicero non contra figmenta poetarum, sed contra instituta maiorum. An non exclamarent & illi, quid nos fecimus? Ipsi dij ista Iuis honorib. exhibenda flagitauerunt atrociter imperarunt: cladem nisi fieret, prenunciauerunt: quia neglectum est ali

quid, seuerilissime vindicarunt: quia id quod neglectum fuerat factum est, placatos se esse monstrarunt. Inter eorum cōmemoratur vir-

All. Titi
Latini hi
floria.

tutes, & miranda facta, quod dicam: Tito Latino rusticō Romano patrifamilias dictum est in somnis, vt in sanatu nunciatet, vt ludi Romani instaurarentur, quod primo eorum die in quodam scelerato, qui populo spectāte ad supplicium duci iussus est, numinibus videlicet ex ludis hilaritatem querentib. tri- stè displicuisse imperium. Cur ergo ille qui somnio commonitus erat postera die iussa facere non ausus esset, secunda nocte hoc idem rursus seuerius imperatum est. Amisit filium, quia non fecit. Tertia nocte dictum est homini, quod maior ei p̄gna, si non faceret, immineret. Cum etiam sic non auderet,

in morbum incidit acrem & horribilem. Tū vero ex amicorum sententia, ad magistratus rem detulit: atque in lectica allatus est in se-natum. Expositoq; somnio, recepta cōtinuo valetudine, pedibus suis fanus abscessit. Tan-to stupefactus miraculo senatus, quadruplicata pecunia, ludos censuit instaurari. Quis non videat, qui sanum sapit, subditos homines malignis dēmonibus, à quorū dominatione non liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, vi compulsos esse, exhibere talibus dijs, quæ recto cōfilio poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinū crima frequentantur: qui ludi cogentibus numinibus, iussi senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudi citiā louem turpisimi histriones cantabant si illud fingebatur, ille irasceretur. Si autem suis criminibus etiā fictis delectabatur, quando coleretur nisi diabolo seruiretur? Itane iste Romanum conderet, dilataret, conseruaret imperium, qui quouis Romano cui displicebat talia, homine abieciōr? Ille daret fœlicitatem, qui infœliciter colebatur: & nisi ita coleretur, infœlicius irasceretur?

De

All. S
pernac
nō noc

De tribus generibus deorum, de quibus Sc̄uela Pontifex disputauit. Cap. XXVII.

Relatum est in literis, doctissimum Pontificem Sc̄uelam disputasse tria genera tradita deorum: unum à poetis, alterum à philosophis, tertium à Principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium dicit esse, q̄ multa de dijs fingantur indigna: Secundum non congruere ciuitatibus, q̄ habeat aliqua super uacua, aliqua etiam quæ ob sit populis nosse. De superuacuis non magna causa est. Sollet enim & à viris peritis dici: superflua non nocent. Quæ sunt autem illa, quæ prolata in multitidine nocent? Hęc, inquit, non esse Deos, Herculem, Aesculapium, Castorem, Pallucem. Proditur n. à doctis q̄ homines fuerint, & humana conditione defecerint. Quid aliud, quam q̄ eorum qui sint dij non habeant ciuitates vera simulachra: quod verus Deus nec sexū habeat, nec ætate, nec definita corporis membra? Hęc Pontifex nosse populos non vult, nam falsa esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religione ciuitates. Quod dicere etiā in libris rerum diuinarum ipse Varro non dubitat. Praeclarā religio quo confugiat liberandus infirmus: & cum veritatem qua liberetur inquirat, creditur ei expedire, quod fallitur. Poeticum sanè deorum genus cur Sc̄uela respuit, eisdem literis non tacetur: quia sic videlicet deos deformant, vt nec bonis hominibus comparētur, cum aliū faciunt furari, aliū adulterare. Sic item aliquid aliter turpiter atque inepte dicere ac facere: tres inter se deas certasse de pramio pulchritudinis, vietas duas à Venere Troiam euertisse: Iouē ipsum conuerti in bouem aut cygnum, vt cū aliqua cōcubat: deam homini nubere: Saturnum filios deuorare. Nihil denique posse configi miraculorū atq; vitiorum q̄ non ibi reperiatur. At quæ à deorum natura longe absint.

BO Sc̄uela Pontifex maxime, ludos tolle, si potes: præcipe populis, ne tales honores dijs mortalib. deferāt, vbi crimina deorum libertē mirari, & quæ fieri possunt, placeat imitari. Si autem tibi responderit populus: vos nobis importastis ista pontifices, deos ipsos roga, quibus instigantibus ista iussisti, ne talia sibi iubeant exhiberi. Quæ si mala sunt, & propterea nullo modo de deorū maiestate creden-

da, maior est deorum iniuria, de quibus impune finguntur. Sed nō te audiunt, dēmones sunt, prava docent, turpibus gaudent: non solū non deputant iniuriam si de illis ista singantur, sed eam prorsus iniuriam ferre non possunt, si per eorum solennia non agantur. Iā vero si aduersus eos Iouem interpellas, maxime ob eā causam: quia eius plura crimi na ludis scenicis actitantur: nonne ēt si Deū Iouem nuncupatis, à quo regitur totus atq; administratur hic mundus: eo illi fit a vobis C maxima iniuria, q̄ eum cum ipsis colendum putatis, eorumq; regem esse perhibetis?

An ad obtainendum dilatandumq; regnum profuerit Romanis cultus deorum.

Cap. XXVIII.

NVlo igitur modo dij tales, qui talibus placantur, vel potius accusantur honoribus, vt maius sit crimen quod eis falsis obliterantur, quam si de illis vera dicerentur, Romanum imperium augere, & conseruare potuissent. Hoc enim si possent Græcis potius donum tam grande conferrēt, qui eos in huiusmodi rebus diuinis, hoc est, ludis scenicis honorabilis dignijsq; coluerunt, quando & a mortibus Poetarum, quibus deos dilacerari videbant, se non subtraxerunt, dando eis licentiam male tractandi homines, quos liberare, & ipsos scenicos non turpes iudicauerunt, sed dignos etiam præclaris honoribus habuerunt. Sicut autem potuerunt aureā pecuniam habere Romani, quamvis Deum Argentinum non colerent, sic & argenteam habere potuerunt, & cream, sic nec Argentinum, nec eius patrem colerent Aesculanum: & sic omnia quæ retexere piget. Sic ergo & regnū inuitio quidem Deo vero nullo modo habere possent, dijs vero ipsis & multis ignoratis siue contemptis, atque uno illo cognito & fide sincera ac moribus culto, & melius hic regnum haberent, quantumcumque haberent, & post hoc acci-

perent sempiternum, siue hic haberent, siue non haberent.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De salute auspicij, quo Romani regni fortitudo & stabilitas visa est indicari.

Cap. XXXIX.

Nam illud quale est quod commemoraui paulo ante pulcherrimum auspicium suisse dixerunt, quod Martem & terminum, & Iuuentatem, nec Ioui regi deorum loco cedere voluisse? Si enim, inquit, significatum est Martiam gentem, idest Romanam, nemini locum, quem teneret daturam: Romanos quoque terminos propter Deum Terminus neminem commoturum: iuuentutem etiam Romanam propter Deam Iuuentatem nemini esse cessuram. Videant ergo quomodo habebant istum regem deorum suorum & datorem regni sui, ut ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui non cedere pulchrum esset: quanquam haec si vera sunt, non habent omnino quid timeant. Non enim confessuri sunt, quod dii cesserint Christo, qui Ioui cedere noluerunt. Saluis quippe imperij finibus, Christo cedere potuerunt, & de sedibus locorum, & maxime de corde credentium. Sed antequam Christus veniret in carne, antequam ista denique scriberentur, quae de libris eorum proferimus: sed tamen postea quam factum est sub rege Tarquinio illud auspicium, aliquotiens Romanus exercitus fatus est, hoc est, versus in fugam, falsumque ostendit auspicium, quod Iuuenta illa non cesserit Ioui: & gens Martia superantibus atque irruptentibus Gallis in ipsa vrbe contrita est, & termini imperij, deficietibus multis ad Hannibalem ciuitatibus, in angustum fuerant coactati. Ita evacuata est pulchritudo auspiciorum, remansit contra Iouem contumacia, non deorum sed deminorum. Aliud est enim non cessisse, aliud unde cesserat redisse. Quanquam etiam postea in Orientalibus partibus Hadriani voluntate mutatis sunt termini imperij Romani. Ille namque tres prouincias nobiles Armeaniam, Mesopotamiam, Assyriam Persarum concessit imperio, vt Deus ille Terminus, qui Romanos terminos secundum istos tuebatur, & per illud pulcherrimum auspicium loco non cesserat Ioui, plus Hadrianum regem hominum, quam regem deorum timuisse videatur. Recepis quoque alio tempore prouincias memoratis, nostra penè memo-

ria retrofus terminus cessit, quando Julianus deorum illorum oraculis deditus, immoderato ausu naues iussit incendi, quibus alimonia portabatur qua exercitus, mox ex ipso hostili vulnere extinctus, in tantam est redactus inopia, vt inde nullus euaderet, vnde hostibus incurvantibus, milite imperatoris morte turbato, nisi placito pacis illic imperij fines constituerentur: ubi hodieque persistunt, non quidem tanto detimento quantum concederat Hadrianus, sed media tamen compositione defixi. Vano igitur augurio Deus Terminus non cessit Ioui, qui cessit Hadriani voluntati, cessit Juliani temeritati, & Iouiani necessitatì. Viderunt hec intelligentiores grauioresque Romani, sed contra consuetudinem ciuitatis, quae demoni ac ritibus fuerat obligata, parum valebant, quia & ipsi etiam si illa vana esse sentiebant, nature tamē rerum sub viuis veri Dei regimine atque imperio constituta, religiosum cultum qui Deo debetur exhibendum putabant: seruientes, vt ait Apostolus, creaturā potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Huius veri Dei erat auxilium necesarium a quo mitterentur sancti viri & veteres pīj, qui pro vera religione morerentur, vt falsa a viuentibus tolleretur.

Qualia de diis gentium etiam cultores eorum se sentire fateantur.

Cap. XXX.

Cicero augur irridet auguria, & reprehēdit homines corui & cornicula vocibus, vitæ consilia moderantes. Sed iste Academicus, qui omnia esse contendit incerta, indignus est qui habeat villam in his rebus auctoritatem. Disputat apud eum Quintus Lucilius Balbus in secundo de deorum natura libro: & cum ipse superstitiones ex natura rerum velut physicas & philosophicas inserat, indignatur tamen institutioni simulachrorum, & opinionibus fabulosis, ita loquens: Videtis ne igitur, vt a physicis rebus bene atque utiliter inventis, ratio sit traecta ad commentarios & fictos Deos? Quae res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, & superstitiones penè aniles. Et formæ enim nobis deorum, & ætates & vestitus ornatusque noti sunt: genera præterea, coniugia, cognationes,

Al. 1. Si-
mulachro-
rum insti-
tutio, &
fabulose
opiniones
de diis im-
probatur.

Al. 1. Ter-
mini Ro-
mani im-
perii mu-
tati.

tiones, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanae: nā & perturbatis animis inducuntur. Accepimus deorū cupiditas, egritudines, iracundias. Nec vero, vt fabule ferunt, dij bellis prælijsq; caruerunt.

*All. Deo
rū, bella
propria.*

Nec solum, vt apud Homerum quum duos exercitus contrarios alij dij ex alia patre defendent, sed etiā vt cum Titanis, aut cū gigantibus sua propria bella gesserunt. Hęc & dicuntur & creduntur stultissime, & plena sunt vanitatis summæq; leuitatis. Ecce interim quę confitentur qui defendant Deos genitum: Deinde cum hęc ad superstitionē pertinere dicat, ad religionem vero, quam ipse secundum Stoicos videtur docere. Nō enim philosophi solū, inquit, verumetia maiores nostri superstitionē à religione separauerūt.

*Al. l. Su-
persticio
si qui sunt
a veteri-
bus diffi-*

Nam qui totos dies precabātur, inquit, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, superstitionē sunt appellati. Quis non intelligat eum conari dum consuetudinem ciuitatis timet, religionem laudare maiorum, eam que à superstitione velle seiungere, sed quomodo id possit nō inuenire? Si enim à maiores illi sunt appellati superstitionē, qui totos dies precabantur & immolabant, nūquid non & illi qui instituerunt, quod iste reprehendit, deorum simulachra diuersa ētate, & veste distincta deorum genera, coniugia, cognationes? Hęc vtiq; cum tanquā superstitionē culpantur, implicat ista culpa maiores talium simulachrorū institutores atq; cultores: implicat & ipsum, qui quātolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere, necesse habebat ista venerari: quod in hac dispositione disertus infonat, mucrone auderet in populi conatione. Agamus itaq; Christiani dño Deo nostro gratias, nō celo & terrę, sicut iste disputat, sed ei qui fecit celum & terrā: qui has superstitiones, quas iste balbus velut balbutiēs vix reprehēdit, per altissimā Christi humilitatē, per Apostolorū prædicationē, per fidē martyrum pro veritate morientium,

M
*I. l. Si-
lachro
m insti-
tio, &
onose
niones
dys im-
baur.*

& cum veritate viventium, non solum in cordibus religiosis, verumetiam in eisdib; superstitionēs libera fuorum seruitute subiuxerit.

De opinionibus Varronis, qui reprobata per suasionē populari, licet ad notitiā veri Dei non peruerterit, vnuin tamen Deum colēdū esse cēfuerit.

Cap. XXXI.

Q Vid ipse Varro, quem dolemus in rebus diuinis ludos scenicos, quanvis nō iudicio proprio posuisse, cum ad Deos colēdos multis locis velut religiosus hortetur, nonne ita confitetur: non se illa iudicio suo sequi, quę ciuitatem Romanam instituisse cōmemorat: vt si eam ciuitatem nouam constitueret, ex natura potius formula Deos non minaq; deorum se fuisse dedicaturū non dubiter confiteri? Sed iā quoniam in vetere populo esset accepta, ab antiquis nominum & cognominum historiam tenerē vt tradita est debere se dicit, & ad eum finem illa scribere ac perscrutari, vt potius eos magis colere, quam despicere vulgus velit. Quibus verbis homo acutissimus fatis indicat non se aperi re omnia, quę non sibi tantum contemptui essent, sed etiam ipsi vulgo despicienda vide rentur, nisi tacerentur. Ego ista coniūcere eū putare debui, nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens, multa esse vera quę non modo vulgo scire non sit vtile, sed etiam tametsi falsa sint aliter existimare populum expediāt, & ideo Græcos Teleatas ac mysteria taciturnitate parietibusque clausisse. Hic certe totū consilii prodidit ve lut sapientiū per quos ciuitates & populi regeretur. Hac tamen fallacia miris modis maligni demones delectūt: qui & deceptores & deceptros possidēt, à quorū dominatione non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum dominū nostrū. Dicit etiam idē author acutissimus atq; doctissimus, quod hi soli ei videantur animaduertisse, quid esset Deus q; crederunt eū esse animam, motu ac ratione mundū gubernantem: ac per hoc etiā nō dum tenebā quod veritas habet: Deus enim verus non anima, sed anima quoq; est effector & cōditor: tñ si contra præjudicia consuetudinis liber esse posset, vnu Deū colendū fatere, atq; suaderet, motu ac ratione mūndū gubernantem, vt ea cum illo de hac re quæstio remaneret, quod eum non dicere esse animam, sed potius anima creatorē. Dicit etiam antiquos Romanos plus quam

C
*al. l. Deus
non ani-
ma, sed a-
nimæ
creator.*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Equam annos centum & septuaginta Deos si-
ne simulachro coluisse. Quod si adhuc, in-
quit, mansisset castius dij obseruarentur. Cu-
ius sententia sua testem adhibet inter cetera
etiam gentem Iudeam: nec dubitat eum lo-
cū ita concludere, vt dicat: qui primi simula-
chra deorū populis posuerūt, eos ciuitatis.
fuis & metū demissis, & errorem addidis-
se, prudēter existimās Deos facile posse in si-
mulachrorū stoliditate contemni. Quod ve-
ro non ait errorē tradiderunt, sed addiderūt
iam vtiq; fuisse etiā sine simulachris intelligi
vult errorē. Quapropter cum solos dicit ani-
maduertisse, quid esset Deus, qui eum crede-
rent animam mundum gubernantē: castius
que existimat sine simulachris obseruari re-
ligionē, quis nō videat quantum propinquā
uerit veritati? Si enim aliquid contra vetusta-
tē tanti possit erroris, pfecto & vnū Deum,
ā quo mūdū ereder gubernari, & sine simu-
lachro calendū esse censeret: atq; in tā pro-
ximo inuentus facile fortasse de anima
mutabilitate cōmoneret, vt naturā potius incō-
mutabilē, qua ipsam quoq; animam condi-
dit, Deum verū esse sentiret. Hęc cum ita
sint, quęcunq; tales viri in suis literis multo
rū deorū ludibria posuerunt, confiteri ea po-
tius occulta Dei volūtate compulsi sūt, qui
persuadere conati. Si qua igitur inde nobis te-
stimonia proferuntur, ad eos redarguendos
proferuntur, qui nolunt aduertere de quan-
ta & quam maligna dēmonum potestate nos
liberet singulare sacrificium tam sancti san-
guinis fusi & donum spiritus impertiti.

GAd quam speciem vtilitatis Principes gen-
tium apud subiectos sibi populos fal-
fas religiones voluerunt ipsema-
nere. Cap. XX XI I.

DIcit etiam de generationibus deorum
magis ad poetas, quā ad physicos fuisse
populos inclinatos; & ideo & Iēsus & ge-
nerationes deorum maiores suos, idest, vete-
res credidisse Romanos, & eorū constituisse
coniugia. Quod vtiq; non aliam ob causam
factū videtur, nisi quia hominum velut pru-
dentium & sapientium negocium fuit, popu-
lum & religionibus fallere, & in eo ipso nō
solum colere, sed imitari etiam dēmones,
quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut

enim dēmones nīs eos quos fallendo dece-
perint, possidere non possunt: sic & homi-
nes Principes non sane iusti, sed dēmonū
similes, ea quę vana esse nouerant, religionis
nomine populis tanquam vera suadebant,
hoc modo eos ciuili societati velut arctius
alligantes, quo similiter subditos possiderēt.
Quis autem infirmus & indoctus euaderet
simul fallaces, & Principes ciuitatis, & dē-
mones.

All. Dē
mones,
quos pa-
sident.

Quod iudicio & potestate veri Dei om-
nium regum atque regnum
ordinata sint tempora.

Cap. XXXIII.

K

DEUS igitur ille felicitatis author & da-
tor quia solus est verus Deus ipse dat
regna terrena & bonis & malis. Neq; hoc te-
mere & quasi fortuitu, quia Deus est, nō for-
tuna, sed oro rerum ordine ac tempore oc-
culto nobis, notissimo sibi: cui tamen ordi-
ni temporū non subditus seruit, sed eum ip-
se tāquā dominus regit, moderatorq; dispo-
nit: felicitatem vero nō dat nisi bonis. Hanc
enim possunt habere & non habere seruien-
tes: possunt & nō habere, & habere regnan-
tes. Quę tā plena in ea vita erit vbi iā nemo
seruet vlli. Et ideo regna mundi huius, Deus
bonis & malis cōmuniter p̄fstat: ne boni ea
tanquā Dei magna munera concupiscant. Et
ideo regna terrena & bonis ab illo dātū &
malis: ne eius cultores adhuc in proœctu a-
nimis paruuli, hęc ab eo munera quasimagnū
aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentū
veteris testamenti, vbi occultum erat nouū,
quod illuc promissa & dona & terrena sunt
intelligentibus & tunc spiritualibus quanvis
nondū in manifestatione p̄dicantibus, &
quę illis temporalibus reb. significare ēterni-
tas & in quibus Dei donis ēēt vera felicitas.

All. Fe-
licitas, So-
lit bonis
enit.

De regno Iudeorum quod ab uno & vero
Deo institutum atq; seruatū est, donec
in vera religione manserunt.

Cap. XXXIII.

ITaque vt cognoscerentur etiam illa ter-
rena bona, quibus solis inhiant, qui me-
liora cogitare non possunt, in ipsius v-
nius Dei esse posita potestate, nō in multorū
falsorum,

Exo. 1
Exod. 1
Exod. 1

All. I.
dei p
terrā s
spersi.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi ad Marcellinum de Ci-
uitate Dei.

LIBER QVINTVS.

Causam Romani imperij omniumq; regno-
rum, nec fortitatem esse nec in stella-
rum positione consistere.

Cap. I.

M



Voniam constat omnium rerū optandarū plenitudinem esse felicitatem, quæ non est Dea, sed donū Dei, & ideo nullum Deum colendum esse ab hominibus, nisi qui potest eos facere felices, unde si illa Dea esset, sola colenda merito diceatur. Iam consequēter videamus, qua causa Deus, qui potest & illa bona dare, quæ habere possunt et non boni, ac per hoc et * non felices, Romanum imperium tam magnum tamq; diuturum esse voluerit. Quia n. hoc

Al. l. non
bene fel.

deorum falsorum illa, quam colebant, multitudine non fecit, & multa iam diximus, & ubi visum fuerit opportunum esse dicemus. Causa ergo magnitudinis imperij Romani, nec fortuna est fatalis, secundum eorum sententiam siue opinionē, qui ea dicunt esse fortuita, quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine venientes: & ea fatalia, quæ præter Dei & hominum voluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana. Quæ si propterea quisquam fati tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat sententiam teneat, linguam corrigat. Cur n. non hoc primum dicit, q; postea dicturus est, cum ab illo quidquam quæsierit, quid dixerit fatum? Nam id homines q; audiunt, vicitata loquendi consuetudine, non intelligunt nisi vim positionis syderum, qualis est q; quis nascitur, siue concipitur, q; aliqui alienat à Dei voluntate: ali-

Al. l. For-
tuita, &
fatalia,
quid sint.

qui ex illa etiā hoc pendere confirmant. Sed A illi, qui sine Dei voluntate decernere opinantur sydera, quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorumve patiamur, ab aurib. omnium repellendi sunt: non solum eorum qui verā religionem tenent, sed qui deorum qualiūcunq; licet falsorum, volunt esse cul-
tores.

falsorum, quos colendos Romani antea cre-
diderunt, populum suum in Aegypto de pau-
ciissimis multiplicauit, & eū inde signis mira-
bilibus liberauit. Nec Lucinam mulieres illæ
inuocauerunt, quando earum partus ut mi-
ris modis multiplicarētur, & gens illa incre-
dibiliter cresceret, ab Aegyptiorū persequē-
tum, & infantes omnes necare volentium,

K manib. ipse liberauit, ipse seruauit. Sine Dea
Rumina luxerunt, sine Cunina in cunis fue-
runt: sine edulica & Potina escam potumq;
sumperunt: sine tot dijs puerilibus educati
sunt: sine dijs coniugalibus cōiugati: sine cul-
tu Priapi coniugibus misti: sine inuocatione

Exo. 14. Neptuni mare trāseuntibus diuisum patuit,
Exod. 16. & sequentes eorum inimicos fluētibus in se

Exod. 17. redeuentibus obruit. Nec consecrauerunt ali-
quam Deam Manniam, quando de cēlo mā-
na sumperunt, nec quando sitientibus aquā
percussa petra profudit, Nymphas lymphas-
que coluerunt. Sine insanas lacris Martis &
Bellonæ bella gesserunt, & sine victoria qui-
dem non vicerunt, nō eam tamen deam, sed
Dei sui munus habuerunt. Sine Segetia sege-
tes, sine Bobona boves, mella sine Mellona,
poma sine Pomona. Et prorsus omnia pro-
quibus tantæ falsorum deorum turbæ Ro-
mani supplicandum putauerunt, ab uno ve-
ro Deo multo felicius acceperunt. Et si nō
in eū peccasset impia curiositate, tanquam
magicis artibus seducti ad alienos deos & ad
idola defluendo, & postremo Christum oc-
cidendo, in eodem regno & si non spatio si-
re, tamen feliciorie mansissent. Et nunc q; per
omnes ferē terras gentesq; dispersi sunt, il-
lius vuius veri Dei prouidentia est: vt quod
Deorum falsorum, vsquequaq; simulachra;

A. l. In-
dei p oē-
terrās di-
spersi.
Deorum falsorum, vsquequaq; simulachra;

arae, luci, templa euentuntur & sacri-
cia prohibentur, de codicibus eo-

rum probetur, quemadmo-

dum hoc fuerit tanto

ante propheta-

tū: ne for-

te

cum legeretur in nostris, à nobis puta-

L retur esse confitum. Iam q; sequi-
tur in volumine sequenti vi-
dendum est, & hic
dādus huius pro-
lixitatis mo-
dus.

A. l. For-
tuita, &
nomine
quid rul
go intelli
gatur.

D. AURELIUS AVG. DE CIVITATE DEI

tores. Hæc n. opinio quid agit aliud, nisi vt nullus omnino colatur, aut rogetur Deus? Contra quos modo nobis disputatio non est instituta, sed contra eos, qui pro defensione eorum quos Deos putant, Christianæ religioni aduersantur. Illi vero qui positionem stellarum quodammodo decernentium qualis quisque sit, & quid ei proueniat boni, quidve male accidat, ex Dei voluntate suspendut, si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi à summa illius potestate, vt volentes ista decernant, magnâ celo faciunt iniuriam: in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur sceleta facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decre uisset, genere humano decernente fuerat euentura.

*Al. Linea
cessitata
leffis iux
ta astro
logos.*

Quale deinde iudicium de hominum factis Deo relinquitur, quib. cœlestis necessitas adhibetur, cum dñs ille sit & syderum & hominum? Aut si non dicunt stellas, accepta quidem potestate à summo Deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus, in gerendis illius omnino iussa compleri: itane de ipso Deo sentiendum est, qd indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire? Qd si dicuntur stellæ significare potius ista, quæ facere: vt quasi locutio quædam sit illa positio, pdicens futura, non agens: non enim medio criter doctorum hominum fuit ista finia: non quidem ita solent loqui Mathematici, vt verbi gratia dicant, Mars ita positus homicidam significat: sed homicidâ non facit. Verum tñ vt concedamus non eos vt debent loqui, & à philosophis accipere oportere sermonis regulâ, ad ea prænuncianda, quæ in syderum positione se reperire putant, quid sit, qd nihil vñquâ dicere potuerunt, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentis, in professiōnib. artib. honorib. ceterisq; rebus ad humānā vitam pertinentibus, atq; in ipsa morte sit plerunque tanta diuersitas, vt similitudines eis sint, quantum ad hæc attinet, multi extranei, quam ipsi inter se gemini per exiguum tempore ris interual lum

C in nascendo separati, in conceptu autem per vnum concubitu vno etiā momento se minati?

De geminorum simili dissimiliq; valetudine. Cap. II.

*Al. L.
tibus.*

Cicero dicit Hippocratē nobilissimum medicum scriptū reliquiss, quosdam fratres cum simul egrotare cepissent: & eorum morbus eodem tempore ingraueceret, eodem leuaretur, geminos suspicatum. Quos Posidonius Stoicus multâ astrologia deditus, eadem constitutione astrorum natos, eademq; cōceptos solebat asserere. Ita qd medicus per tinere credebat ad simillimā temperiem valetudinis: hoc philosoph⁹ astrologus ad vim constitutionemq; syderum, quæ fuerat quod tempore cōcepti natu sunt. In hac causa multo est acceptabilior, & de proximo credibiliior coniectura medicinalis: qd parentes vt erant corpore affecti dum concubarent, ita primordia conceptorum affici potuerunt, vt consecutis ex materno corpore priorib. incrementis paris valetudinis nascerentur: deinde in vna domo eisdem alimentis nutriti, vbi aeré, & loci positionem, & vim aquarū, plurimum valere ad corpus, vel bene vel male accipiendo medicina testatur: eisdem ēt exercitationibus assuefacti, tam similia corpora gerent, vt etiam ad egrotandum vno tempore eisdemq; causis similiter mouerentur. Constitutionem vero celi ac syderum, quæ sunt quando concepti sunt natu, velle trahere ad istam egrotandi parilitatem, cū tam multa diuersissimi generis animalia diuersissimorum affectum, & euentuum eodem tempore in vniū regionis terra eidem celo subditā, potuerunt concipi & nasci: nescio cuius sit insolentia. Nos aut nouimus geminos non solum actus & peregrinationes habere diuerfas, verum etiam dispares egritudines perpetu. De qua re facillimam, quantū mihi videtur, rationem redderet Hippocrates, diuersis alimentis & exercitationibus, quæ non de corporis temperatione, sed de animi voluntate veniunt, dissimiles eis accidere potuisse valetudines. Porro autem Posidonius vel quilibet fatalium syderū assertor, mirū si potest hic inuenire quid dicat, si nolit imperitorum mentibus in eis quas nesciunt rebus illudere. Quod n. conantur effere de interuallo exigui temporis, qd inter se gemini dum nascerentur, habuerunt, pp celi particulam, vbi ponitur horæ notatio, quam

quam horoscopum vocant: aut non tantum valet, quanta inuenitur in geminorum voluntatibus, actibus, moribus, causisque diuersitas: aut plus etiam valet, quam est geminorum vel humilitas generis eadem vel nobilitas; cuius maximam diuersitatem non nisi in hora, qua quisq; nascitur ponit. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut eadem pars horoscopi maneat: cuncta paria quoq; , que in nullis possunt geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, parentes diuersos querere, quos gemini habere non possunt.

K De argumento quod ex rota figuli Nigidius Mathematicus assumpsit
in quæstione geminorum.
Cap. III.

F Rustra itaque assertur nobile illud com-
mentum de figuli rota, quod respondisse ferunt. Nigidium hac quæstione turbatum, unde & figulus appellatus est. Dum enim rotam figuli vi quantâ potuit intorsu-
set, currente illa bis numero de atramento, tanquam uno eius loco summa celeritate percusit: deinde iuuenta sunt signa, quæ fixerat desistente motu, non paruo interullo in rote illius extremitate distantia. Sic, in-
quit, in tanta celi rapacitate etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quan-
ta rotam bis ipse percussi, in celi spatio plu-
rimum est. Hinc lunt, inquit, quæcunq; dissi-
All. Mo-
tibus. millima perhibentur in * moribus casibusq; geminorum. Hoc figmentum fragilius est, quia vasa que illa rotatione singuntur. Nam si tam multum in celo interest, quod constel-
lationibus comprehendendi non potest, ut alte-
ri geminorum hereditas obueniat: alteri no-
n obueniat: cur audent ceteris, qui gemini no-
n sunt, cum inspexerint eorum constellationes
talia pronunciare, que ad illud secretum per-
tinent, quod nemo potest comprehendere,
N & momentis annotare nascentium? Si autem propterea talia dicunt in aliorum genituris: quia hæc ad productiora spatia temporum pertinent: momenta vero illa partium minu-
tarum, que inter se gemini possunt habere nascentes, rebus minimis tribuuntur, de qua libus mathematici non solent consuli. Quis enim consulat, qñ sedeat, quando deambu-

let, quando vel quid prandeat? nunquid ista dicimus, quando in moribus, operibus, casibusq; geminorum plurima, plurimumque diuerfa monstramus?

C De Esau & Jacob geminis multum inter se
morum & actionum qualitate dispa-
ribus. Cap. IIII.

N Ati sunt duo gemini antiqua patru me-
moria, ut de insignibus loquar, sic alter
post alterum, ut posterior plantam prioris
teneret, Tanta in eoru vita fuerunt moribusq;
diuersa, tanta in actibus disparilis, tanta in
parentum amore dissimilitudo ut etiā inimi-
cos eos inter se faceret ipsa distantia. Nun-
quid hoc dicitur, quia uno ambulante, aliis
sedebat: & alio dormiente, aliis vigilabat:
alio loquente, aliis tacebat: quæ pertinent ad
illas minutias, que non possunt ab eis compre-
hendendi qui constitutionem syderum, qua
quisq; nascitur, se ribunt, unde Mathematici
consultantur? Vnus duxit mercenariam seruitutem, aliis non seruuit: vnu à matredili-
gebatur, aliis nō diligebatur: vnu honorem,
qui magnus apud eos habebatur, amisit, al-
ter adeptus est. Quid de vxoribus, quid de fi-
lijs, quid de rebus, quanta diuersitas?

Quibus modis conuincantur Mathematici
yanam scientiam profiteri.

Cap. V.

SI ergo hæc ad illas pertinent minutias
temporum, quæ inter se habent gemini,
& constellationibus non adscribuntur, quare
aliorū cōstellationibus inspectis ista dicun-
tur. Si autē ideo dicuntur, quia nō ad minu-
ta incomprehensibilia, sed ad temporū spa-
tia pertinet, quæ obseruari notariq; possunt:
quid hic agit rota illa luti figuli, nisi vt homi-
nes luteū cor habentes in gyru mittantur ne
Mathematicorū vaniloquia conuincantur?
Quid deniq; ijdem ipsi, quorū morbi, quod
eodē tempore grauior leuiorq; apparebat
amborū, medicinaliter inspiciens Hippocra-
tes, geminos suspicatus est? Nonne satis istos
redarguunt, qui volunt syderibus dare quod
de corporum simili temperatione veniebat?
Cur n. similiter codemq; tpe nō alter prior,
alter posterior ægrotabant, sicut nati fue-
All. Hippo-
crates,
duos ego
tantes ge-
minos a-
rant:

D. A VRELII AVG. DE CIVITATE DEI

rant: quia vtique simul nasci ambo non poterant? Aut si nihil momenti attulit, vt diuersis temporibus ægrotarent, quod diuersis temporibus nati sunt, quare tempus in nascendo diuersum ad aliarum rerū diuersitates valere contendunt? Cur poterunt diuersis temporibus peregrinari, diuersis temporibus ducere vxores, diuersis temporibus filios procreare: & multa alia, ppter ea qd diuersis tempo-

Eribus nati sunt, & non potuerunt eadē causa diuersis etiā tēporibus ægrotare: & enim disper nascendi mora mirauit horoscopum, & disparilitatē intulit ceteris rebus, cur illud in ægritudinibus mā sit, quod habebat in tēporis æqualitatē cōceptus? Aut si fata valetudinis in conceptu sunt, aliatū vero rerū in ortu esse dicuntur, non haberet, inspectis natiliū constellationibus de valetudine aliquid dicere, quando eis inspicienda conceptiona lis hora non datur? Si autem ideo prænūciat ægritudines, non inspecto conceptionis horoscopo: quia indicat eas momenta nascētiū, quo diceret cui libet eorum geminorum ex natuitatis hora, quādō ægrotatus esset; cum & alter qui non habebat eandē horam natuitatis necesse haberet pariter ægrotare? Deinde quero, si tanta distantia est temporis **F** in natuitate geminorū, vt per hanc oporteat eis constellationes fieri diuersas pp diuersum horoscopū: & ob hoc diuersos oēs cardines, vbi tanta vis ponitur, vt hinc etiā diuersa sint fata, vnde hoc accidere potuit, cū eorū conceptus diuersum tēpus habere non possit? Aut si duorū uno momento temporis conceptorū potuerunt esse ad nascendū fata disparia, cur non & duorū uno momento tēporis natorū possint esse ad viuēdū atq; moriendū fata disparia? Nā si vnum momentum quo ambo concepti sunt non impediuit, vt alter prior, alter posterior nasceretur: cur vno momento si duo nascuntur, impedit ali quid, vt alter prior, alter posterior moriatur? Si conceptio momenti vnius diuersos casus in utero geminos habere permittit: cur natuitatis momenti vnius nō ēt quolibet duos in terra diuersos casus habere permittat? Ac vt omnia huius artis vel potius vanitatis cōmenta tollantur, quid est hoc quod uno tempore, vno momento, sub vna eademq; celi positione concepti diuersa habent fata, qua illos perducant ad diuersarum horarum na-

tuitatem: & vno momento temporis sub vna eademq; celi positione, de duabus matribus duo pariter nati, diuersa fata habere non possunt quæ illos perducant ad diuersam viuendi vel moriendi necessitatē? An concepti nondū habēt fata, qd nisi nascātur, habere non potuerunt? Quid ergo qd dicūt, si hora conceptionalis intentionis, multa ab istis dīci posse diuinitus? Vnde etiā illud à nonnullis prēdicatur, quod quidā sapiens horā elegit, qua cum vxore concumberet, vnde filiū mirabilē gigneret. Vnde postremo & hoc est quod de illis pariter ægrotantibus geminis Posidonius magnus astrologus, idemq; philosophus respōdebat: ideo fieri, quod eodē tempore fuissent nati, eodēq; concepti. Nam vtiq; propter hoc addebat conceptionē, ne diceretur ei nō ad liquidum eodē tempore potuisse nasci, quos constabat omnino eodem tempore fuisse conceptos: vt hoc quod similiter simulque ægrotabant, non daret de proximo pari corporis temperamento, sed eadē quoq; valetudinis parilitatē sydereis nexibus alligaret. Si igitur in conceptu tanta vis est ad æqualitatem fatorum, non debuerunt nascendo eadem fata mutari. Aut si propter ea mutantur fata geminorum, quia tēporibus diuersis nascuntur, cur non potius intelligamus iam fuisse mutata, vt diuersis temporibus nascerentur? Itane non mutat fata natuitatis voluntas viuentium, cum mutet fata conceptionis ordo nascientium.

De geminis disparis sexus. Cap. VI.

Q Vanquam & in ipsis geminorū conceptibus, vbi certe amborū eadem natuitatis sunt temporū, sēpe fit, vt sub eadē constellatione fatali alter concipiatur masculus, alter femina. Notimus geminos diuersi sexus: ambo adhuc viuunt, ambo atate vigent adhuc. Quorū cum sint inter se similes corporū species quanto in diuerso sexu potest: instituto tamē & proposito vita ita sunt di spares, vt prēter actus, quos necesse est à viri libus distare feminas, ille in officio comitis militat, & à sua domo penē semper peregrinatur: illa de solo patrio, & de rure proprio non recedit. Insuper quod est incredibilis, si australia fata credantur: non autem mirum si voluntates hominum & Dei mūnera

All. S.
per feta
tionem in
hoē no
fieri.

Knēra cogitentur. Ille coniugatus, illa virgo
sacra est, ille numerosam prolem genuit, illa
nec nupis. At enim plurimum vis horosco-
pi valet. Hoc quam nihil sit, iam satis differ-
ui. Sed qualemque sit, in ortu valere dicūt.
Nunquid & in conceptu, vbi & vnum con-

A. l. Su
*per feta-
tionem in
hoīe non
fieri.*
cubitum esse manifestum est? Et tanta naturę
vis est, vt cum conceperit fēmina, deinde al-
terum concipere omnino non possit? Vnde
necessē est, eadem esse in geminis momenta
conceptus. An forte quia diuerso horosco-
po nati sunt, aut ille in masculum dum nasce-
rentur, aut illa in fēminam commutata est?
Cum igitur non v̄lquequaque absurde dici
possit ad solas corporuin differentias affla-
tus quosdam valere sydereos, sicut in solari-
ribus accessibus & decessibus videmus etiā
ipsius anni tempora variari, & lunaribus in-
crementis atq; decremētis augeri, & minui
quedam genera rerum: sicut echinos, & cō-
chas, & mirabiles astus Oceani: non autem
& animi voluntates positionibus syderū sub-
di; nunc isti, cum etiam nostros actus inde re-
ligare conantur, admonent, vt queramus: vn-
de nec in ipsis quidem corporibus eis pos-
sit ratio ista constare. Quid enim tam ad cor-
pus pertinens, quam corporis sexus? Erramē
sub eadem positione syderum diuersi sexus
gemini concipi potuerunt. Vnde quid inspi-
cientius dici aut credi potest, quam syderū
positionem, quę ad horam conceptionis ea-
dem ambobus fuit, facere non potuisse, vt
cum habebat eandem constellationem, se-
xum diuersum à fratre non haberet: & posi-
tionem syderum, quę fuit ad horam naſcen-
tium facere potuisse, vt ab eo tam multū vir-
ginali sanctitate distaret?

L

De electione diei, quo vxor ducitur, quove
in agro aliquid plantatur aut seritur.

Cap. VII.

IAm illud quis ferat, quod in eligendis die-
bus noua quedam suis actibus fata moliū-
tur? Non erat videlicet ille ita natus, vt habe-
ret admirabilem filium, sed ita potius, vt co-
temptibilem gigneret: & ideo vir doctus ele-
git horam qua misceretur vxori. Fecit ergo
fatum quod non habebat, & ex ipsius fato
cepit esse fatale, quod in eius nativitate non
fuerat. O stultitiam singularem, eligitur dies

vt ducatur vxor. Credo propterea, quia po-
test in diem non bonum, nisi eligitur incur-
ri, & infelicer duci. Vbi est ergo quod na-
scenti iam sydera decreuerunt? An potest ho-
mo quod ei iam constitutum est diei electio-
ne mutare: & quod ipse in eligendo die con-
stituerit, non poterit ab alia potestate muta-
ri? Deinde si soli homines, non autem om-
nia quę sub cęlo sunt constellationibus sub-
iacent, cur alios eligunt dies accommoda-
tos ponendis vitibus vel arboribus, vel sege-
tibus: alios dies pecoribus, vel domandis, A
vel admittendis maribus, quibus equarum
vel boum s̄tentur armenta, & cetera hu-
iūmodi? Si autem propterea valēt ad has res
dies electi, quia terrenis omnibus corpori-
bus, siue animalibus, siue non animantibus,
secundum diuersitates temporalium momē-
torum, & syderum positio dominatur: con-
siderent quā innumerabilia sub uno tem-
poris puncto vel n̄ ascantur, vel orientur, vel
inchoantur: & tam diuersos exitus habeant,
vt istas obseruationes cuius puerō ridendas
esse persuadeant. Quis enim est tam excors,
vt audeat dicere, omnes arbores, omnes her-
bas, omnes bestias, serpentes, aues, pisces, ver-
miculos momēta nascendi singillatim habe-
re diuersa? Solent tamen homines ad tuen-
dam peritiam Mathematicorum afferre ad
eos constellationes multorum animalium,
quorum ortus propter hanc explorationem
domi suę diligenter obseruant, eosque Ma-
thematicos praeferunt ceteris, qui constella-
tionibus inspectis dicunt non esse hominem
natūm, sed pecus. Audent etiam dicere que-
le pecus, vtrum aptum lanico, an vestitioni,
an aratro, an custodiæ domus. Nam & ad ca-
nina fata tentantur, & cum magnis admirant-
iūt clamoribus ista respondent. Sic des-
piunt homines, vt existimant cum homo na-
scitur, ceteros rerum ortus ita inhiberi, vt
cum illo sub eadem cęli plaga, nec musca
nascatur. Nam si admirant, procedit ratio-
cinatio, quę gradatim accessibus modicis
eos à muscis ad camelos elephantosque per-
ducat. Nec illud volunt aduertere, quod ele-
ctio ad seminandum agrum die, tam multa
grana in terram simul veniunt, simul ger-
minant, exorta segete simul herbescunt, pu-
bescunt, flauescunt, & tamen inde spicas cę-
teris coquas, atque, vt ita dixerim, conger-

Aug. Tomus Quintus. F mina-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Cminales alias rubigo interimit, alias aues de-populantur, alias homines auellunt? Quomo-do isti alias cōstellationes fuisse dicturi sunt quas tam aduersos exitus habere conspiciūt? An hos penitebit his rebus dies eligere, eas-que ad cēlestē negabunt pertinere decretū, & solos syderibus subdent homines, quibus solis in terra Deus dedit liberas voluntates? his omnibus consideratis, non immerito cre-ditur, cum astrologi mirabiliter multa vera respondent, occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas, & noxiās opiniones de astralibus fatis in-serere humanis mentibus atque firmare, non horoscopi notati, & inspecti aliqua arte, quę nulla est.

Ak. I. A-
strologi
quando
vera re-
spondeat.

De his qui non astrorum positionem, sed connexionem causarum ex Dei volun-tate pendente fati nomine ap-pellant. Cap. VIII.

Qui vero non astrorum constitutionē, sicuti est cum quidq; concipitur, vel nascitur, vel inchoatur, sed omnium conne-xionem seriemque caularum, qua sit, omne quod sit, fati nomine appellant: non multum cum eis de verbi controuersia laborandum atque certandum est: quandoquidem ipsum causarum ordinem, & quandam connexio-nem Dei summi tribuant voluntati & pot-e-stati, qui optime & veracissime creditur & cuncta scire antequam fiant, & nihil inordi-natum relinquare: à quo sunt omnes potesta tes, quanvis ab illo non sint omnium volun-tates. Ipsam itaque præcipue Dei summi vo-luntatem, cuius potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur, eos appellare fatū sic pro-batur. Annei Senecæ sunt, nisi fallor, hi ver-sus: *Duc me summe pater, alti dominator o-lympi, Quocunq; placuerit, nulla parendi mora est. Assum impiger, fac nolle, comita-bor gemens: Malusq; patiar facere, quod li-cuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Nempe eidensisime hoc vltimo versū, ea fata appellavit, quam supra dixerat summi patris voluntatem. Cui se paratū obe-dire dicit, vt volens ducatur, ne nolens traha-tur: quoniam scilicet ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Illi quoque versus Home-rici huic sententiæ suffragantur, quos Cice-*

Ak. I. Deo
via nota
antequā
fiant.

Ak. lib.
epist. 18.

ro in Latinum vertit: Tales sunt hominum mentes qualis pater ipse Iuppiter auctiferas lustrauit lumine terras. Nec in hac quæstio-ne authoritatem haberet poetica sententia. Sed quoniam Stoicos dicit, vim fati afferen-tes, istos ex Homero versus solere usurpare, non de illius poetę, sed de istorum philoso-phorum opinione tractatur, cum per istos versus quos disputationi adhibent, quam de fato habent, quid sentiant esse fatum, apertis simē declaratur: quoniam Iouem appellant, H quem summum Deum putant, à quo conne-xionem dicunt pendere fatorum.

De præscientia Dei & libera hominis volun-tate contra Ciceronis definitio-nem. Cap. IX.

Hos Cicero ita redarguere conatur, vt non existimet aliquid se aduersus eos valere, nisi auferat diuinacionem. Quā sic co-natur auferre, vt neget esse scientiam futuro-rum, eamq; omnibus viribus nullā esse om-nino contendens, vel in Deo vel in homine, nullamq; rerum prædictionem. Ita & Dei præscientiam negat, & omnem prophetiam luce clariorem conatur euertere: vanis argu-mentationibus & opponendo sibi quedam oracula, quę facile possunt refelli: quę tamē nec ipse conuincit: In his autem mathema-ticorum conjecturis refutandis eius regnat oratio, quia vere tales sunt, vt se ipse destruat & resellant, Multo sunt autem tolerabili-orēs, qui vel sydera fata constituunt, quā iste, qui tollit præscientiam futurorum. Nam & confiteri esse Deum, & negare præcium fu-turorum, apertissima insania est. Quod & ipse cum videret, etiam illam tentauit asse-re, quod sciprum est, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: sed non ex sua per-sona, vidit enim quam esset inuidiosum & moleustum, ideoque Cottam fecit disputan-tem de hac re aduersum Stoicos in libris de deorum nat. & pro Lucilio Balbo, cui Stoi-corum partes & defendendas dedit, maluit ferre sententiam, quam pro Cotta, qui nul-lam naturam diuinā esse contendit. In libris vero de diuinatione ex seipso apertissime op-pugnat præscientiam futurorum. Hoc autē totum facere videtur, ne fatum esse con-sentiat & perdat liberā voluntatem. Putat enim concessa

p. 31.

53.

concessa scientia futurorum, ita esse consequens fatum, ut negari omnino non posset. Sed quo modo se habeant tortuissima concertationes & disputationes philosophorum: nos vt confitemur summum & verum Deum, ita voluntate summaq; potestatem, ac praescientiam eius confitemur. Nec timemus ne ideo uoluntate non faciamus, q; uoluntate facimus; quia id nos facturos ille praesciuit, cuius praescientia falli non potest. Quod

K Cicero timuit, ut oppugnaret praescientiam: & Stoici, ut non omnia necessitate fieri dicerent, quamvis omnia fato fieri contenderent. Quid est ergo q; Cicero timuit in praescientia futurorum, ut eam labefactare disputatione detestabili niteretur? Videlicet quia si praesita sunt omnia futura, hoc ordine uenient, quo uentura esse praescrita sunt. Et si hoc ordine uenient, certus est ordo rerum, praescient Deo: & si certus est ordo rerum certus est ordo causarum. Non n. aliquid fieri potest, q; non aliqua efficiens causa praecesserit. Si aut certus est ordo causarum, quo fit omne q; fit: fato, inquit, sunt omnia quæ sunt. Quod si ita est nihil est in nostra potestate, nullumq; est arbitriu uoluntatis. Quod si concedimus, inquit, omnis humana uita subuertitur: frustra leges dantur, frustra obiurgationes, laudes, uituperationes, exhortationes adhibentur, neq; ulla iustitia bonis premia, & malis supplicia constituta sunt. Hæc ergo ne consequantur indigna, & absurdæ, & pernitosæ rebus humanis, non vult esse praescientiam futurorum: atq; in has angustias Cicero coarctat animū religiosum, ut unum eligat è duobus: aut esse aliquid in nostra uoluntate, aut esse praescientiam futurorum: qm̄ utrumq; arbitratur esse non posse: sed si alterum confirmatur, alterum tolli: si elegerimus praescientiam futurum, tolli uoluntatis arbitrium: si elegerimus uoluntatis arbitrium, tolli praescientiam futurum. Ipse itaq; ut vir magnus & doctus, & uitæ humana plurimæ ac peritisime consulens, ex his duob. elegit liberum uoluntatis arbitrium. Quod ut cōfirmaretur, negauit praescientiam futurum: atq; ita dum uult facere liberos, facit sacrilegos. Religiosus autem animus utrumq; eligit, utrumq; confitetur, & fide pietatis utrumq; confirmat. Quo, inquit. Nam si est praescientia futurorum, sequuntur illa omnia, quæ cōnexa sunt, donec

eo perueniatur, ut nihil sit in nostra uoluntate. Porro si est aliquid in nostra uoluntate, eisdem recursis gradibus eo peruenitur, ut nō sit præscientia futurorum. Nā per illa omnia sic recurritur. Si est uoluntatis arbitrium, nō omnia fato sunt. Si non omnia fato sunt, nō est omnium certus ordo causarum. Si certus causarum ordo non est, nec rerum certus est ordo praescienti Deo, quæ fieri non possunt, nisi præcedentibus & efficientibus causis. Si rerum ordo praescienti Deo certus non est, non omnia sic ueniunt, ut ea uentura praesciuit. Porro si non omnia sic ueniunt, ut ab illo uentura praescrita sunt, non est, inquit, in Deo præscientia omnium futurorum. Nos aduersus istos sacrilegos ausus atq; impios, & Deū dicimus omnia scire antequam fiant: & uoluntate nos facere, quicquid à nobis nō nisi uolentibus fieri sentimus, & nouimus. Omnia uero fato fieri non dicimus, immo nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomē ubi solet à loquentibus ponī, id est, in constitutione syderum, qua quisq; conceptus aut natus est: quoniam res ipsa inaniter afferitur nihil ualere monstramus. Ordinem aut causarum, ubi uoluntas Dei plurimum potest, neq; negamus, neq; fati uocabulo nuncupamus, nisi forte ut fatum à fando dictum intelligamus, i. à loquendo: non enim abnuere possumus esse scriptum in literis sanctis, Semel locutus est Deus duo hæc audiū: qm̄ potestas est Dei: & tibi dñe misericordia, quia tu reddes unicuique secundum opera eius. Quod n. dictum est, semel locutus est: intelligitur immobiliter, hoc est, incōmutabiliter est locutus, sicut nouit incōmutabilitatem omnia, quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est. Hac itaq; ratione possemus à fando fatum appellare, nisi hoc nomen in alia re soleret intelligi, quo corda hominū nolumus inclinari. Non est aut consequens, ut si Deo certus est omnium ordo causarum, ideo nihil sit in nostra uoluntatis arbitrio. Et ipse quippe nostra uoluntates in causarum ordine sunt, qui certus est Deo, eiusq; praescientia continet: qm̄ & humanæ uoluntates humanorum operum cause sunt. Atque ita qui omnes rerum causas praesciuit, profecto in eis causis est nostrorū operum causas esse praesciuit. Nam & illud quod idem Cicero cōcedit, nihil fieri,

AL. I.F. 10
nullæ sic-
ri.

Psal. 61.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Si causa efficiens nō præcedat, satis est ad eū in hac quæstione redargendum. Quid n. eū adiuuat, q̄ dicit: Nihil quidem fieri sine causa, sed non omnem causam esse fatalem, quia est causa fortuita, est naturalis, est voluntaria: Sufficit quia omne quod fit, non nisi causa præcedente fieri cōfitetur. Nos enim eas causas, quæ dicuntur fortuitæ, vnde etiam fortu-

Bna nomen accepit, non esse dicimus nullas, sed latentes easq; tribuimus, vel Dei veri, vel quorumlibet spirituum voluntati: ipsasq; natu-
*al. l. Causæ volun-
tarie.*

rae. Iam vero causæ voluntariæ aut Dei sunt, aut angelorū, aut hominum, aut quorumq; animalium: si tamen appellandæ sunt voluntates animalium rationis expertum motus il- li, quibus aliqua faciunt secundum naturam suam, cū quid boni malive vel appetunt, vel evitant. Angelorum autem voluntates dico, siue bonorum, quos angelos Dei dicimus: siue malorum, quos angelos diaboli, vel etiā dæmones appellamus. Sic & hominum bonorum scilicet, & malorum: ac per hoc col- ligitur non esse causas efficiens omniū que sunt, nisi voluntarias illius naturæ, scilicet, qua spiritus vita est. Nam & aer iste siue ven-

Gen. r.
**Al. l. spi-
ritus vita**

tus dicitur spiritus: sed quoniam corpus est, non est spiritus vita. Spiritus ergo vita, qui vivificat omnia, creatorque est omnis cor- poris & omnis creati spiritus, ipse est Deus. Vtique spiritus non creatus. In eius volunta-

Al. l. que

te summa potestas est, * qui creatorum spi- rituum voluntates bonas adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat, & quibusdam tribuit potestatem, quibusdam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum creator est, ita om- nium potestatum dator non voluntatum. Ma-

**Al. l. vo-
luntas
male à
Deo non
sunt.**

la quippe voluntates ab illo non sunt, quo- niam contra naturam sunt, quæ ab illo est. Corpora igitur magis subiacent voluntati- bus: quædam nostris, id est, omnium animantium mortalium, & magis hominum quam bestiæ: quædam vero angelorū, sed omnia ma- xime Dei voluntati subdita sunt. Cui etiam voluntates omnes subiectiuntur: quia non ha-

Cebent potestatem, nisi quā ille concedit. Cau- sa itaque rerum quæ facit, nec sit, Deus est. Aliæ vero causæ, & faciunt, & sunt: sicut sunt omnes creati spiritus, & maxime rationales. Corporales autem causæ, quæ magis sunt,

quam faciunt, non sunt inter causas efficien- tes anumerandæ, quoniam hoc possunt, q̄

ex ipsis faciunt spirituum voluntates. Quo- modo igitur ordo causarum, qui præscienti certus est Deo, id efficit, vt nihil sit in nostra voluntate, cum in ipso causarum ordine ma-

gnum habeant locum nostræ voluntates? Cō-

tendat ergo Cicero cum eis qui hunc causa-

rum ordinem dicunt esse fatalem, vel potius

ipsum fati nomine appellant, quod nos ab-

horremus: præcipue propter vocabulum,

q̄ non in re vera consuevit intelligi. Quod

vero negat ordinem omnium causarum es-

se certissimum, & Dei præscientiae notissi-

mū, plus eum quam Stoici detestamur. Aut

enim Deum esse negat, quod quidem indu-

cta alterius persona in libris deorum na-

tura facere molitus est, aut si esse confitetur

Deum, quem negat præcium futurorum, et

sic dicit nihil aliud, quam quod ille dixit insi-

piens in corde suo, non est Deus. Qui enim

non est præciosus omnium futurorum, non

est viiq; Deus. Quapropter & voluntates no-

stræ tantum valent, quantum Deus eas vale-

re voluit atque præsciuit: & ideo quicquid

valent, certissime valent: & q̄ facturæ sunt

ipsæ omnino facturæ sunt: quia valituras at-

que facturas ille præsciuit, cuius præscientia

falli non potest. Quapropter si mihi fati no-

men alicui rei adhibendum placeret, magis

dicerem fatum esse infirmioris, potentioris

voluntatem qui eum habet in potestate, quā

illo causarum ordine, quem non vistato, sed

suo more Stoici fatum appellant arbitrium

nostræ voluntatis auferri.

An voluntatibus hominum aliqua domine- tur necessitas. Cap. X.

VNDE nec illa necessitas formidanda est quā formidando Stoici laborauerunt: causas rerum ita distinguere, vt quasdam sub traherent necessitatib; quasdam subderent: atque in his quas esse sub necessitate noluerūt, posuerunt ēt nostras voluntates, ne videlicet non essent liberæ, si subderentur necessitatib;. Si enim necessitas nostra illa dicēda est, quæ non est in nostra potestate, sed etiam si nolu- mus, efficit quod potest, sicut est necessitas mortis: manifestū est voluntates nostras, qui- bus recte, vel perperā viiuitur, sub tali neces- sitate

*al. l. Volun-
tares in
causarū
ordinem
gnūm lo-
cū habet.*

*al. l. Neg-
gan pre-
scientiam
Dei, Deū
ipsum ne-
gat.*

D

*al. l.
Deū p-
scion
tuor
& lib-
hōs
voluntat-*

sitate nō esse. Multa enim facimus, quæ si nollemus, nō vtiq; facheremus. Quo primitus p̄tinet ipsum velle: nā si volumus, est: si nolumus, nō est. Nō enim vellemus, si nollemus. Si autem illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, vt ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertate auferat voluntatis. Neq; n. &c vitam Dei & p̄ficiātā Dei sub necessitate ponimus, si dicamus, necesse esse Deum semper vivere, & cuncta p̄fici: sicut nec potestas eius minuitur, cū dicitur mori falliq; non posse. Sic enim hoc non potest, vt potius si posset, minoris esset vtiq; potestatis. Recte quippe omnipotens dicitur: qui ta mea mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo, q; vult, non petiendo quod non vult. Quod si accideret, nequaquā esset omnipotens: Vnde propterea quādam non pōt, quia omnipotens est. Sicut etiā cū dicimus necesse est esse: vt cū volumus, libe ro velimus arbitrio: & verum proculdubio dicimus: & non ideo ipsum liberū arbitriū necessitati subiçimus, quę adimit libertatē.

Sunt igitur nostræ voluntates, & ipse faciūt, quicquid volēdo facimus, q; nō fieret si nollemus. Quicquid autē aliorū hominum voluntate nolens quisq; patitur, etiam sic voluntas valet, et si non illius tamen hominis voluntas, sed potestas Dei est. Nam si voluntas tantum esset, nec posset quod vellet, potentio re voluntate impediretur. Nec sic tamen voluntas, nisi voluntas esset, nec alterius, sed eius esset, qui vellet, et si non posset implere quod vellet. Vnde quicquid præter suā voluntatē patitur homo, nō debet tribuere humani, vel angelicis, vel cuiusquā creati spiri tus voluntatibus, sed eius potius, qui dat potestatē voluntatibus. Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, quia Deus p̄ficiuit qd futurū esset in nostra voluntate. Nō enim

K qui hoc p̄ficiuit nihil p̄ficiuit. Porro si ille qui p̄ficiuit, quid futurū esset in nostra voluntate: non vtiq; nihil, sed aliquid p̄ficiuit: profecto & illo p̄ficiente, est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur, aut retenta p̄ficiātia Dei, tollere voluntatis arbitriū: aut retento voluntatis arbitrio, Deū, quod nefas est, negare p̄ficiū hōs, esse futurorū: sed vtrunq; amplectimur, vtrunq; voluntatē. fideliter & veraciter confitemur. Illud vt be

ne credamus, hoc, vt bene viuamus. Male aut viuitur, si de Deo non bene creditur. Vnde abſit à nobis eius negare p̄ficiātiam, vt liberi esse velimus, quo adiuuante sumus liberi vel erimus. Proinde non frustra sunt leges, obiurgationes, exhortationes, laudes, & vituperationes: quia & ipsas futuras esse p̄ficiat, & valent plurimum quantum eas valutas esse p̄ficiuit: & p̄r̄ces valent ad ea impetranda, quę se p̄t̄cantibus concessurū esse p̄ficiuit: & iulta p̄r̄mia bonis factis, B & peccatis supplicia constituta sunt. Neque Al. I. Nō enim ideo peccat homo, quia Deus illū pec caturum p̄ficiuit: immo ideo non dubitat hōmō ipsum peccare, cum peccat: quia ille, cu Deus p̄ficiātia falli non potest: non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum p̄ficiuit, qui si nolit om nino, non peccat: sed si peccare noluerit, etiā hoc ille p̄ficiuit.

De vniuersali prouidentia Dei cuius legibus omnia continentur. Cap. X I.

D eus itaq; summus & verus cum verbo suo, & ip̄situ sancto, quę tria vnū sunt Deus vnu omnipotēs creator & factor omnis anima, atq; omnis corporis, cuius sunt participatione felices, quicunq; sunt veritate, non vanitate felices: qui fecit hominē rationale animal ex anima & corpore: qui eū peccantem nec in punitū esse pernauisit, nec sine misericordia dereliquit: qui bonis & malis essentiā etiā cum lapidibus, vitā semi nalement etiā cū arboribus, vitam sensualē etiā cum pecoribus, vitam intellectualem cū solis angelis dedit, à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: à quo est mensura, numerus, pondus: à quo est quicquid naturaliter est, cuiuscūq; generis est, cuiuscunq; estimationis est: à quo sunt semina formarū, formae seminum, motus seminū atq; formarū. Qui dedit & carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis fecunditatem, membrorū dispositiōē, salutē, concordiam: qui & animē irrationali dedit memoriā, sensum, appetitū: rationali autē, insuper mentē, intelligentiā, voluntatem, qui non solū cęlum, & terram, nec solum angelū & hominem, sed nec exigui & cōtempbilis animantis uiscera, nec auis penulam, nec her-

D. AURELII AVG. DE CIVITATE DEI

bæ flosculum, nec arboris folium sine suarū partiū conuenientia, & quedā veluti pace dereliquit, nullo modo est credendus regna hominū eorūq; dominationes & seruitutes, à sūx pudentiē ligib⁹ alienas esse voluisse.

Quibus moribus antiqui Romani meruerunt ut Deus verus, quanvis non eum
E. colerent, eorum augeret imperium. Cap. XII.

PRoinde videamus quos Romanorum mores, & quam ob causam Deus verus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, cuius potestate sunt etiam regna terrena. qđ vt absolutius differere possemus, ad hoc pertinētem, & superiorē librum scripsimus, quod in hac re potestas nulla sit eorum deorum, quōs etiam rebus nugatorijs colendos putarunt, & pr̄sentis voluminis partes superiores, quas hucusq; perduximus, de fati quēstione tollenda, ne quisquam cui iam persua sum effet nō illorū deorum cultu Romanū imperium propagatum atq; seruatū, nescio cui fati potius id tribueret, quam Dei summi potentissimae voluntati. Veteres igitur primi; Romani quantum eorum docet & commendat historia, quanvis ut alij gentes excepta vna populi Hebreorum Deos falsos colerent, & nō Deo victimas, sed démonijs im molarent, tamen laudis audi, pecunia liberales erāt, gloriam ingente, duitias honestas volebant: hanc ardentere dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Ceteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate preffrerunt. Ipsam denique patriam suam, quoniam seruire videbatur in gloriam, dominari vero atq; imperare gloriolum, prius omni studio liberā, deinde dominam esse cōcupierunt. Hinc est quod regalem dominationem non ferentes, Al. Con annua imperia binosq; Imperatores sibi fecerunt, qui consules appellati sunt à consulendo, nō reges, aut domini a regnādo atq; dominando, cum & reges vt ijs à regendo dicti melius videantur, vt regnum à regibus reges autem vt dictum est à regēdo: sed fastus regius non disciplina putata est regentis, vel benevolentia consulentis, sed superbia dominantis. Expulso itaque rege Tarquinio, & consulibus institutis, secum est, quod

author in Romanorum laudibus posuit, qđ ciuitas incredibile memoratu adepta libertate, quantum breui creuerit, tanta cupido gloriae incesserat. Ista ergo laudis auditas, & cupido gloriae, multa illa miranda fecit, laudabilia scilicet atque gloria secundum hominum existimationem. Laudat idem Salustius temporibus suis magnos & praelatos viros G Marcum Catonem, & Caium Cesarem, dicens quod diu illa Respublica non habuit quenquam virtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti virtute, diuersis moribus. In laudibus autem Cesaris posuit, quod sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, ubi virtus enite scere posset, ita fidebat in votis virorum virtute magiorum, vt excitaret, in bellum miseras gētes & flagello agitaret Bellonam sa guineo, vt effet vbi virtus eorū enitesceret, hoc illa profecto laudis auditas, & gloriae cupido faciebat. Amore itaque primitus libertatis, post etiam dominationis, & cupidi ate laudis & gloriae, multa magna fecerunt, Reddit eis viriusque rei testimonium etiam poeta insignis eorum. Inde quippe ait: Nec nō Tarquinium electum Porsenna, iubebat: accipere, ingentique urbem obsidione premebat. Aeneadē in ferrum pro libertate rue bant. Tunc itaque magnum illis fuit aut fortiter emori, aut liberos viuere. Sed cum esset adepta libertas, tanta cupido gloriae incesserat, vt parum esset sola libertas nisi & dominatio quereretur, dum pro magno habere tur, quod velut loquente loue idem poeta dicit: Quin aspera Iuno, Quæ mare nunc terrasque metu, cœlumq; fatigat, Consilia in me lius referet, mecumque fouebit Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Sic placitum veniet lustris labentibus ætas, Cum domus Assaraci Phthiam clarasq; Mycenæ Seruitio premet, ac vieti dominabitur Argis. Hæ quidem Virgilius Iouem inducens tan quam futura prædicentem, ipse iam facta re colebat, cernebatq; præsentia. Verum propterea commemorare illa volui, vt ostenderem dominationem post libertatem sic habuisse Romanos vt in eorum magnis laudibus poneretur. Hinc est, & illud eiusdem poete, quod cū aliarū gentiū artibus eas ipsas prias Romanorum artes regnandi atque imperandi, & subigendi ac debellandi populos

Aene. 8.

Aene. 1.

Gloria

Galæ

Aen. 6. Ios anteponeret, ait. Excedent alij spirantia mollius aera: Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus: Orabunt causas melius, coeliq; meatus. Describent radio, & surgētia sydera dicent. Tu regere imperio populos Romane memento. Ha tibi erunt artes, pacif que imponere morem. Parcere subiectis, & debellare superbos. Has artes illi tanto periti exercebant, quanto minus se voluptatibus dabant, & eneruatione animi & corporis in concupiscēndis & augendis diuitijs, & per il las moribus corrūpendis rapiendo miseris ciuibus, largiendo scenicis turpibus. Vnde quim tales iam morū labes superabant, atq; abundabant, qñ scribebat ista Salustius, cane batq; Virgilius, non illis artibus honores & gloriam, sed dolis atq; fallacijs ambiabant. Vnde idem dicit: Sed primo magis ambitio quam auaritia animos hominum exercebat, qñ vitium proprius virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille, inquit, vera via nititur, huic quia bona artes defunt, dolis atque fallacijs contendit. Ha sunt illæ bona artes, per virtutem, si non per fallacem ambitionem ad honorem, & gloriam, & imperium peruenire, qua boni & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille, id est bonus vera via nititur. Via virtus est, qua nititur tanquam ad possessionis finem, i. ad gloriam, honorem, imperium. Hoc insitum, habuisse Romanos etiam deorum apud illos aedes indicat, quas coniunctissimas cōstituerunt Virtutis & Honoris pro dijs habentes, quæ dantur a Deo. Vnde intelligi potest quem finem volebant esse virtutis, & quo eam referebant, qui boni erant ad honorem, nam mali nec habebant eam, quamvis honore habere cuperet, quem malis artibus conabantur adipisci, i. dolis atq; fallacijs. Melius laudatus est Cato. De illo quippe ait: Quo minus perebat gloriam, eo magis illum sequeretur. Quandoquidē gloria est, cuius illi cupiditate flagabant, iudicium hominū bene de hominibus opinantium. Et ideo melior est virtus, quæ humano testimonio contenta nō est, nisi conscientia suę. Vnde dicit Apostolus: Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostræ. Et alio loco: Opus autem suum probet unusquisque, & tunc in semetipso tantu gloriā habebit, & non in altero. Gloriam ergo & honorem & imperium quæ sibi extabant: & quo bonis artibus peruenire nitebant boui non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Neque enim est vera virtus, nisi quæ ad eum finem tendit, vbi est bonum hominis, quo melius non est. Vnde & honores quos petiuit Cato, petere nō debuit, sed eos ciuitas ob eius virtutem nō petenti dare. Sed cum illa memoria duo Romani essent virtute magni, Cesar & Cato, longe virtus Catonis veritati vī propinquior fuisse, quam Cesaris. Proinde qualis esset illo tempore ciuitas, & antea qualis fuisset, videamus in ipsa sententia Catonis: Nolite, inquit, existimare maiores nostros armis Rempub. ex parua magnam fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus. Quippe sociorū atque ciuium præterea armorum & equorū maior copia nobis quam illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neq; libidine, neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam, publicè egescatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimen nullum, omnia virtutis premia ambitio possidet. Neq; mirum vbi vos separatis sibi quisque consilia capit, vbi domi volupatibus, hic pecunia aut gratiae seruitis. Bo fit, vt impetus fiat in vacuam Ré publicam. Qui audit hæc Catonis verba suue Salustij, putat quales laudantur Romani veteres omnes eos tales tunc fuisse vel plures. Non ita est, alioquin veranom essent, quæ ipse idem scribit, ea quæ commemorauit in secundo libro huius operis, vbi dicit, In iurias validiorum, & ob eas discessiones plebis a patribus, aliasque dissensiones domi fuisse, iam inde a principio, neque amplius a quo & modello iure actum, quam expulsis regibus: quamdiu metus a Tarquinio fuit, donec bellum graue, quod propter ipsum cum Hetruria suceptum fuerat, finiretur. Postea vero feruili imperio patres exercuisse plebem, regio more verberasse, agro pepulisse, & ceteris expertib. folios egisse in imperio. Quarum discordiarum dum illi dominari vellent, isti feruile nollent, fine fuisse bellum Punicum secundum. Quia rursus grauis metus cepit urgere, atque ab illis perturbationi-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Bus alia maiore cura cohibere animos inquietos, & ad concordiam reuocare ciuilem, sed per quosdam paucos, qui pro suo modo boni erant, magna administrabantur, atque illis toleratis ac temperatis malis, paucorum bonorum prouidentia res illa crescebat, sicut idem historicus dicit, multa sibi legenti, & audienti, quæ populi Romani domi militiae que mari atque terra praeclara facino

Ara fecerit, se libuisse attendere, quæ res maxime tanta negocia sustinuerat: quoniam sciebat sæpenumero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse Rom. cognouerat paruis copijs bella gesta cum opu lentiis regibus, sibique multa agitanti constare dixit, paucorum ciuium egregiam virtutem cuncta patruisse, eo que factum ut diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia, inquit, ciuitas corrupta est, rursus Respublica magnitudine sui imperatorum atque magistratum virtus sustentabat. Paucorum igitur virtus ad gloriam, honorem, imperium, vera via, id est, virtute ipsa nitentium etiam à Catone laudata est. Hinc erat domi industria, quam cōmemorauit Cato: ut aerarium esset opulentum, tenues res priuatae. Vnde corrupsi moribus vitium esse contrarium posuit publice egestatem: priuatim opulenceam. Quamobrem cum diu fuissent regna Orientis illustria, voluit Deus & Occidente fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustrius. Idque talibus potissimum concessit hominibus ad domanda grauia mala multarum gentium, qui causa honoris, laudis & gloriae consulenter patriæ, in qua ipsam gloriam requirebant, salutemque eius saluti sua præponere non dubitarent, pro isto uno vitio, id est amore laudis, pecunia cupiditatem, & multa alia vitia comprimentes.

B De amore laudis, qui cum sit vitium, ob hoc virtus putatur: quia per ipsum vitia maiora cohibentur. Cap. XIII.

N Am sanius videt, qui & amorem laudis vitium esse cognoscit. Quod nec Poetam fugit Horat. qui ait: Laudis amore tu mes: sunt certa piacula quæ te Ter purè lecto poterunt recreare libello. Idemque in car-

mine Lyrico, ad reprimendam dominandi libidinem ita cecinit: Latius regnes audum Libre 2, domando Spiritum, quam si Lybiā remo- carm.

tis Gadibus iungas, & vterque Pēnus Seruiat vni. Verumtamen qui libidines turpiores si de pietatis, impetrato spiritu sancto, & amo re intelligibilis pulchritudinis non refrenat, melius saltē cupiditate humanae laudis & glorie, non quidem iam sancti, sed minus turpes sunt. Etiam Tullius inde silere non potuit, in ijsdem lib. quos de Repub. scripsit,

vbi loquitur de instituendo Princepe ciuitatis: quem dicit alendum esse gloria: & conse- All. Prin cept: alen quanter commemorat maiores suos multa das glo- mira atq; præclara gloriae cupiditate fecisse. via.

Huic ergo vitio non solum non resistebant, verum id excitandum & accendendum esse censebant: putantes hoc utile esse Reipub. Quanquam nec in ipsis philosophia lib. Tullius ab hac peste dissimulet, vbi eam luce clarius confitetur. Cum enim de studijs talibus loqueretur, quæ utique sectanda sunt sine veritate boni non ventositate laudis humanae, hanc intulit vniuersalem generalemq; sententiam: Honos alit artes, omnesque accenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper quæ apud quosque improbantur.

De refendo amore laudis humanae, quoniam istorum gloria omnis in Deo Matt. sit. Cap. XIII.

H Vic igitur cupiditati melius resistitur fine dubitatione, quam creditur. Tanto enim quisq; est Deo similior, quanto ab hac immunditia muundior. Quæ in hac vita, & si non funditus eradicatur ex corde, quia et bene proficiens animos tentare non cessat, saltē cupiditas gloriae supereretur dilectione iustitiae. Ut si alicubi iacēt, quæ apud quosque improbantur: si bona, si recta sunt, etiam amor humanae laudis erubescat, & cedat a-

moris veritatis. Tam enim est hoc vitium ini- Al. I. Glo- mitum pia fidei, si maior in corde sit cupidi- riae cupi- ditas dile ctione in- flitis su- fidelis su- peranda Ioh. 5. ditorum. Quomodo potestis credere gloriam ab iniicē expectantes, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæ rentes? Item de quibusdam, qui in eum crediderant, & verebantur palā confiteri, ait Euangelista: Dixerunt gloriam hominum magis quam Dei. Quod sancti Apostoli

*Libre 2.
carm.*

Mat. 10. Apostoli non fecerunt. Qui cum in his locis prædicarent Christi nomen, vbi non solū improbabatur, sicut ille ait, iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improabantur, verum etiam summa detestationis habebatur, tenentes q; audierant à bono magistro, eodemq; medico mentium: Siquis me negauerit corā

Iuc. 13. hominibus, negabo eum coram patre meo, qui in cœlis est, & coram angelis Dei: inter maledicta & opprobria, inter grauiissimas persecutiones crudelesque poenas non sunt deterriti à predicatione salutis humanæ tanto fremitu offensionis humanæ. Et quod eos diuina facientes atque dicentes diuinèq; viuentes debellatis quodammodo cordibus duris, atque introducta pace iustitiae ingens in ecclesia Christi gloria consecuta est: non in ea tanquam in suæ virtutis fine quieuerit, sed eam quoque ipsam ad Dei gloriam referentes, cuius gratia tales erant. Isto quoque fomite eos quibus consulebant, ad amorem illius, à quo & ipsi tales fierent accendebant. Namque ne propter humanam gloriam boni essent, docuerat eos magister illorum dicens: Cauete facere iustitiam vestram coram hominib. vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Sed rursus ne hoc peruerse intelligentes hominibus placere metuerent, minusq; prodeßent latédo, quod boni sunt: demonstrans, quo fine innotescere deberet:

Matt. 5. Luceant, inquit, opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Non ergo vt videamini ab eis, idest, hac intentione, vt eos ad vos conuersti velitis, quia non per vos aliquid estis: sed vt glorificant patrem vestrum qui in cœlis est, ad quam conuersi fiant, quod estis.* Hoc fecuti sunt martyres, qui Scæuolas, & Curtios, & Decios nō sibi inferendo poenas, sed illatas ferendo: & virtute vera quoniam vera pietate, & innumeraria multitudine superarunt. Sed cum illi essent in ciuitate terrena: quibus propositus erat omnium pro illa officiorū finis, incolumentas eius, & regnum non in cœlo: sed in terra, non in vita æterna, sed in decessione morientium, & successione moriturorum: quid aliud amarent quam gloriam, qua volebant etiam post mortem tanquam viuere in ore laudantium?

All. lhos.

All. l. Gloriæ cupideitas dilectionis flitie superanda Ioan. 5.

Ioan. 12.

De mercede temporali, quam Deus reddidit bonis moribus Romanorum. Cap. XV.

Q Vibus ergo non erat Deus datus vi-tam æternâ cum sanctis angelis in ciuitate sua celesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, quæ non exhibet seruitutē religio-nis, quam latram Græci uocant: nisi uni uero Deo, si neq; hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, non red-deretur merces bonis artibus eorum, i. virtu-tibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere uidentur, ut glorificetur ab hominibus, etiam dñs ait: Amen dico uobi percepunt mercedem suam. Sic & isti priuatas res suas pro re communi, hoc est, Repub. & pro eius ærario contempserunt: auaritia restiterunt, consuluerunt patriæ con-silio libero, neque delicto secundum suas le-ges, neq; libidini obnoxij: his omnibus artibus tanquā uera uia nisi sunt ad honores, im-perium, gloriam: honorati sunt in omnib. fe-re gentib. imperij sui leges imposuerunt mul-tis gentibus: hodieq; literis & historia glo-riosi sunt penè in omniaib. gentibus. Non est, quod de summi & ueri Dei iustitia conque-reantur: percepunt mercedem suam.

*All. Pie-tas vera.
Latris.*

De mercede sanctorū ciuium ciuitatis æter-næ, quibus utilia sunt Romanarum exem-pla uirtutum. Cap. XVI.

M Erces autem sanctorum longè alia est etiam hic opprobria sustinetum pro ciuitate Dei, quæ mundi huius dilectoribus odiofa est. Illa ciuitas sempiterna est. Vbi nul-lus oritur, quia nulus moritur. Vbi est uera tas æter-næ & plena felicitas, non dea, sed donum Dei. na. Inde fidei pignus accipimus, quam diu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Ibi nō oritur Sol super bonos & malos, sed Sol iustitiae solos protegit bonos. Ibi non erit magna industria ditare ærarium publi-cum priuatis rebus angustis, ubi thesaurus communis est ueritatis. Proinde non solum ut talis merces talibus hominibus reddere-tur, Romanum imperium ad humanam glo-riam dilatatum est, uerum etiam ut ciues æ-ternae illius ciuitatis, quandiu hic peregrinantur, diligenter & sobrie illa intueantur exempla,

Matt. 5.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

exempla, & videant quanta dilectio debeatur superna patriæ propter vitam æternam, si tahtum à suis ciuib. terrena dilecta est propter hominum gloriam.

Quo fructu Rom. bella gesserint, & quātum his quos vicere contulerint.

Cap. XVII.

Q Vantum enim pertinet ad hanc vitam mortalium, quæ paucis diebus ducitur & finitur, quid interest, sub cuius imperio vivat homo moriturus, si illi qui impearant, ad impia & iniqua non cogant? An vero aliquid nocuerunt Romani gentibus, qui bus subiugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum: quod si concorditer fieret, id ipsum fieret, meliore successu: sed nulla esset gloria triumphantium. Neque enim & Romani non vivebant sub legibus suis, quas ceteris imponebant. Hoc sufficeret Reipub. nisi quia Marti & Bellona displicebat, vt nec victoria locum haberet, nemine vincente, vbi nemo pugnauerat. Nonne Romanis & ceteris gentibus vna esset eademque conditio? Præfertim, si mox fieret, quod postea gratissime, atque humanissime factum est: vt omnes ad Romanum imperium pertinentes, societatem acciperent ciuitatis, & Romani ciues essent: ac sic esset omnium quod erat ante paucorum: tantum quod plebs illa quæ suos agros non haberet, de publico viueret: qui apparatus eis per bonos administratores Reipub. gratius * à concordibus præstaretur quam vi-

cordius extorqueretur. Nam quid inter sit ad incomitatem, bonosq; mores, & ipsas certe hominum dignitates, quod alij vicerunt, alij vieti sunt, omnino non video, prater illum gloriæ humanae inanissimum fastum, in quo B perceperunt mercedem suam, qui ingēti cupidine arserunt, & ingentia bella gesserunt. Nunquid enim illorum agri tributa non solum sunt? Nunquid eis licet discere, quod alijs non licet? Nunquid nō multi senatores sunt in alijs terris, qui Romam, nec de facie quidem norunt? Tolle iactantiam, & omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas seculi admitteret, vt honoratioes essent quique meliores, nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius

est ponderis fumus. Sed vt amur etiam in his rebus beneficio domini Dei nostri, consideremus quanta contempserint, quæ pertulerint, quas cupiditates subegerint pro humana gloria, qui eam tanquam mercedem talius virtutum accipere meruerunt: & valeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiam, vt cum illa ciuitas, in qua nobis regnare promissum est, tanum ab hac distet quantum dictat coelū a terra: a temporali lœtitia, vita æterna: ab inanibus laudibus, solida gloria, a societate mortalium, societas angelorum, a lumine Solis & Lunæ, lumen eius qui fecit Selenam & Lunam: nihil sibi magnum fecisse videantur tantæ patriæ ciues, si pro illa adipiscienda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua sustinuerint: cum illi pro hac terra nā iā adepta tāta fecerint, tanta perpesi sint: præsertim, quia remissio peccatorum, quæ ciues ad æternam colligit patriam, habet aliquid, cui per umbram quandam simile fuit a cōvorum asyliū illud Romuleum, quo multitudinem illa ciuitas conderetur, quorumlibet delictorum congregauit impunitas.

Quam alieni à iactantia debet esse Christiani, si aliquid fecerint pro dilectione æternæ patriæ, cū tanta Rom. gesserint pro humana gloria & ciuitate terrena. Cap. 18.

Q Vid ergo magnum est pro illa æterna cœlestique patria, cuncta seculi huius quilibet iucunda blandimenta contemnere, si pro hac temporali atq; terrena filios Brutus potuit & occidere, q; illa facere neminem cogit? Sed certe difficilis est filios interimere, quam q; pro ista faciendum est, ea quæ filii congreganda videbantur, atque seruanda vel donare pauperibus, vel si existat tētatiō, quæ id pro fide atque iustitia fieri cōpellat, amittere. Fœlices enim vel nos vel filios nostros, E non diuitiæ terrenæ faciunt, aut nobis viventibus amittendæ, aut nobis mortuis a quibus nescimus, vel forte a quibus nolumus possidendæ: sed Deus fœlices facit, qui est mentiū vera opulentia. Bruto autem quia filios occidit, infelicitatis perhibet testimonium etiam poeta laudator. Ait. n. Natosque pater noua bella mouentes. Ad poenam pulchra pro libertate vocabit Infelix, vtcunq; ferent ea facta minores. Sed versu sequenti, confortatus est

al. l. Remissio peccatorum.

al. l. Asylum Romuleum.

al. l. Deus veramen tum opus lentia.

All. T
quatuor

All. C
millius

All. M
rius.

All. d
tatione

All. C
tius.

est infelicem: Vicit amor patriæ, laudūq; im
mensa cupidio. Hæc sunt duo illa libertas &
cupiditas laudis humanæ, quæ ad facta com
pulere mirāda Rō. Si ergo pro libertate mo
riturorū & cupiditate laudū, quæ à mortali
bus expetuntur, occidi filij à patre potuerūt,
quid magnū est si pro vera libertate, quæ nos
ab iniuitatis & mortis, & diaboli domina
tu liberos facit, nec cupiditate humanorum

All. Tor
quatus.

F pro patria: tñ quia contra imperium suū, id
est, contra quod imperauerat pater Impera
tor ab hoste prouocatus inuenili, ardore pu
gnauerat, licet vicisset, occidit: ne plus mali
esset in exemplo imperij contempi, quā bo
ni in gloria hostis occisi: vt qd se iactet, qui
pro immortalis patriæ legibus omnia quæ
multo minus quā filij diliguntur, bona terre
na contemnunt? Si Furius Camillus etiam in
gratiam patriam à cuius ceruicibus acerri
morū hostiū Veientium iugum depulerat dā
natusq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum li
berauit, quia non habebat potiore vbi posset
viuere gloriosus: cur extollatur velut grande
aliquid fecerit, qui forte in ecclesia ab inimi
cis carnalibus velut grauissimam exhonora
tionis passus iniuria, non se ad eius hostes hē
reticos transtulit, aut aliquam contrallā ip
se hæresim condidit, sed eam potius, quantū
valuuit ab hæreticorū pernicioſissima prauit
ate defendit: cum alia non sit, non vbi viuat
in hominum gloria, sed vbi vita acquiratur
eterna?

All. Ca
millus.

All. Ma
tius.

G fine vlla * dilatione se ab illo bello facta pa
ce compescuit: quis regno celorum imputa
turus est merita sua, si pro illo non vnā ma
num neq; hoc sibi vltro faciēs sed persequen
te aliquo patiens totum flammis corpus im
penderit? Si Curtius armatus equo concito

All. dubi
tatione.

All. cur
tius.

in'abrutum hiatum terre se præcipitem de
dit, deorum suorū oraculis seruiens, qui iuf
ferant, vt illuc id quod Romani haberent op
timum mitteretur: nec aliud intelligere po
tuerunt, quam viris armisq; se excellere, ynde
videlicet oportebat, vt deorū iussis in il
lum interitum vir præcipitaretur armatus,
quid se magnum pro aeterna patria fecisse
dicturus est, qui aliquem fidei lux passus ini
micum, nō se vltro in talem morte mittens,
sed ab alio missus obierit, quandoquidem à
domino suo eodemq; rege patriæ suę certi
tius oraculū accepit: Nolite timere eos, qui
corpus occidunt, animam autē non possunt
occidere? Si se occidendo certis verbis quo
dammodo consecratus Decij deuouerunt, vt
illis cadentibus & iram deorū sanguine suo
placantibus, Rom. liberaretur exercitus, nul
lo modo superbiant sancti martyres, tanquā
dignū aliquid pro illius patrię participatio
ne fecerint, vbi eterna est & vera felicitas, si
vsq; ad sui sanguinis effusionē non solū suos
fratres, pro quibus fundebatur, verum & ip
sos inimicos, à quibus fundebatur, sicut eis
præceptū est diligentes, charitatis fide & fi
dei charitate certarunt. Si Marcus Puluillus

al.l. Mar
cas pulu
lus.

perturbatus abscederet, atq; ita dedicationis
gloriam collega eius consequeretur, ita con
tempsit, vt eum etiam projici conséptū iu
beret: & sic in eius corde orbitatis dolorum,
glorię cupiditas vicerat, qd magnū se, p. Euā
gelij sancti pdicatione, qua ciues superne pa
trię de diuersis liberatur & colliguntur erro
ribus, fecisse dicturus est, cui dñs de sepulta
ra patris sui sollicito ait, Sequere me, & sine
mortuos sepelire mortuos tuos? Si Marcus
Regulus ne crudelissimos hostes iurādo fal
leret ad eos ab ipsa Roma reuersus est, qm si
cū Romanis eū tenere volētib. rī. disce serē,
posteaquā Aphris seruierat, dignitatem illic
honesti ciuii habere non posset: cūmq; Car
thaginēs, quā cōtra eos ī Romano Senatu
egerat grauissimis supplicijs necauerūt, qui
cruciatus non sunt pro fide illius patrię cō
temnendi, ad cuius beatitudinem fides ipsa
perducit? Aut quid tribuetur domino pro
omnibus quæ retribuit, si pro fide quæ il
li debetur, talia fuerit homo passus, qua
lia pro fide, quā in pernicioſissimis inimi
cis

All. M.
Regulus.
Mat. 8.
Luc. 9.

P. 115.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

All. Pau- cis debebat, passus est Regulus? Quomodo autem se audebit extollere de voluntaria pau-
per tatis pertate Christianus, vt in huius vita peregrini-
volunta- natione expeditior ambulet viā, qua perdu-
riæ com- cit ad patriā, vbi veræ diuitiæ ipse Deus est,
mendatio- cum audiat vel legat Lucium Valerium, qui
Ad. I. L. in suo defunctus est cōsulatu, vsque adeo fuis-
Valerius. se pauperem, vt nummis à populo collatis,
All. Qui- eius sepultura curaret? Audiat vel legat Quin-
tus Cin- cinnatus. tium Cincinnatum, cuni quatuor iugera pos-
sideret, & ea suis manibus coleret, ab aratro
esse abductum vt dictator fieret: maior vtiq;
honore, quam consul: vicitisque hostibus, in
gentem gloriam consecutum, in eadem pau-

All. Fa- K pertate mansisse? Aut quid se magnum fecis-
brius. se prædicabit, qui nullo præmio mundi hu-
iūs fuerit ab eternè illius patriæ societate se-
ductus, cum Fabricium didicerit tantis mu-
neribus Pyrrhi regis Epirotatum, promissa
etiam quarta parte regni, à Rom. ciuitate nō
potuisse diuelli: ibique in sua paupertate pri-
uatum manere voluisse? Nam illud quod
Rem. idest, rem populi, rem patriæ, rem cō-
munem cum haberent opulentissimam at-
que dīlīsīmam, sic ipsi in suis domībus pau-
peres erant, vt quidam eorum qui iam bis
consul fuisset, ex illo Senatu pauperum ho-
minum pelleretur notatione censoria, quod
decem pondō argenti in vasis habere com-
pertus est: si ita ijdem ipsi pauperes erāt, quo-
rum triumphis publicum ditabatur ærarū, nonne omnes Christiani, qui excellentiore
proposito diuitias suas cōmunes faciunt, se-
cundum id quod scriptū est in actibus Apo-
stolorum, Vt distribuatur vnicuiq; sicut cui-
que opus est: & nemo dicat aliquid propriū,
sed sicut illis omnia communia: intelligunt se
nulla ob hoc ventilarī oportere iactantia: id
faciendo pro obtinenda societate angelorū
cum penē tale aliquid illi fecerint pro con-
seruanda gloria Romanorum? Hęc & alia, si
quaque huiusmodi reperiuntur in literis eorum,
quando sic innotescerent, quando tanta fa-
ma prædicerentur: nisi Rom. imperiū longe
lateq; porrectum, magnificis successibus au-
geretur? Proinde per imperium tam latum
tam diuturnum, virorūq; tantorum virtuti-
bus præclarum atque gloriolum, & illorum

Aet. 4. intentioni merces, quam querebant, est red-
dita, & nobis proposita necessarię commo-
nitionis exempla: vt si virtutes, quarum istae

vt cuncte sunt similes, quas isti pro ciuitatis
terrenā gloria tenuerunt, pro Dei glorioſi-
fima ciuitate non tenuerimus, pudore pun-
gamur: si tenuerimus, superbia non extolla-
mur. Quoniā sicut dicit Apost. Indignae sunt
passiones huius temporis ad futuram gloriā
quę reuelabitur in nobis. Ad humanam ve-
ro gloriam præsentisq; temporis satis digna
vita existimabitur illorum. Vnde etiam Iu-
dai, qui Christum occiderunt, reuelante te-
ſtamento nouo, quod in veteri velatum fuit,
vt nō pro terrenis & temporalib. beneficijs, q̄
diuina prouidentia permixte bonis malisq;
concedit, sed pro eterna vita munēribusque
perpetuis & ipsius supernæ ciuitatis societā-
te colatur Deus unus, & verus: rectissime isto
rum glorię donati sunt: vt hi qualibuscun-
cunq; virtutibus terrenam gloriam quæſie-
runt, & acquisierunt, vincerent eos qui ma-
gnis vitijs datorem verę glorię & ciuitatis
eternae occiderunt, atque respuerunt.

Rom. 8.

Quomodo inter se differant cupiditas glo-
riæ & cupiditas dominationis.

Cap. XIX.

I Nterest sanè inter cupiditatem humanę
glorię, & cupiditatę dominationis. Nam
licet proclive sit, vt qui humana gloria ni-
mium delebetur, etiā dominari ardenter af-
fectet, tamen qui vitam licet humanarū lau-
dū gloriā concupiscunt, dant operam bene
iudicantibus non displicere. Sunt enim mul-
ta in moribus bona, de quibus multi bene ju-
dicant: quanuis ea multi non habeat, & per
ea bona morum nituntur ad gloriam, & im-
perium, vel dominationem, de quibus ait Sa-
lustius: Sed ille vera via nititur. Quis quis au-
tē sine cupiditate glorię, qua vere tur homo
bene iudicantibus displicere, dominari, atq;
imperare desiderat, etiā per apertissima sce-
lera quęrit plerunq; obtinere, quod diligit.
Proinde qui gloriā concupiscit, aut vera via
nititur, aut certe dolis atq; fallacijs contēdit,
volens bonus videri, quod non est. Et ideo
virtutes habent: magna virtus est contēnere
glorię, quia contēptus eius in cōſpectu Dei
est: iudicio autē non aperitur humano. Quic
quid enim fecerit ad oculos hominum, quo
glorię contemptor appareat, ad maiorem
laudem, hoc est, ad maiorem glorię facere si-
credatur,

All. Da-
minandi
libido sine
vana glo-
rie fini-
do.

All. Glo-
rie contē
ptur.

All. I. Su-
surrones.

E

All. I. Im-
pījīsimity
rannī pro-
videntia
Dei eue-
huntr.

Prou. 8.

Aen. 7.

Iob. 34.

All. Vi-
tus null
vera que
glorię h
mane fi
nit.

credatur, non est unde se suspicantium sensibus aliter esse, quam suspicantur ostendat. Sed qui contemnit iudicia laudantium, contēnit etiam suspicantium temeritatem, quorum tñ si verè bonus est, non contemnit salutē: quoniam tantæ iustitiæ est, qui de spiritu Dei virtutes habet, vt etiam ipsos diligat inimicos, & ita diligit, vt suos * osores, vel detractores velit correctos habere consortes: non in terrena patria, sed superna. In laudatoribus autem tñ fuis, quamvis paruipendat, quod eū laudant, non tamen paruipendit, q̄ eum amant: nec eos vult fallere laudantes, ne decipiāt diligentes. Ideo que instat ardenter, vt potius ille laudetur, a quo habet homo, quicquid in eo iure laudatur. Qui autem contemptor gloriae dominationis est auditus, bestias superat: siue crudelitate vita, siue fluxu luxuriae. Tales quidam Romani fuerunt. Non enim cura existimationis amissa, dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius vitij summittat, & quasi arcem quandam Nero Cesar primus obtinuit: cuius fuit tanta luxurie, vt nihil ab eo putaretur virile metuendum: tanta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus tamen dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentia, quādo res humanas iudicat talibus dominis dignas. Aperte de hac re vox diuina est, loquente Dei sapientia: Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Sed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimetur, unde ait Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Apertissime allo loco deo dicatum est: Qui regnare facit hominē hypocritam propter p̄veritatem populi. Quā obrem, quamvis vt potui, satis exposuerim qua causa Deus unus verus & iustus, Romanos secundū quandam formam terrena ciuitatis bonos adiuuerit, ad tanti imperij gloriā consequendam: potest tñ & alia causa esse latenter, propter diversa merita generis humani, Deo magis nota, quam nobis: dū illud constet inter omnes veraciter pios, nemine sine tñ nulla vera pietate, i. veri Dei vero cultu, verā posse habere virtutem: nec eam veram esse, qñ gloria hu[m]ana seruit humanæ. Eos tamen qui ciues nostris dicitur ciuitas Dei, vtiliores esse ter-

renæ ciuitati, qñ habent virtutem, vel ipsam, quam si nec ipsam. Illi autem qui vera pietate prædicati, bene viuunt, si hanc scientiam regendi populos consecrati sunt, nihil est felicior rebus humanis, quam si Deo misericorde habeat potestatem. Tales autem homines, virtutes suas, quantasq; in hac uita possunt habere, non tribuant nisi gratia Dei: q̄ ea volentibus credentibus petentibusq; deridit, simulq; intelligunt, quantum sibi desit ad perfectionem iustitia: qualis est in illorū sanctorum angelorum societate, cui se nitunt aptare. Quantumlibet aut laudetur, atque p̄dicitur uirtus, quæ sine uera pietate seruit hominum gloria nequaquam sanctorum exquis initis comparanda est, quorum spes possita est in gratia & misericordia ueri Dei.

Tam turpiter seruire virtutes humanæ gloriam, quam corporis uoluptati.

Cap. XX.

Solent Philosophi, qui finem boni humani in ipsa uirtute constituant, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis, qui uirtutes quidem probant, sed eas uoluptatis corporalis fine metuntur, & illam per seipsum putant appetendam, ita proper ipsem tabulam quandam uerbis pingere, ubi uoluptas in sella regali quasi delicata quedam Regina confideat: eiq; uirtutes famula subiiciantur, obseruantes eius nutum, ut faciant, q̄ illa imperauerit. Quæ prudentiæ iubeat: ut uigilanter inquirat, quō uoluptas regnet, & sua sit. Iustitia iubeat, ut p̄stet beneficia, quæ potest ad comparandas amicitias corporibus cōmodis necessarias: nulli faciat iniuriam, ne offensis legibus, uoluptas uiuere secura non possit. Fortitudini iubeat, ut si dolor corpori acciderit, qui non compellat in mortem, teneat dñm suam, i. uoluptatem fortiter in animi cogitatione, ut per pristinarū delitiarū suarum recordationē mitiget presentis doloris aculeos. Temperantiz iubeat, ut tantum capiat alimentorum: & si qua delectant, ne per immoderationem noxiū aliquid ualeitudinem turber, & uoluptas, quam ēt in corporis sanitatem Epicurei maximā ponunt, grauiter offendatur. Ita uirtutes cum tota sua gloriæ dignitate, quāquam imperiose cūdā & inhonestæ mulierculæ seruent uoluptati.

*All. V. o.
luptatis
pictura.*

*All. I. Im-
p̄ficiūty
rannī pro-
videntia
Dei eue-
buntur.*

Prou. 8. Aperte de hac re vox diuina est, loquente Dei sapientia: Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Sed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimetur, unde ait Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Aen. 7. Apertissime allo loco deo dicatum est: Qui regnare facit hominē hypocritam propter p̄veritatem populi.

Iob. 34. Quā obrem, quamvis vt potui, satis exposuerim qua causa Deus unus verus & iustus, Romanos secundū quandam formam terrena ciuitatis bonos adiuuerit, ad tanti imperij gloriā consequendam: potest tñ & alia causa esse latenter, propter diversa merita generis humani, Deo magis nota, quam nobis: dū illud constet inter omnes veraciter pios, nemine sine tñ nulla vera pietate, i. veri Dei vero cultu, verā posse habere virtutem:

All. Vir- nec eam veram esse, qñ gloria humana seruit humanæ. Eos tamen qui ciues nostris dicitur ciuitas Dei, vtiliores esse ter-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Iuptari. Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius, & deformius, & q̄ minus bonorum ferre possit aspectus: & verum dicunt. Sed non existimo fatis debiti decoris esse, pieturam, si etiam talis singatur, vbi virtutes humanæ gloriae seruant. Licet. n. ista gloria delicata mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet. Vnde non ei digne seruit soliditas quædam firmitasq; virtutum, vt nihil prouideat prudentia, nihil distribuat iustitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur, nisi vnde placeatur hominib. & vētōs gloriae seruiatur. Nec illi se ab ista

K defenderint foeditate: qui cum aliena spernant iudicia, velut gloriae contemptores, sibi sapientes videntur, & sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen vlla est, alio modo quodam humanæ subditur laudi. Neque. n. ipse qui sibi placet, homo non est. Qui autem vera pietate in Deum quē diligit, credit & sperat, plus intendit in ea, in quib. sibi displiceret, quam in ea, si qua in illo sunt, que non tam ipsi quam veritati placent. Neque id tribuit, vnde iam potest placere, nisi eius misericordiae, cui metuit displicere, de his sanatis gratias agens, de illis sanandis preces fundens.

Romanum regnum à Deo vero esse dispositum, à quo est omnis potestas, & cuius prouidentia reguntur vniuersa.

Cap. XXI.

Matt. 8. **Luce 9.** **Pf. 115.** **Q** Væ cum ita sint, non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem in regno cœlorum non nisi solis pijs: regnum vero terrenū, & pijs & impijs: sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Quamuis. n. aliquid dixerimus, q̄ apertum nobis esse voluit, tamen multum est ad nos, & valde superat vires nostras, hominum occulta discutere, & liquido examine merita dijudicare regnum. Ille igitur unus verus Deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit: qui dedit Assyrijs, vel etiam Persis: à quib. solos duos deos coli, vnum bonum, alterum malum continent literæ istorum, vt taceā de populo Hebreo, de quo iam dixi, quantum iatis vīsum est: qui præter vnum Deum non coluit, & qn̄ regnauit. Qui ergo Persis dedit se-

getes, sine cultu deæ Segetiæ: qui alia dona terrarum sine cultu tot deorum, quos isti rebus singulis singulos, vel etiam rebus singulis, plures proposuerunt: ipse etiam regnum dedit sine cultu eorum, per quorum cultum se isti regnasse crediderunt. Sic etiam hominibus, qui Mario, ipse Caio Cesar: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis, vel patri, vel filio suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostata Iuliano, cuius egregiā in dolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cuius vanis deditus oraculus erat, quando fretus securitate victoria, naues quibus vīctus necessarius portabatur, incendit. Deinde seruide instans immodicis ausibus & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilibus egenum reliquit exercitum, vt aliter inde non posset euadi, nisi contra illud auspiciū Dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani imperij termini mouerentur. Cessit. n. Terminus Deus necessitati, qui non cesserat Ioui. Hæc planè Deus unus & uerus regit, & gubernat, vt placet. Et si occultis causis, nunquid iniustis?

Tempora exitusq; bellorum ex Dei pendere iudicio. Cap. XXII.

Sic etiam tempora ipsa bellorum, sicut in eius arbitrio est, iustoq; iudicio & misericordia uel atterrere, uel consolari genus humanū, ut alia citius, alia tardius finiantur: bellum Piratarum à Pompeio, bellum Punicum tertium à Scipione, incredibili celeritate, & temporis breuitate confecta sunt. **All. Ed.** Bellum quoque fugitiuorum gladiatorum, **la citof.** **nita.** quāvis multis Romanis ducibus & duobus consulibus uictis, Italiaque horribiliter contrita atq; uastata, tertio tamen anno post multa consumpta consummatum est. Pientes, **All. Co-** Marci, & Peligni gentes non exteræ, sed Italici post diurnam & deuotissimā sub Romano iugo seruitutem, in libertatem caput erigere tentauerunt: iam multis nationibus Romano imperio subiugatis, deletaque Carthagine. In quo bello Italico Romanis saepissime uictis, ubi & duo consules perierunt, & alii nobiliissimi senatores. Nō diutur no tamē tempore tractum est hoc malum. **All. Co-** sumptum **Nam**

All. Be-
la multi-
ami, &
gri confe-
cta.

Nam quintus ei annus finem dedit, sed bellum Punicum secundum cum maximis detrimentis & calamitate Reipublicæ per annos decem & octo Romanas vires extenuauit, & penè consumpsit: in duobus prælijs fermè septuaginta Romanorum milia ceciderunt. Belldm Punicum primum per virginis & tres annos peractum est: bellum Mithridaticum quadraginta annis. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorum fuisse fortiora ad bella citius peragenda, superioribus temporibus multum in omni virtute laudatis, bellum Samniticum annis tractum est ferme quinquaginta, in quo bello ita Romani vieti sunt, vt sub iugum etiam mitterentur. Sed quia non diligeabant gloriam propter iustitiam, sed iustitiam propter gloriam diliger videbantur, pacem factam, fœdusque ruperunt. Hęc ideo commemoro, quoniam multi præteriorum rerum ignari: quidam etiā disimulatores sua scientia, si temporibus Christianis aliquod bellum paulo diutius trahi vident: illico in nostram religionē proteruissime infiliunt, exclamantes, quod si illa non esset, & vetere ritu numina colerentur, iam Romana illa virtute, quæ adiuuante Marte & Bellona, tanta celeriter bella conficit, id quoque celerrime finiretur. Recolant igitur qui légerunt quam diuturna bella, quam varijs eventibus, quam luctuosis clibus à veteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum velut procellosissimum pelagus varia talium malorum tempestate iactari: & quod nolunt aliquando fateantur: nec insanis aduersus Deum linguis se intemant, & decipient imperitos.

De bello in quo Rhadagaisus rex Gotthorum dēmonum cultor, uno die cum ingentiibus copijs suis vietus est. Cap. XXIII.

Quod tamen nostra memoria recentissimo tempore Deus mirabiliter & misericorditer fecit, non cum gratiarum actio ne commemorant, sed quantum in ipsis est, omnium si fieri potest hominum obliuione sepelire conantur: quod à nobis si facebitur, similiter erimus ingrati. Cum Rhadagaisus rex Gotthorum agmine ingenti, & immanniam in urbis vicinia constitutus, Romanis cœruicibus imminaret: uno die tanta celeri-

tate sic vietus est, vt ne uno quidam non dicam extincto, sed nec vulnerato Romanorum, multo amplius quam centum millium prosterneretur eius exercitus, atque ipse cū filiis mox captus pçna debita necaretur. Nā si ille tam impius, cum tantis & tam impijs copijs Romam fuisse ingressus, cui pepercisset? quibus honorem locis martyrum detulisset? In qua persona Deum timere? cuius non sanguinem effusum, cuius pudicitiam vellet intactam? Quas autem isti pro dijs suis voces haberent, quanta insultatione iactarent, quod ideo ille vicisset, ideo tanta potuisset, quia quotidianis sacrificijs placabat, atque inuitabat Deos, quod Romanos facere Christiana religio non sinebat? Nam pro pinquante iam illo his locis, vbi nutu summa maiestatis oppressus est, cū eius fama vbiique crebresceret, nobis apud Charthaginem dicebatur: hoc credere, spargere, iactare Paganos, quod ille dijs amicis protegentibus & opitulantibus, quibus immolare quotidie ferebatur, vinci omnino non posset ab eis, qui talia dijs Romanis sacra nō facerent, nec fieri à quo quam iam permitterent. Et nō agunt miseri gratias tantæ misericordię Dei, qui cum statuisse irrupitione barbarica grauiore dignos mores hominum castigare, indignationem suam, tanta mansuetudine temperavit, vt illum primo faceret mirabiliter vinci, ne ad infirmorum animos euertendos gloria daretur dēmonibus, quibus eum supplicare constabat. Deinde cū ab his barbaris Roma caperetur, qui contra omnem cōsuetudinē bellorum ante gestorum ad loca sancta consuientes, Christiana religio nō reuerentia tuerentur, ipsisque dēmonibus atque impiorum sacrificiorum ritibus, de quibus illę præsumpsit, sic aduersarentur pro nomine Christiano, vt longe atrocius bellum cum eis quam cum hominibus gerere viderentur: ita verus dominus gubernatorque rerum, & Romanos cum misericordia flagellauit: & tamen incredibiliter vitis supplicatoribus dēmonum, nec saluti rerum præsentium necessaria esse sacrificia illa monstrauit, vt ab his qui non peruerterent contendunt, sed prudenter attendunt: nec propter præsentes necessitates religio vera deferatur, & magis æternę vitę fidelissima* expectatione teneatur.

All. expectatio.

Quæ

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quæ sit Christianorum Imperatorum, &
quam vera felicitas. Cap. XXXIII.

Neque enim nos Christianos quosdam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placita reliquerunt, vel hostes Republicæ domuerunt, vel inimicos ciues auersus se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia vite huius ærumnosæ, vel munera, vel solatia quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, velut summa desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant; si inter linguas sublimiter honorantur, & obsequia nimis humiliiter salutarium non extolluntur, sed se homines esse mereantur; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, maiestati eius famulâ faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignoscunt; si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæq; Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarū odij exerunt; si eandem veniam non ad impunitatē iniquitatis, sed ad spē correctionis indulgent: si quod aspere coguntur plerunq; decernere, misericordiæ lenitatem & beneficiorum largitatē compellant; si luxuria tanto eis est castigatoriæ, quanto posset esse liberiores; si malum cupiditatibus prauis, quam quibuslibet genitibus imperare. Et si haec omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriae, sed propter charitatem felicitatis æternæ; si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificiū, Deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices: inter spe, postea re ipsa futuros, cum id expoescimus aduenient.

De prosperitatibus, quas Constantino Imperatori Christiano Deus contulit. Cap. XXV.

Nam bonus Deus, ne homines, qui eum crederent propter æternam vitam contendunt has sublimitates & regna terrena existimarent posse neminem consequi nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus, in ta-

libus multū valeret, Constantini Imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verū Deū colentem, tantis terrenis impleuit muneribus: quāta optare nullus auderet. Cui etiam condere ciuitatem Romano imperio sociā, velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmoni templo simulachroq; concessit. Diu imperavit, vniuersum orbem Romanum unus Augustus tenuit & defendit in administrandis & gerendis bellis victorijs simus fuit: in tyrannis opprimendis per omnia speratus est. Grandævus ægritudine & senectute functus est, filios imperantes reliquit. Sed rursus ne Imperator quisquā ideo Christianus esset, ut felicitatem Constantini mereretur, cum propter vitam æternam quisquis debeat esse Christianus, Iouianum multo citius quam Julianum abstulit: Gratianum ferro tyrannico permisit interimi: longe quidem mitius, quam Magnū Pōpeium, colente videlicet Romanos Deos. Nam ille vindicari à Catone non potuit, quem ciuilis belli quodammodo hæredem reliquerat. Ille autem quanuis pīx animæ solatia talia non requirat, à Theodosio vindicatus ē: quē regni participē fecerat, cum parvulum haberet & fratre: audior fidei societatis, quam nimis potestatis.

De fide & pietate Theodosij Augusti.
Cap. XXVI.

Vnde & ille non solum viuo seruauit quam debebat fidē, verum etiam post eius mortem pulsum ab eius interiectore Maximo, Valentianum eius parvulum fratre, in sui partes imperij tanquam Christianus exceptit pupillū: paterno custodiuit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis quam beneficiēdi charitate flagraret. Vnde potius eum seruata eius imperatoria dignitate suscepit, ipsa humanitate & gratia confortatus est. Deinde cum Maximum terribilem faceret ille successus, hic in angustijs curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas, sed ad Ioannem in Aegypti Eremo constitutum: quē Dei seruum prophetandi spiritu prædictum fama crebescente didicerat, misit: atque ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit. Spū predi Mox tyranni Maximi extinxitor, Valentianus

All. Chri
stiani Im
peratore
infelici
exiliū rī.

Ventus à
Theodosio
cōtra ho-
stes pī-
gnās Dei
miriute.

D

All. Ioā
nes here-
mita pro
phet andi

Theodosij
religiosa
humilitas

E

nianum puerum in imperij sui partibus, unde fugatus fuerat, eum misericordissima veneratione restituit, eoq; siue per insidias, siue quo alio pacto vel casu, pime extincto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non legitimate fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico riso, fide certus opprescit, contra cuius robustissimum exercitum magis orando, q; feriendo pugnauit. Milites nobis quiaderant, retulerunt, extorta sibi esse de manib. quæcumque iacula-
*Ventus à
Theodosio
cōtra ho-
mēs Dei
virtute.*

bantur, cum a Theodosio partib. in aduersarios vehemens ventus iret, & nō solum quæ cunque in eos iaciebantur concitatissime ra-
*peret, verum etiam ipsorum tela in eorum cor-
pora retorqueret. Vnde & poeta Claudianus
quoniam à Christi nomine alienus, in eius ta-
men laudibus dixit:*

O nimium dilecte Deo, cui fudit ab astris
Se Louis armatus, vehemens tibi militat ether:
Et coniurati veniunt ad classica venti.
Victor aut sicut crediderat, & prædixerat, Iouis simulachra, quæ aduersus eum fuerant, nescio quibus ritibus, velut consecrata, & in Alpibus constituta, deposituit, eorumq; fulmi-
na, quod aurea fuissent iocancibus, quod illa luxuria permittebat, cursorib. & se ab eis fulminari velle dicentib. hilariter benigneq; do-
nauit. Inimicorum suorum filios, quos nō ipsius iussus, sed bellum abstulerat impetus, et nondū Christianos ad ecclesiam cōfugientes, Christianos hac occasione fieri voluit: & Christiana charitate dilexit, nec priuauit reb. sed auxit honorib. In neminen post victoriā priuatas inimicitias valere permisit. Bella ciuilia nō sicut Cinna, & Marius, & Sylla, & aliis tales, qui nec finita finire voluerūt, sed magis doluit exorta, q; cuiquam nocere voluit ter-
E

minata. Inter haec omnia ex ipso initio impe-
rii sui non querit iustissimis & misericordissi-
mis legib. aduersus impios laborati ecclesiæ subuenire, q; Valens hæreticus fauens Arrianis vehementer affixerat, cuius ecclesia se mē-
brum esse, magis q; in terris regnare gaudebat. Simulachra gentilium vbiq; euertenda præcepit, satis intelligens, nec terrena mune-
*Theodosij
religiosa
humilitas*

ra in demoniorū, sed in Dei veri esse posita potestate. Quid aut fuit eius religiosa humilitate mirabilius, qn in Thessalonicensiū gra-
uissimum scelus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu

quorundam, qui ei cohærebāt, vindicare cō-
pulsus est, & ecclesiastica coercitus discipli-
na, sic egit poenitentiam, vt imperatoria cel-
litudinem pro illo populus orans, magis fle-
ret videndo postramat, q; peccando timeret
iratum? Hæc ille secum, & si qua similia, quæ
commemorare lögum est, bona opera tulit,
ex isto temporali vapore cumilibet culmine
& sublimitatis humanæ, quorum operū mer-
ces est aeterna felicitas, cuius dator est Deus,
solis veraciter piis. Cetera vero vite huius
vel fastigia vel subsidia, sicut ipsam mundū,
lucem, auras, terras, aquas, fructus, ipsiusque
hominalis animam, corpus, sensus, mentem, vi-
tam, bonis malisque largitur. In quibus est
etiam quelibet imperii magnitudo, quam p
temporum gubernatione dispensat.

Contra inuidos inuestio Augustini, qui scri-
pserunt contra editos iam libros.

Caput. XXVII.

*P*roinde iam etiam illis respondendū esse video, qui manifestissimis documentis, qb. ostendit, quod ad ista temporalia quæ so-
la stulti hæc cōcupiscunt, nihil deorum falsorum numerositas profit, confutati acque con-
uicti conantur asserere, non pp vīte præsen-
tis utilitatem, sed pp eam quæ post mortem
futura est, esse colendos Deos. Nam istis qui
pp amicitias mundi huius volunt vana cole-
re, & non se permitti, puerilib. fensib. cōque-
runtur, his quinque libris satis arbitror esse
responsum. Quorum tres priores cum adi-
dissent, & in multorum manib. eē cōpissent.
audiui quosdā, nescio quam, aduersus eos,
responsonem scribendo preparare. Deinde K
ad me perlatū est, quod iam scriperint, sed
tūs querant, quo sine periculo possint edere.
Quos admoneo, non optent, qd eis nō expe-
dit. Facile est. n. cuiquam videri respondisse,
qui tacere noluerit. Aut qd est loquacius va-
nitate? Quæ non ideo pōt quod veritas, quia
si noluerit tacere, etiam plus potest claimare,
quam veritas. Sed considerent omnia diligē-
ter: & si forte sine studio partium iudican-
tes talia esse perspexerint, quæ potius exag-
tari, quam conuelli possint garrulitate impu-
dentissima, & quasi satyrica vel mimica le-
uitate, cohibeant suas nugas, & potius a pru-
dentibus emendari, q; laudari ab impruden-
tibus

Aug. Tomus Quintus G tibus

*Vanitas
veritate.
loquacior*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tibus eligit. Nam si non ad libertatem vera dicendi, sed ad licentiam maledicēdi tempus expectat. absit ut eis eueniat, quod ait Tullius de quodam, qui peccandi licentia foelix appellabatur: O miserum cui peccare licebat. Vnde quisquis est, qui maledicendi licentia foelicem se putat, multo erit foelior, si hoc illi omnino non licet cum posit deposita inanitate iactantiae etiam isto tempore tanq; studio consulendi quicquid voluerit contradicere, & quantum posit ab eis, quos consultit amica disputatione, hoc est, honeste, grauiter, libere, quod oportet audire.

D. AVRELII AVGVTINI
L q. mscup. De ciuitate Dei ad
Marcellinum.

LIBER SEXTVS.

De his qui dicunt Deos, a se, nō propter præsentem vitam coli, sed propter æternam.
Caput. I.

Vinque superioribus libris sati
mhi aduersus eos videor di-
sputasse, q; multos Deos & fal-
los, quos esse inutilia simula-
chra, vel immundos spūs, &
pernicioſa dæmonia, vel certe creaturas, nō
creatore Veritas Christiana conuincit, ppter
vitæ huius mortalis rerumq; terrenarum vi-
litatem, eo ritu hac seruitute, q; Græce latia
beī Deo. dī, & vni vero Deo debet, venerandos & co-
lendos putant. Et nimia qdē stultitiae vel per-
tinacie, nec illos qnque, nec illos alios, quā
ticunq; numeri libros sati esse posse quis ne-
sciat? Quando ea putatur gloria vanitatis nul-
lis cedere virib. veritatis, in perniciem vtiq;

A eius, cui vitium tam immane dominatur. Nā
& contra omnem curantis industriam, non
malo medici, sed egroti insanabilis morbus
inuictus est. Hi vero, qui ea, quę legunt, vel
sine villa, vel non cum magna ac nimia vete-
ris erroris obstinatione intellecta & conside-
rata perpendit, facilius nos illo numero ter-
minatorum quinque voluminum, plus quā
quaſtionis ipsius necessitas postulabat, satis
fecisse, quā minus differuisse iudicabant. To-
tamque inuidiam quam Christianæ religio-
ni de huius vitæ cladib. terrenarumq; con-

tritione ac mutatione rerum, imperiti facere
conantur, non solū disimulantib. sed con-
tra suam cōcientiam fauentib. etiam doctis,
quos impietas vesana possedit, oīno esse in-
anem recte cogitationis atq; rōnis, plenā q;:
leuisimā temeritatis, & pernicioſissimā ani-
mositatis, dubitare non poterūt. Nunc ergo
qñ deinceps, vt promissus ordo expetit, etiā
hi refellendi & docendi sunt, qui nō pp istā
vitam, sed propter illam, quę post mortē fu-
tura est, Deos gentium quos Christiana reli-
giō destruit, colendos esse contendunt, pla-
cet a veridico oraculo sancti psalmi sumere
exordium disputationis meæ: Beatus, cuius *psal. 29.*

est dominus Deus spes ipsius, & non respexit
in vanitates, & insanias mendaces. Verunta-
men in omnibus vanitatibus insanisque mē-
dacibus, longe tolerabilius philosophi au-

diendi sunt, quibus displicerūt ista opinio-
nes erroresque populorum, qui populi cōsti-
tuerunt simulacra numinib. multaque de eis,

quos Deos immortales vocant, fallā atq; in-
digna-sue finxerunt, sue ficta crediderūt, &
credita eorum cultū, sacrorumque ritibus

miscuerunt. Cum his ergo hominibus, qui
et si non libere prædicando, saltem vtcunque
in disputationibus musitando, talia se im-
probare testati sunt, non vsque adeo incon-

uenienter questio ista tractatur. Vtrum non
vnū Deum, qui fecit omhem spiritalem cor-
poralemque creaturam, propter vitam, quę
post mortē futura est, coli oporteat, sed mul-

tos Deos, quos ab illo uno factos, & sublimi-
ter collocatos, quidam eorundem philoso-
phorum cateris excellentiores nobilioresq;

senserunt. Ceterum quis ferat dici atque con-
tēdi, Deos illos, quorū in quarto libro quos

dam commemorauit, quibus rerum exigua-
rum singulis singula distribuuntur officio,
vitam æternam cuiquam p̄f̄stare? An vero

illi peritisimi & acutissimi viri, qui se pro-
magno beneficio conscripta docuisse glo-
riantur, vt sciretur, quare cuiq; deorum sup-

plicandum esset, quid a quo quam esset pe-
tendum, ne absurditate turpisima qualis io-

culariter in Mimo fieri solet, petetur a Li-
bero aqua, a Nymphis vinum, autores erunt
cuiquam hominum diis immortalibus sup-
plicant, vt cum a Nymphis petierit vinum,
eiq; responderint, nos aquam habemus, hoc

non

*Vita ate-
na a Di-
gentium
finfra-
petitur.*

*H*ation habetis , saltē date mihi vitam ēternam? Quid hac absurditate monstruosius? Nonne illæ cachinātes, solēt. n. ēsse ad risum faciles, si nō affectēt fallere vt dæmones, simpliciter rīdebunt: O homo putasne in p̄tāte nos h̄c vitam, quas audis non h̄c vel vitem? Impudentissimæ igitur stultitiae est, vitam ēternā a talibus diis petere vel sperare, qui vitæ huius seruum oſſisimæ atq; breuisimæ, & si qua ad eam pertinent adminiculandam atq; fulciedā, ita singulas particulas tueri asserunt, vt si id quod sub alterius tutela ac p̄tāte est petat ab altero, tam sit inconveniens & absurdū, vt mimicæ scurrilitati videat ēsse simillimum.

Quod cum sit a scientib. Mīmis, digne riden tur in theatro, cum vero a nescientib. stultis, dignius irridēnt in mundo. Cui ergo Deo vel dæx, & p̄p quid supplicaretur, quantum ad illos Deos attinet, quos instituerūt ciuitates, a doctis solerter, inuētū, memoriq; mā datum est, quid a Libero, verbi gratia, quid a Nimp̄his, qd a Vulcano, ac sic a ceteris, quos partim commemorauit in quarto libro, partim prætereundos putauit. Porrò si a Cere re vinum, a Libero panem, a Vulcano aquā, a Nymphis ignē petere erroris est, quāto maioris deliramenti esse intelligi debet, si cuiq; iſtorū pro vita suppliceſ ēterna? Quamobrē si cum de regno terreno quæreremus, quosnam illud Deos vel deas hominib. credendū esset posse conferre, discussis omnib. longe alienum a veritate mōstratū est, a quoquam iſtorum multorum numinum atq; falorum saltem regna terrena existimare constitui, nō ne insanissimæ impietatis est, si ēterna vita, quæ terrenis omnib. regnis sine villa dubitatione vel comparatione præferenda est, ab iſtorum quoquā dari cuiquam posse credat? Neque. n. propterea dii tales vel terrenum regnum dare non posse visi sunt, quia illi magni & excelsi sunt, hoc qđdam parvū & abieclūm, qđ non dignarentur in tanta sublimitate curare. Sed quantalibet consideratione fragilitatis humanae caducos apices terreni regni merito quisque cōtemnat, illi dii tales apparuerunt, vt indignissimi viderentur, qui bus danda atque seruanda deberent vel ista committi, Ac per hoc, sicut superiora proximis duob. libris pertractata docuerūt, nullus Deus ex illa turba, vel quasi plebeiorum, vel quasi procerum deorum, idoneus est regna

mortalia mortalibus dāre, quanto minus potest immortales ex mortali bus sacere? His accedit, quia si iam cum illis agimus qui nō propter istam, sed p̄p vitam, quæ post mortem futura est, existimant colendos Deos, iā nec p̄p illa saltem quæ deorum talium potestati tanquam dispartita & propria, nō rōne veritatis, sed vanitatis opinione tribuuntur, omnino colendi sunt, sicut credunt hi, q; cul tum eorum vitæ huius mortalis vtilitatibus necessarium esse contendunt, contra quos iā quinque precedentib. voluminib. fatis, quantum potui disputauit. Quæ cum ita sint, si eorum qui colunt deā Iuuentatem, q̄tas ipsa florereſ insignis, contemptoris aut eius, vel intra annos occumberent iuuentutis, vel in ea tanquam senili * corpore frigescerent, si malas cultorum suorum speciosius & festiuus fortuna barbata vſtiret, a quib. autem spernereſ glabros, aut male barbatos videremus, etiam sic rectissime dicēremus, hucusq; iſtas deas singulas posse suis officiis quodāmodo limitari, ac per hoc, nec a Iuuentate oportere peti vitam ēternā, quæ non daret barbam, nec a fortuna barbata boni aliquid post hanc vitam esse sperādū, cuius in hac vita potestas nulla esset, vt eandem saltem c̄tatem, quæ barba induitur ipsa præstaret. Nunc vero cū earum cultus, nec propter iſta ipsa, quæ putantur eis subdita, sit necessarius, quia & multi cole te Iuuentatem deam, minime in illa c̄tate viquerunt, & multi non eam colementes, gaudent robore iuuentutis, itemq; multi Fortunę barbatę supplices, ad nullam, vel deformem barbam peruenire potuerunt, & si qui eam pro barba impetranda venerātur, a barbatis eius contemptoribus irridentur. Itane despit cor humanum, vt quorum deorum cultum propter iſta ipsa temporalia, & cito prætereuntia munera, quibus singulis singuli præesse perhibentur, inanem ludibriorumq; esse cognoscit, propter vitam ēternam credit esse fructuosum? Hanc dare illos posse, nec hi dicere ausi sunt, qui eis, vt ab insipientibus populis colerentur, iſta opera tempora-

G 2 Quid
lia, quoniam nimis multos putauerunt, ne quisquam eorum federet otiosus, minutatim diuisa tribue runt.

F
a. l. corp
re.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit quorum talia & genera detexit & sacra, ut reueretius cum eis ageret, si de illis omnino reticeret. Cap. II.

Quis Marco Varrone curiosius ista quæ sicut inuenit doctius? Quis cōsi deraurit attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius plenusq; cōscriptus? Qui tametsi minus est suauis eloquio, doctrina tñ atque **I**nīs ita refertus est, ut in omni eruditione, q; nos secularem, illi autem liberalē vocant, studiosum rerum tantum iste doceat, q; tum studiosum verborum Cicero delectat. Deni que & ipse Tullius huic tale testimoniū per hibet, ut in libris Academicis dicat eam quæ ibi versatur disputationem, se habuisse cum Marco Varrone, homine, inquit, omnium facile acutissimo, & sine vlla dubitatione doctissimo. Non ait eloquentissimo, vel facundissimo, qm re vera in hac facultate multum impar est, sed omnium, inquit, facile acutissimo. Et in eis libris, i. Academicis, vbi cuncta dubitanda esse cōtendit, addidit, sine vlla dubitatione doctissimo. Profecto de hac re ficerat certus, ut auferret dubitationem, quam solet in omnibus adhibere, tanquam de hoc uno etiam pro Academicorum dubitatione disputationatur, se Academicum fuisse oblitus. In primo autem libro cum eiusdem Varonis literaria opera prēdicaret: Nos, inquit, in nostra vrbe peregrinantes errantesq; tanquam hospites, vbi libri quasi domum reduxerunt, ut possemus aliquando qui & vbi essemus agnoscere. Tu xatem patriæ, tu descripciones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu publicam diuinam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Iste igitur vir tam insignis excellētisque peritiae, & quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breuiter ait: Vir doctissimus undeunque Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacasse miremur, tā multa scripsit, quam multa vix quenquam legere potuisse credamus. Iste, inquam, vir tantus ingenio tantusque doctrina, si rerum velut diuinarum, de quibus scribit, oppugnator esset atque destructor, easque non ad religionem, sed ad superstitionem diceret pertine-

re, nescio vtrum tam multa in eis ridenda, contemnda, detestandaque conscriberet. Cum vero Deos eosdem ita coluerit, colendosque censuerit vt in eo ipso opere literarū suarum dicat se timere ne pereant, non incur fu hostili, sed ciuium negligentia, de qua illos velut ruina liberari à se dicit, & in memoria bonorum per huiusmodi libros recōdi atque seruari vtiliore cura quam Metellus de incendio sacra Vestalia, & Aeneas de Troiano excidio Penates liberasse prēdicatur. Et tamen ea legenda seculis prodit, quæ a sapientibus & insipientibus merito abiicienda, & veritati religionis inimicissima iudicentur, quid existimare debemus, nisi hominē acerrimum ac peritisimum, non tamen sancto spiritu liberum oppressum fuisse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus, & tamen ea quibus mouebatur sub specie commendanda religionis facere noluisse?

Varron
ius cōse
tudinum
legumq;
ciuitatis

Quæ sit partitio Varronis librorum suorum, quos de antiquitatib. rerum humanarum diuinarumque composuit. Caput. III.

Quadraginta & vnum libros scripsit antiquatum, hos in res humanas diuiniasque diuist. Rebus humanis vigintiquinque, diuinis sedecim tribuit, istam secutus in ea partitione rōnem, ut rerum humanarū libros senos, quatuor daret partib. Intendit. n. qui agant, vbi agant, qm agant, quid agant. In sex itaque primis de hominib. scripsit, in secundis sex de locis, sex tertios de temporib. sex quartos eosdemq; postremos de reb. absolvit. Quater autem seni, viginti & quatuor sūt. Sed vnum singularem, qui communiter prius de omnib. loqueretur, in capite posuit. in diuinis * identidem rebus eadem ab illo diuisionis forma seruata est, quantum attinet ad ea quæ diis exhibenda sunt. Exhibentur enim ab hominibus locis & temporibus sacra. Hęc quatuor, quæ dixi libris complexus est ternis, nam tres priores de hominibus scripsit, sequentes de locis, tertios de temporibus, quartos de sacris, etiam hic qui exhibeant, vbi exhibent quando exhibeant subtilissima distinctione commendans. Sed quia oportebat dicere, & maxime id expectabatur, quibus exhibeant, de ipsis quoque diis tres conscripsit extremos, ut quinque ter- ni quin-

a. l. iii. 2.

B

C

ni quindecim fierent. Sunt autem omnes, ut diximus, sedecim, quia & istorum exordio vnum singularem, qui pri⁹ de oib. loqueret, opposuit, quo absoluto, consequenter ex illa quinq; partita distributione tres præcedentes, qui ad homines pertinent, ita subdiuidit, vt pri⁹ sit de pontificib. secūdūs de augurib. ter tius de quindecim viris factorū. Secūdūs tres ad loca pertinentes, ita, vt in uno eorum de faciliis, altero de sacris edib. diceret, tertio de locis religiosis. Tres porrò qui istos sequuntur, ad tempora pertinentia ad dies festos, ita ut vnum faceret de feriis, alterū de ludis Cirensib. de scenicis tertium. Quartorum triū, ad sacra pertinentium, vni dedit consecratio nes, alteri sacra priuata, ultima publica. Hac velut pompam obsequiorum in trib. qui restant, dii ipsi sequuntur extremi, quia iste vniuersus cultus impensis est. In primo dii certi, in secundo incerti, in tertio cuncti: nouissimo dii præcipui, atq; selecti. In hac tota serie pulcherrimæ ac subtilissimæ distributionis & distinctionis, vitam æternam fructu quæri, & sperari, impudentissime vel optari, ex his quæ iam diximus, & quæ deinceps dicen da sunt, cui vis hoīum, qui corde obstinato sibi nō fuerit inimicus, facillime appareat. Vel hominum n. sunt ista instituta, vel dæmonū non quales vocant illi dæmones bonos: sed, vt loquar apertius, immūdorum spirituum, & sine cōtrouersia malignorum, qui noxias opiniones qb. aīa humana magis magisque vanescat, & incommutabili æternaque veritatē coaptari atq; inhārere non posit, inuidentia mirabili & occulte inferunt cogitationib. impiorum, & aperte aliquando ingerunt sensib. & qua possunt fallaci attestatio ne confirmant. Itē ipse Varro, propterea se prius

B de rebus humanis, de diuinis autem postea scripsisse testatur, quod prius extiterint ciuitates, deinde ab eis hæc instituta sint. Vera autem religio non a terre na aliqua ciuitate insti tuta est, sed plane cœlestem ipsa instituit ciuitatem. Eam vero inspirat & docet verus Deus, dator vite æternæ, veris cultorib. suis.

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humanae quā diuinę reperiantur. Caput. IIII.

V Aronis igitur confitentis ideo se prius de reb. humanis scripsisse, postea de diuinis, quia diuinæ istæ ab hominib. institutæ sunt, hæc ratio est. Sicut prior est, inquit, pīctor q̄ tabula picta, prior faber, q̄ ædificium: ita priores sunt ciuitates, q̄ ea, quæ a ciuitatibus sunt instituta. Dicit autem se prius scripturam fuisse de diis, postea de hominib. si de omni natura deorum scriberet, quasi hic de aliqua scribat, & non de omni, aut vero ēt aliqua licet non omnis deorum natura, non prior debeat esse, q̄ hominum. Quid quod in illis trib. nouissimis libris, Deos certos, & incertos, & selectos diligenter explicans, nullam deorum naturam prætermittere vide? Quid est ergo qđ ait, si de omni natura deorum & hominum scriberemus, prius diuina absoluissimus, quam humana attigissimus? Aut enim de omni natura deorū scribit, aut de aliqua, aut oīno de nulla. Si de omni, præponēda est vtique reb. humanis. Si de aliqua, cur non etiam ipsa res præcedat humanas? An indigna est præferri etiam vniuersitate hominum pars aliqua deorum? Quod si multum est, vt aliqua pars diuina præponat vniuersis rebus humanis, saltē digna est vel Romanis. Rerum quippe humanarū libros, non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romā pertinet scripsit. Quos tamen rerum diuinarum libris se dixit scribendi ordine merito præluisse, sicut pictorem tabulæ pīctę, sicut fabrum q̄dificio, aperi tissime confitens, quod etiam iste res diuinæ, sicut pictura, sicut strūctura, ab hominibus institutæ sint. Restat vt de nulla deorum natura scripsisse intelligatur, neque hoc aper te dicere voluisse, sed intelligentib. reliquisse. Vbi enim dicitur, non omnis, vñitate quidem intelligitur aliqua. Sed potest intelligi & nulla, quoniam quæ nulla est, nec omnis, nec aliqua est. Nam vt ipse dicit, si omnis esset natura deorum de qua scriberet, scribendi ordine rebus humanis præponenda esset. Ut autem & ipso tacente veritas clamat, præponenda esset certe rebus humanis, etiam si nō oīs, sed saltē aliqua esset. Recte autem postponitur, ergo nulla est. Non ita Aug. Tomus Quintus G 3 que

De nulla
natura
deorum,
Varro
scripsisse,
cognoscere.
F

que rebus diuinis anteferre voluit res humanae, sed reb. veris noluit anteferre res falsas. in his. n. quæ scripsit de reb. humanis, sicutus est historiam rerum gestarum, quæ autem de his, quas diuinis vocat quid nisi opinione rerum vanarum? Hoc est nimurum, quod voluit subtili significatione monstrare, non solum scribens de his posterius, q̄ de illis, sed et rōnem reddens cur id fecerit. Quod si tacuisse, aliter hoc factum eius ab aliis fortasse defendere. In ea vero ipsa rōne q̄ reddit, nec aliis qcquam reliquit pro arbitrio spicari, & satis probauit homines se preposuisse institutis hoīum, non naturam hoīum naturæ deorū. Ita se libros rerum diuiniarum non de veritate, quæ pertinet ad naturā, sed de falsitate, quæ pertinet ad errorē scripsisse confessus est. Qd̄ apertius alibi posuit, sicut in quarto libro commemorauit, ex naturæ formula se scripturū fuisse, si nouā ipse cōderet ciuitatem, quia vero tam veteram inuenierat,

G non se potuisse nisi eus cōsuetudines sequi.

De tribus generibus theologiae secundum
Varonem, scilicet uno fabuloso, altero naturali, tertio ciuali.

Caput. V.

D Einde illud quale est, quod tria genera theologia dicit. i. rōnis, quæ de diis explicatur, eorumque vnum mythicon appellari, alterum physicon, tertium ciuale. Latine si visus admitteret, genus quod primum posuit fabulare appellaremus, sed fabulosum dicamus, a fabulis enim mythicō dictum est, qm̄ p̄v̄os Græce fabula dī. Secundum autem, vt naturale dicatur, iam & consuetudo locutio nis admittit. Tertium etiam ipse Latine enun ciat, quod ciuale appellatur. Deinde ait:

I Mythicon appellat, quo maxime vñf poe tæ, physicon, quo philosophi, ciuale, quo populi. Tertium, inquit, qd̄ dixi, in eo sunt multa contra dignitatem, & naturam immortalium ficta. In hoc enim est, vt Deus alias ex capite, alias ex femore sit, alias ex guttis sanguinis natus, in hoc vt dī surati sint, vt adulterauerint, vt seruerint homini. Deinde in hoc omnia diis attribuunt, quæ non modo in hominem, sed etiam quæ in contemptissimum hominē cadere possunt. Hic certe vbi potuit, vbi ausus est, vbi impunitum putauit,

quanta mendacis innis. fabulis naturæ deorū fieret iniuria sine caligine vlliis ambiguitatis expressit. Loquebat. n. non de naturali theologia, non de ciuali, sed de fabulosa, q̄ libere a se putauit esse culpandam. Videamus, quid de altera dicat: Secundum genus est, inquit, qd̄ demonstrauit, de quo multos libros philosophi reliquerunt. In quib. est, dī qui sint, vbi, qd̄ genus, quale, ex quonā tpe, an a semipaterno fuerint, an ex igne sint, vt credit Heraclitus, an ex numeris, vt Pythagoras, an ex atomis, vt Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes in schola, q̄ extra i foro ferre possunt aures. Nihil in hoc genere culpauit, qd̄ physicon vocavit, & ad philosophos p̄nit: tandem quod eorum inter se controversias, commemorauit per quos facta est disiden tium multitudine sectarum. Remouit tñ hoc gen⁹ a foro, i. a populis, scholis vero & parie tib. clausit. Illud aut primum mendacissimum atque turpisimum a ciuitatib non remouet.

O religiosas aures populares, atque in his ēt Romanas? Quod de diis immortalib. philosophi disputant ferre non possunt, quod vero poetæ canunt, & histriones agunt, q̄a con tra dignitatem ac naturam immortalium ficta sunt, quia non modo in hominem, sed etiam in contemptissimum hominem cade re possunt, non solum ferunt, sed etiam libenter audiunt. Neque id tantum, sed diis quoq; ipsis hæc placere, & per hæc eos placandos esse decernunt. Dixerit aliquis hæc duo genera mythicon, & physicon, i. fabulosum atque naturale. discernamus ab hoc ciuali, de quo nunc agit, vnde & illa ipse discrevit. Iamq; ipsum ciuale videamus, qualiter explicit. Vi deo quidem cur debeat discerni fabulosum, quia falsum, quia turpe, quia indignum est. Naturale autem a ciuali velle discernere, qd̄ est aliud, quam etiam ipsum ciuale fati esse mendosum? Si enim illud naturale est, quid habet reprehensionis, vt excludatur? Si autem hoc quod ciuale dicitur, naturale non est, quid habet meriti, vt admittatur? Hæc nempe illa causa est, quare prius scriperit de rebus humanis, posterius de diuinis, quoniam in diuinis rebus, non naturam deorum, sed hominum instituta secutus est. Intuemur sane & ciuilem theogiam: Tertium genus est, inquit, quod in vñibus ciues, maxime sacerdotes, nosse, atque administrare debent.

Theolo-
gia phis-
ica.

L habet reprehensionis, vt excludatur? Si autem hoc quod ciuale dicitur, naturale non est, quid habet meriti, vt admittatur? Hæc nempe illa causa est, quare prius scriperit de rebus humanis, posterius de diuinis, quoniam in diuinis rebus, non naturam deorum, sed hominum instituta secutus est. Intuemur sane & ciuilem theogiam: Tertium genus est, inquit, quod in vñibus ciues, maxime sacerdotes, nosse, atque administrare debent.

Theolo-
gia ciuili

bent. In quo est, quos Deos publice colere, quæ sacra & sacrificia facere quæq; par sit. Adhuc quod sequiēt atēdamus. Prima, ingr, theologia maxime accōmodata est ad theatrum, secunda ad mundum, tertia ad vrbem. Quis non videat, cui palmā dederit? Vtique secundæ, q; supra dixit esse philosophorum. Hanc enim pertinere testatur ad mundū, quo isti nihil esse excellentius opinantur in reb. Duas vero illas theologias, primam & tertiam theatri, satque vrbis distinxit, ac iuxxit. Vide mus n. non continuo quod est vrbis, p̄tinere posse ad mundum, q; quis vrbes esse videamus in mundo. Fieri n. potest, vt in vrbe secundū falsas opiniones, ea colantur & credant, quo ruin in mundo vel extra mundum natura sit nusquam. Theatrum vero vbi est, nisi in vrbe? Quis theatrum instituit, nisi ciuitas? Propter quid instituit, nisi propter ludos scenicos? Vbi sunt ludi scenici, nisi in reb. diuinis, de quib. hi libri tanta solertia conficibuntur?

M De theologia mythica, idest, fabulosa & de ciuili; contra Varronem. Caput. V.I.

O Marce Vario cum sis homo omnium acutissimus, & sine villa dubitatione doctissimus, sed tñ homo, non Deus nec spū Dei ad videnda & annuncianta diuina, in veritatem libertatemq; subiectus, cernis q;dē, quam sint res diuina ab humanis nugis atq; mendacis dirimendæ, sed vitiosissimas populorum opiniones, & consuetudines in superstitionib. publicis vereris offendere, quas à Deorum natura abhorre, vel talium quales in huius mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, & sentis ipse, eum eas usque quaq; consideras, & omnis vestra literatura circumsonat. Quid hic agit humanū quanuis excellentissimum ingenium? Quid tibi humana licet multiplex ingensque doctrina in his angustiis suffragatur? Naturales Deos colere cupis, ciuiles cogeris. Inuenisti alios fabulosos, in quos liberius quod sentis euomas, vnde & istos ciuiles velis nolise, p̄fundas. Dicis q;pp; fabulosos accommodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, ciuiles ad vrbē, cum mūdū opus sit diuinū, vrbes vero & theatra opera sint hominum, nec alii dii rideant in theatris quam qui adorantur in templis, nec alii ludos exhibeatis,

quam quibus victimas immolatis. Quantō liberius subtiliusq; ista diuideres dicens, alios esse Deos naturales, alios ab hominib. institutos. Sed de institutis aliud habere literas Pœtarum, aliud sacerdotum, vtrasque tñ ita esse inter se amicas consortio falsitatis, vt gratae sint vtræque Dæmonib. qb. inimica est doctrina veritatis. Sequestrata igitur paululū theologia, q; naturalem vocant, de qua postea disserendum est, placetne tādem vitam æternā peti, aut sperari a diis poeticis theatricis, ludicris, scenicis? Absit. Immo auertat Deus versus tam immanem sacrilegamq; demētiā. Nunquid ab eis diis, qb. hæc placent, & quos hæc placent, cum eorū illic criminis frequenter, vita æterna poscenda est? Nemo vt arbitratur, usque ad tñ præcipitum furiosissime impietatis insanit. Nec fabulosa igitur, nec ciuili theologia sempiternā quisquam adipsicetur vitam. Illa enim de diis turpia fingendo seminar, hæc fauendo metit: Illa mendacia spargit, hæc colligit. Illa res diuinis falsis criminibus infectatur, hæc eorum criminum ludos in diuinis rebus amplectitur. Illa de Diis nephanda figura hominum carminibus perfonat, hæc ea Deorum ipsorum festiuitatibus consecrat. Facinora & flagitia numinum illa cantat, hæc amat. Illa prodit, aut fingit, hæc autem aur attestatur veris, aut oblectatur & falsis. Ambæ turpes, ambæque dñnabiles. Sed illa, quæ theatrica est, publicam turpitudinem proficitur, ista, quæ vrbana est, illius turpitudine ornata. Hincine vita æterna sperabitur, vnde ista brevis temporalis que polluit? An vero vitam polluit confortium nephariorum hominum, si se inserunt affectionibus & assensionibus nostris, & vitam non polluit societas Dæmonum, qui coluntur criminibus suis? Si veris, quā mali, si falsis, quā male? Hæc cum dicimus, videri fortasse cuipiam nimis harum rerum ignaro potest, ea fola de diis talibus indigna maiestate diuina, & ridicula detestabiliaque celebrari, quæ poeticis cantantur carminibus, & ludis scenicis actitantur, sacra vero illa, quæ non histriones, sed sacerdotes agunt ab omni esse dedecore purgata & aliena. Hoc si ita esset nunquam theatricas turpitudines in eorum honorem quicquam celebrandas esse censeret, nunquam eas ipsi Dii præciperent sibi met exhiberi. Sed ideo ni-

Doctrina
veritatis,
dominib.
inimica.

Cimili;
theologia
aque in
poetica ui
tiosa.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

hil pudet ad obsequium Deorum talia gerere in theatris, quia similia geruntur in templis. Denique commemoratus author cum ciuilē theologiam à fabulosa & naturali tertia quādam sui generis distinguere conaretur, magis eam ex vtraque temperatam, q̄ ab vtraq; separatam intelligi voluit. Ait. n.ca quæ scribunt poetæ minus esse, q̄ vt populi sequi debeat, quæ aut philosophi, plus quam, vt ea vulgum scrutari expediat. Quæ sic abhorret,

E inquit, vt tñ ex vtroque genere ad ciuiiles rōnes assumpta sint non pauca. Quare q̄ sunt * communia cum poetis, vna cum ciuib. scribemus. E quib. maior societas debet esse nobis cum philosophis, q̄ cum poetis, nō ergo nulla cum poetis. Et tñ alio loco dicit de generationib. Deorum magis ad poetas quam ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic enim dixit, quid fieri debeat, ibi qd fiat. Physicos dixit vtilitatis cā scripsisse, poetas dele stationis. Ac per hoc ea, quæ a poetis cōscripta populi sequi nō debent, crimina sunt Deorum: quæ tamen delectant & populos & Deos. Delectationis enim causa, sicut dicit, scribunt poetæ non vilitatis, ea tamen scribunt, quæ dii expetant, populi exhibeant.

De fabulosa & ciuilis theologiæ similitudine atque concordia. Cap. VII.

Reuocantur igitur ad theologiam ciuilē theologiæ fabulosa, theatra, scenica indignitatis & turpitudinis plena. Et hæc tota, quæ merito culpanda & responda iudicatur, pars huius est, qua colenda & obseruāda censetur, nō sane pars incōgrua sicut ostendere istitui, & quæ ad vniuerso corpore aliena importunè illi connexa atque suspēsa sit, sed omnino consona & tanquam eiulde corporis, membrum conuenientissime copulata. Quid. n. aliud ostendunt illa simulachra, formæ, ætates, sexus, habitus Deorum? Nunquid barbatum Iouem, imberbem Mercurium poetæ habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo? Mimi non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris, quam procedit rigidus in theatris? Nū Saturnus senex, Apollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt non sint statuq; delubrorum? Cur Forculus, qui foribus p̄fēct, & Limentius qui limi-

ni, dii sunt masculi, atque inter hos Cardea foemina est, quæ cardinem fertur? Nōne ista in rerum diuinarum libris reperiuntur, quæ graues poete suis carminib. indigna dixerū? Nunquid Diana theatra portat arma, & urbana simpliciter virgo est? Nūquid scenicus Apollo citharista est, & ab hac arte Delphicus vacat? Sed Hęc honestiora sunt in comparatione turpiorū. Quid de ipso Ioue senserunt, qui eius nutricem in Capitolio posuerunt? Nonne atletati sunt Euemero, qui oēs G tales Deos nō fabulosa garrulitate, sed histo rica diligentia homines fuisse mortalesque *Euemero.*

conserpist? Epulones etiam Deos parasitos Iouis ad eius menſam, qui cōstituerunt, quid aliud q̄ mimica sacra esse voluerunt? Nam parasitos Iouis ad eius cōiuīnū adhibitos, si minus dixisset, risum, vtique quēsisse vide retur. Varro dixit. Non cum irridet Deos, sed cum commēdaret, hoc dixit, diuinarum non humanarum rerum libri, hoc eum scripsisse testantur. Nec vbi ludos scenicos expo nebat, sed vbi Capitolina iura pandebat. De ni que a talibus vincitur, & satetur, sicut forma humana Deos fecerunt, ita eos delectari humanis voluptatibus credidisse: Nō enim & maligi spiritus suo negocio defuerunt, vt has noxiæ opiniones humanarum mentium Inductione firmarent. Vnde etiam illud est, quod Herculis editiū, ocosus atque ferriatus lusit tessellis secum vtraque manu alterante, in vna constituens Herculem, in altera seipsum, sib⁹ ea conditione, vt si ipse viciisset, de stipe templi sibi cœnam pararet, amicam quæ conduceceret, si autem victoria Herculis fieret, hoc de pecunia sua voluptati Herculis exhiberet, deinde cum a seipso tanquam ab Hercule victus esset, debitam cœnam & nobilissimam meretricem *

*Lulus ad
tui cum
Hercule.*

Laurentinam *ad Lar.*
Deo Herculi dedit. At illa cum dormisset in templo, vidit in somnis Herculem sibi esse *in m.* *H* commixtum, sib⁹que dixisse, quod inde discedens, cui primū iuueni obuia fieret, apud illum esset inuentura mercedem, quam sibi credere deberet ab Hercule persolutam. Ac sic abeunti cum primus iuuenis ditissimus Taruntius occurrit, eamque dilectam lecum diutius habuisset, illa hęrede relicta, defunctus est. Quę amplissimam adepta pecuniā, ne diuinę mercedi videretur ingrata, quod acceptissimum putauit esse numinib. *ad sacr.*

populum

*Lawren
nz, Her
culis sc̄o
tū, int
Deos rel
ta.*

Laurenti populum Romanum etiam ipsa scripsit hęc redem, atque illa non comparēte inuentum n̄a, Her- est testamentum, qb. mēritis eam ferunt etiā culis scor- honores meruisse diuinos. Hęc si poetę fin- tū inter gerent, si mimi agerent, ad fabulosam theolo Deos rela giam dicerentur proculdubio pertinere, & ta. a ciuilis theologię dignitate separanda iudi carentur. Cum vero hęc dedecoranon poe-

tarum, sed populorum, non mimorum, sed sacrorum, nō theatrorum, sed templorum. i. nō fabulosę, sed ciuilis theologię, a tanto au thore producēt, nō frustra histriones ludicris artibus fingunt deorum, quę tanta est, turpi tudinem, sed planè frustra sacerdotes velut facris ritib. conatūr fingere deorum, quę nul la est, honestatę. Sacra sunt Iunonis, & hęc i eius dilecta īsula Sama celebrant, vbi nupti data est Ioui. Sacra sunt Cereris, vbi a Pluto nerapta Proserpina querit. Sacra sunt Veneris, vbi amatus eius Adonis aprinodente extinctus iunenis formosissimus plangitur. Sacra sunt matris Deum, vbi Atys pulcher adole scens ab ea dilectus, & muli ebri zelo absi fusi, etiam hominum abscisorum, quos Gallos vocant, infelicitate deploratur. Hęc cum deformiora sint omni scenica fœditate, qđ est, quod fabulosa de diis figmenta poetarū ad theatrum videlicet pertinentia velut secer nere nituntur a ciuili theologia, quam perti nere ad vrbe volunt, quasi ab honestis & dignis indigna & turpia? Itaque potius est, vnde gratię debeantur histriónibus, qui oculis hominum pepercerunt, nec omnia spectaculis nudauerunt, quę sacrarum ædium parietibus occulutur. Quid de sacris eorum boni sentiendum est, quę tenebris operiuntur, cum tam sint detestabilia, quam proferantur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abscisos & molles ipsi viderint. Eodem ta-

al. sacra. L men homines infoeliciter ac turpiter ener uatos atq; corruptos minime occultare potuerūt. Persuadeat cui possunt, sè aliquid san ctum per tales agere hoīes, quos inter * sancta sua numerari atq; versari negare nō pos sunt. Nescimus quid agant, sed scimus p̄ quales agant. Nouimus autem, quę agantur in scena, quę nunquam vel in choro meretrum, quo nemo abscisus aut mollis intrauit, & tamen etiam ipsa turpes & infames agūt, neque enim ab honestis agi debuerunt. Quę int ergo illa sacra, quibus agendis tales ele-

git sanctitas, quales nec thymelica in se admittit obscoenitas?

De interpretationibus naturalium rationū, quas doctores Pagani pro diis suis conan tur ostendere. Cap. VIII.

AT enim habent ista physiologicas qualitatem, sicut aiunt, i. naturalium rationū interpretationes. Quasi vero nos i hac disputatione physiologiā queramus, & non theologiam, i. rōnem non natura, sed Dei. Quantius n. qui verus Deus est, non opinione, sed natura sit Deus, nō tñ omnis natura Deus est, quia & hoīs, & pecoris, & arboris & lapidis virtute natura est, quorum nihil est Deus. Si autem interpretationis huius quando agitur de sacris matris Deum, caput est certe, quod mater deorum est terra, quid ultra querim⁹, quid cetera perscrutam⁹? Quid euidentius suffragatur eis, qui dicunt omnes istos Deos homines fuisse? Sin enim sunt tetrigenæ, sicut terra eis mater est. In vera autem theologia Terra, opus Dei est terra, non mater. Veruntamen p̄ Dei. quoquo modo sacra eius interpretentur, & referant ad rerum naturam, viros muliebri pati non est secundum naturam, sed contra naturam. Hic morbus, hoc crimen, hoc dedecus, habet inter illa sacra professionem, qđ in vitiosis hominum morib. vix habet inter tormenta confessionem. Deinde si ista sacra, quę scenicis turpidinibus coniunctur esse fœdiora, hinc excusat, atque purgatur quod habent interpretationes suas quibus ostendantur rerum significare naturam, cur non etiam poetica similiter excusat atque purgantur? Multa enim & ipsi ad eundem modum interpretati sunt, vñque adeo, vt quod ab eis immanisimum & infandissimum dicitur: Saturnum suos filios deuorasse, ita nonnulli interpretentur, quod longinquitas temporis, quę Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consumat. Vel si cut idem opinatur Varro, quod pertineat Saturnus ad feminam, quę in terram de qua oriuntur iterum recidunt. Itemque alii alio modo & similiter cetera. Et tamen theologia fabulosa dicitur, & cum omnibus huiuscmodi interpretationibus suis reprehendit, abicietur, improbat: nec solum a naturali, quę philosophorum est, verum etiam ab ista.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ista ciuili de qua agimus, quæ ad vrbes popu-
losque pertinere afferitur, eo qđ de diis indi-
gna confinxerit, merito repudianda discerni-
tur. eo nimirum consilio, quoniam acutissi-
mi homines atq; doctissimi a quib. ista con-
scripta sunt ambas improbadas intelligebat,
& illam. s. fabulosam & istam ciuilem. Illam
vero audebant improbare, hanc nō audebat.

idem * in fēminis agere Liberam, quam etiā
Venerem putant, quod & ipsas perhibeant se a. i. dicit.

mina emittere, & ob hoc Libero eandem se-
rilem corporis partem in templo ponit, fœ-
minam Liberae. Ad hæc addunt mulieres at-
tributas Libero & vinum, propter libidinem
concitandā. Sic Baccanalia summa celebra-
tur insania. Vbi Varro ipse confitetur a Bac-
canib. talia fieri non potuisse, nisi mente cō-
mota. Hæc tamen postea displicerunt sena-
tui saniori, & cā iusfit auferri. Saltem hic tan-
dem forsitan senserunt quid immundi spi-
ritus, dum pro diis habent, quid in hominū
possint mentib. Hæc certe non fierent in thea-
tris. Ludunt quippe ibi, non furunt, quanuis

Baccha-
nalia.

F ambo fabulosæ sunt ambeq; ciuiles, ambas
inueniet fabulosas, qui vanitates & obscoen-
tates ambarum prudenter inspexerit, ambas
ciuiles, qui ludos senicos pertinētes ad fabu-
losam, in deorum ciuilium feltuitatib. & in
vrbi diuinis rebus aduerterit. Quomodo
igitur vita æternæ dandæ potestas cuiquam
deorum istorum tribuitur, quos sua simula-
chra & sacra, conuinēt, diis fabulosis aper-
tissime reprobatis, esse simillimos formis,
etatib. sexu, habitu, coniugiis, generationib.
ritib. in quibus omnibus aut homines fuisse
intelliguntur, & pro vniuersciuifq; vita vel
morte sacra eis, & solennia constituta, hunc
errorem insinuantibus firmantibusque de-
monibus, aut certe ex qualibet occasione im-
mundissimi spiritus fallendis humanis men-
tibus irrepssisse.

Hæc tamen mulieri foeta post partum
tres deos custodes cōmemorat adhiberi, ne
Siluanus Deus per noctem ingrediatur & ve-
xet, eorumque custodium significandorum
causa tres homines noctu circumire limina
domus, & primo limen securi ferire, postea
pilo, tertio deuerrere scopis, ut his datis
cultura signis, Deus Siluanus prohibeat
intrare, quia neque arbores cäduntur ac pu-
tantur sine ferro, neque fas conficitur sine
pilo, neque fruges coaceruantur sine scopis.
Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos

Deorum,
discordia.

Deos: Intercidonem a securis intercisione:
Pilumnum, a pilo: Deuerram a scopis, qui-
bus diis custodibus contra vim Dei Siluani,
foeta conseruaretur. Ita contra Dei nocen-
tis saevitiam non valeret custodia bonorum,
nisi plures essent aduersus vnum, eique aspe-
ro, horrendo, inculto vt pote sylvestri si-
gnis cultura tanquam contrariis repugna-
rent. Istante est innocentia deorum, ita con-
cordia? Hæcne sunt numina salubria vr-
biuum, magis ridenda quam ludibia poeta-
rum & theatrorum? Cum mas & foemina
coniunguntur, adhibetur Deus Iugatinus, sit
hoc ferendum. * Sed domum est ducenda. a. l. f.
quæ nubit, adhibetur Deus Domiducus. Ut ma-
neat

De officiis singulorum deorum. Cap. IX.

Quid ipsa numinum officia tam viliter
minutatimq; cōcisa propter quod eis
dicit pro voiuisciuifq; proprio munere sup-
plicari oportere? Vnde non quidem omnia
sed multa iam diximus. Nōne scurrilitati mi-
micæ magis qđ diuinæ consonant dignitat? Si
duas quisquæ nutrices adhiberet infanti qua-
rum vna nihil nisi escam, altera nihil nisi po-
tum daret, sicut isti ad hoc duas adhibuerūt
deas Edulicam & Potinam, nempe desipere,
& aliquid nimo simile in sua domo agere
videretur. Liberum a liberamento appellatū
volunt, quod mares in coendo per eius be-
neficiū emissis seminibus liberentur. Hoc

Liber.

a. dicitur.
Bacchus
nalis.

Venus.

neat cum viro, additur dea Manturna. Quid ultra queritur? Paratur humanæ verecundia peragat cætera cōcupiscentia carnis & sanguinis procurato secreto pudoris. Quid implet cubiculum turba numinum, qñ & paronymphi inde discedunt? Et ad hoc implet, nō ut deorum præsentia cogitata maior sit cura pudicitia, sed ut fœminæ sexu infirmæ nouitate pauidet, illis cooperantibus sine vlla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginis & Deus pater subigus, & dea mater Prema, & dea Partunda, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si oīno laborâtem in illo opere virum ab diis adiuuari oportebat: non sufficiebat aliquis vñus, aut aliqua vna. Nunqd Venus sola parum esset, quæ ob hoc etiam dñ nuncupata, quod sine eius vi fœmina virgo esse nō desinat. Si vlla est fr̄os in hominib. quæ nō est in numinib. nonne cum credunt coniugati tot Deos vtriusque sexus esse præsentes, & huic operi instantes, ita pudore afficiunt, vt & ille minus moueat, & ilia plus relucent?

Et certe si adest Virginensis dea, vt virginizona soluat, si adest Deus Subigus, vt viro subigatur, si adest dea Prema, vt subacta ne se commoueat, comprimatur, dea Partunda ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus. Valde inhonestū est, vt qđ vocat illa, implet quisquam nisi ille. Sed forte iō tolerat, quia dea dñ esse nō Deus. Nam si masculus credere, & partundus vocare, maius cōtra eum pro vxoris pudicitia posceret maritus auxilium, qđ Poeta cōtra Siluanum. Sed quid hoc dicam, cum ibi sit & Priapus nimis masculus, super cuius immannissimum & turpisimum fascinum sedere noua nupta iubebat, more honestissimo & religiosissimo matronarum? Eant adhuc & ciuilem Theologiam a Theologia fabulosa, vribes a theatris, tempora scenis, sacra pontificū a carminib. poetarū, velut res honestas a turpib. veraces a fallacib. graues a leuib. serias a ludicris, appetendas a respuēdis, qua possunt quasi conentur subtilitate discernere. Intelligimus quid agant, qui illam dramaticam & fabulosam Theologiam ab ista ciuili pendere nouerunt, & ei de carminib. poetarum tanq; de speculo resultare, & iō ista exposita, quā dānare nō audent, illam eius imaginem liberiū arguunt & reprehendunt, vt qui agnoscat quid velint, & hanc ipsam faciem cuius illa

imago est, defestentur, quam tamen ipsi dii tanquam in eodem speculo se intuentes ita diligunt, vt qui qualesq; sunt in vtroq; melius videant. Vnde etiam cultores suos terribilib. imperiis compulerunt, vt immunditiā theologie fabulose sibi dicarent, in suis solennitatib. ponerent, in reb. diuinis haberent, atque ita & seipso immundissimos sp̄is manifestius esse docuerūt, & huius vrbanae Theologie velut electa & probatæ illam dramaticam abiecent atq; reprobant, membrum partē que fecerūt, vt cum sit vniuersa turpis & falax, atq; in se contineat cōmēticios Deos vna pars eius sit in literis sacerdotū, altera in carminib. poetarum. Vtrum habeat & alias partes, alia qđ est. Nūc pp diuisionem Varronis & vrbanae & dramaticam Theologiam ad vnam ciuilem pertinere satis, vt opinor, ostēdi. Vnde quia sunt ambæ similis turpitudinis, absurditatis, indignitatis, falsitatis, absit viris religiosis, vt siue ab hac, siue ab illa vita sperretur æterna. Deniq; & ipse Varro commemorare & enumerare Deos cœpit a cōceptio nehois quorum numeros exorsus est a Iano, eamq; seriē perduxit vsq; ad decrepiti hois mortem, & deos ad ipsum hoīem pertinentes clausit ad Neniam deam quę in funerib. senum cātā. Deinde cœpit Deos alios ostendere, qui pertinerent non ad ipsum hoīem, sed ad ea, quæ sunt hois, sicuti est vicitus, vestitus, & quacūque alia, quæ huic vita sunt necessaria, ostendens in omnibus quod sit ciuiusque munus, & propter quid cuique dēat supplicari, in qua vñuersa diligentia nullos demōstravit vel nominavit Deos a quib. vita æterna poscenda sit, propter quam vnam proprie nos Christiani sumus. Quis ergo A vsque adeo tardus sit, vt non intelligat istum hominem ciuilem Theologiam tā diligēter exponendo & aperiendo eamq; illi fabulosę indignā atq; probrosę similē demonstrādo, atque ipsam fabulosam partem esse huius fatis euidenter docendo, non nisi illi naturali, quam dicit ad philosophos pertinere, in animis hoīum moliri locum, ea subtilitate vt fabulosam reprehendat, ciuilem vero reprehendere quidem non audeat, sed prodendo reprehensibilem ostēdant, atque in vtraque iudicio recte intelligentium reprobata, sola naturalis remaneat eligenda? De qua suo loco in adiutorio Dei veri diligēti differēdū est.

De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De libertate Senecæ , qui vehementius ciui-
lem theologiam reprehendit quā
Varro fabulosam .
Cap. X.

SEN E-
C. A.

Libertas sanè quæ huic defuit, ne istam vr-
banam theologiam theatricę simillimā
aperte sicut illam reprehendere auderet, An-
neo Senecæ, quem nonnullis indicis inueni-
mus Apostoloram nostrorum clarissime tem-
porib. non quidem ex toto, verum ex aliqua
G parte non defuit. Affuit enim scribenti, viue-
ti defuit. Nam in eo libro quem cōtra super-
stitiones condit, multo copiosius atq; vehe-
mentius reprehendit ipse ciuilem istam & vr-
banam theologiam , q̄ Varro theatricam at-
que fabulosam . Cū enim de simulachris age-
bra Deo ret, sacros, inquit, immortales inuolabilesq;
rū āfene- Deos in materia vilissima atque immobili
ca repre- dedicant, habitus illis hominū, ferarumque,
benja. & pīcium . Quidam vero misto sexu diver-
sis corporibus induunt, numina vocant, quæ
si spiritu accepto subito occurrerent, mon-
stra haberentur. Deinde aliquanto post, cum
Theologiam naturalem prædicens, quo rū-
dam philosophorum sententias digessisset,
oppōsuit sibi qōnem, & ait: Hoc loco dicet
aliquis. Credam ego coelum & terram Deos
esse, & supra lunā alios, infra alios? Ego ferā
aut platoneum, aut Peripateticū Stratonē, quo
rum alter fecit Deum sine corpore, alter sine
āio? Et ad hoc rñdens, quid ergo tandem in-
quit: Veriora tibi videtur T. Tatii, aut Romu-
li, aut Tulli Hostiliī somnia Cloacinam Ti-
tus Tatius dedicant, Picum, Tiberinū-
que Romulus: Hostilius pauorum atq; pallo-
rem tēterrīmos hominum affectus, quorum
alter mentis territ̄ motus est, alter corporis,
ne morb. qđem, sed color. Hāc numina poti-
us credes, & cōcō recipies? De ipsis vero
ritib. crudeliter turpib. q̄ libere scripsit? Ille
inquit, viriles sibi partes putat, ille lacertos
secat. Vbi iratos Deos timent, qui sic propi-
tios mirentur? Dii autem nullo debent coli
genere, si & hoc volunt. Tantus est perturba-
t̄ mentis & sedib. suis puls̄ furor, vt sic dii
placentur, quemadmodum nequidem homi-
nes. Sæuiunt tēterrīmi & in fabulas traditi
crudelitati. Tyranni lacerauerunt aliquorū
membra, neminem sua lacerare iusserunt. Re-
gia libidinis voluptate castrati sunt quidam,

sed nemo sibi ne vir esset iubente domino
manus intulit, & ipsi in templis contrucidat,
vulnerib. suis, ac languine supplicant. Si cui
intueri varet, quæ faciunt, quæque patiunt̄,
inueniet tam indecora honestis, tam indigna
liberis, tā dissimilia fanis, vt nemo fuerit du-
bitatus furere eos. si cum paucorib. fure-
rent, vtcunq; serendi essent, nunc sanitatis pa-
trocinium insanientium turba est. Iani illa q̄
in ipso Capitolio fieri solere commemorat,
& intrepide omnino coarguit, quis credat ni
si ab irridentibus, aut furentib. fieri? Nam cū
in sacris Aegyptiis Osirim lugeri perditum
mox autem de inuento magnum fuisse gau-
dium derisisset, cum perditio eius inuentio-
que fingatur, dolor tñ ille atq; lætitia ab eis,
qui nihil perdiderunt, nihilque inuenerunt,
veraciter exprimatur. Hinc tñ, inquit, furori
ri certum tempus est. Tolerabile est semel in
anno insanire. In Capitoliū peruenire, pude-
bit publicat̄ dementiæ, quod sibi vanus fu-
ror attribuit officii aliis numina Deo subii-
cit, aliis horas Ioui nunciat, aliis lictor est,
alius vñctor qui vano motu brachiorū imi-
tatur vnguentem. Sunt quæ lunoni ac Miner-
uæ capillos disponant, longe a templo non
tantum a simulacho stantes, digitos mouent
ornantium modo. Sunt quæ speculū teneat,
sunt quæ ad vadimonia sua Deos aduocent.
Sunt qui libellos offerant, & illos cām suam
doceat. Doctus Archimius senex iam, decre-
pitus, quotidie in capitolio Mīnum agebat,
quasi dii libentes expectarent, quem homi-
nes deriserant. Omne illuc artificum genus
operantium diis immortalibus desiderat. Et
paulopost: Hi tamen inquit, etiam si super-
vacuum vsum, non turpem nec infamem
Deo promittunt. Sedent quēdam in Capi-
tolio, quæ se a loue amari putat, nec lunonis
quidem, si credere poetis velis, iracudissimæ
respectu terrentur. Hanc libertatem Varro
non habuit, tantummodo poeticam Theo-
logiam reprehendere ausus est, ciuilem non
ausus est, quam iste concidit. Sed si verum
attendamus, deteriora sunt templa, vbi hāc
agunt, quam theatra, ybi finguntur. Vnde in
his facris ciuilis theologiæ has partes potius
elegit Seneca sapienti, vt eas in animi religio
ne non habeat, sed in actib. fingat. Ait enim
Quæ omnia sapiens feruabit tanquam legib.
iuſſa non tanquam diis grata. Et paulopost:
Quid

Deorū
tiliūcula
tunc t p
magis a

morem,
ad rē p
tinuisse.

Sabbat
Iudeorū
a sene
reprehe
fa.

Christi
nos ne
Laudat
nec uit
perat.

Inde
Eli vñ
ribus le
dedicē

Quid quod & matrimonia, inquit, deorum iungimus, & ne pie qđem fratum. s. & sororum? Bellonam Marti collocamus: Vulcano Venerē: Neptuno Salaciā, quosdā tñ cēlibes relinquimus, quasi cōditio defecerit pr̄fertim cum qđam viduæ sint, vt Populonia, vel Fulgora, & diua Ruminā, qb. non miror petitorem defuisse. Oēm istam ignobilem deorum turbam, q̄ longo quo longa superstitione congesit, sic inquit, adorabimus, vt meminemus cultum eius magis ad morē, q̄ ad rem

Deorū gē pertinere. Nec leges ergo illæ, nec mos in ci
tiliū cultū uili theologia id instituerunt, qđ diis gratum tunc t̄pis effet vel ad rem pertineret. Sed iste quē ph
magis ad Iosophi quasi liberum fecerunt, tñ quia illu

L stris populi Romani senator erat, colebat, morem, q̄ ad rē per tinuisse. qđ reprehendebat: agebat, qđ arguebat, qđ culpabat, adorabat, qa videlicet magnū ali
qđ eum philosophia docuerat, ne superstitionis effet in mundo, sed pp leges ciuiū mo
resque hoīum, non quidem ageret fingētem scenicum in theatro, sed imitaretur in tem
plo, eo damnabilius, q̄ illa, quæ mendaciter agebat, sic ageret, vt eum populus veraciter agere existimaret. Scenicus autem ludendo potius delectaret, quam fallendo deciperet.

Quid de Iudæis Seneca senserit. Cap. XI.

Sabbata,
Iudeorū
& seneca
repreh
sa.

Christia
nos nec
ludat
nec iusti
perat.

Iudei vi
eo sceleratissime gentis consuetudo conu
eli victo
ribus: lege
dedisse.

H Inc inter alias ciuilis theologie super
stitiones reprehendit etiam sacramen
ta Iudeorum, & maxime sabbata, inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos singu
los septem interpositos dies, séptimam fere partem ætatis suę perdant vacando, & multa in tempore virginia non agendo lədantur.

Christianos tñ iā tūc Iudeis inimicissimos, in neutram partem cōmemorare ausus est, ne vel laudaret contra suæ patriæ veterē con
suetudinem, vel reprehenderet contra prop
riam forsitan voluntatem. De illis fāne Iu

dæis cum loqueretur, ait: Cum interim vsq;
elicitatis quendam istorum deorum, qui aeternam vitam vbi vera est, & plena felicitas, pia charitate diligimus? Non autem datorem esse felicitatis quendam istorum deorum, qui tantum turpitudine coluntur: & nisi ita colantur, multo turpiter irascuntur, atque ob hoc se spiritus immundissimos confitentur, puto ex his quę dicta sunt neminē dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem, vitam quomodo posfit dare aeternam? Eam quippe vitam eternam dicimus, vbi est sine fine felicitas. Nam si anima in peccatis vivit aeternis, quibus & ipsi spiritus cruciabantur immundi, mors illa potius aeterna dicenda est quam vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quam vbi non moritur mors. Sed quod aeterna natura, per id quod immortalis creata est, si ne qualicunque vita esse non potest summa mors eius est alienatio a vita. Dei in aeternitate supplicii. Vitam igitur aeternam. i. sine ullo fine felicem, solus ille dat, qui dat veram felicitatem. Quanquam illi, quos colit theolo

vel cur, vel quatenus instituta sint autoritate diuina, ac postmodum a populo Dei, cui vitę aeternę mysterium revelatum est tempore quo oportuit eadem authoritate sublata sint, & alias diximus, maxime cum aduersus Manicheos ageremus, & in hoc opere loco oportuniore dicendum est.

Quod gentilium deorum vanitate detecta, nequeat dubitari aeternam eos vitam nemini posse praestare, qui nec ipsam adiuuant temporalem. Caput. XII.

N Vnc autē propter tres theologias, quas Græci dicunt mythicen, physicen, pollicen: Latine autem diei possunt fabulosa, naturalis, ciuilis, quod neque de fabulosa, quā & ipsi multorum falorumque deorum cultores liberrime reprehenderunt, neque de ciuilis, cuius illa pars esse conuincitur, eiusque & ista simillima vel etiam deterior inuenit, speranda est aeterna vita, si cui satis non sunt, quae in hoc volumine dicta sunt, adiungat et illa, quae in superioribus libris, & maxime quarto de felicitatis datore Deo plurima disputatione sunt. Nam cui nisi vni felicitati propter aeternam vitam consecrandi homines essent, si dea felicitas esset? Quia vera non dea, sed munus est Dei, cui Deo nisi datori felicitatis consecrandi tumus, qui aeternam vitam vbi vera est, & plena felicitas, pia charitate diligimus? Non autem datorem esse felicitatis quendam istorum deorum, qui tantum turpitudine coluntur: & nisi ita colantur, multo turpiter irascuntur, atque ob hoc se spiritus immundissimos confitentur, puto ex his quę dicta sunt neminē dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem, vitam quomodo posfit dare aeternam? Eam quippe vitam eternam dicimus, vbi est sine fine felicitas. Nam si anima in peccatis vivit aeternis, quibus & ipsi spiritus cruciabantur immundi, mors illa potius aeterna dicenda est quam vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quam vbi non moritur mors. Sed quod aeterna natura, per id quod immortalis creata est, si ne qualicunque vita esse non potest summa mors eius est alienatio a vita. Dei in aeternitate supplicii. Vitam igitur aeternam. i. sine ullo fine felicem, solus ille dat, qui dat veram felicitatem. Quanquam illi, quos colit theolo

F

Vita etor
nus.

G

glia

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

gia ista ciuilis dare non posse conuicti sunt, non solum propter ista temporalia atque terrena, quod superioribus quinque libris ostendimus, sed multo magis propter vitam æternam, quæ post mortem futura est, quod ista uno eriam illis cooperantibus egimus, colendi non sunt. Sed quoniam veteros consuetudinis vis nimis in alto radices habet, si cui de ista ciuili theologia responda atque vita paru videor disputasse, in aliud volumen, quod huic, opitulante Deo, subiungendum est animum intendat.

D. AVRELII AVGUSTINI
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER SEPTIMVS.

An cum in Theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit, in selectis diis eam inueniri posse credendum sit. Cap. I.

Diligentius me paruas & veteres opiniones veritati pietatis iniunicas quas tenebrosis animis altius & tenacius diuturnus humani generis error infixit, euellere atque extirpare conantem, & illius gratia, qui hoc ut verus Deus potest, pro meo modulo in eius adiutorio cooperantem, ingenia celeriora atque meliora, quibus ad hanc rem superiores libri satis superque sufficient, patienter & æquanimiter ferre debunt, & propter altos non putare superfluum, quod iam sibi sentiunt non esse necessarium. Multum magna res agitur, cum vera & vere sancta diuinitas, quanuus ab ea nobis etiam huic quam nunc gerimus, fragilitati necessaria subsidia præbeantur, non tam propter mortalis vita transitorium vaporem, sed propter vitam beatam, quæ non nisi aeterna est, querenda & colenda prædicatur. Hanc diuinitatem, vel, ut sic dixerim, deitatem: nam & hoc verbo vti iam nostros non piget, vt è Greco expressius transfrant, id quod illi *θεότητα* appellant. Hanc ergo diuinitatem sive deitatem non esse in ea Theologia, quam ciuilem vocant, quæ a M. Varrone sedecim voluminibus explicata est, id est non perueniri ad æternæ vita felicitati-

Diuinitas
cur que
renda.

tem talium deorum cultu, quales a ciuitatib. qualiterque colendi instituti sunt, cui nondum perlausit sextus liber, quem proxime aboluimus, cum istum forsitan legerit, quid de hac questione expedienda vterius desideret, non habebit. Fieri enim potest ut saltem Deos selectos atque præcipios, quos Varro volumine complexus est ultimo, de quibus parum diximus, quisquam colendos propter vitam beatam, quæ non nisi eterna est, opinetur. Qua in re non dico quod facetus ait Tertullianus forrasse quam verius, si dii eliguntur ut bulbi, utique cæteri reprobi iudicantur. Non hoc dico, video enim etiā ex electis feligi aliquos ad aliquid maius atque prestantius, sicut in militia cum tirones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod maius armorum. Et cum eliguntur in ecclesia, qui fiant præpositi, non utique cæteri reprobantur, cum omnes boni fideles electi merito nuncupentur. Eliguntur in ædificio lapides angulares, non reprobatis cæteris, qui structuræ partibus aliis deputantur. Eliguntur vix ad vescendum, nec reprobamus alias, quas relinquimus ab ibendum. Non opus est multa percurrere, cū res in aperto sit. Qumobrem non ex hoc, quod dii ex multis quidem selecti sunt, vel is, qui scriptis, vel eorum cultores, vel dii ipsi vituperandi sunt, sed animaduertereendum potius, quinam isti sint, & ad quam rem selecti videantur.

Qui sint dii selecti, & an ab officiis viliorum deorum habeantur excepti.

Caput II.

Hos certe Deos selectos Varro vnius libri contextione commendat Ianum, Iouem, Saturnum, Geniū, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solēm, Orcum, Liberū patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Vestam, in quibus omnibus ferme viginti, duodecim mares, octo sunt fœminæ. Hæc numina vtrum propter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur: an quod populis magis innotuerunt, maiorque est eis cultus exhibitus? Si propterea quia opera maiora ab his administrantur in mundo, non eos inuenire debuimus inter il-

ter illam quasi plebeiam numinum multitudinem, minutis opusculis deputata. Nā ipse primū Janus cū puerperū concipiēt, vnde cū ēta illa opera sumū exordiū, minutacim minutis distributa numinib. aditum aperit recipiendo semini. Ibi est & Saturnus pp ipsum semen. Ibi Liber, qui marem effuso semine liberat. Ibi Libera, q & Venerem volūt, quæ hoc idem beneficium conferat foemina, vt etiam ipsa emissio semine libereat. Omnes hi ex illis sunt, qui selecti appellātur. Sed ibi est & dea Mena, quæ menstruis fluorib. præest, quanuis Iouis filia tamen ignobilis. Et hanc prouinciam fluorum menstruorum, in libro selectorum deorum ipsi Lunoni idē authorasignat, quæ in diis selectis ēt regina est, & hic tanquam Iuno Lucina cum eadem Mena priuigna sua eidem cruxi præsidet. Ibi sunt & duo, nescio, qui, obscurissimi, Vitumnus & Sentinus, quorum alter vitam, alter sensus puerperio largiūtur. Et nimurum multo plus præstant, cum sint ignobilissimi, q illi tot, p. ceres & selecti. Nam profecto sine vita & sensu quid est illud totum qd muliebri utero geritur, nisi nescio quod abiecitissimum limo ac pulueri comparandum?

Quam nulla sit ratio, quæ de selectione quorundam deorum posit ostendi, cum multis inferioribus excellētior administratio deputatur.

Caput. III.

Quæ igit causat tot selectos Deos ad hæc opera minima compulit, vbi a Vitumno & Sentino, quos fama obscura recondit in huius munificēti partitione superentur? Confert enim selectus Janus aditum & quasi iauam semini: Confert selectus. Saturnus se men ipsum: Confert selectus Liber eiusdem seminis emissionem viris confert hoc idem Libera, quæ Ceres seu Venus est, foemina, Cōfert selecta Iuno, & hæc non sola, sed cū Mena filia Ioui fluores menstruos ad eius qd conceptum est incrementum. Et confert Vitumnus obscurus & ignobilis vitam, confert Sentinus obscurus & ignobilis sensum. Quæ duo tanto illis reb. præstantiora sunt, quanto & ipsæ res ab his intellectu ac ratione vincuntur. Sicut enim quæ ratiocinatur & intelligunt, profecto potiora sunt his, quæ si ne intellectu atque rōne vt pecora vinunt, &

sentiunt, ita & illa quæ vita sensuque sunt prædicta, his qui nec viuunt nec sentiunt merito p̄ferunt. Inter selectos itaq; Deos Vitumnus viuiscator, & Sentinus sensificator magis haberi debuerūt, q Janus feminis admisor, & Saturnus seminis dator vel sator, & Liber & Libera seminū commotores vel emissores, q feminā indignū est cogitare, nisi ad vitā sensumq; peruerenterint. Quæ munera selecta nō dant a diis selectis, sed a qbusdā icognitis, & præ illorum dignitate neglectis. Qd si rñdef oīum interiorum potestarem h̄re Janum, & iō illi etiam qd aperit cōceptum non immērito attribui, & oīum seminū Saturnum, & iō seminationem quoq; hominis non posse ab eius operatione sciungi, & oīum seminū emittendorum Liberum & Liberam, & ideo his etiam præesse, quæ ad substituēdos hoīes pertinent, oīum purgandorum & pariendorum Iunonem, & ideo eam non deesse purgationibus fēminarum & partib. hominum. Querant quid respondeant de Vitumno & Sentino, utrum & ipsos velint habere omniū quæ viuunt & sentiunt, potestatem? Quod si concedunt, attendant, q eos sublimius locuti sunt. Nam seminibus nasci in terra, & ex terra est, viuere autem atque sentire, etiam Deos sydereos opinantur. Si autem dicunt Vitumno atque Sentino hæc sola attributa, quæ in carne viuiscunt & sensibus adminiculantur, cur non Deus ille, qui facit omnia viuere atque sentire, etiam carni vitam præbet & sensum, vniuersali opere hoc munus etiā partibus tribuens? Et quid opus est Vitumno atque Sentino, quod si ab illo qui vita & sensibus præest vniuersaliter cuncta regunt, & his quæ si famulis ista carnalia velut extrema & ima commissa sunt? Itane sunt illi selecti destituti familia, vt non inuenirent, quib. F etiam ipsi ista committerēt, sed cum tota sua nobilitate quæ vis sunt feligendi, opus facere cum ignobilibus cogerentur? Iuno selecta & regina, Iouisque soror & coniunx, hæc tamen Iterduca est pueris, & opus facit cum deabus ignobilissimis Abeona & Adeona. Ibi posuerunt & Mentem deam, quæ faciat pueris bonam mentem, & inter selectos ista non ponit, quasi quicquam maius præstari homini possit. Ponit autem Iuno quia Iterduca est, & Domiduca, quasi quicquam proposit iter carpere, & domum duci, si

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

duci, si mens non est bona. Cuius munera
deam selectores isti inter selecta numina mi-
nime posuerunt. Quæ profecto & Mineruæ
fuerat præferenda, cui per ista minuta opera
puerorum memoriā tribuerunt. Quis enim
dubit multo esse melius hīc bonam men-
tem, quam memoriam quantumlibet ingen-
tem. Nemo enim malus est qui bonam habet
mentem. Quidā vero pessimi, memoria sunt
mirabili, qui tanto peiores sunt, quanto mi-
nus pñt, quod male cogitant, obliuisci. Ettū

G Minerua est inter selectos Deos, Mētem dēa
turba vilis operuit. Quid de Virtute dicam?
qd de Fœlicitate, de qb. in quarto libro mul-
ta iam diximus, quas cum deas haberēt, nul-
lum eis locum inter selectos Deos dare vo-
luerunt, vbi dederunt Marti & Orco: vni effe-
ctori mortium, alteri receptori mortuorum.
Cum igitur in his minutis operib. quæ minu-
tum diis plurib. distributa sunt, etiam ipsos
selectos videamus, tāquam senatum cū plebe
pariter operari, & inneniamus a quibusdam
diis, qui nequaquā feligendi putati sunt, mul-
to maiora atque meliora administrari, q ab
illis qui selecti vocantur, restar arbitrari non
pp prestantiores in mūdo administrationes,
sed quia prouenit eis ut populis magis inno-
tescerent, selectos & præcipuos nūcupatos.
Vnde dicit etiam ipse Varro, quod diis qui-
busdā patrib. & deab. matrib. sicut hominib.
ignobilitas accidisset. Si ergo Fœlicitas ideo
fortasse inter selectos Deos esse non debuit,
quod ad istam nobilitatem non merito, sed
fortuitu peruererunt, saltem int̄ illos, vel
potius pr̄ illis Fortuna poneretur, quam di-

H cunctam deam non rōnabiliti dispositione, sed vt
temere acciderit sua cuique dona conferre.
Hæc in diis selectis tenere apicem debuit, in
quib. maxime, quid possit, ostēdit, qñ eos vi-
demus, non præcipua virtute, non rōnibili-
tate, sed temeraria, sicut eorum culto-
res, de illa fentiūt Fortunę potestate selectos.
Nam & vir disertissimus Salustius etiā ipsos
fortassis attendit, cum diceret: Sed profecto
Fortuna in omni re dominatur, ea res cun-
ctas ex libidine magis quā ex vero celebrat
obscuratque. Non enim possunt inuenire
causam cur celebrata sit Venus, & obscurata
sit Virtus, cum ab istis ambarum consecra-
ta sint numina, nec comparanda sint merita.
Aut si hēc nobilitati meruit, quod plures ap-

petunt Venerem, quam Virtutem, cur cele-
brata est dea Minerua & obscurata est dea Pe
^{Avaritia,}
cunia, cum in omni genere humano plures al-
liciat avaritia, q̄ peritia? & in eis ipsis qui licet quā
sunt artificiosi, raro inuenies hominem, qui
non habeat artem suam pecunaria mercede
venalem. Plurisque pédatur semper propter
quod aliquid fit, quā id propter quod illud
fit. Si ergo insipientis iudicio multitudinis fa-
cta est deorum ista selectio, cur dea Pecunię
Minerua prælata non est, cum propter pecu-
niā sint artifices multi? Si autem paucorum
sapientum est ista distinc̄io, cur non præla-
ta est Veneri Virtus, cū eam longe ratio præ-
ferat? Saltem certe, vt dixi, ipsa Fortuna, quę
sicut putant qui ei plurimum tribuunt, in om-
ni re dominatur, & res cunctas ex libidine
magis quam ex vero celebrat obscuratque, si
tantum & in Deos valuit, temerario iudicio
suo, quos vellet celebraret, obscuraretque
quos vellet, præcipuū locum h̄et in selectis,
quæ in ipsos quoq; Deos tam præcipua est
piatis. An vt illic esse non posset, nihil aliud
etiā ipsa Fortuna, nisi aduersaria est,
quæ alios nobiles faciens, nobilitata non est.

Melius actum est cum diis inferioribus, qui
nullis infamantur opprobriis quam
selectis, quorum tantæ turpitudines
audacitudo, crudelitas, iniquitas
etiam fortunam? Sibi ergo aduersaria est,

Cap. IIII.

G Ratularetur autem diis istis selectis q̄
quam nobilitatis & claritudinis appre-
hensor, & eos diceret fortunatos, si nō eos ma-
gis ad iniurias, quam ad honores, selectos vi-
deret. Nam illam infimā turbam ipsa ignobi-
litas texit ne obrueretur opprobriis. Ridem⁹
quidem cum eos videmus hgmētis humana-
rum opinionum partitis inter se operib.
distributos, tanq̄ muscularios vestigialium con-
ductores, vel tanquam opifices in vico argē-
tario, vbi vnum vasculum vt perfectū exeat,
per multos artifices transit, cum ab uno per-
fecto perfici posset. Sed aliter non putatum
est. operantium multitudini consulendum,
nisi vt singulas artis partes citò ac facile
discerent singuli, nec omnes in arte vna tardè
& difficile cogerentur esse perfecti. Verunta-
men vix quisquam reperitur deorum non
selecto-

All. Ia-
nus cete-
ris dñs se-
lectis in-
nocētior.

C

D

selectorum, qui aliquo crimine famam traxit infamem: vix autem selectorum quispiā, qui non in se notām contumelię insignis ac ceperit. Iste ad istorū humilia opera descendērunt, illi in illorum sublimia crima non Peruenerunt. De Iano quidē nō mihi facilē quicquā occurrit, quod ad probrum pertinet. Et fortassis talis fuit, vt innocētius vixerit, & à facinoribus flagitijsq; remotius. Saturnum fugientem benignus exceptit, cū hospite partitus est regnū, vt etiā ciuitates singulas conderent: ite Ianiculum, ille Saturniam. Sed isti cultu deorum omnis dedecoris appetitores, cuius vitā minus turpem inuenerunt, eum simulachri mōstruosa deformitatem turparū. nunc eum bifrontem, nunc

Cetiam quadrifrontem, tanquam geminum facientes. An forte voluerunt, vt quoniam pluri dij selecti erubescenda perpetrandō amiserant frontem: quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret?

De Paganorum secretiore doctrina, physi-
cisq; rationibus. Cap. V.

Sed ipsorum potius interpretationes physis audiamus, quibus turpitudinē miserimi erroris, velut altioris doctrinā specie colorare conantur. Primū, eas interpretationes sic Varro cōmendat, vt dicat antiquos si mulachra deorū & insignia, ornatusq; confinxisse, quæ cū oculis animaduertissent hi, qd adiissent doctrinę mysteria, possent animā mundi ac partes eius, idest, Deos veros animo videre: quorū, qui simulachra specie hominis fecerunt, hoc videri sérutos, qd mortaliū animus, qui est in corpore humano, sumillimus est immortalis animi: tanquā si via ponerentur causa notandorum deorū, & in liberi qdē ἐνόφοροū sistere, quod significaret vimū per id quod continet, id qd cōtinetur: ita per simulachrum, quod formam

Dhaberet humanā, significari animam rationalem, eo quod velut vase natura ista soleat contineri cuius naturae Deū volunt esse, vel Deos. Hac sunt mysteria doctrinę, i qua iste vir doctissimus penetrauerat, vnde in lucem ista pferret. Sed dic homo acutissime, num in ipsis doctrinę mysterijs, illā prudentiā perdidisti, qua tibi sobrie visum est, quod hi qui primi populis simulachra cōstituerāt, & me

tū Dempserūt ciuibus suis, & errore addiderūt, caltiusq; Deos sine simulachris veteres obseruasse Romanos? Hi enim tibi fuerūt au thores, vt hęc contra posteriores Romanos dicere auderes? Nā eti illi antiquissimi simula chra coluisse, fortassis totū istū sensum de simulachris nō constituendis interim veri timoris silentio premeres, & in huiuscmodi pernicioſis, vanisq; figuris mysteria ista doctrinę loquacius & elatius prædicares. Animā tamen tua tā docta, & ingeniofa (vbi te multum dolemus, per hęc mysteria doctrinę ad Deū summum, idest, à quo facta est, non cū quo facta est: nec cuius portio, sed cuius cōditio est: nec qui est omniū anima, sed qui fecit omnem animā, quo solo illustrante fit aīa beata, si eius gratiē non sit ingrata) nullo modo potuit peruenire. Verum ista mysteria doctrinę, qualia sint quanti p̄pendenda, quę sequuntur ostendent. Fassetur interim vir iste doctissimus, animā mūdi ac partes eius esse veros Deos: vnde intel ligitur totam eius theologiā eam ipsam scilicet naturalem, cui plurimum tribuit, vñsq; ad animę rationalis naturam se extēdere potuisse. De naturali enim paucissima prælogatur in hoc libro, in quo videbimus vtrū per interpretationes physiologicas ad hanc natūrālē possit referre ciuilē, quā de dij selectis vltimam scripsit: quod si potuerit, tota naturalis erit. Et quid opus erat ab ea ciuilē tanta cura distinctionis abiungere? Si autem recto discrimine separata est, quādo nec ista vera est, quę illi naturalis placet: peruenit enim vñsq; ad animā, nō vñsq; ad verum Deū, qui fecit & animā, quāto est & abiectior & falsior ista ciuilis, quę maxime circa corporum est occupata naturā, sicut ipse interpretationes eius, ex quibus quedā * necessario cōmemorare me oportet tāta ab his exquisitę & enucleatę diligentę demonstrabunt.

De opinione Varronis, qua arbitratus est Deum esse animā mundi, qui tāne in partibus suis habebat animas multas, quarum diuina natura sit. Cap. VI.

Dicit ergo idem Varro adhuc de naturalis theologia proloquens Deum se arbitrari esse animam mundi, quem Gręci vocant *nόστους*, & hunc ipsum mundum esse Aug. Tomus Quintus. H Deum

All. Ne
ceſaria .

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Deum: Sed sicut hominem sapientem cū sit ex corpore & animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum Deum dici ab animo cum sit ex animo & corpore. Hic videatur quoquo modo confiteri vnum Deū, sed ut plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes, celū & terram, &

G celum bisariem in æthera, & aera: terram vero in aquā & humum. E quibus sumum est se æthera, secundum aera, tertiam aquam, in finam terram. Quas omnes quatuor partes animarum esse plenas in æthere & aere immortalium, in aqua & terra mortalium: à summo autem circuitu celi usq; ad circulum Lunę æthereas animas eē astra ac stellas, eos que celestes Deos non modo intelligi ese, sed etiam videri. Inter Lunę vero gyrum & nimborum ac ventorum cacumina aerea es se animas, sed eas animo non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios. Hæc est **All. A-** **Fira ani-** **mar eſe** **Deosque** **celestes** **Varro af-** videlicet breuiter in ista prælocutione proposita theologia naturalis, quæ non huic tam, sed & multis, philosophis placuit: de qua tunc diligentius differendum est: cū de ciuili quantum ad Deos selectos attinet, opulante Deo vero, quod restat impleuero.

An rationale fuerit Ianum & Terminum in duo nomina separari. Cap. VII.

Ianus igitur, à quo sumpsit exordiū? quero quisnam sit. Respondetur: Mundus est. Breuis est hæc planè atq; aperta responsio. Cur ergo ad eum dicuntur rerū initia pertinere: fines vero ad alterū, quē Terminum vocant? Nam propter initia & fines duobus istis dijs duos menses perhibent dedicatos, præter illos decē, quibus usque ad Decembrem caput est Martiū: Iannuarium Iano, Februariū Termino. Ideo terminalia eodem mense Februario celebrari dicunt, cū sit sacrum purgatorium, q; vocant Februū: vnde mensis nomen accepit. Nūquid ergo ad mundum, qui Ianus est, initia rerum pertinent, & fines non pertinent, vt alter illis Deus præficeretur? Nō ne omnia quæ in hoc mundo hieridicunt, in hoc etiam mundo terminari fatentur? Quæ est ista vanitas, in opere illi dare potestatem dimidiā, in simulachro faciem duplam? Nonne istum bifrontem multo elegantius interpretarentur, si eundem, & Ianū, & Termi-

num dicerent: atq; initij vnam faciem, finibus alterā darēt, quoniam qui operatur, vtrū que debet itēdere? In omni enim motu actionis sui, qui nō respicit initium, non prospicit finem. Vnde necesse est, vt memoriq; respiciens, prospiciens connectatur intentio. Nam cui exciderit quod coperit, quomodo finiat nō inueniet. Quod si vitam beatam in hoc mundo inchoari putarent extra mundū perfici, & ideo Iano, id est mundo, solam initiorū tribuerent potestatem: profecto ei pponerent Terminum, eumque à dijs selectis non alienarent. Quanquam etiam nunc, cū in itis duobus dijs initia rerum temporalium, finesque tractantur, Termino dare debuit plus honoris. Maior enim letitia est cum res quæque persicuntur: folletudinis autem plena sunt coepit, donec perducantur ad finem: quem qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, expectat, exoptat: nec de re inchoata, nisi terminetur, exultat.

Ob quam causam cultores Iani bifrontem imaginem ipsius fixerunt, quam tamē etiam bifrontem videri volunt.

Cap. VIII.

Sed Iani bifrontis simulachri interpretatione proferatur. Duas enim facies ante & retro habere dicitur, quod hiatus noster cū os aperiuimus mundo similis videatur: vnde & palatum Græci οὐπαρον appellant. Et non nulli, inquit, poetæ Latini celum vocauerūt palatum: à quo hiatus oris, & foras aditum addentes verlus, & introrsus ad fauces. Ecce, quo perductus est mundus propter palati nostri vocabulum, vel Grecum, vel poeticum. Quid autem hoc ad animam, quid ad vitam M eternam? Propter solas saliuas colatur hic Deus, quibus partim glutendi, partim expuendis sub celo, palati utraq; panditur ianua. Quid est porro absurdius, quā in ipso mundo nō inuenire duas ianuas ex diuerso sitas, per quas, vel admittat ad se aliquid intro, vel emittat à se foras: & de nostro ore & gutture, quorū similitudinē mundus non habet velle mundi simulachrum componere in Iano propter solum palatum, cuius similitudinem Ianus non habet? Cum vero eum faciunt quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc

Ioan. I.

Geor. 2

al. I. R
que fac
prior il
que fit

hoc interpretantur, quasi aliquid spectet mundus foras, sicut per oes facies Janus. Deinde si Janus est mundus, & mundus quatuor partibus constat, falsum est simulachrum Jani: qd Janus & si quadrifrons legitur, nunq; tñ quadrijanus inuenitur. Aut si propterea veru est, qd nomine Orientis & Occidentis totus lolet mundus intelligi, nunquid cù duas partes alias nominamus Septentrionis & Austris, si-
cū illu quadrifronte dicunt geminu Janu,

A ita quisq; geminum dicturus est mundu? Nō habet omnino vnde quatuor ianuas, qua intrantibus & exieuntibus pateant, interpretentur ad mundi similitudinem, sicut de bifronte, qd dicerent saltē in ore hois inuenierunt, nisi Neptunus forte subueniat & porrigit pilce, cui præter hiatus oris & gutturis ēt dextra & sinistra fauces patenter. Et tñ hanc vanitatem pertot ianuas nulla effugit anima, nisi quæ audit veritatem dicentem: Ego sum ianua.

Ioan. 10.

De Iouis potestate, atque eiusdem cum Iano comparatione. Cap. IX.

Iouem autem, qui etiā Iuppiter dñ, quem velint intelligi exponat. Deus est, inquit, habens potestatem causarum, quibus aliquid fit in mundo. Hoc quam magnu sit, nobilissimus Virgilij versus ille testatur: Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Sed cur ei p̄ponitur Janus, hoc nobis vir ille acutissimus doctissimusque respondeat. Quoniam penes Janum, inquit sunt prima, penes Iouem summa. Merito ergo rex omnium Iuppiter habetur. Prima enim vincuntur à summis, quia licet prima p̄cedant tempore, summa superant dignitatem. Sed recte hoc dicere, si factorū prima discernerentur & summa. Si-

Geor. 2.

Cicut n. initium facti est proficiisci, summu p̄uenire, initium facti incepio discendi, summu perceptio doctrina: ac sic in omnib. prima sunt initia, summaq; sunt fines. Sed iam hoc negotiū inter Janum Terminumq; discussum est. Causæ autem quæ dantur Ioui efficientia sunt, nō effecta: neq; vlo modo fieri potest, vt vel tempore p̄aueniantur à factis initivis factorum. Semper n. prior est res, quæ facit, quam illa quæ fit. Quapropter si ad Janu pertinent initia factorum, non id prior illa eo priora sunt efficientibus causis, quas Ioui tribuunt. Sicut n. nihil fit, ita nihil inchoa-

al. 1. Res.

que facit si ad Janu pertinent initia factorum, non id prior illa eo priora sunt efficientibus causis, quas Ioui tribuunt. Sicut n. nihil fit, ita nihil inchoa-

tur vt fiat, qd non faciens causa p̄cesserit. Hunc sanè Deum penes quē sunt omnes cause factarum omnium naturarum, naturalium que rerū, si Iouem populi appellant, & tatis contumelij, tamq; sceleris criminacionib. colunt, tetrore sacrilegio se obstringunt, qd si prorsus nullum putarent Deum. Vnde sa-
tius esset eis alium aliquem Iouis nomine nun cupare, dignum turpib. & flagitiosis honoribus supposito vano figmento, qd potius blasphemarent, sicut Saturno dicitur suppositus lapis, quem pro filio deuoraret, quam istum Deum dicere, & tonantem, & adulteratē, & totum mundum regentem, & per tot stu-
pra diffluentem, & naturam omnium natura-
liumq; rerum causas summas habentem, &
suas causas bonas non habentē. Deinde que-
ro, quem iam locum inter deos huic tribuat Ioui, si Janus est mundus? Deos enim veros animam mundi ac partes eius iste definiuit,
ac per hoc quicquid hoc non est, non est vt
que secundum istos verus Deus. Num igitur ita dicturi sunt, Iouem animam mundi, vt Ja-
nus sit corpus eius, i. iste uisibilis mundus?
Hoc si dicunt, non erit quemadmodum Ja-
num Deum dicant, qm mundi corpus nō est Deus: uel secundum ipsos, sed anima mundi ac partes eius. Vnde idem Varro apertissime dicit, Deum se arbitrari esse animam mundi,
& hunc ipsum mūndum esse Deum: sed sicut hominem sapientem, cū sit ex animo & cor-
pore, tantum ex animo dici sapiētem: ita mū-
ndum Deum dici ab animo, cum sit ex animo
& corpore. Solum itaq; mundi corpus non est Deus: sed aut sola aia eius, aut simul cor-
pus & animus, ita tamen, ut non sit à corpo-
re, sed ab animo Deus. Si ergo Janus est mū-
ndus, & Deus est Janus, nunquid Iouē vt Deus
esse possit aliquam partem Iani esse dicturi
sunt? Magis enim Ioui uniuersum solent tri-
buere, vnde est illud: Iouis omnia plena. Er-
go & Iouem, ut Deus sit, & maxime ut rex
deorū, non aliud possunt existimare, quam
mundū, ut in dijs ceteris secundum istos suis
partibus regnet. In hanc sententiam ēt quodam
uerbus Valerij Sorani exponit idem Varro, in eo libro, quem seorsum ab istis de cul-
tu deorum scripsit, qui versus hi sunt:
Iuppiter omnipotens, regū rex ipse, Deusq;
Progenitor, genitrixque, Deum, Deus vnu-
& omnis.

al. 1. s.
turnus.Virg. Ae
glo. 3.

E

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Exponuntur autem in codem libro, ita ut eum
marem existimarent, qui semen emitteret, se
minamque acciperet. Iouemque esse mundum,
& eum omnia semina ex se emittere, & in se
recipere, quia causa, inquit, scripsit Soranus:

F Iuppiter progenitor genitrixque, nec minus
Al. I. Mū cum causa vnum & eundem omnia esse. Mu-
dus enim unus, in eo yno omnia sunt.

An Iani & Iouis recta discretio sit.

Cap. X.

C Vm ergo & Ianus mundus sit, & Iup-
piter mundus sit, unusquisque sit mundus,
quare duo dij sunt Ianus & Iuppiter? Quare
seorsum habent tempora, seorsum aras, diuersa
sacra, dissimilia simulachra? Si propterea,
quia alia vis est primordiorum, alia causarum:
ex illa Iani, ex ista Iouis nomen accepit, nun
quid si unus homo in diuersis rebus duas ha-
bet potestates, aut duas artes, quia singularum
diuersa vis est, ideo duo iudices, aut duo dñr
artifices? Sic ergo & unus Deus cum ipse ha-
beat potestatem primordiorum, ipse causarum,
num propter hoc, duos deos esse necesse est
putari, qua primordia causa que res duæ sunt?
Quod si hoc iustum putant, et ipsum Iouem tot

H deos esse dicant, quo ei cognomina propter
multas potestates dederunt, quoniam res omnes ex
quibus illa cognomina sunt adhibita, multe atque
diuersae sunt, ex quibus pauca commemoro.

De cognominibus Iouis, quæ non ad multis
deos, sed ad unum eundemque refe-
runtur. Cap. XI.

D Ixerunt eum victorem invictum, opiu-
lum, impulsorem, statorem, centumpe-
dam, supinalem, tigillum, alinum, ruminum,
Al. Ioni & alia quæ per se prosequi longum est. Hæc
tot cognoscere aut cognomina imposuerunt vni Deo pro-
mina eum propter causas potestatesque diuersas, non tamen
imposita.

I proptertot res est tot deos eum esse coegerunt:
quod omnia vincere, quod à nemine vinceretur,
quod opem indigentibus ferret, quod haberet im-
pellendi, statuendi, stabilendi, resupinandi,
potestatem: quod tanquam tigillus mundum con-
tineret ac sustineret, quod aleret omnia, quod ruma
idesf mamma aleret animalia. In his ut adver-
timus quædam magna sunt, quædam exigua, &
tamen unus utique facere prohibetur. Puto in-

ter se propinquiora esse causas rerum, atque
primordia, propter quas res unum mundum,
duos deos esse voluerunt, Iouem atque Janum,
quæ continere dicunt mundum, & mammam
dare animalibus: nec tam propter hæc duo
opera tam lœge inter se vi & dignitate diuer-
sa, duo dij esse compulsi sunt, sed unus Iuppi-
ter, propter illud Tigillus, propter hoc Ru-
minus appellatus est. Nolo dicere, quod ani-
malibus mammam præbere fugentibus mag-
gis Iunonem potuit dicere quam Iouem, præ-
sertim cum esset diua Ruma, quæ in hoc
opus adiutorium illi famulatumque præberet. K
Cogito. non posse respoderi, & ipsam Iunonem
nihil aliud esse quam Iouem secundum illos
Valerij Sorani versus, vbi dictum est:
Iuppiter omnipotens regum rerumque deumque
Progenitor genitrixque Deum.

Quare ergo dictus est & Runinus, cù di-
ligentius fortasse querentibus, ipse inuenia-
tur esse etiam illa diua Ruma? Si enim mai-
estate deorum recte videbatur indignum, ut in
vna spica alter ad curam geniculi, alter ad fol-
liculi pertineret, quanto est indignius vnam
rem infimam, id est, ut mammis alantur ani-
malia, duorum potestate curari: quorum
sit unus Iuppiter rex cunctorum: &
hoc agat non saltē cum coniuge sua, sed
cum ignobili nescio qua Ruma, nisi quia
ipse est etiam ipsa Ruma, ipse Runinus:
Runinus fortasse pro fugentibus maribus:
Ruma pro fœminis? Dicerem quippe no-
luisse illos Ioui fœmininum nomen impone-
re, nisi & in illis versibus progenitor geni-
trixque diceretur, & inter alia eius cognomi-
na legerem, quod è pecunia vocaretur, quæ dea
inter illos munuscularios inuenimus, ut in
quarto libro iam cōmemorauimus. Sed cù &
mares & fœminæ habeant Pecuniam: cur nō B
& Pecunia, & Pecunius appellatus sit, sicut
Ruma & Runinus, ipsis viderint.

Quod Iuppiter etiam pecunia nuncupe-
tur. Cap. XII.

Q Vam vero eleganter rationem huius
nominis reddiderunt, & pecunia, in-
quiunt, vocatur, quod eius sint omnia. O ma-
gnam rationem diuini nominis, immo vero
ille cuius sunt omnia vilissime & contume-
liosissime pecunia nūcupatur. At omnia Io-
nis

uis sunt, quæ cœlo & terra continentur, Inter quæ & ipsa pecunia in omnibus omnino rebus, quæ ab hominibus nomine pecunia possidetur. Sed nimis hoc avaritia Ioui nomen imposuit, vt quisquis amat pecuniā, nō quilibet Deū, se ipsum regem omnium sibi amare videatur. Longe autē aliud esset si diuitię vocare ut aliud nanc sunt diuitię, alud pecunia. Nam dicimus diuites, sapientes, iustos, bonos, quibus pecunia vel nulla, est vel parua. Magis enim sunt virtutibus diuites: per quas eis etiam in ipsis corporaliū rerum necessitatibus satis est quod adest, pauperes auaros dicimus semper inhiantes, & egentes, Quamlibet n. magnas pecunias habere possunt, sed in earū quantacunq; abundantia non egero non possunt. Et Deum ipsum verum recte dicimus diuitem, non tam pecunia, sed omnipotentia. Dicuntur itaq; & diuites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi. Itē dicuntur pauperes carentes, sed interius diuites, si sapientes. Qualis ergo illa theologia debet esse sapienti, vbi rex deorū eius rei non accepit, quam nemo sapiens concipiunt? Quanto enim facilius sit aliquid hac doctrina, quod ad vitam pertinere: atē C nam salubriter disceretur, Deus mūdi rector non ab eis pecunia, sed sapientia vocaretur, cuius amor purgat à foribus avaritię, hoc est, ab amore pecunia.

All. I. Deus quo dines

All. I. Saturnia

All. I. Deorum

All. I. Genius

Quod dum exponitur quid Saturnus, quid ve sit Genius: utiq; vnus Iuppiter esse doceatur. Cap. XIII.

Sed quid de hoc Ioue plura, ad quē fortassis ceteri referēti sunt, vt inanis remaneat deorū opinio plurimorum, cum hic ipse sit omnes: siue quando partes eius, vel potestates existimantur, siue cū vis animae, quā putant per cuncta diffusam ex partibus molis huius, in quas visibilis mundus iste consurgit & multiplici administratione naturę qua si pluriū deorū nomina accipit? Quid est enim Saturnus? Vnus, inquit, de principibus * Deus, penes quem fationum omniū dominatus est. Nōne expoſitio versuum illorum Valerij Sorani sic se habet Iouem esse mundū & eum omnia semina ex se emittere, & in se recipere? Ipse est igitur penes quem fationū omnium dñatus est. Quid est Genius? Deus

est, inquit, qui præpositus est, ac vim habet omnium rerum gignendarum. Quem alii in hanc vim habere credunt quam mundum, cui dictū est: Iuppiter omnipotens, genitor genitrixq; ? Et cū alio loco Geniū dicit esse vniuersalūq; animum rationalē, & ideo esse singulos singulorum: talem autem mundi animalium Deum esse, ad hoc idem utiq; reuocat, vt tanquam vniuersalis genius ipse mundus animus esse creditur. Hic est igitur quem appellant Iouem. nam si omnis genius Deus & omnis viri animus genius, sequitur, vt sit omnis viri animus Deus: quod si & ipsos ab horre absurditas ipsa compellit: restat vt eum singulariter, & excellenter dicant Deū genium, quem dicunt mundi animum, ac per hoc Iouem.

De Mercurij & Martis officijs.

Cap. XIV.

Mercurium vero & Martem, quomodo referrēt ad alias partes mundi, & opera Dei quæ sunt in elementis non inueniunt, & ideo eos saltē operibus hominū pre posuerūt, sermocinādi & belligeraū. si ministros. Quorū Mercurius si sermonis etiā deorum potestate gerit, ipsi quoq; regi deorum dominatur, si secundum eius arbitrium Iuppiter loquitur, aut loquendi ab illo accipit facultatē, quod utiq; absurdū est. Si autē illi humani tantū sermonis potestas tributa perhibetur, non est credibile ad lactandos mamma, non solum pueros sed etiam pecora, vnde Ruminus cognominatus est, Iouē descendere voluisse, & curam nostri sermonis, quo pecoribus antecellimus, ad se pertinere non possesse: ac p hoc idē ipse est Iuppiter atq; Mercurius. Quod si sermo ipse dicitur esse Mercurius, sicut illa quę de eo interpretantur ostendit. Nā ideo Mercurius, quasi medicus curēs dicitur appellatus, quod sermo currat in ter hoīes mediū, ideo ἐρυζός Græcē, q̄ sermo vel interpretatio, quā utiq; ad sermonē pertinet ἐρυζός εἰα dicitur: ideo & mercibus p esse, quia inter vendentes & ementes sermo fit mediū: ideo alas ei in capite & pedibus ponunt, volentes significare volucrē ferri per aera sermonē: ideo nunciū dictū, quoniā per sermonē omnia cogitata enunciantur. Si ergo Mercurius ipse sermo est, etiā ipsis cōfī-

*All. I. ethiologia
huius no
minis curij.*

Aug. Tomus Quintus. H 3 ten-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tentibus Deus non est: sed cum sibi Deos faciunt eos, qui demones sunt, immundis supplicando spiritibus, possidetur ab eis, qui non dij sed demones sunt. Itē quia nec Marti aliquod elementū vel partem mundi inuenire potuerū, vbi ageret opera qualiacunq; natrū, Deū bellū esse dixerunt, quod opus est hominum, & optabile non est. Si ergo pacē per petuam felicitas daret, Mars quid ageret non haberet. Si autem ipsum bellum est Mars, sicut sermo Mercurius, vtinam quam manifestum est, quod non sit Deus: tam non sit & bellum, quod vel falso vocetur Deus.

M De stellis quibusdam, quas Pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt.

Cap. XV.

Nisi forte illę stellę sunt hi dij, quas eorum appellantur nominib. Nā stellam quandam uocant Mercurium, quandam itidem Martem: sed ibi est & illa, quam vocant Iouē, & tamen eis mundus est Iouis. Ibi quā vocant Saturnū & tamen ei prēter eam dant non paruum substantiam, omnium videlicet summum. Ibi est & illa omnium clarissima que ab eis appellatur Venus: & tamen candem Venerem esse etiam Lunā volunt quā de illo fulgentissimo sydere apud eos tā quam de malo aureo Iuno Venusq; contendat: Luciferum enim quidam Veneris, quidā dicunt esse Iunonis: sed vt solet Venus Iu nonem vincit. Nam multo plures eam stellā Veneri tribunt, ita vt vix eorum quisquā repeteriatur, qui aliud opinetur. Quisquis autem non rideat cum regem omnium Iouem dicant, quā stella eius à stella Veneris tanta vincatur claritate? Tanto enim esse debuit ceteris illa fulgentior, quanto est ipse potētior. Respondent ideo sic videri, quia illa quę putatur obscurior, superior est, atq; à terris longe remotior. Si ergo superiorem locum maior dignitas meruit, quare Saturnus ibi est Iouē superior? An vanitas fabule quę regem Iouem facit, non potuit vsq; ad sydera peruenire: & quod non valuit Saturnus in regno suo neque in Capitolio, saltem est permisus obtinere in cōlo? Quare autem Ianus non accipit aliquam stellā, si propterea quia mundus est, & omnes in illo sunt, & Iouis mundus est, & habet tamen? An iste causam suam cō-

posuit vt potuit, & pro vna stella quam non habet inter sydera, tot facies accipit in terra? Deinde si propter solas stellas Mercuriū, & Martem partes mundi putant, vt eos Deos habere possint, quia vtiq; seimō & bellū nō sunt partes mudi sed actus hominū, cur Arieti & Tauro & Cancro & Scorpioni ceteris que huiusmodi quae cœlestia signa numerat & stellis nō singulis, sed singula pluribus constant, superiusq; ista in summo cōlo prohibēt collocata, vbi cōstātior motus inenarrabilem meatum syderibus præbet, nullas aras, nulla sacra, nulla templa fecerunt: nec Deos, non dico inter hos selectos, sed nec in ter illos quidem quasi plebeios habuerunt?

De Apolline & Diana ceterisq; selectis dijs quos partes mundi esse voluerūt.

Cap. XVI.

A Pollinem quanuis diuinatorem, & me dicum velint, tamen vt in aliqua parte mundi statuerent, ipsum etiam solem esse dixerunt: Dianaq; germanam eius Lunam & vijs præsidere vnde & virginem volūt, quod via nihil pariat, & ideo ambos sagittas habere, quod ipsa duo sydera de cōlo radios terras vīq; pertēdant. Vulcanū volunt ignē mūdi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem hoc est Orcum terrenum & infimam partē mundi. Liberum & Cererē præponunt seminibus, vel illū masculinis, illā femininis: vel illū liquori, illam vero ariditati seminum. Et hoc vtiq; totū resertur ad mūdū, idest, ad Iouem, qui propterea dictus est progenitor genitrixq; q; omnia semina ex se emitteret, & in se recuperet. Quandoquidē ēt matrem magnam eandem Cererem volunt, quam nihil aliud dicūt esse quā terrā, eamq; perhibent & Iunonem. Et ideo ei secundas causas tribuunt rerū, cum tamen Ioui sit dictū progenitor genitrixq; Deum, quia secundū eos totū iste mūdus est Iouis. Mineruam quia eā humanis artibus præposuerunt, nec inueniunt vel stellam vbi eam ponerent, candē vel summa æthera, vel etiam Lunam esse dixerunt, Vestam quoq; ipsam propterea dearū maximam putauerunt, quod ipsa sit terra, quanuis ignem mundi leuiores, qui pertinet ad vīsus hominum facilem, non violentiorem qualis Vulcani est, ei deputandum.

All. V
ro de
nib. du
tare q
aliqua
firmare
voluit.

dum esse crediderunt. Ac per hoc omnes selectos. Deos hunc esse mundum volunt, in quibusdam vniuersum, in quibusdam partes eius: vniuersum, sicut Iouem, partes eius, vt genium, vt matrem magnam, vt Solē, & Lunam, vel potius Apollinem & Dianam, & aliquid vnum Deum resplures, aliquando vnam rem deos plures faciunt. Nam vnum Deus res plures sunt: sicut ipse Iuppiter: Et mundus enim totus Iuppiter, & solum cœlum Iuppiter, & sola stella Iuppiter habetur & dicitur. Itemq; Iuno secundarum caesarum domina, & Iuno aer, & Iuno terra, & si Venerem vinceret Iuno stella. Similiter Minerua summus æther, & Minerua eadem Luna, quam esse in ætheris infimo limite existimant. Vna vero rem deos plures ita faciunt. Et Ianus est mundus, & Iuppiter: Sic & Iuno est terra, & mater magna, & Ceres.

Quod etiam ipse Varro opiniones suas de dijs pronunciauerit ambiguas.

Cap. XVII.

ET sicut hæc quæ exempli gratia memorani, ita cetera non explicant, sed potius implicant: sicut impetus errabundæ opinionis impulerit, ita huc atq; illuc, hinc atque illinc, insiliunt & resiliunt: vt ipse Varro de omnibus dubitare, quam aliquid affirmare maluerit. Nam & trium extremorum,

A. l. Var primum cum de dijs certis absoluisset librū, in altero de dijs incertis dicere ingressus, ait: **tare quæ** Cum in hoc libello dubias de dijs opiniones posuero, reprehendi non debo. Qui enim putabit iudicari oportere, & posse, cum audierit, faciet ipse. Ego citius perduci possum, ut in primo libro quæ dixi, in dubitationem reuocem, quam in hoc quæ perscribam, omnia ad aliquam dirigam summam. Ita non solum istum de dijs incertis, sed etiā illum de certis fecit incertum. In tertio porro isto de dijs selectis, posteaquam prælocutus est, quod ex naturali theologia præloquendum putauit, ingressurus huius ciuilis theologiae uanitates & insanias mendaces, ubi eū non solum non ducebat rerum ueritas, sed etiam maiorū premebat authoritas. De dijs, inquit, populi Rom. publicis, quibus aedes dedicauerunt, eosq; pluribus signis ornatos

notauerunt, in hoc libro scribam: sed ut Xenophantes Colophonius scribit, quid putem, non quid contendam ponam. Hominis enim est hæc opinari, Dei scire. Rerum igitur non comprehensarum, nec firmissime creditarum, sed opinatarum, & dubitatarum, sermonem trepidus pollicetur dicturus ea, quæ ab hominib. instituta sunt. Neque enim sicut sciebat esse mundum, esse cœlum, & terram, cœlum syderibus fulgidum, terram seminibus fertilem, atque huiusmodi cetera, sicut hanc totam molem atque naturam ui quadam inuisibili ac præpotenti regi, atque administrari certa animi stabilitate credebat: ita poterat affirmare de Iano, quod mundus ipse esset, aut de Saturno inuenire, quomo do & Iouis pater esset, & Ioui regnati subditus factus esset, & cetera talia.

Quæ credibilior causa sit, qua error paganitatis inoleuerit.

Cap. XVIII.

DE quibus credibilior redditur ratio, cu perhibentur homines suisse, & unicuique eorum ab his actibus, casibus, moribus quos in uita dixerunt, uel uituperium, uel laudem, uel nobilitatem, uel ignominiam, uel cognomen accessisse, uel nomen ex eorum ingenio, qui eos adulando deos esse uoluerunt, atque hæc paulatim per animas hominum dœmonibus similes & ludicrarium rerum audias irreundo, longe lateque vulgarunt, ornantibus ea mendacijs poetarum, & ad ea fallacibus spiritibus seducecentibus. Facilius enim fieri potuit, ut iuuenis impius uel ab impio parte interfici metuens, & auditus regni patrem pelleret regno, quam id quæ interpretatur, ideo Saturnum patrem à Ioue filio superatum, quod ante est causa, quæ pertinet ad Iouem, quam semen quod pertinet ad Saturnum. Si enim hoc ita esset, nunquam Saturnus prior fuisset, nec pater Iouis esset. Semper enim semen causa præcedit, nec unquam generatur ex semine. Sed cum conantur uanissimas fabulas siue hominum res gestas uelut naturalibus interpretationibus honorare, etiam homines acutissimi tantas patiuntur angustias, ut eorum quo que uanitatem dolere cogamur.

A. l. Acu
tissimorū
hominū
vanitatis
dolendū.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De interpretationibus, quibus colendi Saturni causam ratiocinantur. Cap. XIX.

Saturnum, inquit, dixerunt, quæ nata ex eo essent solitum deuorare, eo quod semina, vnde nascerentur redirent: & q̄ illi pro Ioue gleba obiecta est deuoranda, significat, inquit, manibus humanis obrui cœptas serē

Ado fruges, antequam vtilitas arandi esset inuenta. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra, non semina. Ipsa n. quodam modo deuorat quæ genuerit, cum ex ea nata semina, in eam rursus recipienda redierint. Et quod pro Ioue accepisse dī glebam, quid hoc ad id vallet, quod manibus hominum semen gleba coopertum est? Nunquid ideo non est, vt cetera, deuoratum q̄ gleba coopertum est? Ita enim hoc dictum est, quasi qui glebam oppofuit, semen abstulerit: sicut Saturno perhibet oblatâ gleba ablatum Iouem, ac non potius gleba semen operiendo fecerit illud diligenter deuorari? Deinde isto modo semen est Iuppiter non seminis causa, quod paulo ante dicebatur. Sed quid faciant homines, qui cum res stultas interpretantur, non inueniūt quid sapienter dicant. Falcem habet, inquit, propter agriculturā. Certe illo regnante non dum erat agricultura, & ideo priora eius tempora perhibetur: sicut idem ipse fabellas interpretatur, quia primi homines ex his viuebant seminibus quæ terra sponte gignebat. An falcē sceptro perditō accepit, vt qui primis temporibus rex fuerat otiosus, filio regnante fieret operarius laboriosus? Deinde

Al. I. Hu-
manas ho-
minali, sicut à Penis, & à quibusdam etiam
Elias sa-
criſtanis:
vitus.

crudelissima vanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius aduertamus atq; teneamus, has interpretationes non referri ad verum Deum, viuam, incorpoream, incommutabilem q̄s naturam, à quo vita in aeternum beata B poscenda est, sed earū esse fines in rebus corporalibus, temporalibus, mutabilibus, atque mortalibus. Quod cœlum, inquit, patrem saturnus castrasse in fabulis dī, hoc significat penes Saturnum, non penes cœlum semen esse diuinum: hoc propterea quantum intelli-
gi datur, quia nihil in celo de feminib. nascitur. Sed ecce, Saturnus si cœli est filius, Iouis

est filius. Cœlum n. esse Iouem * innumerabiliter, & diligenter affirmant. Ita ista quæ a All. Im. veritate non veniunt, plerunque, & nullo im mutabili pellente, seipsa subuertunt, xpo ror appellatū dicit, q̄ Gr̄co vocabulo significat temporis spatium: sine quo semen, inquit, non potest esse foecundū. Hæc & alia de Saturno multa dicuntur, & ad semen omnia referuntur. Sed saltem Saturnus seminib. cum tanta ista potestate sufficeret. Quid ad hæc dij alij requiruntur, maxime Liber & Libera, quæ est Ceres? De quibus rursus q̄ ad semen attinet, tanta dicit, quasi de Saturno nihil dixerit.

De sacris Cereris Eleusinæ. Cap. XX.

In Cereris autem sacris prædicantur illa Eleusina, quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt. De quibus iste nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, q̄ Cereris inuenit, & ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit. Et hanc ipsam dicit significare foecunditatem seminum. Quæ cum defuisse quodam tempore, eademque sterilitate terra mœrereret, exortam esse opinionem, quod filiam Cereris, id est ipsam foecunditatem, quæ a prospērando Proserpina dicta esset, Orcus abstulerat, & apud inferos detinuerat. Quæ res cum fuisse lucretu publico celebrata, quia rursus eadem foecunditas rediit, Proserpina reddita, exortam esse luctuam, & ex hoc ei solenita instituta. Dicit deinde multa in mysterijs eius tradi, quæ nisi ad frugum inuentiōnem non pertineant.

Deturpitudine sacrorum, quæ Libero celebraabantur. Cap. XXI.

Iam vero Liberi sacra, quem liquidis seminibus, ac per hoc non solum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vinum tenet: verum etiam seminibus animalium præfecerunt, ad quātam turpitudinem peruererint, piget quidē dicere, propter sermonis longitudinem: sed propter superbam istorum hebetudinem non piget. Inter cetera quæ prætermittere, quoniam multa sunt, cogor: in Italij compitis quedam dicit sacra Liberi celebrata, cum tanta licentia turpitudinis, vt in eius honorem pudenda virilia tolerentur: non saltem aliquantum verecundo

*All. Im.
mutabili
ter.
all. A re
ritate q
non re
mum, e
ipsa ple
rung; e
nuntum.*

re secreto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrum Liberi per dies festos cum honore magno postellis immositum prius per rura in compitis, & usque in urbem postea vestabatur. In oppido autem Lauinio unus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiisfissimis uterantur, donec illud membrum per forum transiectum esset, atque in loco suo quiesceret. Cui membro in honesto matrem familiias honestissimam, palam coronam necesse

C erat imponere. Sic videlicet liber Deus placandus fuerat pro euentibus feminum, sic ab agris fascinatio repellenda, ut matrona hoc facere cogeretur in publico, quod nec mere trix si matronae spectarent, permitti debuit in theatro. Propter hoc Saturnus solus creditus est non sufficere posse feminibus, ut occasioes multiplicandorum deorum immunda anima reperiret, & ab uno vero Deo merito immunitas destituta, ac per multos falsos auditum maioris immunitatis prostituta, ista sacrilegia sacra nosaret, sequebatur spurcorum demonum turbis conuolandam polluendamque præberet.

De Neptuno & Salacia ac Venilia.
Cap. XXII.

Venilia. **I** Am utique habebat Salaciam Neptunus uxorem, quam inferiorem aquam maris esse dixerunt, ut quid illi adiuncta est & Venilia, nisi ut sine illa causa necessariorum sacerdotum sola libidine anima prostituta multiplicaretur in uitatio demoniorum? Sed, proferatur interpretatio præclaræ Theologie, quæ nos ab ista reprehensione reddit ratione compescat. Venilia, inquit, vnde est, quæ ad litus venit: Salacia quæ in salum reddit. Cur ergo deæ sunt duas, cum sit una vnde, quæ venit, & reddit? Nempe ipsa est exercitans in multa numina libido vesana. Quanuis. n. aqua non germetur, quæ it & reddit, huiusmodi occasione vanitatis duobus demonijs in uitatis, amplius

E anima cōmaculatur, quæ it & non reddit. Quæso te Varro, vel vos qui tam doctorum hominum talia scripta legitimis, & aliquid magnū vos didicisse iactatis, interpretamini hoc: non lo dicere secundum illam æternam incomutabilemque naturam quæ solus est Deus, sed sicut secundum animam mundi & partes eius, quos Deos veros esse existimatis. Par

tem animæ mundi, quæ mare permeat, Deum vobis fecisse Neptunum, vt cuncti tolerabilioris est erroris. Itane vnde ad litus veniens, & in salum rediens duas sunt partes mundi, aut duas partes animæ mundi? Quis vestrum ita desipiat, ut hoc sapiat? Cur ergo vobis duas deas fecerunt, nisi quia prouisum est a sapientibus maioribus vestris: non ut dij plures vos regerent, sed ut ea, quæ istic vanitatis & falsitatibus gaudent, plura vos demonia possiderent? Cur autem illa Salacia per hanc interpretationem inferiorē maris partem, quia viro erat subdita perdidit? Nanque illam modo cum refluxum fluorem esse prohibet, in superficie posuitis. An quia Venilia pellicem accepit, irata suum maritum de supernis maris exclusit?

De terra, quam Varro deam esse confirmat, eo quod ille animus mundi, quem opinatur Deum, etiam corporis sui infinitam partem permeat, eiq; vim diuinam impartiatur. Cap. XXXIII.

N Empe vna est terra, quam quidem plenam videmus animalibus suis: verum tamen ipsum magnum corpus in elementis mundi, infinitam partem, cur eam voluit deam? An quia fœcunda est? Cur ergo non magis homines dij sunt, qui eam fœcundorem faciunt, excolendo: sed cum arant, non cum adorant? Sed pars animæ mundi, inquietum, quæ per illum permeat: deam illam facit: quasi non euidentior sit in hominibus anima, quæ utrum sit, nulla sit quæstio, & tamen homines dij non habentur. Et quod est grauiter dolendum, his qui dij non sunt, & quibus ipsis meliores sunt colendis & adorandis mirabiliter & miserabiliter errore subduntur. Et certe idem Varro in eodem libro de diis selectis, tres esse affirmat animæ gradus in omni vniuersaque *All. Ani* natura. Vnum qui omnes partes corporis *me gra* quæ viuunt, transit, & non habet sensum, *dus iuxta* *Varro.* sed tantum ad viuendum valetudinem. Hanc vim in nostro corpore permanare dicit in ossa, vngues, capillos: sicut in mundo arbores sine sensu aluntur & crescunt, & modo quodam suo viuunt. Secundum gradum animæ dicit, in quo sensus est. Hanc vim peruenire in oculos, aures, nares, os, tactum. Tertium gradum animæ esse summum, qui vocatur

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

catur animus, in quo intelligentia præminent: hoc præter hominem omnes carere mortales: in qua, quoniam homines Deo videntur esse similes, hanc partem animæ mundi dicit Deum, in nobis autem genium vocari. Sic ergo & in anima mundi tres gradus insti tuens, vnam partem eius lapides esse dicit ac ligna: & hanc terram quam videmus, quod non permanat sensus. Aliam vero, quam sensum vocat eius, ut aethera. Tertiam porro, quam & animam eius nuncupat, quæ s. peruenit in astræ: eam quoque afferit facere deos, & per eam quæ in terra permanat, deam Tellurem: quod autem inde permaneat in mare, atque Oceanum, deum esse Neptunum. Redeat ergo ab hac quam theologiam naturaliem putat, quo velut requiescendi causa, ab his am bagibus atque anfractibus fatigatus egressus est. Redeat in quam, redeat ad ciuilem, hic eum adhuc teneo, tantisper de hac ago. Nondum dico si terra & lapides nostris sunt ossibus, & vnguis, similes, similiiter eos intelligentiani non habere, sicut sensu carent. Aut si idcirco habere dicuntur ossa, & vngues nostri intelligentiam, quia in homine sunt, qui habet intelligentiam, stultus est qui hos deos in mundo dicit, quam stultus est qui in nobis ossa, & vngues homines dicit. Sed hæc cum philosophis fortassis agenda sunt, nunc autem istum adhuc politicum, i. ciuilem volo. Fieri enim potest ut licet in illam naturalis theologiae veluti libertatem caput erigere paululum voluisse videatur, adhuc tñ hunc librum versans, & se in illo versari cogitans: eum etiam inde respexerit: & hoc propterea dixerit, ne maiores eius, siue alij ciuitates, Tellurem atque Neptunum coluisse inaniter credantur. Sed hoc dico, pars animi mundani, quæ per terram permeat, sicut vna est terra: cur etiam non vnam fecit deam quam dicit esse Tellurem? Quod si ita fecit, vbi erit Orcus frater Iouis atque Neptuni, quem Ditem patre vocant? Vbi eius coniunx Proserpina, quæ secundum aliam, in eisdem libris positam opinionem, non terra fecunditas, sed pars inferior perhibetur? Quod si dicunt: animi mundani partem cum permeat terræ partem superiorem, Ditem patrem facere Deum: cum vero inferiorem Proserpinam deam, Tellus illa quid erit? Ita enim totum, quod ipsa erat, in duas illas partes deosq; diuisum est: ut ipsa tertia,

quæ sit, aut vbi sit, inueniri non possit, nisi quis dicat simul istos deos Orcum atq; Proserpinam, vnam deam esse Tellurem: & non esse iam tres, sed aut vnam, aut duos, & tamen tres dicuntur, tres habentur, tres coluntur aris suis, delubris suis, sacris suis, simulachris suis, sacerdotibus suis, & per hec etiam fallacibus prostitutam animam constitutis demonibus suis: Adhuc respondeatur, quam partem terræ permeat pars mundani animi, ut Deum faciat Tellumonem? Non, inquit, sed vna eadem terra haber geminam vim, & masculinam quod semina producat, K & foemininam quod recipiat, atque nutriat, inde à vi foeminea dictam esse Tellurem, à vi masculina Tellumonem. Cur ergo Pontifices, ut ipse indicat, additis quoque alijs duobus, quatuor dijs faciunt rem diuinam, Telluri, Tellumoni, Altori, Rusori? De Tellure & Tellumone iam dictum est. Altori quare? quod ex terra, inquit, aluntur omnia quæ natæ sunt. Rusori quare? quod rursus, inquit, cuncta eodem reueluntur.

De telluris cognominibus, eorumq; significacionibus, quæ et si non erant multarū rerum indices, non multorum deorū debuerunt firmare opiniones. Cap. XXXIII.

Debuit ergo vna terra propter istam quæ ter geminam vim, quatuor habere cognomina, non quatuor facere Deos, si cut tot cognominib. vnuis Iuppiter, & tot cognominibus vna Iuno: in quib. omnibus vis multiplex esse dī ad vnum Deum, vel ad vna deā pertinens: non multitudo cognominum deorum eriam multitudinem faciens. Sed profecto sicut aliquando etiam ipsas vilissimas fēminas earū, quas libidine quæsierunt, tñdet penitentq; turbarum: sic animam vilem factā, & immundis spiritibus prostitutam, deos si bi multiplicare, quibus contaminanda pro sternere, sicut plurimum libuit, sic aliquādo & piguit. Nam & ipse Varro quasi de ipsa turba verecundatus, vnam deam vult esse Tellurem. Eandem, inquit, dicunt matrē magnam, q; tympanum habeat, significari esse orbem terræ, q; turres in capite, oppida q; se des singantur circa eam, cum omnia moueātur, ipsam non moueri. Quod Gallos huic deæ vt se uirent, fecerunt: significat eos, qui semi-

All. Tel loris co gnomina.

semine indigeant terram sequi oportere, in ea quippe omnia reperiri. Quod se apud eā iactant: p̄cipit, inquit, qui terram colūt, ne fedeāt, semper enim esse quod agat. Cym balorū sonitus, ferramentorū iactandorū ac manū, & eius rei crepitus in colendo agro quid sit, significat quod ferramenta illa erāt: ideo ex ēre, quod eam antiqui colebant ēre, ante quam ferrum esset inuentum. Leonē, inquit, adiungunt solutum ac māsiūtum, vt ostendant esse nullum genus terre tam remotum ac vehementer ferum, quod non subiici coliq̄s cōueniat: Deinde adiūgit, & dicit: Tellurem matrem, & nōminibus pluribus, & cognominibus quod nominarunt, Deos existimatos esse complures. Tellurem, inquit, putat esse Opem, quod opera fiat melior: matrē, q̄ plurima pariat: magnā, q̄ cibū pariat: Prolerpinam, quod ex ea prolerpant fruges: Vestam, quod vestiatur herbis: Sic alias deas, inquit, non absurde ad hanc reuocant. Si ergo vna dea est, quā quidem consulta veritate nec ipsa est, interim quid itur in multas? Vnius sint ista multa nomina, non tam Dea multa quam nomina: Sed errantium maiorum authoritas deprimit & eundem Varonem post hanc sententiam trepidare compellit. Adiungit enim & dicit: Cum q̄bus opinio maiorū de his deabus, quod plures eas putarunt esse, non pugnat. Quomodo nō putnāt, cum valde aliud sit vna deam nomina halere multa, aliud eē deas multas? Sed pōt, inquit, fieri: vt eadē res & vna sit, & in ea quēdam res sint plures. Concedo, in vno hoie eīse res plures, nunquid ideo & homines plures? Sic in vna dea eīse res plures, nūquid iō & deas plures? Verum sicut volunt, diuidat, conflent, multiplicēt, replicēt, implicēt. Hęc sunt Telluris, & matris magnā p̄eclarā mysteria, vnde omnia referuntur ad mortalia lēmina, & exercēdā agriculturā. Itanē ad hęc relata, & hunc finē habentia tympanū turres: Galli iactatio insana membrorum, crepitus cymbalorum confictio leonū vitā cuiquam pollicentur aeternam? Itanē propterea Galli abscisi huic magnā dea seruunt: vt signifcent qui semine indigeant, terram sequi oportere: quasi non eos ipse potius seruitus semine faciat indigere? Vtrū enim sequendo hanc deā, cū indigeant semen acquirant: an potius se quando hanc deam, cū habeant se-

men amittant? hoc interpretari est, an detestari? Nec attenditur quantū maligni dēmones praualuerint, qui nec aliqua magna his sacris polliceri ausi sunt, & tā crudelitā exigere potuerint. Si dea terra non esset, manus ei homines operando inferrent, vt semina con sequerētur per illā, non etiam sibi sequiendo, vt semina perderent propter illam. Si dea nō esset, ita fēcunda fieret manibus alienis, vt nō cogerer hominem sterilē fieri manibus suis. Iam quod in liberi facris honesta matrona pudenda virilia coronabat, spectatē multitudine: vbi rubēs & sudans, si est vlla frons in hominibus, adstebat forsū & maritus, & q̄ in celebratione nuptiarū, super Priapi scapū noua nupta sedere iubebatur, longe cōtéptiōlora atq; confusibiliōra sunt p̄a ista turpitudine crudelissima, vel crudelitate turpissima. Ibi dēmoniacis * artibus sic vterq; sexus illuditur, vt neuter suo vulnere perimatur. All. Riti bus.
 Ibi fascinatio timetur agrorū, hic membrorum amputatio non timetur. Ibi sic dehonestatur nouę nuptię verecūdia, vt non solum fēcunditas, sed nec virginitas adimatur, hic ita amputatur virilitas, vt nec conuertatur in fēminam, nec vir relinquatur.

Quam interpretationem de abscissione Atys Gr̄ corum sapientium doctrina repe-
rit. Cap. X X V.

ET Atys ille non est cōmemoratus, nec eius ab illo interpretatio requisita est, in cuius dilectionis memoriā Gallus abscidiō. Sed docti Gr̄cī atq; sapientes nequaquā rationē, tā sanctā atq; p̄clarā tacuerūt. Propter vernalē q̄ppe faciē terrę, q̄ ceteris tēporibus est pulchrior, Porphyrius Philosophus nobis Atym flores significare perhibuit: & ideo abscissū, q̄a flos decidit ante fructū. Nō ergo ipsum hominē, vel quasi hominē q̄ vocatus est Atys sed virilia eius flori cōparaue rūt. Ipsa q̄ppe illo viuente deciderūt, immo vero nō deciderūt, neq; decerpita, sed plane disceppta sūt. Nec illo flore amiso, q̄q; post ea fructū, sed poti⁹ sterilitas cōsecuta ē. Quid ergo ipse reliquus, & qcqd remāsit abscissū, qđ eo significari dicit? Quo rēfertur? Que in terpretatio inde profertur? An hac frustra molēdo nihilq; inueniēdo p̄uadē illud potius esse credendū, quod de homine cōstra-
to

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

to fama iactauit: literisq; mādatū est? Merito huic aduersatus est Varro noster, neq; hoc dicere voluit: nō. n. hoīem doctissimum latuit.

De turpitudine sacrorum matris magnæ.
Cap. XXVI.

I Temq; de mollibus eidem matri magnæ contra oēm virorum mulierumq; verecū diam confecratis , qui vñq; hesternum diem madidis capillis , facie dealbata , fluentibus membris, incessu ſemineo per plateas vicos que Charthaginis, etiā à populis vnde turpi ter viuerent , exilhebant : nihil Varro dicere voluit, nec vñpiā me legiſſe cōmemini. Deſcit interpretatio, erubuit ratio, conticuit ora tio, Vicit matris magnæ oēs Deos filios non numinis magnitudo, ſed criminis. Huic móstro nec monſtruofitas Iani cōparatur. Ille in simulachris habebat ſolam deformitatēm iſta in ſacris deſormē crudelitatē: Illi membra in lapidibus addita , hæc in hominibus perdiſta . Hoc dedecus tot Iouis ipſius vitia, & tanta flupra non yincunt . Ille inter fēmineas corruptelas vno Ganimede cēlū infamauit, iſta tot mollibus profeffis & publicis & inquinauit terram, & cēlo fecit iniuriam. Saturnū fortaffe poſtemus huic in iſto gene re turpiſimē crudelitatis ſue confeſſe , ſue präferre , qui patrē caſtrasse perhibetur: ſed in Saturni ſacris homines alienis manibus potius occidi, quā ſuis abſcidi potuerūt. De uorauit ille filios ſuos , vt poetae ferunt: & physici ex hoc interpretantur , quod volūt, vt autē historia prodiſt, necauit. Sed quodei Pēni ſuos filios ſacrificauerunt, non receper e Romani. At vero iſta magna deorum ma ter etiam Romanis templis caſtratos intuilit, atq; iſtā ſexuſtam moremq; feruauit cre dita vires adiuuare Romanorū execādo viri lia virorū. Quid ſunt ad hoc malū Mercurij furta, Veneris laſciuia, flupra & turpitudines cēterorū, q; proſerremus de libris, niſi quoti die cātāretur, & ſaltarenī in theatris? Sed ha c quid ſunt ad tñ malū, cuius magnitudo magna matri tantūmodo competebat, präfer tim q; illa dicuntur à poetis eſſe cōfīcta: qua si poetae id ēt finixerint, quod ea ſint dijs gra ta & accepta? Vt ergo cātarenī vel ſcriberen tur, audacia fuit, vel petulantiapoetarum. Vt vero diuinis rebus & honoribus eiſdem im perantibus & extorquentibus numinibus ad derentur , quid eſt niſi crimē deorū , immo vero confefſio dēmoniorū, & deceptio mi ferorū? Verū illud quod de abſciforum con fecratione mater deorū coli meruit, nō poe ta confinxerūt, ſed hortere magis quā cane re maluerūt. His ne dijs ſelectis quiſquā con ſecrandus eſt, vt poſt mortem viuat bene, qui bus confeſcratus ante mortē honeſte nō po tut viuere , tam fēdis ſuperſtitioibus ſubdi tuſ, & immundis dēmonibus obligatus? Sed hæc omnia, inquit, referuntur ad mundum: videat ne poтиus ad immūdū . Cui enim hic mundus eſt Deus, nec animo religioſus exiſtit, nec honeſtus viuet ille, nec mundus. Nos autē animum querimus, qui vera religio ne conſiſlus; non tanquā Deū ſuū adoret mūdū, ſed tanquā Dei opus propter Deum laudet mundū, & mundanis ſordibus expiatuſ, mundus perueniat ad Deū, qui condidit mū dum, iſtos vero ſelectos Deos videmus qui dem clarius innotescere quam cēteros: non tamen vt eorum illuſtrarentur merita, ſed ne occultarentur opprobria, ynde magis eos ho mines fuiffe credibile eſt: ſicut nō ſolū poeticē litera, verū etiā historicē tradiderunt. Nā quod Virg. ait: Primus ab æthereo venit Aene. 8. Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiens & regnis exil ademptis. Et quæ ad hanc rem pertinentia ſubſequuntur, totam de hoc Euemerus pādit historiam, quā Ennius in Latinum vertit eloquiū. Vnde quia plurima poſuerunt, qui contra huiusmodi errores ante nos Grēco ſermone, vel Latino ſcriperunt, non in eo mihi placuit immorari.

De phisiologorū ſigmentis , qui nec vera diuinitatem colunt, nec eo cultu quo coleda eſt vera diuinitas. Cap. XXVII.

I Pſas phisiologias cū conſidero , qbus do cti & acuti hoīes has res humanas conan tur euertere in res diuinias: nihil video niſi ad téporalia terrenaq; opera naturaſiq; corpora ē: vel etiā ſi inuifibilē, tamen mutabilem: potuiffe reuocari, quod nullo mō eſt verus Deus. Hoc autē ſi ſaltē religioſitati congruis ſignificationibus ageretur, eſſet quidē dolēdū, non hiſ verū Deū annunciarī, atq; p̄dicari: tameu aliquo modo ferendum tā ſēda & turpia nō fieri : nec iuberi . At nunc cū pro

pro Deo vero, quo solo anima se inhabitare fit felix, nefas sit colere aut corp^o aut animā: quanto magis nephariū est ista sic colere, vt nec salutē, nec decus humanum corpus aut anima coletis obtineat. Quamobrē si tēplo, si sacerdote, si sacrificio, q̄ Deo vero debetur, colatur aliquid elementum mundi, vel creatus aliquis spiritus, et si non immundus & malus, non ideo est malum, quia illa mala

Asunt quib. colitur, sed quia illa sunt talia, qui bus solus ille colendus sit, cui talis cultus seruitusq; debetur. Si autē stoliditate vel monstruositate simulachrorū, sacrificijs homicidiorū, coronatione viriliū pudendorū, mercede stuprorum, sectione membrorū, abscissione genitalium, consecratione molliū, festis impurorū obscenorumq; ludorum, vnu verum Deum, i. omnis anima corporisque creatorem colere se quisq; contendat: non ideo peccat, quia non est colendus, quē colit, sed quia colendū, non vt colendus est, colit. Qui vero & rebus talibus, i. turpibus & sceleris & non Deū verum, i. anima corporisq; factorem: sed creaturā quamvis non vietōsan colit, siue illa sit anima, siue corpus, siue aīa simul & corpus, bis peccat in Deū, q̄ & pro ipso colit, q̄ non est ipse: & talibus rebus colit, qualib. nec ipse colendus est, nec non ipse, sed hi quonam modo, i. quam turpiter nepharieq; coluerint in promptu est. Quid autem, vel quos coluerint esse obscurum, nisi corū testaretur historia: ea ipsa quē feda & turpia confitentur numinib. terribiliter exigentibus redditā. Vnde remotis constat ambagibus, nepharios Dēmones atq; immundissimos spiritus, ac omni ciuili theologia in vilendis stolidis imaginibus, & per eas possidentis etiam stultis cordibus inuitatos.

Quod doctrina Varronis de theologia ī nula sibi parte concordet. Cap. XXVIII.

BQuid igitur valet q̄ uir doctissimus & acutissimus Varro velut subtili disputatione hos omnes deos in cēlum & terram redigere ac referre conatur, & non potest? Fluunt, de manib. refiliunt, labuntur, & decidunt. Disturus. n. de foeminis, hoc est, de deabus: qm̄, inquit, vt in primo libro dixi de locis, duo sunt principia Deorū animaduersa de cōcelo & terra, à quo dij partim dñr cōcel-

stes, partim terrestres: vt in superiorib. initiu fecimus à cōcelo, cum diximus de Iano, quē alij cōcelum, alij dixerūt esse mundum: sic de foeminis initium scribēdi fecimus à tellure. Sentio quantam molestiam tale ac tantum patiatur ingenium. Dicitur. n. quadam ratione verisimili, cōcelum esse q̄ faciat, terram quē patiatur: & ideo illi masculinam uim tribuit huic foemininam: & non attēdit eum potius esse, qui hēc facit, qui utrumque fecit. Hinc etiam Samothracum nobilia mysteria in superiore libro sic interpretatur, eaque se quē nec suis nota sunt scribendo expositurum, eisq; mislurum quasi religiosissime pollicetur. Dicit. n. se ibi multis indicis collegisse in simulachris, aliud significare cōcelū, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ideas: cōcelum Iouem, terram Iunonem, ideas Mineruam vult intelligi. Cōcelum à quo fiat aliquid: terram de qua fiat exemplum, se cundum quod fiat. Qua in re omitto dicere, quod Plato illas ideas tantam vim habere dicit, ut secundum eas non cōcelum aliquid seferit, sed etiam cōcelum factū sit. Hoc dico istū in libro selectorum Deorum rationem illam trium Deorum, quibus quasi cuncta complexus est perdidisse. Cōcelo. n. tribuit masculos Deos, sc̄minas terrae. Inter quas posuit Mineruam, quam supra ipsum cōcelum anteposuerat. Deinde masculus deus Neptunus in mari est, q̄ ad terram potius quam ad cōcelū pertinet. Dis pater postremo, q̄ Græce πατέρων dicitur, etiam ipse masculus frater amborum terrenus Deus esse perhibetur, superiore terram tenens, in inferiore habens Proserpinam coniugem. Quō ergo Deos in cōcelo, deas in terra esse perhibent, qui rursus deas ad terram, deos ad cōcelū referre conantur? Quid solidū, quid cōstans, quid sobriū, quid definitum habet hēc disputatio? Illa autē est tellus initiu dearum, mater, s. magna, apud q̄ mollium & abscissorum sefēq; fecantiū atq; iactantiū insana perfstrepit turpitude. Quid est ergo q̄ dñ, caput deorū Ianus, caput dearum tellus: nec ibi facit vnu caput error, nec hic sanum furor? Cur hēc frustra referre nituntur ad mundū, * quasi posuit pro Deo uero mundus, uel opus pro factore col? Et tñ eos, nec hoc posse ueritas aperta conuincit. Referat hēc potius ad hoīes mortuos, & ad dēmones pessimos, & nulla q̄ remanebit.

Quod

al. l. qd
q̄ si pos-
set, pro re-
ro Deo
mundum
nemō pius
coleret.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quod omnia quæ physiologi ad mundū patentesq; ipsius retulerunt, ad vnum verū Deū referre debuerunt. Cap. XXIX.

Namque omnia quæ ab eis ex istorum deorum theologia velut physicis rationibus referuntur ad mundum, quam sine vlo lo scrupulo sacrilegæ opinionis Deo potius vero qui fecit mundum, omnis anima & omnis corporis conditori tribuantur, aduertamus hoc modo: Nos Deum colimus, non cę lum & terram, quibus duabus partibus mundus hic constat. nec animam vel animas per Al. que viuentia * quæcunque diffusas, sed Deū qui que. fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Qui fecit omnem animam, siue quocunque modo viuentem, & sensus & rationis expertem: siue etiam sentientem, siue etiam intelligentem. Et vt iam incipiam illa vnius & veri Dei opera percurrende, propter quæ isti fibi dum quasi honeste conatur sacramenta turpissima & scelestissima interpretari, deos multos falsosq; fecerunt. Illum Deum colimus qui naturis à se creatis & subsistendi, & mouendi initia finesq; constituit, qui rerum causas habet, nouit atq; disponit: qui vim leminum condidit: qui rationalem animam, qdicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit: qui sermonis facultatem vsumq; donavit: qui munus futura dicēdi, quibus placuit spiritibus impartivit: & per quos placet malas valetudines pellit: qui bellorum quoque ipsorum cum sic emendandum & castigandum est genus humanum, exordijs, progressibus, finibusq; moderatur. Qui huius mundi ignem vehementissimum & violentissimum pro immensa natura tēperamento, & creauit, & regit: qui vniuersarum aquarum creator, & gubernator est: qui Solem fecit corporalium clarissimum lumen, eiq; vim congruam & motum dedit. Qui ipsis etiam inferis dominationem suam potestatemq; nō subtrahit: qui semina & alimenta mortaliū, siue arida, siue liquida naturis competentib. attributa substituit. Qui terram fundauit atque fecundat: qui fructus eius animalibus, hominibusq; largitur: qui causas non solū principales, sed etiam subsequentes nouit, atque ordinat: qui Lunæ statuit motum suū: qui vias cœlestes atque terrestres locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingenij,

quæ creauit, etiam scientias artium variarū, ad adiuuandam vitam, naturamq; concessit. Qui coniunctionem maris & foeminæ ad adiutorium propagandæ prolis instituit: qui hominum cœtibus, quem foci & luminibus adhiberet, ad facillimos usus munus terreni ignis indulxit. Ista sunt certe quæ dij selectis, nescio per quas physicas interpretationes, vir acutissimus atq; doctissimus Varro, siue quæ aliunde accepit, siue quæ ipse coniecit, distribuere laborauit.

Qua pietate discernatur à creaturis creator, ne pro vno tot dij colātur, quot sunt opera vnius authoris. Cap. XXX.

HAec autem facit, atque agit vnum verus Deus. Sed sicut idem Deus ubiq; totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus in nullas partes selectis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlū & terrā præfente potentia, nō * absente natura. Sic itaq; administrat omnia quæ creauit, vt et ipsa proprios exercere, & agere motus finat. Quamuis n. nihil esse possit sine ipso, non tñ sunt vlla, q; ipse. Agit autem multa, etiam per angelos, sed nō Al. An nisi ex seipso beatificat angelos. Ita quamuis geli. propter aliquas causas hominibus angelos mittat: non tamen ex angelis homines, sed ex seipso, sicut angelos beatificat. Ab hoc vno & vero Deo, vitam speramus æternam.

Quibus propriè beneficijs Dei, excepta generali largitate, sectatores veritatis vtantrur. Cap. XXXI.

Habemus enim ab illo præter huiuscmodi beneficia, quæ ex hac, de qua nō nulla diximus, administratione naturæ bonis malisque largitur, magnum, & honorū proprium magna dilectionis indicium. Quanquam enim, quod sumus: quod viuimus, qd coelum terramq; conspicimus, quod habemus mentem atque rationem, qua eum ipsum, qui hæc omnia condidit, inquiramus, nequaquam valeamus actioni sufficere gratiarum, tamē quod nos oneratos, obrutosq; peccatis, & à contemplatione siue lucis aueros, ac tenebratum, idest, iniquitatis dilectione ne cęcatos, non omnino deseruit. Misitque nobis verbum suū, qui est cius vnicus filius, quo

Al. Lind
gente.

Al. I. In
Christo
omnia cō
plēta.

Al. Gen
viiiij dij dæ
mone.

quo pro nobis in assumpta carne nato , atq; passo, quanti hominē penderet nosceremus, atq; illo sacrificio singulari à peccatis omnibus mundaremur eiusq; spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis in aeternā requie , & contemplationis eius ineffabilem dulcedinem veniremus . Quæ corda, quot linguae ad agendas ei gratias satis esse contendenter?

M

Quod sacramentum redemptionis Christi, nullis retro temporibus defuerit, semper quæ sit diuersis significationibus prædicatum. Cap. XXXII.

Al. l. i.
gente. All. ar.
geli. Al. l. In
Christo
omnia co
plera. **H**oc mysterium vita æternæ iam inde hab exordio generis humani per quædā signa & sacramenta temporibus congrua, quibus oportuit per angelos prædicatum est. Deinde populus Hebreus in vnam quâdam Rempublicam , quæ hoc sacramentum ageret, congregatus est, vbi per quosdam scientes, per quodā nescientes, id quod ex aduentu Christi vsq; nunc, & deinceps agitur, prenunciaretur esse venturū. Sparsa etiam post eam gente per gentes propter testimonium scripturarum, quibus æterna salus in Christo futura prædicta est. Omnes enim non solum prophetia, quæ in verbis sunt: nec tantum præcepta vite quæ mores pietatemque conformant, atque illis literis continentur sacra sacerdotia, tabernaculum, siue templum, altaria, sacrificia, ceremoniae, dies festi & quicquid aliud ad eam seruitutem pertinet, quæ Deo debetur, & Græcè proprie latræ dicitur, ea significata & pronunciata sunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Christo & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituū malignorum de hominum errore grandentium. Cap. XXXIII.

All. Gen
tiū dī de
mones.

Cap. 9.
All. ar.
ret. **P**er hanc ergo religionem vnam & veram, potuit aperi Deos gentium esse immundissimos dæmones, sub defunctarum occasionib. animarum, vel creaturarum specie mundanarum Deos se putari cupientes, & quasi diuinis honoribus eisdemque sce-

lestis ac turpibus rebus superba impuritate latentes , atq; ad verum Deum conuersione humanis animis inuidentes, Ex quorū immateriali & impiissimo dñatu homo liberatur, cū credit in eum, qui præbuit ad exurgendū tantæ humilitatis exemplū , quæ illi superbia ceciderunt. Hinc sunt non solum illi, de quibus multa iam diximus: & alij atq; alij similes ceterarum gentium atq; terrarū, sed etiā hi , de quibus nunc agimus tanquam in Senatu deorum selecti : sed planè selecti notabilitate criminum , nō dignitate virtutum. Quorum sacra Varro, dum quasi ad naturales rationes referre conatur , querens honestare res turpes, quomodo his quadret, & consonet, non potest inuenire: quoniam nō sunt ipsæ illorum sacrorum cause , quas putat, vel potius vult putare. Nā si non soluni ipsæ, verum etiā quælibet aliq; huius generis essent, quāuis nihil ad Deum vitamq; æternam: quæ in religione querenda est , pertinent: tamen qualicunq; de rerū redditu ratione, aliquantulū mitigarent offensionem, quam non intellecta in labris aliqua velut turpitudo aut obsurditas fecerat: sicut in quibusdam theatrorum fabulis vel delubrorum mysterijs facere idem Varro conatus est. Vbi non theatra delubrorum similitudine absolvit, sed theatrorum similitudine delubra dannauit: tamen vt cunque conatus est, vt sensum horribilibus rebus offensum , velut naturalium causarum ratione redditu, deliniret.

De libris Numq Pompilij, quos Senatus, ne sacrorum cause quales in eis habebantur innotescerent, iussit incendi.

Cap. XXXIV.

R

Sed contra inuenimus sicut ipse vir doctissimus prodidit de Numq Pompilij libris redditas sacrorum causas , nullo modo potuisse tolerari: nec dignas habitas, quæ nō solū lector innotesceret religiosis, sed saltē scriptæ racōderetur in tenebris. Iā. n. dicā, quod in tertio huius operis libro, me suo loco dicturū esse promiserā. Nam sicut apud eūdē Varronem legitur in libro de cultu deorum: Terētius quidā, cū * haberet ad Ianiculū fundū & bubulcus eius iuxta sepulchrū Numq Pompilij traiiciens aratrum , eruisset ex terra libros eius, vbi sacrorum institutorū scri-

ptæ

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ptq erant causæ in urbem pertulit ad prætem. At ille cum inspexisset principia, rē tam detulit ad sénatum. Vbi cum primores quasdā causas legissent, cur quidq; in sacris fuerit institutum. Numæ mortuo, Senatus aſſensus eſt,* eosq; libros tanquā religiosi patres conſcripti, prætor ut cōbureret censuerunt. Credat quisq; quod putat, immo vero dicat quod dicendū ſuggererit vefana contentio quilibet tantx impietatis defensor egregius. Me admonere ſufficiat, ſacrōrū cauſas, à rege Pōpilio Romanorū ſacrōrū iſtitu-

*Al. I. Reli-
gioſos di-
bros.*

Etutore conſcriptas, nec populo, nec ſenatu, nec ſaltē ipſis ſacerdotibus innotescere debuſſe, ipſum. Numam Pompiliū curioſitate illicita, ad ea dēmonum perueiſſe ſecreta q̄ ipſe quidem ſcriberet, vt haberet vnde legēdo cōmoneretur. Sed ea tamen cū rex eſlet, qui minime quenquam metueret, nec doce re aliquem, nec delēdo, nec quoquo modo consumendo perdere, auderet: ita q̄ ſcire ne minem voluit, ne homines nefaria doceret: violare autē timuit, ne dēmones iratos habe ret: obruit, vbi tutum putauit, ſepulchro ſuo propinquare aratrū poſſe nō credens. Senatus aut̄ cum religiones formidaret dampnare maiorum, & ideo Numæ aſſentire cogere. illos tñ libros tam pernicioſos eſſe iudicauit: vt nec obrui rufus iuberet, ne humana curioſitas multo vehementius, rē iā perditā quereret, ſed flammis aboleri nefanda moni mēta: vt quia iā neceſſe exiſtimabāt ſacra illa facere, tolerabilius erraretur, cauſis eorū ignoratis, quam cognitis ciuitas turbaretur.

De hydromantia, per quam Numa, viſis qui buſdam dēmonum imaginib; ludificabatur. Cap. XXXV.

Nam & ipſe Numa ad quem nullus Dei Propheta venerat, nullus sanctus ange lus mittebatur, hydromantiam facere com dromantia pulus eſt: vt in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dēmonum, à quibus audiret, quid in ſacris conſtituere, at que obſeruare deberet. Quod genus diuinationis, idem Varro à Perſis dicit illatū: quo & iſpum Numam, & poſtea Pythagoram Philolophum vium fuſſe commemorat: ſibi adhībito ſanguine etiam inferos perhibet ſuſcītari: & *vixpo uarias* Græcē dicit vocari.

*All. Hi-
pulus: quo
All. Pō-
pilio: ſu-
Roma-
riū ſac-
rū fuerit
iſtitu-
tor.*

Quæ ſiue hydromantia, ſiue necromantia dicatur, idipſum eſt, vbi videntur mortui diuinare. Quibus hęc artibus fiant, iſpi vide- rint. Nolo enim dicere has artes etiam ante noſtri ſaluatoris adūētum in iſpis ciuitatibus gentium legib; ſolere prohiberi, & pena ſe uerißima vindicari. Nolo inquā hoc dicere: fortaſis enim talia tunc licebant. His tamen artibus didicit ſacra illa Pompilius, quorū ſacrōrū facta prodidit, cauſas obruit: ita timuit, & ipſe q̄ didicit, quarū cauſarū pro ditos libros Senatus incendit. Quid mihi ergo Varro illorū ſacrōrum alias, nelfio quas cauſas velut physicas interpretatur: quales, ſi libri illa habuiffent, non vtiq; arſiſſent: aut & iſtos Varronis ad Césarem Pontificē ſcriptos, atq; æditos, patres conſcripti ſimiliter incendiffent? Quod ergo aquam eggerit, id eſt, exportauerit Numa Pompilius, vnde hydromantia ſaceret, ideo nympham Aegeriā coniugē dicitur habuiffe, quemadmodū in ſupradicto libro Varronis exponitur. Ita. n. ſolent res geſtæ aſperſione mendaciorum in fabulas verti. In illa igitur hydromantia curioſiſſimus ille rex Ro. & ſacra didicit, quæ in libris ſuis Pontifices haberent: & eorum cauſas, quas p̄ter ſe neminem ſcire voluit. Itaque eas ſeorū ſcriptas ſecum quodammodo mori fecit quando ita subtrahendas hominū notitiae, ſepeliendasq; curauit. Aut ergo dēmonū illic tam fordiæ, & noxiæ cu piditates erant conſcriptæ, vt ex hiſ tota theologia ciuilis etiam apud tales homines execrabilis appareret, qui tā multa in iſpis ſacris erubescenda fuſceperant: aut illi omnes nihil aliud quā homines mortui probebantur, quos tā prolixa temporis vetuſtate ferè omnes populi genium Deos immortales eſſe crediderant, cū & talibus ſacrī ijdē illi dēmones oblectarentur, q̄ ſe colendos pro iſpis mortuis, quos Deos putari fecerant, qui buſdā fallaciū miraculorum attestationib; ſupponebant. Sed occulta Dei vera prouidētia ſactū eſt, vt & Pompilio amico ſuo illis * cōglutinati artibus, quibus hydromantia fieri potuit, cuncta illa confiteri permetterentur: & tamen & moriturus incenderet ea po tius q̄ obrueret, admonere non permetterentur: qui ne innoticerent, nec aratro quo ſūt eruta obſitare potuerunt, nec ſtylo Varro niſ, quo ea quæ de hac re geſta ſunt, in no ſtrām

*All. Da-
moſes ve
rareligio
ne vinci
INT.*

*Philoso-
phi.a.
Ioan. I.*

*All. I. con-
ciliati.*

stram memoriā peruerunt. Non enim pos-
sunt q̄ non sinuntur efficere. Sinunt autē al-
to Dei summi iustoq̄e iudicio pro meritis
eorum: quos ab eis vel affligi tantum, vel e-
tiam subiici, ac decipi iustū est. Quām vero
perniciose, vel à cultu veræ diuinitatis alien-
e illa literæ iudicat̄ sint; hinc intelligi po-
test, quod eas maluit Senatus incendere, quas
Pomplius occultauit, quam timere quod ti-
mut, qui hoc audere non potuit. Qui ergo
nec felicem in futuro vitam, nec modo ha-
bere vult piam talibus sacris mortem non
querat aeternam. Qui autem cum malignis
demonibus non vult habere societatem, su-
perflitionem, qua coluntur noxiā, perti-
mesca, & veram religionem, qua produn-
tur & vincuntur agnoscat.

*All. Dæ-
mones re-
rare religio
ne vincū
tur.*

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER OCTAVVS.

De questione naturalis theologiae cum phi-
losophis excellentioris scientia dis-
cutienda. Cap. I.

Nunc intentiore nobis opus est
animo multo, quā erat in su-
periorū solutione questionū,
& explicatione librorum. De
theologia quippe, quā natura-
lē vocant: non cum quibuslibet hominibus:
Philoso-
phi. a.
Ioan. I.
nō enim fabulosa est, vel ciuilis, hoc est, vel
theatrica, vel urbana, quarum altera iactat
deorū criminā, altera indicat eorum deside-
ria criminofiora, ac per hoc malignorū po-
tius dēmonum, quā deorum, sed cum philo-
sophis est habenda collatio: quorum ipsum
nomen si Latine interpretemur, amorem sa-
piētia profiteretur. Porro si sapientia Deus est
per quem facta sunt omnia, sicut diuina au-
thoritas veritasq; monstrauit, verus philo-
sophus est amator Dei. Sed quia res ipsa, cuius
hoc nomen est: non est in omnibus, qui hoc
nomine gloriāntur. neq; enim continuo ver-
rā sapientiē sunt amatores, quicunq; appellā-
tur philosophi, profecto ex omnibus quo-
rum sententias ex literis nosse potuimus, eli-
gendi sunt, cum quibus non indigne questio-

ista tractetur. Neque enim hoc opere omnes
omnium philosophorum vanas opiniones
refutare suscepī, sed eas tantum quā ad theo-
logiam pertinent, quo verbo Græco signifi-
cari intelligimus de diuinitate rationem sue
sermonē nec eas omnium, sed eorum tantū,
qui cum & esse diuinitatem & humana cura
re consentiant, non tñ sufficere vnius incō-
mutabilis Dei cultum ad viam adipiscendā
etiam post mortē beatā, sed ab illo sanè mul-
tos vna conditos atq; institutos, ob eā cau-
sam colendos putant. Hi etiam iam Varro-
nis opinionem veritatis propinquitate tran-
scendent. Si quidem ille totam Theologiam
naturalē usque ad mundum istum, vel eius
animam extēdere potuit, isti vero supra om-
nem animā naturam confitentur Deum, qui
non solum mundum istum visibilem, qui
sēpē celi & terræ nomine nuncupat, sed om-
nem etiam omnino animam fecerit. Et qui
rationalem & intellectualem, cuius generis
anima humana est, participationē sui lumi-
nis incomutabilis & incorporei beatam fa-
cit. Hos Philophos Platonicos appellatos
à Platone doctore vocabulo deriuato, nul-
lus qui hēc vel tenuiter audierit, ignorat.

De duobus philosophorum generibus, id-
est, Italicō & Ionico, eorumq; autho-
ribus. Cap. II.

Dehoc igitur Platone, quē necessaria p-
senti questioni existimo breuiter attin-
gam, prius illos commemorans, qui eum in
eodē genere literarum tempore pr̄cesserūt.
Quātum enim attinet ad literas Græcas, quē
lingua inter ceteras gentiū clarior habetur,
duo philosophorum genera traduntur: vnu
Italicū ex ea parre Italiæ, quē quandam ma-
gna Græcia nuncupatur est: alterum Ionicū,
in eis terris, vbi & nunc Græcia nuncupatur.
Italicum genus authorem habuit Pythagorā
Samium, à quo etiam ferunt ipsum philo-
phi nomē exortum. Nam cum antea sapien-
tes appellantur, qui modo quodam laudabili
vitę alijs pr̄stare videbantur: iste inter-
rogatus quid profiteret, philosophū se esse
relpōdit, id est, studiosum, vel amatorem sa-
piētia: quoniam sapientiē profiteri, arro-
gantisimum videbatur. Ionici vero generis
princeps fuit Thales Milesius, vnu illorum

*All. Ita-
licum ge-
nus Phi-
losophorū*

*All. I. Ioni-
ci genus
phil.*

Aug. Tomus Quintus. I septem

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

septē qui appellati sunt sapientes. Sed illi sex
vitæ genere distinguebant, & quibusdā p̄ceptis, ad bene viendū accommodatis. Iste
aut Thales vt successores ēt propagaret, rerū
naturā scrutatus, suasq; disputationes literis
mandans, eminuit: maximeq; admirabilis ex
titit, quod astrologia numeris comprehēsis,
defectus Solis & Lunę etiā prēdicere potuit.

Aquam, tñ putauit terum esse principiū: &
G hinc omnia elemēta mundi ipsumq; mun-
dū, & quæ in eo gignūtur, existere. Nihil aut
huic operi, q̄ mundo cōsiderato, tā admira-
bile aſpicimus, ex diurda mente p̄pōsuit.
Huic succēſſit Anaximander, eius auditor:
mutauitq; de rerū natura opinionē. Non n.
ex vna re, sicut Thales ex humore, sed ex suis
proprijs, quasq; res nasci putauit, quæ rerum
principia, singularū esse credidit infinita: &
innumerabiles mūdos gignere: & quæcunq;
in eis oriuntur, eosq; mundos modo dissol-
ui, modo iterū gigni, existimauit, quāta quis
que etate sua manere potuerit: nec ipse ali-
quid diuinæ menti, in his rerū operibus tri-
buens. Iste Anaximenes discipulū, & succes-
forē reliquit: qui omnes rerum causas infini-
to aeri dedit: nec Deos negauit: aut tacuit: nō
tñ ab ipsis aerē factū, sed ipsis ex aere ortos
credidit. Anaxagoras vero eius auditor, ha-
rū rerū omnīū, quas videamus effectorem, di-
uinū animū sensit: & dixit ex infinita mate-
riā, quæ constaret, dissimilibus inter se parti-
culis rerū omnīū genera pro modulis & spe-
ciebus proprijs singula fieri, sed animo faci-
te diuino. Diogenes quoq; Anaximenes alter
auditor, aerē, quidē dixit, rerū esse materiā,
de qua omnia tierent: sed eū esse cōpotē diui-
næ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset.
Anaxagorē succēſſit auditor eius Archelaus:
etiam ip̄sē de particulis inter se dissimilibus,
H quibus singula quæq; fierēt, ita omnia con-
stare putauit, vt in esse etiā mētē diceret, quæ
corpora dissimilia, illas particulas cōiugē-
do & discipando ageret oīa. Socrates huius
discipulus fuisse perhibetur, magister Platoni-
nis, p̄p̄ quem breuiter cuncta ista recolui.

De Socratica disciplina. Cap. III.

Socrates ergo primus vniuersam philo-
sophiam ad corrigendos, cōponendosq;
mores flexisse memoratur: cum ante illum

omnes magis physicis, idest, naturalibus rē-
bus perscrutādis operam maximam impen-
derint. Non mihi autem videatur posse ad li-
quidū colligi, vñrū Socrates, vt hoc faceret,
tādio rerū obscurarū, & incertarū ad aliqd
approbatū & cerū reperiēdū animū inten-
derit: quod effet beatę vitę necessariū: ppter
quā* vnā omniū philosophorū inuigilasse

Al.l.vna

ac laborasse videtur industria. An vero, sicut
de illo quidā benevolentius suspicantur, no-
lebat immundos terrenis cupiditatibus ani-
mos se extendere in diuina conari: quando-
quidē abeis causas rerū videbat inquiri, quas
primas atq; summas, non nisi in vnius veri
ac summi voluntate esse credebat. Vnde non
eas putabat nisi mundata mēte posse. cōpre-
prehendi: & ideo purgandæ bonis moribus
vita censebat instādū, vt deprimentibus libi-
dinibus exoneratus animus, naturali vigore
in eterna se attoleret, naturāq; incorporei &
incōmutabilis luminis, vbi cauæ omniū fa-
ctarū naturarū stabilit̄teriuū: intelligēti p̄
ritate cōspiceret. Constat eū tñ imperitorum
stultitiam scire se aliquid opinantiū, et in ip-
sis moralibus questionibus, quo totū animū
intendisse videbatur, vel confessa ignorantia
sua, vel dissimulata scientia, lepore mirabili
differēdi & acutissima urbanitate agitasse at
que versasse. Vñ & cōcitatissimis inimicitij scalū-
niosa criminatione dānatus, morte multatus
est. Sed eū postea illa ipsa, quæ publice dāna
uerat. Athenien. ciuitas publice luxit, in duos
accusa: ores eius, vsqueado populi indignatione
cōuersa, vt vnu corū oppressus vi mul-
titudinis interiret, exilio aut volūtario atq; p̄
petuo pēnā similē alter euaderet. Tā p̄ræcla-
ra igitur vitę mortis q̄s fama Socra. reliquit
plurimos quæ philosophiq; sectatores, quorū
certatim studiū fuit in questionū mortalium E

disceptatione versari, vbi agitur de summo
bono, sine quo fieri homo beatus nō pōt. Qd̄ Al.l.Sū-
in Socratis disputationib; dū omnia mo-
uet asserit, deſtruit, qm̄ nō euidēter apparuit
quod cuiq; placuit, inde ſumperfunt, & vbi
cuiq; viſum est, conſtituerunt finē boni. Fi-
nis aut boni appellatur, quo quifq; cū perue-
nerit beatus est. Sic aut diuersas inter se So-
cratici de iſto fine ſententias habuerunt, vt
quod vix credibile est, vnu magistri potuſ
ſe facere ſectatores, quidam ſummuſ bonū
effe dicereſ voluntatem, ſicut Aristippus:
quidam

Al.l.Sū-
mum bo-
num.
bonis.

Al.l.Sū-
bonis.

Al.l.Sū-
dīuersa ſe-
tē ſentie.

Al.l.Sa-
piētie Flu-
dium in
quib. ver-
ſetur.

Hier.lib.
II.c.25.

equo uob.

L

quidam virtutem, sicut Antisthenes. Sic alij atque alij, aliud atq; aliud opinati sunt, quos commemorare longum est.

De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit. Cap. I III.

Sed inter discipulos Socratis non quidem simerito excellentissima gloria claruit, qui omnino ceteros obscuraret, Plato. Qui cū esset Athene honesto apud suos loco natus, & ingenio mirabili, longe suos condiscipulos anteiret, parum tñ putans perficēdā philosophiæ sufficere seipsum ac Socraticam disciplinam, quā longe lateq; potuit peregrinatus est, aqua uersum eum alicuius nobilitate scientiæ percipiendā fama rapiebat. Itaq; & in Aegypto didicit, quæcunq; illi c magna habebantur, atq; docebantur, & inde in eas Italiae partes veniens, vbi Pythagoreorū fama celerabatur, quicquid Italicae philosophiæ tunc florebat, auditis eminentiorib. in ea doctoribus, facillime cōprehēdit. Et quia magistrū Socratem singulariter diligebat, eū loquentem ferè in omnibus sermonibus suis faciens, etiam illa, quæ vel ab alijs didicerat, vel ipse quanta potuerat intelligētia viderat, cū illius lepore & moralibus disputationib. temperauit. Itaque cum studium sapientiæ in actione & contemplatione versetur, vnde una pars eius actiua, altera contemplativa dici potest, quarum actiua ad agendum vitam, i. ad mores instituendos pertinet, contemplativa aut ad conspicendas naturæ causas, & sincerissimam veritatē. Socrates in actiua, exel luisse memoratur: Pythagoras vero magis cōtemplatiæ quibus potuit intelligentiæ viribus instituisse. Proinde Plato vtrunq; iungendo, philosophiam perficere laudatur, quam in tres partes distribuit. Vnam moralem, quæ maxime in actione versatur. Alteram naturalē, quæ contemplationi deputata est. Tertiā rationalem, qua verū distinguuntur a falso.

LQuæ licet utrique, i. actioni & contemplationi sit necessaria maxime in contemplatio perfectionem sibi vendicat veritatis. Ideo hæc tripartitio non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studium sapientiæ in actione & contemplatione consistere. Quid autem his, vel de his singulis partibus Plato

senserit, i. vbi finem omnium actionum, vbi causam omnium naturarum, vbi lumen omnium rationū esse cognoverit vel crederit differendo explicare & longū esse arbitror, & temere esse affirmandū non arbitror. Cum enim magistri sui Socratis, quē facit in suis voluminib. disputantem notissimum morē dissimulandæ scientiæ vel opinionis suæ servare affectat, & quia & illi ipse mos placuit factum est, vt etiam ipsius Platonis de rebus magnis sententiae nō facile perspicere possint. Ex his tñ quæ apud eum leguntur, siue quæ dixit, siue quæ ab alijs dicta esse narravit, atque conscripsit, quæ sibi placita viderentur, quædam commemorari, & huic operi inferri oportet a nobis, vel vbi suffragatur religio ni veræ, quam fides nostra suscipit, ac defendit, vel vbi ei videtur esse contrarius, quantū ad istā devno Deo & pluribus pertinet quæ fitionem, quem propter vitam, quæ post mortem futura est veraciter beatam, colendum esse catholicae religionis afferit disciplina. Fortassis enim qui Platonem ceteris philosophis gentium longe lateque prælatum acutius atque veracius intellexisse, atque secuti esse fama celebriore laudantur, aliquid tale de Deo sentiunt, vt in illo inueniatur, & causa subsistendi, & ratio intelligendi, & ordo viuendi. Quorum trium, unum ad naturalē, alterum ad rationalem, tertium ad moralem partem intelligitur pertinere. Si n. homo ita creatus est, vt per id q̄ in eo præcellit, attingat illud q̄ cuncta præcellit, i. unum verum optimum Deū, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expediet; ipse q̄ratur, vbi nobis omnia sunt secura; ipse cernatur, vbi nobis certa sunt omnia; ipse diligatur, vbi nobis recta sunt omnia.

Quod de theologia cum Platonis potissimum disceptandum sit, quorum opinio ni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata. Cap. V.

S I ergo Plato Dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapientē, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere ceteros, quorum nulli nobis, quam isti propius accesserunt? Cedat eis igitur non solū theologia illa fabulosa, deorum criminibus oblectās animos impiorū,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

nec solum ē illa ciuilis, vbi impuri Dēmones terrestribus gaudijs deditos populos deorum nomine seducentes, humanos errores tanquam suos diuinos honores habere voluerunt: vbi ad spectandos fūorū criminum ludos, cultores suos tanquā suā vanitatis administratores habuerunt: vbi per eos ad suū cultum studijs immundissimis alios excitan tes, & sibi delectabiliores ludos de ipsis spe catoribus exhibentes. Vbi si qua velut honesta geruntur in templis, coniuncta sibi theatrorum obsec̄tate turpantur, & quæcunq; turpia geruntur in theatris, cōparata sibi tēplorum foeditate laudantur. Et ea quæ Varro ex his sacris, quasi ad cōclūm & terram rerumq; mortalū semina & actus interpretatus est, quia nec ipsa illis ritibus significātur, q; ipse insinuare conatur, & ideo veritas conantem non sequitur. Et si ipsa essent, tñ animæ rationali ea, quæ infra illam natura ordine constituta sunt, pro Deo suo colenda non essent; nec sibi præferre debuit, tanquā Deos eas res, quibus ipsam prætulit verus Deus, & ea quæ Numa Pōpilius re uera ad sacra eiusmodi pertinentia secum sepeliendo curauit abscondi, & aratro eruta senatus iussit incendi. In eo genere sunt ē illa, vt ali quid de Numa mitius suspicemur, quæ Alexander Macedo scribit ad matrē, sibi à magno antistite facrorum Aegyptiorū quodam leone patesa ēta. Vbi nō Picus & Faunus, & Aeneas, & Romulus, vel ē Hercules, & Aesculapius & Liber Semele natus, & Tindaridæ fratres, & si quos alias ex mortalibus pro dijs habēt, sed ipsi ē maiorū gentiū dij, quos Cic. in Tusc. tacitis nominibus vñ attingere: Iuppiter, Iuno, Saturnus, Vulcanus, Vesta, & alij pluri mi, quos Varro conatur ad mundi partes siue elementa transferre, hoīes suisse produntur. Timens. n. & ille quasi reuelata mysteria, petens admonet Alex. vt cum ea matrē conscripta insinuauerit, flammis iubeat concreta mari. Non solum ergo ista quæ duæ theologiae continent, fabulosa, s. & ciuilis Platonicis philosophis cedant, qui verum Dēū, & rerum authorem & veritatis illustratorem, & beatitudinis largitorē esse dixerunt. Sed alij quoque philologhi, qui corporalia naturæ principia corpori deditis mentibus opinati sunt, cedant his tantis & tanti Dei cognitoribus veris, vt Thales in humore, Anaximenes

in aere, Stoici in igne, Epicurus in atomis, hoc est, minutissimis corpusculis, quæ nec diuidi, nec sentiri queunt, & quicunque alij quorum enumerationi immorari non est ne cesset: siue simplicia, siue coniuncta corpora: siue vita carentia, siue viuentia, sed tñ corpora, causam principiumq; rerū esse dixerunt. Nam quidā eorum à rebus non viuis res viuas fieri posse crediderūt, sicut Epicurei. Qui dam vero à viuente quædam viuentia, quædā non viuentia, sed tñ à corpore corporea. Nam Stoici ignem, i. corpus vñ ex his quatuor elementis, quib. visibilis mūdus hic cōstat, & viuentem, & sapientē, & ipsius mūdi fabricatorem atq; omnium, quæ sunt in eo, eumq; omnino ignē Deum esse putauerunt. Hi & ceteri similes eorum, id solū cogitare potuerunt, q; cū eis corda eorū obstricta carnis sensib. fabulata sūt. In se quippe habebāt, q; non videbant, & apud se imaginabantur, q; foris viderant, ēt qn non videbant, sed tantummodo cogitabant. Hoc autem in conseetu talis cogitationis iam non est corpus, sed similitudo corporis. Illud autē vnde vñ in animo hēc similitudo corporis, nec corpus est, nec similitudo corporis, & vnde videtur, in animo hēc similitudo corporis, atq; vtrum pulchra an deformis sit iudicatur, profecto est melius quā ipsa, quæ iudicatur. Hēc mēs hominis & ipsa rationalis animæ natura est, quæ vtiq; corpus nou est, si iam illa corporis similitudo cum in animo cogitantis aspiciatur atq; iudicat, nec ipsa corpus est. Nō est ergo, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis: quibus quatuor corporibus, q; dicuntur quatuor elementa, mundū corporeum videmus esse cōpactum. Porro si noster animus corpus non est, quō Deus creator animi: corpus est? Cedant ergo & isti, vt dictū est, Platonici, cedat & illi quos quidem puduit dicere Deum corpus esse, verumtñ eiusdem naturæ cuius ille est, animos nostros esse putauerūt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas animæ quam Dei naturæ tribuere nephas est. Sed dicunt: corpore mutatur animæ natura: nā per seipsum incommutabilis est. Poterant isti dicere, corpore aliquo vulneratur caro, nam per seipsum inuulnerabilis est. Prorsus q; mutari non potest, nulla re potest, ac per hoc corpore mutari potest, aliqua re potest, & ideo incommutabile recte dici non potest.

De

Ali. Sit
ci ignē dī
xere Dēū

Ali. Dēū
solum esse
vere à
quo oīa
sunt que
sunt.

Ali. I. Mū
dus corpo
reus.

Ali. I. Sen
sibilita.

Ali. I. In
tellegibi
lia.

De Platonorum sensu in ea parte philosophie, quę physica nominatur. Cap. V. L.

Viderunt ergo isti Philosophi, quos cę-
teris non immerito fama atque gloria
pręlatos videmus, nullū corpus esse Deū, &
ideo cuncta corpora trascenderunt quęgen-
tes Deū. Viderunt quicquid mutabile est, nō
esse summum Deū: & ideo omnem animā
mutabilesq; omnes spiritus transcend erunt,
quarentes lumen Deū. Deinde viderunt
omnem speciem in re quacunq; mutabili,
qua est quicquid illud est, quoquo modo &
qualiscunq; natura est, nō esse posse nisi ab il-
lo, qui vere est, quia & incōmutabiliter est.
Ac per hoc siue vniuersi mudi corpus, figu-
ras, qualitates, ordinatumq; motum, & ele-
menta disposita à cęlo vsq; ad terrā, & que
cunq; corpora in eis sunt, siue omnem vitā:
nutrit, & cōtinet, qualis est in arboribus: vel
quę & hęc habet & sentit, qualis est, in pec-
coribus: vel quę & hęc habet, & intelligit,
qualis est in hominibus: vel q̄ nutritorio sub
fidio non indiget, sed tantum continet, sen-
tit, intelligit, qualis est in angelis, nisi ab illo
esse non posse, qui simpliciter est. Quia non
aliud illi est esse, aliud viuere, quasi pos-
sit esse non viuens: nec aliud illi est viuere,
aliud intelligere, quasi posset viuere non in-
telligens: nec aliud illi est intelligere, aliud
beatū esse, quasi posset intelligere, & nō beatū
esse: sed quod est illi viuere, intelligere,
beatū esse, hoc est illi esse. Propter hęc in-
cōmutabilitatem, & simplicitatem intellexe-

Drunt eū, & omnia ista fecisse, & ipsum à nul-
lo fieri potuisse. Considerauerūt enim quic-
quid est, vel corpus esse vel vitam, meliusq;
aliquid vitam esse, quam corpus, speciemq;
corporis esse sensibili intelligibile vitę. Pro-
inde intelligibilem speciem sensibili pre-
tererunt. Sensibilia dicimus, quę visu tactuque
corporis sentiri quę: intelligibilia quę cō-
spectu mētis intelligi possunt. Nulla est enim
pulchritudo corporalis, siue in statu corpo-
ris sicut est figura, siue in motu, sicut in can-
tilena, de qua non animus iudicet quod pro-
fecto non posset nisi melior in illo eset hęc
species, sine tumore molis, sine strepitū vo-
cis, sine spatio vel loci vel temporis. Sed ibi
quoque nisi mutabilis esset, non alias non
melius de specie sensibili iudicaret: melius

ingeniosior, quā tardior, melius peritior q̄
imperitior, melius exercitatiōr quam minus
exercitatus, & idem ipse vnu, cum proficit
melius vtique postea quam prius: Quod
autem recipit maius & minus sine dubitatio-
ne mutabile est. Vnde ingeniosi & docti & in
his exercitatiōnēs homines facile collegerūt, nō
esse in eis rebus primam speciem, vbi muta-
bilitas esse conuincentur. Cum igitur in eorū
conspictu, & corpus & animus magis mi-
nusq; speciosa essent, & si omni specie care-
re possent omnino nulla essent, viderunt esse
aliquid vbi prima esset incōmutabilis species,
& ideo nec comparabilis: at q; ibi esse rerū
principium rectissime crediderūt, quod fa-
ctū non esset, & ex quo facta cuncta essent. Ita
quod notū est Dei ipsa manifestauit eis, cum
ab eis inuisibilia eius, per ea quę facta sunt
intellecta conspecta sunt, sempiterna quo-
que virtus eius, & diuinitas, à quo etiam * vi-
sibilita & temporalia cuncta creata sunt. Hęc
de illa parte, quam physicam, idest, natura-
lē nuncupant dicta sunt.

All. Ma-
tabile.

Rom. i.
All. ini-
sibilita.

Quanto excellentiores ceteris in logi-
ca, idest, rationali philosophia
Platonici sint habendi.

Cap. VII.

Quod autem attinet ad doctrinam, vbi
altera pars versatur, quę ab eis logica,
idest, rationalis vocatur, absit ut his compa-
randi videantur, qui posuerunt iudicium ve-
ritatis in sensibus corporis, eorumq; infidis
& fallacib. regulis omnia quę discuntur me-
tienda esse censuerunt, vt Epicurei, & quicū-
que alij tales vt etiā ipsi Stoici. Qui cum ve-
hementer amauerint solertia disputandi,
quam dialecticam nominat, à corporis sensi-
bus eam ducendam putarunt. Hinc assue-
rantes animum concipere notiones, quas ap-
pellant ērōiā, earum rerum scilicet, quas de-
finiendo explicant, hinc propagari atque cō-
necti totam discendi docendique rationem.
Vbi ego multū mirari soleo, cum pulchros
dicat non esse, nisi sapientes, quibus sensibus
corporis istam pulchritudinem viderint,
qualibus oculis carnis formam sapientię de-
cusque confixerint. Hi vero quos merito
ceteris anteponimus discreuerūt ea, quę mē-
te cōspiciunt ab ijs quę sensibus attinguntur,

Aug. Tomus Quintus. I 3 nec

All. Deū
solum esse
vere a
quo oīa
fint que
sunt.

All. Sen-
sibilita.

All. In-
telligibi-
lia.

All. Mū
dus corpo-
reus.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

nec sensibus adimētes, quod possunt, nec eis dantes vltra quā possunt. Lumen autē mentium esse dixerunt ad addiscenda omnia, eūdemq; ipsum Deū à quo facta sunt omnia.

Deus ipse adiuuerit, alio loco quantum per nos fieri poterit, apparebit.

Quod etiam in morali philosophia Platoni ci obtineant principatum. Cap. VIII.

De ea philosophia, quae ad veritatem fidei Christianę proprius accessit. Cap. IX.

H

R Eliqua est pars moralis, quam Grēco vocabulo dicūt *μόραλη* vbi queritur de summo bono: quo referentes omnia, quæ agimus, & quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes, idq; addipiscentes, nihil quo beati simus vltius requiramus. Iō quippe & finis est dictus, quia propter hunc cetera volumus, ipsum autem non nisi propter ipsum. Hoc ergo beatificum bonū, alij à corpore, alij ab animo alij ab vtroque in homine esse dixerunt. Videbant quippe ipsum hominem cōstare ex animo & corpore & ideo ab alterutro istorū duum, aut ab vtroq; benefibi posse esse credebāt: finali quodam bono quo beati essent, quod cuncta quæ agebant referrent, atq; id cum forent adepti quo referendum esset vltra non quererent. Vnde illi qui dicuntur addidisse tertium genus bonorum, quod appellatur extrinsecus, sicuti est honor, gloria, pecunia, si & quid huiusmodi, non sic addiderunt ut finale esset, idest, propter seipsum appetendum, sed propter aliud bonum, quo esset hoc genus bonum bonis, malum autem malis. Ita bonum hominis, qui ab animo, vel à corpore, vel ab vtroq; expetierunt, nihil aliud quam ab homine expetendum esse putauerunt. Sed qui id appetierunt à corpore, à parte deteriore, qui vero ab animo a parte meliore, qui autem ab vtroq; , à toto homine . Sive ergo à parte qualibet, sive à toto homine, non nisi ab homine. Nec iste differentia, quoniā

All. Dif tres sunt: ideo tres, sed multas dissensiones sensiores philosophorum sectasq; fecerūt, quia & de bono corporis, & de bono animi, & de bono vtriusque diversi diuersa opinati sunt. Cedat igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, sed fruentem Deo. Non sicut corpore vel seipso animus, aut sicut animo amicus, sed sicut luce oculus. Si aliquid ab his ad illas similitudines afferendum est, quod vel quale sit si

Nunc satis sit cōmemorare Platonē terminasse finē boni esse scđm virtutē viuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam Dei habebat, & imitationē, nec esse aliā ob causam beatū: Ideoq; non dubitat hoc esse philosophari, amare Deū: cuius natura sit in corporalis: Vnde vtiq; colligitur tunc fore beatū studiosum sapientiā, id enim est philosophus, cum Deo frui cōperit. Quanuis n. non cōtinuo beatus sit, qui eo fruitur, quod amat: multi enim amando ea, quæ amāda nō sunt miseri sunt, & misériores cū fruītur, nemo tū beatus est, qui eo quod amat nō fruītur. Nā & ipsi qui res nō amandas amant, nō se beatos esse amando putant, sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo quod amat, verūque & summū bonū amat, quis eū beatū, nisi miserrimus negat? Ipsum autem verū ac sumnum bonum Plato dicit Deū, vnde vult esse Philosophum amatorem Dei, vt quoniā philosophia ad beatā vitam tendit, fruēs Deo sit beatus, qui Deum amauerit. Quicunq; igitur philosophi de Deo summo, & vero ista senserunt, quod & rerū creatorū sit effector: & lumen cognosendarū, & bonum agendarum, quod ab illo nobis sit & principiū naturae, & veritas doctrinæ: & felicitas vita: sive Platonici accommodatius nuncupentur, sive quodlibet aliud sēcēt sive nomē imponat: sive tantummodo Ionici generis, qui in eis præcipui fuerunt, ista senserint: sicut idē Plato, & qui eū bene intellexerunt: sive etiam Italicī, propter Pythagoram, & Pythagoreos, & si qui forte alij eisdem sententiæ indices fuerūt: sive aliarū quoq; gentiū, qui sapientes vel philosophi habitū sunt, Atlātici, Libyci, Aegypti, Indi, Persē, Chaldei, Scythē, Galli, Hispani, alijq; reperiuntur, qui hoc viderint, ac docuerint, eos omnes ceteris anteponimus, eosque nobis propinquiores fatemur. Quanvis enim homo Christianus literis tam ecclesiasticis eruditus. Platonicoꝝ forte nōmen ignoret, nec vtrū duo genera philosophorum extiterint in Grēca lingua Iōnicorum & Italicorum sciant, non tamen ita

Ioan. I.
Colof. 2.

Rem. I.

Act. 17.

Rom. I.

Rom. II.

ita surdus est in reb. humanis, vt nesciat philosophos, vel studiū sapientiæ, vel ipsi sapiētiā profiteri. Cauet eos tñ, qui secūdū elemēta huius mundi philosophantur, non secūdū Deū, à quo ipse factus est mundus. Admone tur. n. præcepto apostolico, fideliterq; audit φ dictū est: Cauete ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanē seductionē, secundū elementa mundi. Deinde ne omnes tales esse arbitretur, audit ab eodem apostolo dici de quibusdā: Quia q̄ notum est Dei, manifestum est in illis. Deus. n. illis manifestauit. Inuisibilia. n. eius à constitutione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, semper ita quoq; virtus eius & diuinitas. Et vbi Atheniensibus loquens, cū rem magnam de Deo dixisset, & quæ a paucis posset intelligi q̄ in illo viuimus, mouemur & sumus, adie cit & ait: sicut & vestri quidā dixerūt: Nouit fanē ēt ipsos in quib. errant cauere. Vbi. n. dictum est, q̄ per ea quæ facta sunt, Deus illis manifestauit, intellectu conspicienda inuisibilia sua, ibi etiā dictum est, non illos ipsum Deū recte coluisse, quia & alijs rebus, quib. non oportebat, diuinos honores, illi vni tm debitos derulerunt. Qm̄ cognoscentes Deū, non sicut Deū glorificauerūt, aut gratias ege runt, sed enauerunt in cogitationibus suis, & obſcuratum est insipiens cor eorum. Di centes. n. se sapientes esse, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrū, & quadrtipedū, & serpentium. Vbi & Romanos, & Gracōs, & Aegyptios, qui de sapientiæ noī gloriati sunt, fecit intelligi. Sed de hoc cū ictis postmodum disputabimus. In quo aut nobis consentiunt, de vno Deo huius vniuersitatis auctore, q̄ non solū per oī corpora est incorporeus: verumē: super omnes aīas incorruptibilis, principiū nostrum, lumen nostrum, bonum nostrum, in hoc eos ceteris anteponimus.

*Ioan. I.
Colof. 2.*

Rem. I.

Aet. 17.

Rem. I.

*Rem. **

Item siue logicā in qua queritur, quonā modo veritas percipi possit, & moralē vel ethicā, in qua de morib⁹ agitur, bonorumq; finibus appetendis malorumq; vitandis, ideo nescit ab vno vero Deo atq; optimo, & natu ram nobis esse, qua facti ad eius imaginē sumus, & doctrinā, qua eū nosq; nouerimus, & gratiam, qua illi cohærendo beati sumus. Hęc itaq; causa est, cur istos ceteris præferamus, quia cū alijs philosophi ingenia sua studiaq; cōtriuerrint in requirendis rerum causis, & quinam esset modus discendi atque ui uendi. Iti Deo cognito repererūt, vbi essent & causa constituta uniuersitatis, & lux per ciendiæ ueritatis, & fons bibendæ felicitatis. Siue ergo isti Platonici, siue quicūq; alijs quarūlibet gentium philosophi de Deo ista sentiunt, nobiscū sentiunt. Sed ideo cū Platonicis magis placuit hanc causam agere, quia eorū sunt literæ notiores. Nā & Græci, quo rū lingua in gentib⁹ præminent, eas magna p̄dicatione celebrarūt: & Latini permoti ea rū vel excellentia, vel gloria, vel gratia ipsas libentius didicerunt, atq; in nostrū eloquiū transferendo nobiliores clarioresq; fecerūt.

Vnde Plato illam intelligentiam potuerat acquirere, qua Christianæ scientiæ propinquauit. Cap. XI.

Mirantur aut quidam nobis in Christi gratia sociati, cum audiunt, uel legūt Platonem de Deo ista sensisse, quæ multum congruere ueritati nostrae religionis agnoscunt. Vnde nonnulli putauerunt eū, qm̄ per

*Iib. 2. de
doctrina
Christia-
na. c. 2. 81*

rexit in Aegyptum, Hieremiam audisse prophetā, uel scripturas propheticas in eadē p̄ regratione legisse, quorū quidē opinione in quibusdā libris meis posui. Sed diligenter

E. infra

supputata temporū ratio, quæ chronica hi-
storia continetur, Platonē indicat à tpe quo

36.

prophetauit Hieremias, cērum fermē annos postea natū fuisse. Qui cū octoginta & vnū uixisset, ab anno mortis eius usq; ad tps, quo

ib. 18.c.

Ptolemeus rex Aegypti scripturas propheticas gentis Hebraorū de Iudea poposcit, &

G

per septuaginta uiros Hebreos, qui etiā Græcam linguam nouerant, interpretandas habē dasque curauit, anni ferme reperiuntur se-
xaginta. Quapropter in illa peregrinatione sua Plato, nec Hieremiam uidere potuit tanto

Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani. Cap. X.

Nec si literas eorum Christianus igno-
rans, verbis quæ non didicit in disputa-
tione non vtitur, vt vel naturalem Latine, vel
physicam Græce appelleat eā partem, in qua
de inquisitione naturæ tractatur, & rationa-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Al. I. Pla ante defunctum, nec easdem scripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcam linguā tonē Hierātrias, qua ille pollebat: nisi forte quia fuit remiā nō acerrimi studij, sicut Aegyptias, ita & istas p. audiſſe, nec legisſe.

H ruſſe perhibetur, sed vt colloquendo quid continerent, quantum capere potuſſet, addi

Al. I. ex ſeret. Hoc vt existimetur, illa ſuadere viden ſacris li tur indicia, q̄ liber Geneseos ſic incipit, In briſ ſai ſi principio fecit Deus cœlum & terram. Terra ſie Plato autem erat inuifibilis & incōpoſita, & tene- nice ſuiſ bræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei fe- ſe initia. rebatur ſuper aquas. In Timo autem Plato,

Gen. 1. quem librū de mundi conſtitutione conſcri- pſit, Deum dicit in illo opere terram primo ignemq̄ iuxtiſſe. Maniſtum eſt aut̄ q̄ igni tribuit cœli locum. Habet ergo hæc ſen- tientia quandam illius ſimilitudinem, qua dictū eſt: In principio fecit Deus cœlum & terrā. Deinde illa duo media, quibus interpoſiti ſibimet hæc extrema copularentur, aquā di- cit & aerē, vnde putatur ſic intellexiſſe, quod ſcriptum eſt: Spiritus Dei ſerebatur ſuper a- quas. Parum quippe attendens quo more ſoleat illa ſcriptura appellare ſpiritu Dei, qm̄ & aer ſpiritus dicitur, quatuor opinatus ele- menta loco illo commemora ta videri pōt. Deinde q̄ Plato dicit amatorē Dei eſſe phi- losophū, nihil ſic in illis ſacris literis flagrat, & maxime illud, q̄ & me plurimum addu- cit, vt pene aſtentiar Platonem illorum libro rum expertem nō fuſſe, q̄ cum ad ſanctum Moysen ita verba Dei per angelum proferā tur, vt quārenti quod ſit nomen eius, qui eū pergere præcipiebat ad populum Hebrēum ex Aegypto liberandum, reſpondeatur: Ego ſum qui ſum: & dices filijs Iſrael, qui eſt, mi- fit me ad vos: tanquam in eius comparatio- ne, qui vere eſt, quia incommutabilis eſt, ea quæ mutabilia facta ſunt, non ſint. Vehemen- ter hoc Plato tenuit, & diligenteriſſime com- mendauit. Et nescio vtrum hoc vſpiam repe- riatur in libris eorū, qui ante Platonem fue- runt, niſi vbi dictum eſt. Ego ſum qui ſum, & dices eis, qui eſt, miſit me ad vos. Sed vnde- cunque ille iſta didicerit, ſive præcedentium eum veterū libris, ſive potius quomodo di- cit Apostolus, quia quod notum eſt Dei, ma- nifestum eſt in illis: Deus enim illis manife-

ſtavit. Inuifibilia enim à conſtitutione mun- di per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpicū- tur, ſempiterna quoque eius virtus & diuini- tas, nunc non immerito me Platonicos phi- losophos elegiſſe cum quibus agā, q̄ in iſta quæſtione quā modo ſuſcepimus agitur de naturali theologia, vtrū propter foelicitatē, quæ pōt mortem futura eſt, vni Deo, an plu- ribus ſacra facere oporteat. Nam vtrum vnuſ Deus an plures, propter huius viæ ſint bona colendi, ſatis vt existimō expoſui.

Quod etiā Platonicī licet de vno vero Deo K bene ſenſerint, multis tamen dijs ſacra fa- cienda censuerunt. Cap. XII.

I Deo quippe hos potiſſimum elegi, qm̄ de vno Deo, qui fecit cœlum & terram, quanto melius ſenſerunt, tanto ceteris glo- riosiores illuſtrioresq; habentur. In tantum alij prælati iudicio posterorum, vt cū Ariſtoles Platoniſcī diſcipulus, vir excellētis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar, ſed multos facile ſuperans, cū ſectam Peripa- teticam conſidiflet, q̄ deambulans diſputare conſueuerat, plurimosq; diſcipulos, pra- clara fama excellens, viuo adhuc precepto- re in ſuā hærefim congregaſſet, poſt mortem vero Platoniſcī ſpeuſip pus ſororis eius filius, & Xenocrates dilectus eius diſcipulus iſcho- lam eius, quæ Academiā vocabatur, eidem ſucessiſſent, atque ob hoc & ipſi & eorum ſucessoreſ Academicī appellarentur, recen- tiores tñ philoſophi nobilissimi, quibus Pla- to ſectandus placuit, noluerunt ſe dici Peri- pateticos, aut Academicos, ſed Platonicos. Ex quibus ſunt valde nobilitati Græci, Ploti- nus, Lamblicus, Porphyrius, in vtraque autē lingua, i. & Græca & Latina, Apuleius Apher exiit Platonicus nobilis. Sed hi omnes, & ceteri eiusmodi, & ipſe Plato, dijs plurimis eſſe ſacra facienda putauerunt.

Al. I. He
refis hic
pro ſecta
accipitur
ab Aug.

De ſententia Platoniſcī qua diſſinuit Deos nō L eſſe, niſi bonos amicosq; virtutum. Cap. XIII.

Q Vanquam ergo à nobis & in alijs mul- tis rebus magnisq; diſſentiant, in hoc tñ quod modo poſui: quia neque parua res eſt, & inde nunc quæſtio eſt, primum ab eis quæro,

Rom. 1.

quero, quibus diis istum cultum exhibendū arbitrentur, vtrum bonis, an malis, an & bonis & malis. Sed de hoc habemus sententiam Platonis dicētis omnes deos bonos esse, nec esse omnino vllū deorū malum. Consequēs est igitur vt bonis hæc exhibenda intelligantur. Tunc n. dijs exhibentur, quoniam nec dij erunt si boni non erunt. Hoc si ita est, nam de dijs quid aliud decet credere? Illa profecto vacuatur opinio, qua nonnulli putant, deos malos sacrificando placandos esse, ne lēdat: bonos autem vt adiuuent, inuocandos. Mali n. nulli sunt dij, bonis porro debitus, vt dicunt, honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant, eosq; diuinis rebus adiungi, & suis honoribus flagitant ex hiberi, quorum vis non eos indicat nullos, sed iste affectus nimirū indicat malos? Quid enim de ludis scenicis Plato senserit notum est, cum poetas ipsoſ quod tam indigna deorum maiestate atq; bonitate carmina compoſuerant, censet ciuitate pellendos? Qui sunt igitur dij, qui de scenicis ludis cum iplo Platone contendunt? Ille quippe non patiſ deos falsis criminibus infamari, illi eisdem criminibus suos honores celebrari iubent. Denique isti cum eosdem ludos instaurari præcipierent, poscentes turpia, maligna geserunt, Tito Latino auferentes filium, & immittentes morbum, quod eorum abnūſet imperium, eumque morbum retrahendum, cum ista compleſſet. Iſte autem illos nec tam malos timendo putat, sed sua sententia robur constantissimē retinens, omnes poetarum satrilegas nugas, quib. illi per immunditiae societatem oblectantur, a populo bene instituto remouere non dubitat. Hunc autem Plato nem, q̄ iam secundo libro cōmemorauit, inter ſemideos Labeo ponit. Qui Labeo numina mala viētimis cruentis atq; hmōi suppliciōibus placari exiftimat, bona vero ludis,

M & talibus quasi ad lætitiam pertinentibus rebus. Quid est ergo q̄ ſemideus Plato non ſemideiſ ſed dii, & hoc bonis, illa oblectamēta, quia iudicat turpia tam conſtanter audet auferre: qui fanē dii refellunt ſententiam La-beonis, non laſciuos tantum, atque ludibudos, ſed etiā ſequos terribilesq; monſtrarunt? Exponant ergo iſta nobis Platonici, qui omnes deos ſecundum authoris ſententiam bonos & honestos, & virtutibus sapientium ef-

fe ſocios arbitrantur, aliterque de vlo deorum ſentiri nephas habent. Exponimus inquiunt. Attente igitur audiamus.

De opinione eorum, qui rationales animas triū generum eſſe dixerunt, id est in diis celeſtibus, in dœmonibus aereis, & in hominibus terrenis. Cap. X I I I.

O Mniū, inquiunt, animaliū, in quibus eſt anima rationalis, tripartita diuifio eſt: in deos, homines, dœmones. Dii excellētissimum locum tenent, homines infimum, dœmones medium. Nam deorū ſedes in coe-lo eſt, hominiſ in terra, in aere dœmonū. Si-cut ei diuersa dignitas eſt locorum, ita etiā naturarum. Proinde, dii ſunt hominibus dœmonibusque potiores: homines vero infra deos & dœmones constituti ſunt, vt elemen-torum ordine, ſic differentia meritorum. Dœmones igitur medii, quemadmodū diis qui-bus inferius habitant poſtronendi, ita homi-nibus ſuperius, quibus praferendi ſunt: Ha-bent. n. cum diis cōēm immortalitatē cor-porū, animorum autem cum hominib. paſſiones. Quapropter non eſt mirum inquiunt, ifi etiam ludorum obſcenitibus, & poeta-rum figmentis delectantur. Qñquidem & hu-manis capiuntur affectibus, a quibus dii lon-ge absunt, & modis omnibus alieni ſunt. Ex quo colligitur, Platonem poetica deteſtan-do, & prohibendo figmenta, non deos, qui omnes boni & excelsi ſunt, priuaffe ludoru-scenicorū voluptate, ſed dœmones. Hæc, ſi ita ſunt, quæ licet apud alios quoq; reperian-tur, Apuleius tñ Platonicus Madaurensis, de hac re ſola vnu ſcripsit librum, cuius titulu-efſe voluit, de Deo Socratis, vbi diſerit & exponit, ex quo genere numinum numen ſibi Socrates habebat adiunctū, & amicitia quadam conciliatum, a quo perhibetur ſolitus admoneri, ut defiferet ab agendo, qñ id q̄ agere volet, prospere non fuerat euentu-rum. Dicit enim apertissime, & copioſiſſime afferit, non illum Deum fuiffe, ſed dœ-monem, diligenti diſputatione pertractans iſtam Platonis, de deorum ſublimitate & ho-minum humilitate & dœmonum medietate ſententiam. Hæc ergo ſi ita ſunt, quonā mo-do auiſus eſt Plato, etiam ſi non dii, quos ab omni humana cōtagione ſemouit, certe ip-

Al. I. D. e
moniū cō-
munitas
cum ho-
minibus.

D

fis

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

sis de monibus Poetas vrbe pellendo, auferre theatraicas voluptates, nisi quia hoc pacto admonuit animū humanū, quamuis adhuc in his moribundis membris positiū, pro splendore honestatis, impura iussa demonum cōtemnere, eorumq; immunditiam detestari? Nam si Plato hęc honestissime arguit & prohibuit, profecto demones turpisimē poposcerunt, atq; iusserunt. Aut ergo fallitur Apuleius, & nō ex isto genere numinum habuit

E amicum Socrates: aut contra se sentit Plato, modo dæmones honorando, & modo eorum delicias à ciuitate bene morata remouēdo: aut nō est Socrati amicitia dæmonis gratulanda, de qua vñque adeo & ipse Apuleius non erubunt, vt de Deo Socratis prænotaret librū, quem secundū suam disputationē, qua deos à dæmonib. tam diligenter, copioſeq; discernit, non appellare de Deo, sed de dæmonie Socratis debuit. Maluit aut̄ hoc in ipsa disputatione, q; in titulo libri ponere. Ita n. per sanā doctrinām, qua humanis rebus illuxit, omnes vel penē omnes dæmonum nō men exhorrent, vt quisquis ante disputationem Apuleij, qua dæmonū dignitas cōmentatur, titulum libri de dæmonie Socratis legeret, nequaquam illum hominē sanū fuisse ientiret. Quid autem ēt ipse Apuleius, q; in dæmonibus laudaret inuenit, præter subtilitatem & firmitatem corporum, & habitacionis altiore rem locum? Nam de moribus eorū cum de dæmonib. generaliter loqueretur, non solum nihil boni dixit, sed ēt plurimum mali. Deniq; lecto illo libro prorsus nemo miratur, eos ēt scenicam turpitudinem in rebus diuinis habere voluisse, & cum deos se putari velint, deorum criminibus oblectari potuisse, & quicquid in eorū sacrī obscenā solennitate seu turpi crudelitate, vel ridetur, vel horretur, eorum affectibus conuenire.

F Quod neque propter aera corpora, neque
propter superiora habitacula dœmones
hominibus antecellunt. Cap. X V.

Q Vamobrem absit ut ista consideras animus veraciter religiosus , & vero Deo subiutus ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, q̄ habeat corpora meliora. Alio quin multas sibi & bestias prælaturus est , q̄ nos & acrimonia sensuum , & motu facilli-

mo atque celerrimo, & valentia virium, &
annoſiſſima firmitate corporū vincunt. Quis
hominum videndo & quabitur aquilis, & vul-
tibus? Quis odorando canibus? Quis velo-
citate leporibus, ceruis, auib. omnibus? Quis
multū valendo leonibus, & elephantis? Quis
diu viuendo serpentibus, qui ēt deposita tu-
nica feneſtutem deponere, atq; in iuentam
redire perhibentur? Sed sicut his omnib. ra-
tioſinando, & intelligendo meliores sumus,
ita quam primi milii homines erat. H

ita etiam dæmonibus bene atq; honeste vi-
uendo meliores esse debemus. Ob hoc n. &
prouidentia diuina , eis quibus nos constat
esse potiores, data sunt quædam potiora cor-
porum munera , vt illud quo eis* præmine-
mus, é isto modo nobis cōmendaretur mul-
to maiore cura excolendum esse, quam cor-
pus, ipsamq; excellentiam corporalem, quā
dæmones habere nossemus, p̄x bonitate vi-
ta, qua illis anteponimur, contēnere dicere-
mus, habituri & nos immortalitatem corpo-
rum, non quam suppliciorum æternitas tor-
queat, sed quam puritas præcedat animorū.
Iam vero de loci altitudine, q̄ dæmones in
aere, nos autē habitamus in terra, ita permou-
ueri, vt hinc eos nobis esse præponendos exi-
stimus, omnino ridiculum est. Hoc n. pa-
cto, nobis & omnia volatilia præponemus.
At n. volatilia cum volando fatigantur, vel
reficiendum alimentis corpus habent, terrā
repetunt vel ad requiem, vel ad pastū, quod
dæmones, inquieti, non faciunt. Nunquid
ergo placet eis, vt volatilia nobis, dæmones
autem volatilibus antecellant? Quod si demē-
tissimum est opinari, nihil est, q̄ de habita-
tione superioris elementi dignos esse dæmo-
nes existimemus, quibus nos religionis affe-
ctu subdere debeamus. Sicut enim fieri potuit,
vt aere volucres, terrestribus nobis nō
solum non præferantur, verum etiam subij-
ciantur, propter rationalis animæ, quæ in no-
bis est, dignitatem: ita fieri potuit, vt dæmo- I

nes, quamvis magis aerei sint, terrestrib. nobis, non ideo meliores sint quia est aer, quam terra superior: sed ideo eis homines præferēdi sint, quoniam sp̄ei piorum hominum, nequaquam illorum desperatio comparanda est. Nam & illa ratio Platonis, qua elemen-
ta quatuor, proportione contextit atque ordi-
nat, ita duobus extremis igni mobilissimo &
terre immobili media duo aerem, & aquam

interferens, vt quanto aer est aquis, & aere ignis, tanto & aquæ superiores sint terris: fati nos admonet animalium merita, nō pro graduibus elementorum estimare. Et ipse quippe Apuleius cum ceteris terrestre animal hominem dicit, qui tamē longè præponitur animalibus, cū ipsas aquas terris præponat Pla-

Kto: vt intelligamus, nō eundem ordinem tenendum, cum agitur de meritis animarum, qui videtur ordo esse in gradibus corporum, sed fieri posse, vt in inferius corpus anima melior inhabitet, deteriorque superius.

Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonicus senserit. Cap. XVI.

DEmoribus ergo dæmonum, cum idē Platonicus loqueretur, dixit eos, eisdem quibus homines animi perturbationibus agitari, iniurijs, obsequijs donisque placari, gaudere honoribus, diuersis sacrorum ritibus oblectari, & in eis si quid neglectum fuerit, commoueri. Inter cetera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurum, auripicium, vatnum, atque somniorum: ab his quoque esse miracula magorum. Breuiter autem eos diffiniens, ait: Dæmones esse genere animalia, animo pauciua, mēte rationalia, corpore aerea, tenore æterna. Horum vero quinque, tria priora esse nobiscum communia quartum proprium, quintum eos cū diis habere commune. Sed video trium superiorum quæ nobiscum habent: duo etiam cū diis habere. Animalia quippe esse dicit, & Deos, qui sua cuique elementa distribuens, in terrestribus animalibus homines posuit cum ceteris, que in terra viuunt, & sentiunt: in aquatilibus pisces, & alia natalitia: in aériis dæmones: in æthereis Deos. Ac per hoc quod dæmones genere sunt animalia, non solum eis cum hominibus, verum etiam cū diis, pecoribusque cōmune est: quod mēte rationalia, cū diis & hominibus: quod tempore æterna, cū diis solis: quod animo pauciua, cū hominibus solis: quod corpore aerea ipsi sunt soli. Proinde q̄ generi sunt animalia, non est, magnum: quia hoc sunt & pecora quod mente rationalia, nō est supra nos, quia sumus & nos. Quod tempore æterna, quid boni est si non beata? Melior est enim temporalis felicitas, quam

misera æternitas. Quod animo pauciua, quomodo supra nos est? quando & nos hoc sumus nec ita esset nisi miseri essemus. Quod corpore aerea, quanti estimandum est, cum omni corpori præferatur anima qualisunque natura? Et ideo religionis cultus, qui debetur ei rei, quæ inferior est animo. Porro si inter illa quæ dæmonum esse dicit, annumerare virtutem, sapientiam, felicitatem, & hęc eos diceret habere cum diis æterna A atque communia, profecto aliquid diceret exoptandum magnique pendendum: nec sice eos tamē propter hęc, tanquam Deum colere deberemus, sed potius ipsum à quo hec illos accepisse nossemus. Quanto minus nunc honore diuino aerea digna sunt animalia: ad hoc rationalia, vt milera esse possint: ad hoc pauciua, vt misera sunt: ad hoc cetera, vt miseriam suam finire nō possint. Quapropter vt omittam cetera, & hoc solum pertractem, quod nobilissimum dæmones dixit habere commune, id est, animi passiones: si omnia quatuor elementa suis animalibus plena sunt: immortalibus ignis & aer, mortalibus aqua & terra, quārō cur animi dæmonum passionum turbellis, & tempestibus agitentur. Perturbatio enim est, quae Græce πάθος dicitur: vnde illa voluit vocare animo pauciua, quia verbum de verbo pathos, paedio diceretur, motus animi contra rationem. Cur ergo sunt ista in animis dæmonum, quæ in pecoribus non sunt? Quoniam si quid in pecore simile apparet, non est perturbatio, quia non est contra rationem, qua pecora carent. In hominibus autem vt sunt istæ perturbationes, facit hoc stultitia, vel miseria. Nondum enim sumus in illa * perfectione sapientiae beati, A.I. fæli fine promittitur. Deos vero ideo dicūt istas perturbationes non perpetui, quia non solum ēterni, verum etiam beati sunt. Eādem quippe animas rationales etiam ipsos habere perhibent, sed ab omni labeac peste purissimas. Quamobrem si propterea dij non perturbantur, quod animalia sunt beata, nō misera: & propterea pecora non perturbantur, quod animalia sunt. quæ nec beata possunt esse nec misera: restat vt dæmones sicut homines ideo perturbentur, quod animalia sunt non beata, sed misera.

An

A.I. De
moner. q.
secūdum
Platoni-
cos.

LL. pre
inimur.

LL. Do
niis de
ratio,
nimum
ū spei
com-
anda.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

An dignum sit eos spiritus ab homine coli,
à quorum vitijs etiam oporteat libe-
rari. Cap. XVII.

Q Va igitur insipientia, vel potius amen-
tia per aliquam religionem démonib.
subdilimur, cum per veram religionem ab ea
vitiositate, qua illis sumus similes, libere-
mur? Cum enim démones quod & iste Apu-
leius, quamvis eis plurimum parcat, & diui-
nis honoribus dignos cœleat, tamen cogitur
confiteri ut ira instigentur, nobis vera reli-
gio præcipit, ne ira instigemur, sed ei potius
resistamus. Cum démones donis iniumentur,
nobis vera religio præcipit, ne cuiquam do-
tiorum acceptance faueamus. Cum démo-
nes honoribus mulceantur, nobis vera reli-
gio præcipit, ut talibus nullo modo mouea-
mur. Cum démones quorundam hominum
osores, quorundam amatores sint, non pru-
denti tranquilloque indicio, sed vt ipse ani-
mo appellat paſſiuo, nobis vera religio præ-
cipit ut inimicos nostros etiam diligamus.

Postremo omnem motum cordis & salu-
mentis, omnesque turbellas & tempelates
animi, quibus démones astuare atque flu-
tuare aſterit, nos vera religio deponere iu-
bet. Quæ igitur causa est, nisi stultitia error-
que miserabilis, ut ei te facias venerando hu-
miliem cui te cupias esse viuendo diſsimile:
& religione colas, quem imitari nolis, cum
religionis summa sit imitari quem colis?

Qualis sit religio in qua docetur, quod ho-
mines vt commendentur dijs bonis,
demonibus vti deheant aduoca-
tis. Cap. XVIII.

FRustra igitur eis Apuleius & quicunq;
ita sentiunt, hunc detulit honoré: sic eos
aere medios inter ethereū cœlum terramq;
conſtituens, ut quoniam nullus Deus miſce-
tur homini, quod Platōne dixisse perhibent,
iſti ad Deos perferant preces hominū, & in
de ad homines impetrata, qua poſcunt. Indi-
gnum. n. putauerū, qui iſta crediderunt, mi-
ſiceri homines dijs, & Deos hominibus: di-
gnum autem miſceri démones, & dijs & ho-
minibus: hinc petita qui aſsignent, inde con-
fessa qui aportent: vt videlicet homo castus,
& ab artium magicanarum sceleribus alienus,

eos patronos adhibeat, per quos illū dij ex-
audiāt, qui hec amat: quæ ille nō amādo fit
dignior quē facilius & libertius exaudire de
beāt. Amant quippe illi, (cenicas turpitudi-
nes, quas non amat pudicitia. Amant in ma-
leficijs magnorum mille nocendi artes, quas
nō amat innocentia. Ergo & pudicitia & in-
nocentia si quid à dijs impetrare voluerit,
nō poterit suis meritis, niſi suis interuenienti
bus inimicis: non est quod iste poetica fig-
menta, & theatrica ludibria iuſtificare cone-
tur. Habemus cōtra iſta magistrū eorū & tā-
tę apud eos authoritatis Platōne: si pudor
humanus ita de ſe male meretur, vt non ſolū
diligat turpia, verum etiam existimet grata.

De impietate artis magice, quæ patrocino
vtitur spirituum malignorum.

Cap. XIX.

POrro aduersus magicas artes, de quibus
quosdam nimis infelices, & nimis im-
pios etiam gloriari libet in nomine démo-
num, ipsam publicam lucem testem citabo.
Cur enim tam grauerit iſta plectuntur ſeu-
ritate legum, si opera ſunt numinum colen-
dorū? An forte iſtas leges Christiani inſtituerunt, quibus artes magicae puniuntur, ſe-
cundum quem alium ſenſum, niſi quod hec
maleficia generi humano pernicioſa eſſe nō
dubium eſt? Ait poeta clarissimus:

Aene. 4.
Bucō.
Aeglo. 9.

Testor chara Deos, & te germana, tiumque
Dulce caput, magicas iuitā accingier artes.
Illud ēt quod alio loco de his artibus dicit:
Atque ſatas alio vidi traducere meſies:
Eo quod hac peſifera ſcelerataq; doctrina,
fructus alieni in alias terras trāferri perhi-
bentur, nōne in duodecim tabulis, ideit, Ro-
manorū antiquissimis legibus Cicero cōme-
morat eſſe conſcriptū, & ei qui hoc fecerit
ſuppliciū cōſtitutū? Postremo ipſe Apuleius
nūquid apud iudices Christianos de magi-
cas artibus accusatus eſt? Quas vtiq; ſibi obie-
ctas, ſi diuina & pias eſſe nouerat, & diuina-
rū potestatū operibus cōgruas: non ſolū eas
confiteri debuit, ſed eriā proſteri, leges cul-
pans potius, quibus haec prohiberentur, &
dānanda peterentur, que haberī miranda &
veneranda oportet. Ita enim vel ſenten-
tiā ſuā persuaderet iudicibus vel ſi illi
ſecundum iniquas leges ſaperent, eumque
talia

K
All. Ap-
puleius de
magis-
ca arti-
bus
accusatis

Ltalia prædicantem atq; laudantē morte multarent, digna anima illius dæmones dona re-penderent: pro quorū diuinis operibus præ-dicandis, humana vitam sibi adimi non time-ret. Sicut martyres nostri cū eis pro crimine

objiceretur Christiana religio, quanouerat se fieri saluos & gloriissimos in æternum, non eam negando temporales poenas euade-re delegerunt, sed potius confitendo, profite-do, prædicando, & pro hac omnia fideliter fortiterq; tolerando, & cū pia securitate mo-riendo, leges quibus prohibeantur, erubescere cōpulerunt, mutariq; fecerunt. Huius aut̄ philosophi Platonici copiosissima & diser-tissima extat oratio, qua crimen artium magi-carum à se alienum esse defendit, seq; aliter non vult innocentem videri, nisi ea negādo quae nō possunt ab innocentē committi.

At omnia miracula magorum, quos recte sen-tit esse damnundos, doctrinis fiunt, & operi-bus dæmonū, quos viderit cur censeat hono-

Mrandos, esse necessarios eos afferentes perse-rendis ad deos nostris precibus: quorum de-bemus opera deuitare, si ad Deum verū pre-cus nostras volumus peruenire. Deinde quę-ro quales preces hominum dij bonis pér dæ-mones allegari putat, magicas, an licitas? Si magicas, nolunt tales, si licitas, nolunt per ta-les. Si aut̄ peccator pœnitens preces fundit, maxime si aliquid magicum admisit: itane tā dem illis intercedentibus accipit veniā, qui-bus impellentibus aut fauientibus se cecidisse plangit in culpā. An & ipsi dæmones vt pos-sint pœnitentib. mereri indulgentiā, priores agunt quod eos deceperint pniam, vt & ipsi postea accipient indulgentiam? Hoc nemo vnquam de dæmonibus dixit, quia si ita es-set, nequaquam sibi auderent diuinos hono-res expetere, qui pœnitendo desiderarent ad gratiam veniæ peruenire. Ibi. n. est detestan-da superbia, hic humilitas miseranda.

B An credendum sit, quod dij boni libentius dæmonibus quam hominib. miscean-tur. Cap. XX.

A Tenim vrgens causa & arctissima co-git dæmones medios inter deos & ho-mines agere, vt ab hominib. auferant deside-rata, & ad eos referant impetrata. Quænam tandem causa est ista, & quanta necesitas: quia

nullus, inquiunt, Deus miscetur homini? Præ-clara igitur sanctitas Dei, quæ non miscetur homini pœnitenti, supplicanti, & miscetur dæmoni arroganti? Nō miscetur homini cō-fugienti ad diuinitatem, & miscetur dæmo-ni fingenti diuinitatem? Non miscetur homi-ni petenti indulgentiam, & miscetur dæmo-ni suadenti nequitiam? Non miscetur homi-ni per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellant, & miscetur dæmo-ni à Principibus & Pontificibus ciuitatis per scenicos ludos poetarū ludibria requirent? Non miscetur homini deorum crimina fin-gere prohibeti, & miscetur dæmoni se falsis deorum criminib. oblectanti? Non miscetur homini magorum scelera iustis legib. puniēti, & miscetur dæmoni magicas artes docen-ti & implenti? Non miscetur homini imita-tionem dæmonum fugienti, & miscetur dæmoni deceptionem hominis aucupanti?

An dæmonibus nuncijs & interpretibus dij-vtantur, fallique se ab eis aut ignorent, aut velint. Cap. XXI.

S Ed nimirū tantæ huius absurditatis & in-dignitatis est magna necesis, q; scilicet deos æthereos humana curantes, quid terre-stres hoës agerent vtiq; lateret, nisi dæmones aerei nunciarent: qm̄ æther longe à terra est, alteq; suspenitus, aer vero ætheri terræq; con-tiguis. O mirabilem sapientiam. Quid aliud de dijs isti sentiunt, quos omnes optimos vo-lunt, nisi eos & humana curare, ne cultu vi-deantur indigni, & propter elementorum di-stantiam humana nescire, ut credantur dæ-monies necessarij, & ob hoc etiam ipsi puten-tur colendi, per quos dij possint, & quid in rebus humanis agatur addiscere, & ubi oportet hominibus subuenire? Hoc si ita est, dij istis bonis magis notus est dæmon per cor-pus uicinū, quam homo per animum bonū. O multum dolenda necesis, an potius irri-denda uel detestanda uanitas, ne sit uana diui-nitas. Si. n. animo ab obſtaculo corporis libe-ro animum nostrum dij uidere possunt, non ad hōc dæmonibus indigent nuncijs. Si aut̄ animorū indicia corporalia, qualia sunt vul-tus, locutio, motus per corpus suum æthe-rei dij sentiunt, & inde colligunt, quid etiam dæmones nuncient, possunt & mendacijs dæmo-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

dæmonum decipi. Porro si deorū diuinitas à dæmonibus falli non potest, ab eadē diuinitate q̄ agimus non potest ignorari. Vellem autem mihi isti dicent, vtrum dijs dæmones nunciarent de criminib. deorum poetica Platonis displicere figura, & sibi ea place-re celauerint: An vtrunq; occultauerint, deos que esse maluerint totius rei huius ignaro.

E An vtrunq; indicauerint, & religiosam erga deos Platonis prudentiam & in deos iniuriam libidine suam. An sententiam quidem Platonis, qua noluit deos per impiam licentiam poetarū falsis criminib. infamari, ignotam dijs esse voluerint, suam vero nequitiam qua ludos scenicos amant, quibus illa deorū dedecora celebrantur, prodere non erubuerint vel timuerint. Horam quatuor quæ interrogando proposui, quodlibet elegant, & in quodlibet eorum quantū mali de dijs bonis opinentur, attendant. Si enim primū elegerint, confessuri sunt non licuisse dijs bonis habitare cum bono Platone, quando eorum iniurias prohibebat, & habitasse cum dæmonibus malis quando eorum iniurias exultabant, cum dij boni hominem bonum longe à se positum non nisi per malos dæmones noscent, quos sibi vicinos nosse non possent. Si autem secundum elegerint, & vtrunq; occultatum à dæmonibus dixerint, vt dij omnino nescirent, & Platonis religiosissimam legem, & dæmonum sacrilegam delectationem, quid in rebus humanis per internūcios dæmones dij nosse utiliter possunt, quando illa nesciunt, quæ in honorem deorum bonorum per religionem bonorum hominū contra libidinem malorum dæmonū decernuntur? Si vero tertium elegerint, & non solum sententiam Platonis deorum iniurias prohibentem, sed etiam dæmonum nequitiam deorum iniurias exultantem, per eosdem dæmones nunciōs dijs innotuisse respōderint, hoc nunciare est, an insultare? Et dij vtrunque sic audiunt, sic vtrunque cognoscunt, vt non so lī malignos dæmones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cupientes atque facientes, à suo accessu nō arcent, sed ēt per illos malos propinquos Platoni bono: lōgin quo dona trāsmittant. Sic n. eos elementorū quasi catenata series colligant, vt illis a quibus criminant, coniungi possint, huic a quo defenduntur, non possint, vtrunq; scientes,

sed aeris & terra pondera transmutare non valent. Iam q̄ reliquum est, si quartum elegerint, peius est ceteris. Quis enim ferat, si poetarum de dijs immortalibus criminosa figura, & theatrorum indigna ludibria, suam quæ in his omnibus ardentiissimam cupiditatem, & suauissimam voluptatem dijs dæmones nunciauerunt: & q̄ Plato philosophica grauitate de optima Republica hæc omnia censuit remouenda, acuerunt: vt iam dij boni per tales nūcios nosse cogantur mala pessimum: nec aliena, sed eorundem nunciōrum, atq; his contraria nō sinantur nosse bona philosophorum, cum illa sint in iniuria, ista in honorem ipsorum deorum?

De abiijciendo cultu dæmonum cōtra Apuleium. Cap. X X II.

Q Via igitur nihil istorum quatuor eligendum est, ne in quolibet eorum de dijs tam male sentiatur: restat, vt nullo modo credendum sit, quod Apuleius persuadere nititur & quicunque alij philosophi sunt eiusdem sententiae, ita esse medios dæmones inter deos & homines tanquam internūcios & interpres, qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant deorum suppetias. Sed esse spiritus nocendi cupidissimos a iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidientia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc quidē aere habitant: quia de coeli superioris sublimitate dieicti, merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congrua velut carcere prædamnati sunt. Nec tamen quia supra terram & aquas aereus locus est, ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium Deo vero, pia mente facilime superant. Sed multis plane participatione vera religionis idignis, tanquam captis subditisq; dominantur, quorum maxime parti mirabilibus & fallacibus signis, siue factorum, siue prædictorum deos se esse persuaserunt. Quibusdā vero virtutia eorum attentius & diligentius intuentibus, non potuerunt persuadere q̄ dij sint: atq; ideo inter deos ac homines internūcios, ac beneficiorum interpres se esse finxerunt: tamen nō istū saltem honorem homines eis deferendū putarunt, qui illos deos esse non credebat, quia malos videbant. Deos autem omnes

I. Pet. 5.
Al. I. De
monū ha
bitatio.

F **C** dæmonum iniurias prohibentem, sed etiam dæmonum nequitiam deorum iniurias exultantem, per eosdem dæmones nunciōs dijs innotuisse respōderint, hoc nunciare est, an insultare? Et dij vtrunque sic audiunt, sic vtrunque cognoscunt, vt non so lī malignos dæmones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cupientes atque facientes, à suo accessu nō arcent, sed ēt per illos malos propinquos Platoni bono: lōgin quo dona trāsmittant. Sic n. eos elementorū quasi catenata series colligant, vt illis a quibus criminant, coniungi possint, huic a quo defenduntur, non possint, vtrunq; scientes,

omnes bonos volebant; nec audabant tamē omnino indignos dicere honore diuino: maxime ne offendenter populos, à quibus eis cernebant inueterata superstitione per tota sacra & tempora seruiri.

Quid Hermes Trimegistus de idolatrias ēserit, & vnde scire potuerit superstitiones Aegyptias auferendas. Cap. XXIII.

Nam diuersa de illis Hermes Aegyptius, quem Trimegistū vocat sensit & scripsit. Apuleius quidem Deos illos negat, sed cum dicit ita inter homines Deosq; quadā medietate versari, ut hominibus apud ipsos Deos necessarij videantur cultū eorum à supernorum deorum religione non separati. Ille autem Aegyptius alios Deos dicit esse à summō Deo factos, alios ab hominib. Hoc qui audit, sicut à me positum est, putat dici de simulachris: quia opera sunt manuum hominum. At ille visibilia, & contrectabilia simulachra velut corpora deorum esse asserit. Inesse autem his quosdam spiritus inuitos, qui valeant aliquid, siue ad nocendum, siue ad desideria eorum nonnulla complenda, à quibus eis diuini honores, & cultus obsecrata simuleruntur. Hos ergo spiritus inuisibilis per artem quandam visibilibus rebus corporalis materię copulare: ut sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata, & subdita simulachra: hoc esse dicit Deos facere, eaque magnam & mirabile faciendi accepisse homines potestatem. Huius Aegyptij verba sicut in nostram linguam interpretata sunt, ponam. Et quoniam de cognatione, inquit, & consortio hominum deorumq; nobis indicitur sermo, potestatem hominis, o Asclepij, vimq; cognosce. Dominus inquit, & pater, vel quod est summū, Deus, ut effector est deorum cœlestium, ita homo est factor deorum, qui in templis sunt humana proximitate contenti. Et paulo post: Ita humanitas, inquit, semper memor natura & originis suæ, in illa diuinitatis imitatione perseverat: ut si cuti pater ac dominus, ut sui similes essent, Deos fecit eternos, ita humanitas Deos suos ex sui vultus similitudine figurat. Hic cum Asclepius, ad quem maxime loquebatur, ei respondisset atque dixisset: Statuas dicas, o Trimegiste? Tū vero ille; statuas, inquit, o Asclepius, vides ne quatenus tu ipse diffidas, statuas animatas sensu & spiritu plenas, tantaq; facientes & talia: statuas futurorū praescias, ea qua forte vates omnis ignoret in multis & varijs rebus prædicentes imbecillitates hominibus facientes, easq; curantes, tristitiam leuitiamq; pro meritis. An ignoras, o Asclepius, quod Aegyptus imago sit celi: aut quod est verius, translatio aut descensio omniū que gubernantur, atq; exercentur in celo: ac si dicendum est verius, terra nostra mundi totius est templum? Et tñ quoniā præscire cuncta prudentercedet, istud vos ignorare fas nō est. Futurum tempus est, cum appareat Aegyptios incassum pia mēte diuinitati sedulam religionem seruasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. Deinde multis verbis Hermes hunc locū exequitur, in quo videtur hoc tempus prædicere, quo Christiana religio, quanto est veracior atq; sanctior, tanto vehementius & liberius cuncta fallacia figura subuerit, ut gratia verissimi saluatoris liberet hominem ab his dijs, quos fecit homo: & ei Deo subdat à quo factus est homo. Sed cum Hermes ista prædictit, velut amicus eisdem iudicationibus dēmonum loquitur; nec Christianū nomen euidenter exprimit, sed tanquam ea tollerentur atq; delerente, quorū obseruatione cœlestis similitudo custodiretur in Aegypto: ita hac futura deplorās, luctuosa quo dammodo prædicatione testatur. Erat enim de his, de quibus dicit Apostolus, quod cognoscentes Deum, non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et immutauerūt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis: & cetera, que cōmemorare longū est. Multa quippe talia dicit de uno vero Deo fabricatore mundi, qualia veritas habet. Et nescio, quō illa obsecratione cordis ad ista delabitur, ut dijs, quos cōfitetur ab hominib. fieri, semper velet hoīes subdi, & hæc futuro tpe plagant auferri quasi quicquam sit infelicius homine, cui sua figura dominetur: cū sit facilis fieri Deos colēdo quos fecit, ne ipse sit homo, quam vt per eius cultum dij esse possint, quos fecit homo. Cuius enim sit, ut hō in hono-

Rom. I.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

honore positus, pecoribus non intelligens comparetur quam ut operi Dei ad eius imaginē factō, id est, ipsi homini, opus hominis preferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo, qui eū fecit, cū sibi p̄ficit ipse, quod fecit. Hęc vana, deceptoria, pernicioſa, sacrilega, Hermes Aegyptius, quia tēpus quo auferenur venturū sciebat, dolebat, sed tā impudenter dolebat, quam imprudenter sciebat. Non enim hoc ei reuelauerat spūſ-

Hier. 2. Sanctus Prophetis sanctis: qui hęc pr̄xuidentes cū exultatione dicebantur: Si faciet ho-

Zacha. 3. Bmo Deos: & ecce ipsi nō sunt dij. Et in alio loco: Erit in illo die dicit dñs. Exterminabo nomina simulachrorū à terra, & nō erite orū memoria. Proprię vero de Aegyptō, qđ ad hęc rē attinet, ita sanctus Elaias p̄phetat:

Efa. 19. All. vīn- Ef. 4. Et mouebuntur manufacta Aegypti à facie Dei, & cor eorū * vincietur in eis: & cetera huiusmodi. Ex quo genere & illi erant, qui vētūrū, quod sciebant venisse gaudebāt: quālis Simeon qualis Anna, qđ mox natū Iesum, qualis Elisabet, quę etiā concepū in spiritu agnouit: qualis Petrus, reuelante patre dicēs:

Luc. 2. Tu es Christus filius Dei viui. Huic autē Aegyptio illi spiritus indicauerant futura tēpo *Luc. 1.* Mat. 16. *Matt. 8.* ra perditionis suę qui etiā pr̄senti in carne tremētes dñs, dixerunt: Quid venisti ante tēpus perdere nos? Siue quia subitū illis fuit, quod furū quidē, sed tardius opinabātur: siue qđ perditionē suā hęc ipsam dicebant, qua fiebat, vt cogniti spernerentur. Et hoc erat ante tēpus, id est, ante tēpus iudicij, quo cetera damnatione puniendi sunt cū omnibus etiam hominib. qui eorum societatedetinētur, sicut religio loquit, quę nec fallit, nec fallitur, non sicuti iste quasi omni vento dētrīne hinc atq; inde perflatus, & falsis vera permiscens, dolet quasi peritaram religionem, quem postea confitetur errorem.

Quomodo Hermes patenter parentum suorum sit confessus errorem, quem tamen doluerit destruendum:

Cap. XXIII.

D Ost multa enim ad hoc ipsum redit, vt iterum dicat de dijs, quos homines fecerunt, ita loquens: Sed iam de talibus sint dicta talia. Iterum, inquit, ad hominem rationemq; redeamus, ex quo diuino dono

hō animal dīctū est rationale. Minus enim miranda, & si miranda sunt, quę de homine dicta sunt omnium enim mirabilium vicit admirationē, qđ homo diuinā potuit inuenire naturā, eamq; efficerē. Quoniā ergo proaui nostri multum errabant circa deorū rationem increduli, & animaduertentes ad cultū religionēq; diuinam, inuenient artem, qua efficerent Deos. Cui inuenta adiunxerūt virtutem de mundi natura conuenientem, eamq; miscentes: quoniā animas facere non poterunt, euocantes animas dēmonum, vel angelorū eas indiderūt imaginibus sanctis diuinisq; mysterijs, per quas idola & benefacien- Al. Er- di & male, vires habere potuissent. Nescio vtrū sic cōfiterentur ipsi dēmones adiuuari, quomodo ille confessus est. Quoniā, inquit, proaui nostri multū errabant circa deorum rationem, increduli, & non animaduertentes ad cultum religionemque diuinam, inuenient artem, qua efficerent Deos. Nunquid nam saltē mediocriter eos dixi errasse, vt hanc artem inuenirent faciendi Deos; aut cōtentus fuit dicere errabant, nisi adderet & diceret multum errabant? Ille ergo multus er dīci- ror & incredulitas non animaduertentium ad cultum religionemque diuinam, inuenit artem qua efficeret Deos. Et tamē quod multus error & incredulitas & à cultu ac religione diuina auersio animi inuenit, vt homo arte faceret Deos: hoc dolet vir sapies tanquā religionem diuinam venturo certo tempore auferri. Vide si non & vi diuina maiorum suorum errorem pr̄teritum prodere, & etiam vi diabolica pēnam dēmonum futurā dolere compellitur. Si enim proaui eorum multum errando circa deorum rationem in credulitate & auersione animi à cultu ac religione diuina inuenient artem, qua Deos efficerent, quid mirum si hęc ars detestanda, quicquid fecit auersa à religione diuina auferretur à religione diuina, cū veritas emendet errorem, fides redarguat incredulitatē, conuersio corrigat auersionem? Si enim tacitis causis dixisset proauios suos innenisse artem, qua Deos facerent, nostrum fuit vtique si quid rectum piumq; saperemus, attendere & videre nequaquam illos ad hanc artem perueturos fuisse, qua homo Deos facit, si à veritate nō aberrarent. Si ea quę Deo digna sunt crederent: si animū aduerteret ad cultū religio

religionemque diuinam. Et tamen si causas artis huius nos diceremus multum errorem hominum, & incredulitatem, & animi errantis atque infidelis a diuina religione auersionem, vrcunque ferenda esset impudentia resistentium veritati. Cum vero idem ipse qui potestatem huic artis super omnia cetera mirat in hoie, qua illi Deos facere concessum est, & dolet venturum esse ipsos, quo haec omnia Deorum figura ab hominibus instituta, etiam legibus iubeant auferri, confitetur tamen atque ex primis causas, quare ad ista peruentum sit, dictis, paucos suos malo errore & incredulitate, & aitum non aduertendo ad cultum religionei diuinam inuenisse hanc artem, qua facerent Deos. Nos quod oportet dicere, vel potius quid agere, nisi quatas possumus gratias domino Deo nostro, qui haec contrariis causis, quod instituta sunt, abstulit? Nam quod instituit multitudine erroris, abstulit via veritatis, quod instituit incredulitas, abstulit fides, quod instituit a cultu diuinae religionis auersio, abstulit ad unum verum Deum faneticumque conuersio. Nec in sola Aegypto, quod solam in isto plangit Dæmonum spus, sed in omni terra, qua cantatur Domino canticum nouum, sicut vere sacra & vere propheticæ literæ prænunciauerunt, ubi scriptum est. Cantate Domino canticum nouum, canticum Domini omnis terra. Titulus quippe Psalmi huius est, quoniam domus aedificatur post captiuitatem, aedificatur. Non domus Domino Ciuitas Dei, quae est sancta ecclesia in omni terra, post eam captiuitatem, qua illos homines de quibus credentibus, in Deum tanquam lapidib. viuis domus aedificatur captos dæmonia possidebant. Neque enim quia homo Deos faciebat, ideo non ab eis possidebatur ipse qui fecerat, quoniam in eorum societatem collendo traducebatur. Societatem dico, non idolorum stolidorum, sed versutorum. Nam quod sunt idola, nisi quod eadem scriptura dicit: Oculos habent & non vident, & quicquid tale de materiis licet affabre effigiat, tamen vita, sensuque, parentibus, dicendum fuit? Sed immundi spūi eisdem simulachris arte illa nefaria colligati cultorū suorum atas, in suā societatem redigendo, miserabiliter captiuauerant. Unde dicit Apostolus: Scimus, quia nihil est idolum, sed quæ immolant gentes dæmonibus immolant & non Deo, nolo vos socios fieri dæmoniorum. Post hanc ergo causa priuitatem qua homines a malignis dæmoni bus tenebantur, Dei domus aedificatur in omni terra, unde titulum ille Psalmus accepit, ubi dicitur: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnibus terra. Canticum domino benedicte nomini eius, bene nunciante die ex die salutare eius. Annunciate in gentibus gloriam eius in oībus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis terribilis est super omnes Deos. Quoniam omnes dei gentium Dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Qui ergo doluit venturum fuisse tempus, quo auferetur cultus idolorum, & in eos qui colerent, dominatio Dæmoniorum malo spiritu instigatus, semper volebat istam captiuitatem manere, qua transacta Psalmus canit, aedificari domum in omni terra Prencipiat illa Hermes dolendo, prænunciabat haec Propheta gaudendo. Et quia spiritus visor est, qui haec per sanctos Prophetas canebat, etiam Hermes ipse ea quæ nolebat & dolebat auferri, non a prudentibus & fidelibus, & religiosis, sed ab errantibus & incredulis, & a cultu diuinae religionis auersis esse instituta, miris modis coactus est confiteri. Quid quanuus eos appellat Deos, tamen cum dicit a talibus hominibus factos, quales esse utique non debemus, velit, nolit, ostendit colendos non esse ab eis, qui tales non sunt, quales fuerunt, à quibus facti sunt, hoc est, à prudentibus, fidelibus, religiosisque. Simul etiam demonstrans, ipsos homines, qui eos fecerunt, sibi metu importasse, ut eos haberet Deos, qui Dii non erant. Verum est quippe propheticum: Si faciet homo Deos, & ecce ipse non sunt Dii, Deos ergo tales, talium Deos arte factos a talibus, cum appellasset Hermes, id est, idolis Dæmones, per artem necno quam, cupiditatum suarum vinculis illigatos, cum appellaret factos ab hominibus Deos, non tamen eis dedit, quod Platonicus Apuleius, unde satis iam diximus, & quam sit inconueniens absurdumque monstrauimus, ut ipsi essent interpres & itercessores inter Deos, quos fecit Deus, & homines, quos idem ipse fecit Deus, hinc afferentes vota, in de munera referentes. Nimirum enim stultum est credere Deos, quos fecerunt homines, plus valere apud Deos quos fecit Deus, quam valent ipsi homines, quos idem ipse fecit Deus. Dæmon quippe simulachro arte impia colligatus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Dæmon ab hoīe quo mine, non oī hoīe. Qualis est ergo iste Deus, quem non faceret homo nisi errans & incredulus, & auersus a vero Deo? Porro si dæmons qui coluntur in templis, per artem, nescio quā imaginib. inditi, hoc est, visibilib. simulachris, ab eis hominib. qui hac arte fecerunt Deos, cum aberrarent, auersiū essent à cultu & religione diuina, nō sunt internunciū, nec interpres inter homines & Deos, & ppter suos pessimos ac turpisimos mores, ipsi ēt hoīes quamvis errantes & increduli, & auersi à cultu ac religione diuina, tñ eis sine dubio meliores sunt, qui Deos ipsi arte fecerunt, restat, vt quod possunt, tāquam dæmones posse.

Dæmones benefazē do nocere

*L*entes, quia magis decipiētes, vel aperte malefaciēdo. Nec tñ quodlibet harum, nisi qn, & quantum permittuntur alta & secreta Dei prouidentia, non autem tanquam medii inter homines & Deos, per amicitiam deorū multum apud homines valent. His enim dñi boni, quos sanctos angelos nō vocamus, rationalesque creaturas sancte cœlestis habitationis, sive sedes, sive dominatiōes, sive principatus, sive potestates amici esse omnino non possunt, a quibus tam longe absunt animi affectione, quam longe ablunt a virtutib. virtutia, & a bonitate malitia.

De his quā sanctis angelis, & hominib. possunt esse communia. Cap. XXV.

*N*ullo modo igitur quasi per dæmonum medietatem, ambiendum est ad benevolentiam seu beneficentiā deorum vel potius bonorum angelorum, sed per bona voluntatis similitudinem, qua cum illis sumus, & cum illis vivimus, & cum illis Deum quē colunt, colimus, & si eos carnalibus oculis videre non possumus, in quātum autem dissimilitudine voluntatis, & fragilitate infirmitatis miseri sumus in tantum ab eis longe sumus vitæ merito, non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus, sed si per immunditiam cordis terrena sapimus, non eis iungimur. Cum vero * sana mur, vt quales ipsi sunt, sumus, fide interim illos propinquamus, si ab illo nos fieri beatos, a quo & ipsi facti sunt etiam ipsis fauentibus credimus.

a. l. fata. gimus.

Quod omnis religio Paganorū circa homines mortuos fuerit impleta. Cap. XXVI.

*S*anè aduertendum est, quomodo iste Aegyptius cum doleret tempus esse ventrum, quo illa auferrentur ex Aegypto, quę satetur à multum errantibus & incredulis, & à cultu diuinæ religionis auersis esse instituta, ait inter cetera: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atq; templorum, sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima. Quasi vero si illa non auferrentur, non essent homines morituri, aut alibi essent mortui ponendi in terra. Et vtique quanto plus volueret temporis dierum longitudi, tanto maior esset numerus sepulchrorum, propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc videſ dole re, quod memorie martyrum nostrorum templis eorum delubrisq; succederent, vt vi deliceret qui hæc legunt animo a nobis auerso atque peruerso putet a Paganiis Deos cultos fuisse in templis, a nobis autē coli mortuos deorū in sepulchris. Tanta enim homines impii cæ sens dolicitatem in montes quodammodo offendunt; bat Heresque oculos suos ferientes nolunt videre, mer.

*vt non attendant in omnibus literis Pagano rum, aut non inueniunt Deos qui non homines fuerint, * omnibus tamen honores flu deant exhibere diuinos, quasi nihil vñquam humanitatis habuerint. Omitto quod Varro dicit omnes ab his mortuos exultimari manus Deos, & probat per ea sacra qua omnibus ferre exhibentur mortuis, vbi & ludos com memorat funebres, tāquam hoc sit maximū diuinitatis indicium, quod nō solent ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur, in ipso eodem libro vbi quasi futura prænunciando deplorans ait: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima, Deos Aegypti homines mortuos esse testatur. Cum enim dixisset proaos suos multum errantes circa deorum rationem in credulos, & non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinam, inueniente artem qua efficerent Deos, cui inuenient, inquit, adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem eamque miscentes, qm animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum vel angelorum, eas indiderunt imaginibus et mysteriis sanctis diuinisque mysteriis, per quas idola r̄iū initia*

B *Martiria memorie quod successione si*

Mercurij

sepulchri

Euocate, dæmonū, atē im- gibusq; et myste- sanctis diuinisque mysteriis, per quas idola r̄iū initia & bene-

Aesculapius, homo idem & Deus. & bene faciēdi & male vires habere potuissent. Deinde sequitur tāquam hoc exemplis probaturus & dicit: *Aius enim tuus, o Aesculapii, medicinae primus inventor, cui templum consecratum est in monte Lybiae circa litus Crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo. i corpus, reliquus n. vel potius totus, si est homo totus in sensu virg, melior reme- fuit in cœlum, oia etiam nunc hominib. adiu- mēta præstans infirmis numine nunc suo, qd ante solebat medicinæ arte præbere. Ecce di- xit mortuū coli pro Deo in eo loco ubi ha- bebat sepulchrum, falsus ac fallens, dicendo qd remeauit in cœlum, oia etiam nunc ho-*

D minib. adiumenta præstans infirmis. Adiun- genſ deinde aliud, Hermes, inquit, cuius au- tum mihi nomen est, nonne in cognominis sui patria cōsistens, oēs mortales vndique ve- nientes, adiuuat atque conseruat? Hic enim

Mercury sepulchra Hermes maior, i. Mercurius, quem dicit autū suum fuisse, in Hermopoli, hoc est in sui no- minis ciuitate perhibetur esse sepultus. Ecce duos Deos dicit hoīes fuisse, Aesculapiū & Mercuriū. Sed de Aesculapio & Græci & La- tini hoc idem sentiunt. Mercuriū autem mul- ti non putant fuisse mortalem, quem tamē iste aūum suum fuisse testatur. Etenim alijs est ille, alijs iste, quāuis eodem nomine nun- cupentur. Non multum pugno alijs ille sit, alijs iste, verum iste sicut Aesculapius ex ho- mine Deus, secundum testimonium tāti apud suos viri hui⁹ Trismegisti nepotis sui. Adhuc addit, & dicit, Istin vero vxorem Osiris quā multa bona præstare propitiā, quantis faci- mus obesse iratā. Deinde vt ostenderet ex hoc genere esse Deos, quos illa arte homines faciunt, vnde dat intelligi, dæmones se opinā

E tri ex hominum mortuorum animis extiisse, quos per artem, quam invenerunt homines multum errantes increduli & irreligiosi, ait inditos simulachris, quia hi qui tales Deos fa- ciebant, animas non vtrique facere poterant. Cum de his idem dixisset, quod commemo- rauī, quantis obesse scimus iratā, seclusus adiunxit, Terrenis.n. diis atq; mūdanis facile est irasci, vt pote qui sunt ab hominib. ex vtraq; natura facti atq; compositi. Ex vtraq; natura dicit, ex anima & corporē, vt p. anima sit dæ- mon, pro corpore simulachrum. Vnde con- tigit, inquit, ab Aegyptiis hæc sancta anima- lia nūcupari coliq; per singulas ciuitates eo-

rum animas, qui eas consecrauère viuentes, ita vt corum legib. incolantur, & eorum no- minib. nuncupentur. Vbi est illa velut quere- la luctuosa, quod terra Aegypti sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepul- chrorū futura esset mortuorum q; plenisifi- ma? Nempe spiritus fallax, cuius instinctu Hermes ista dicebat, per eum ipsum coactus est confiteri iam tūc illam terram sepulchro- rum & mortuorum, quos pro diis colebant sūisse plenisimam. Sed dolor demoni per eum loquebat, qui suas futuras poenas apud sanctorum martyrum memorias immittere moerebant. In multis enim talibus locis, tor- quentur & confitentur, & de possessis corpo- ribus hominum cōciuntur.

modo honoris, quem Christiani martyribus impendunt.

Cap. XXVII.

N Ec tñ nos eisdem martyrib. templo, sa- cerdotia, sacra, & sacrificia constitui- mus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum no- bis est Deus, Honoramus sane memorias eo- rum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem suorum corporum pro ve- ritate certarunt, vt innotesceret vera religio falsis religionib. fictisq; conuictis, quod etiā si qui antea sentiebant, timendo reprimebāt. Quis autem audiuīt aliqñ fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctū cor- pus martyris ad Dei honorem cultumq; cō- structum dicere in precib. Offero tibi sacrifi- ciū Petre, vel Paule, vel Cypriane, cū apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis an- gelis cœlesti honore sociavit, vt ea celebri- te, & Deo vero de illorum victoriis gratias agauis, & nos ad imitationem talium coro- narum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memorias renouatione adhortemur. Quæcumque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrū locis ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tāquam deorum. Qui cunque etiam epulas suas eo deferunt, quod quidem a Christiatis melioribus non fit, & in plerisque terrarum * nulla talis est consue- tudo, tamen quicunque id faciunt quas cum apposuerint, orant, & auferunt, vt vescan- tur:

Epolae, ad memorias martir. n. delatae.

* nullæ.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt per merita martyrum in nomine domini martyrum. Non au-

*Merita
martyrum.* tem ista esse sacrificia martyrum nouit qui nouit unum, quod Deo illic offertur sacrificium Christianorum. Nos itaque martyres nostros nec diuinis honorib. nec humanis criminib. colimus, sicut colit illi Deos suos, nec sacrificia illis offerimus, nec eorum pro bra-

A [REDACTED]
inuenit hordei segetem, atque inde spicas marito regi & eius consiliario Mercurio de monifrauit, vnde eandem & Cererem volunt, quæ & quanta mala non à Poetis, sed a mysticis eorum literis memorie mandata sint, sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem matrem scribit Alexander, legat qui volunt, vel possunt, & recolant qui legerunt, & videant quib. hominibus mortuis, vel de qui bus eorum factis tanquam diis, sacra fuerint instituta. Absit ut eos, quamvis Deos habeat, sanctis martyribus nostris, quos tamen Deos non habemus, vlla ex parte audeant comparare. Sic enim non constituimus sacerdotes, nec offerimus sacrificia martyribus nostris quia incongruum indebitum illicitum est, atque vni Deo tantummodo debitum, vt nec criminibus suis, nec ludis eos turpisimis oblectemus, vbi vel flagitia isti celebrant deorum suorum, si cum homines essent talia commiserunt, vel conficta delectamenta demonum noxiorum, si homines non fuerunt. Ex isto genere demonum Socrates non haberet Deum, si haberet Deum, sed fortasse homini ab illa arte faciendi Deos alienos & innocenti, illi importauerunt talem Deum, qui eadē arte excellere voluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colendos propter vitam beatam, quæ post mortem futura est, nullus vel medio eriter prudēs ambigit. Sed fortasse dicturi sunt, Deos quideni esse omnes bonos, dämones autē alios bonos alios malos & eos per quos ad vitam in eternum beatam perueniamus colendos esse censemus, quos bonos opinantur. Quod quale sit, iam in volumine sequenti videndum est.

D. A V R E L I I A V G U T I N I
De ciuitate Dei ad
Marcellinum.

L I B E R N O N V S.

Ad quem articulum disputatio præmissa puererit, & quid discutiendum sit de reliqua questione. Cap. I.

Tbonos & malos Deos esse quidam opinati sunt, quidam vero de diis meliora sentientes, tantum eis honoris laudisque tribuerunt, vt nullum deorum malum credere auderent. Sed illi, qui Deos quoddam bonos, quoddam malos esse dixerūt, demones quoque appellauerūt nomine deorum, quāquā & Deos, sed rarius nomine demonium, ita vt ipsum Louem, quem volunt esse regem ac principem cæterorum, ab Hōmero fateantur dæmonem nuncupatum. Hi autem qui omnes Deos non nisi bonos esse asserunt, & longe prestantiores eis hominibus, qui boni perhibentur, merito mouentur demonum factis, quæ negare nō possunt, eaq; nullo modo à diis, quos omnes bonos volunt committi posse existimantes, differētiam inter Deos, & dæmones adhibere coguntur, vt quicquid eis merito displicet in operib. vel affectib. prauis quib. vim suam manifestant occulti spiritus, id credant esse demonū non deorum. Sed quia eoldē dæmones inter homines & Deos ita medios constitutos putat, tanquam nullus Deus homini misceatur, vt hinc perferant desiderata, inde referat impretrata, atque hoc Platonicī præcipui philosophorum ac nobilissimi sentiunt, cum quibus velut cum excellentioribus placuit istam examinare quæstionem, vtrum cultus plurimorum deorum profit ad cōsequendam vitam beatā, quæ post mortem futura est, libro superiori quæsiuim⁹, quo pacto ipsi dæmones qui talib. gaudent, qualia boni, & prudentes homines auersantur & dānant, id est, sacrilegia flagitiola, facinorosa, non de quolibet homine, sed de ipsis diis figura poetarum, & magicarum artium sceleratam puniendāque violentiam, possint quasi propinquiores & amiciores diis bonis conciliare homines bonos, & hoc nulla ratione posse comprehendunt.

pertum est. Proinde hic liber, sicut in illius fine promisimus, disputationem continere debet de differentia, si quam volunt esse, non deorum inter se, quos omnes bonos dicunt, nec de differentia deorum & dēmonū, quorum illos ab hominibus longe lateque sciungunt, istos inter Deo & homines collancit, sed de differentia ipsorum dēmonum, quod ad presentem pertinet questionem.

An inter dēmones, quib. dii superiores sunt, sit aliqua pars bonorū, quorum prēsidio ad veram beatitudinem possit humana anima peruenire.

Cap. II.

A Pud plerosque enim vistatum est dici, alios bonos, alios malos dēmones, que sive sic etiam Platonicorum philosophorum sive quorumlibet sīnia, nequaquam eius est negligenda discussio, nequisquam velut dēmones bonos sequendos sibi esse arbitretur,

H per quos tanquam medios dii, quos omnes bonos credit dum conciliari affectat & studet, vt quasi cum eis possit esse post mortem irretitus malignorum spirituum deceptusq; fallacia, longe aberret a vero Deo, cum quo solo, & in quo solo, & de quo solo aīa humana, idest, rationalis & intellectualis beata est.

Quę dēmonibus Apuleius adscribat, quibus cum rationem non subtrahat, nihil virtutis asignat.

Cap. III.

Q Vę igitur est differentia dēmonum bonorum & malorum? quandoquidem Platonicus Apuleius de his vniuersaliter differens, & tam multa loquens de aereis corporibus, de virtutibus tacuit animorum, qui bus essent prediti, si boni essent. Tacuit ergo

I beatitudinis causam, indicium vero miserie tacere non potuit, cositens eorum mentem, qua rationales esse perhibuit, non saltē imbutam munitamque virtute, passionibus animi irrationalibus nequaquam cedere, sed ipsam quoque, sicut stultarum mētium mos est procelloſis quodammodo perturbationibus agitari. Verba nanque eius de hac re ista sunt: Ex hoc ferme dēmonum numero, inquit, Poetę solent haud quamquam procul a veritate, ofores & amatores quorūdā hominum Deos fingere, hos prosperari & eue-

here illos contra aduersari & affigere. Igitur & misereri, & indignari, angri, & lētari, omnemque humani animi faciem pati, ac simili motu cordis & falo mentis, per omnes cogitationum x̄stus fluctuare, quę omnes turbellę tempestatesque procul à deorum cœlestium tranquillitate exulant. Num est in his verbis vlla dubitatio, quod non animorum aliquas inferiores partes, sed ipsas dēmonum mentes, quibus rationalia sunt anima, la velut procelloſum ſalum dixit paſſio- fluctuare num teſtate turbari, vt ne hominibus perturba quidem sapientibus comparandi ſint qui hu iusmodi perturbationibus animorum, a qui bus humana non est immanis infirmitas, etiam cum eas huius vītę conditioне patiuntur, mente imperturbata refiſtunt, non eis cedentes ad aliiquid approbandum vel perpertrandum, quod exorbitet ab itinere sapientię & lege iustitiae, ſed ſtultis mortalibus, & iuftis, non corporibus, ſed moribus ſimiles, vt non dicam deteriores, eo quod vettuſtores, & debita poena insanabiles, ipsius quoque mentis, vt iſte appellauit, falō fluuant, nec in veritate, qua turbulentis & pruis affectionibus repurgātur, ex nulla animi parte conſiſtunt.

De perturbationibus, quę animo accidunt, quę fit Peripateticorum Stoicorumque ſententia.

Cap. IIII.

DVę ſunt ſententiae philosophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, noſtri aut qdam ſicut Cicero, perturbationes, qdam affectiones vel affectus, qdam vero ſicut iſte de Græco expreſſio paſſiones vocat. Has ergo perturbationes, ſue affectiones, ſue paſſiones qdam philoſophi dicunt etiam in ſapienti cadere, ſed moderatas rationi- que ſubieqtas, vt eis leges quodammodo q- bus ad neceſſarium redigantur modum do- minatio mentis imponat. Hoc qui ſentiunt, Platonici ſunt ſine Aristotelici, cū Aristoteles diſcipulus Platonis fuerit, qui ſectam Peripa- teticam cōdidit. Aliis autem, ſicut Stoicis ca- dere vllas omnino huiuscemodi paſſiones in ſapientem non placet. Hus autem, idest, Stoicos, Cicero in libris de finibus bonorum & malorum, verbiſ magis quam rebus aduerſus Platonicos ſeu Peripateticos certare cō-

Aug. Tomus Quintus K 3 un-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

uincit quandoquidē Stoici nolunt bona appellare , sed commoda corporis & externa, eo quod nullum bonum volūt esse homines præter virtutem, tanq̄ artem bene videndi, q̄ non nisi in animo est. Hæc autem isti simpli- citer & ex communi conluetudine loquedi appellant bona , sed in comparatione virtutis, qua recte viuīt, parua & exigua . Ex quo fit, vt ab vtrisq; quomodo libet vocentur, seu bona seu commoda, pari tñ estimatione p̄ sentur, nec in hac q̄ōne Stoici delectenf nisi nouitatē verborum . Vr̄ ergo mihi etiam in hoc vbi queritur, vtrum accidat sapienti paſſiones animi, an ab eis sint prorsus alienæ, de verbis eos potius q̄ de reb. facere controuerſiam. Nam & ipsos nihil hinc aliud quā Platonicos & Peripateticos sentire existimo, quantum ad vim rerum attinet, nō ad vocabulorum sonum. Ut enim alia omittam , qb. id ostendam, ne longum faciam, aliquid vñ quod sit euidentissimum dicam. In libris qb. titulus est, Noctiū Atticarum scribit A. Gellius, vir elegantissimi eloquii, & multæ ac fācundæ ſcientiæ, ſe nauigafe aliqui cum quodā philofopho nobili Stoico. Is philofoph⁹, ſicut latius & vberius, qđ ego breuiter attin gā, narrat A Gellius, cū illud nauigium horribili celo & mari periculosissime iactaretur, vi timoris expalluit. Id animaduerſum eft ab eis, qui aderāt, quamuis in mortis vicinia curiosissime attēti, vtrum nē philofophus aio

Hiftoria turbaretur. Deinde tempeſtate trāſacta, mox de philo vt ſecuritas prabuit colloquendi , vel etiam garriendi locum, qdam ex his quos nauis illa portabat diues luxuriosus Asiaticus philo periculo expelleſcente.

A in re ſimili eadē verba ab hominē ſimili audifſet, respondit illum pro anima nequifimis nebulonis merito non fuifſe ſollicitum, ſe autem p̄ Aristippi anima timere debuiffe. Hac illo diuite reiſpōſione depulſo, poſtea quæſiuit A. Gellius a philofopho non exagitandi animo, ſed diſcendi, quæ nam illa ratio eſſet pauoris ſui . Qui vt doceret hominē ſciendi ſtudio nauiter accenlum, protulit ſtatiu de ſarcinula ſua Stoici Epicteti librum , in quo ea ſcripta eſſent, quæ congruerent decretis Zenonis & Chryſippi, quos fuifſe Stoicorū

principes nouimus. In eo libro ſe legiſſe dicit A. Gellius hoc Stoicis placuiffé, quod ani mi viſa, quas appellant phantias, nec in po- teſtate eft vtrum, & quando incident animo, cum veniant ex terribilibus & formidabilib. rebus, neceſſe eſſe etiam ſapiens animū mo- ueant, ita vt paulisper vel paueſcat metu, vel triftitia contrahatur, tanquam his paſſionib. p̄auentib. mentis & rationis officiū, nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali nec approbari iſta, eisque conſentiri, hoc n. eſſe volunt in poſtate idque intereffe conſent inter animū ſapiens & ſtulti, quod ſtuli animus eiſdem paſſionibus cedit, atque ac- commodat mētis affenſum, ſapiens autem quanuis eas neceſſitate patiatur, retinet tamē de his quæ appetere vel fugere rationabiliter debet, veram & ſtabilem inconcuſſa mente ſententiam. Hæc vt potui, non quidem com- modius A. Gellio, ſed certe breuius & vt pu- to, planius exposui, quæ ille ſe in Epicteti li- bro legiſſe commeniorat, eum ex decretis Stoicorum dixiſſe atque ſenſiſſe. Quæ ſi ita ſunt, aut nihil, aut penē nihil diſtat inter Stoicorum aliorumq; philofophorū opinio- de paſſionib. & perturbationib. animorū. Vtrique. n. mentem rationem q̄ ſapiens ab eorum dominatione defendunt. Et ideo for- taſſe dicunt cas in ſapiencem nō cadere Stoici, quia nequaquam eius ſapienciam qua vi- que ſapiens eft, villo errore obnubilat, aut la- be ſubuertit. Accident autem aīo ſapiētis, ſalua ſerenitate ſapiencie, propter illa quæ commoda vel incommoda appellat, quāuis ea dicere nolint bona vel mala. Nam profe- cto ſi nihil p̄ederet eas res ille philofophus, quas amifſiurum ſe naufragio ſentiebat, ſicut eft vita iſta falusq; corporis, nō illud pericu- lum perhorreſceret, vel palloris etiam teſtimoni- proderetur. Veruntamen & illam po- terat permotionem pati, & fixam tenere men- te ſententiam, vitam illam ſalutemque corpo- ris, quorum amitionem minabatur tempeſta- tis immanitas, non eſſe bona quæ illos qui- bus inefſent ſacerēt bonos, ſicut ſacit iuſtitia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda eſſe, ſed commoda, verborum certamini, nō rerum examini deputandum eft. Quid enim interefft, vtrum aptius bona vocentur, an commoda, dum tamen ne his priuetur non minus Stoicus, quam Peripateticus paueſcat

scat & palleat, ea non æqualiter appellando, sed æqualiter estimando? Ambo sane si bonorum istorum seu commodorum periculis ad flagitium vel facinus vrgearunt, vt aliter ea retinere nō possint, malle se dicunt hęc amittere, qb. natura corporis salua & incolumis habet, quām illa committere, qb. iustitia violat. Ita mens, vbi fixa est ista finia, nullas perturbationes, etiam si accident inferiorib. animi partibus, in se contra rationem præualere K permittit, quinimo eis ipsa dominatur, eisq; non consentiendo, sed potius resistendo regnum virtutis exercet. Talem dēscriptit etiā Virgilius Aenam, vbi ait: Mens immota manet, lachrymæ volvuntur inanes.

Aenei. 4.

Quod passiones quæ Christianos animos afficiunt, nō in vitium trahant, sed virtutem exerceant.

Caput. V.

Non est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere, quid de ipsis passionibus doceat scriptura diuina, qua Christiana eruditio continet. Deo quippe illam ipsam memorem subiicit regēdam & iuuādam, mentisq; passiones ita moderandas, atque frenandas, vt in ipsis iustitiae conuertantur. Deniq; in disciplina nostra, nō tam querī, vtrum pius aīus irascat, sed quare irascat, nec vtrū sit tristis, sed vñ sit tristis, nec vtrum timeat, sed quid timet. Irasci. n. peccanti, vt corrigat, contrastari pro afflictio, vt liberetur, timere periclitanti, ne pereat, nescio vtrum q; quā sana cōsideratione reprehēdat. Nā & misericordiā Stoicorum est solere culpare. Sed quanto honestius ille Stoicus misericordia perturbaretur hominis liberandi, q; timore naufragii. Longe melius & humanius, & piorū sensib. ac cōmodatius Cic. in Cæsar's laude, loquutus est, vbi ait: Nulla de virtutib. tuis, nec admirabilior, nec gratiō misericordia est. Quid est

Misericor.
dias qui?

I aut misericordia, nisi aliena miseria qđam in nostro corde compassio, qua vt q; si possumus, subuenire compellimur? Seruit autē motus iste rationi, qñ ita praebeat misericordia, vt iustitia conseruetur, siue cum indigenti tribuitur, siue quum ignoscitur pœnitenti. Hac Cicero loquitor egregius non dubitauit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet, qui tamen, vt docuit liber Epicteti nobilissimi Stoici ex decretis

Zenonis & Chrysippi, q; huius sectæ primatum habuerunt, huiuscemodi passiones in animum sapientis admittunt, quem vitiis omnib. liberum esse volunt. Vnde fit cōsequens, vt hęc ipsa nō putent vicia, qñ sapienti sic accidunt, vt contra virtutem mentis, rationemque nisi possint, & vna sit, eadem q; finia Peripateticorum, vel etiam Platonicorum, & ipso forum Stoicorum. Sed, vt ait Tullius, verbi controvērsia, iamdiu torquet homines Græculo, cōtētōnis cupidores, q; veritatis. Sed adhuc merito queri potest, vtrum ad vitę præsentis pertineat infirmitatem, etiā in quibusque bonis officiis huiuscemodi perpeti affectus. Sancti vero angeli quū & sine ira puniant, quos accipiunt æterna Dei lege puniēdos, & miseris sine miseria cōpassione subueniant, & periclitantib. eis quos diligūt sine timore opitulētur, nā istarum nomina passionum cōsuetudine locutionis humanae etiam in eos usurpantur, propter quandam operū similitudinem, non propter affectionū infirmitatem, sicut ipse Deus secūdum scripturas irascitur, nec tamen illa passione turbatur. Hoc enim verbum vindictæ usurpauit effectus, non illius turbulentus affectus.

Quibus passionib. dæmones confiteente Apuleio exagitentur, quorū, ope homines apud Deos afferit adiuvare. Cap. VI.

Quia interim desāctis angelis quæstione dilata, videamus quemadmodum dicant Platonicī medios Dæmones inter Deos & homines cōstitutos, ipsis passionum estib. fluctuare. Si enim mente ab his libera eisque dominante, motus huiuscemodi non patren̄, non eos diceret Apuleius similis motu cordis & salo mentis per omnes cogitationū estus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum, id est pars animi superior qua rationales sunt, & in qua virtus & sapientia, si illa eis esset, passionib. turbulētis inferiorum animi partium regendis moderandisq; dominaretur. Ipsi inquam mens eorum, sicut iste Platonicus confiteretur, salo perturbationum fluctuat. Subiecta est ergo mens Dæmonum passionibus libidinum, formidinum, irarum, atq; huiuscemodi ceteris. Quæ igitur pars in eis libera est composita sapientiæ, quæ placeant Diis, iecta.

Huius se-
ctæ pri-
mos.Angelis,
cur tri-
buunt ei
fectus, cū
peragunt
officia.Mens de
monum
passionib;
nisi sub
iecta.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

& ad bonorum deorum similitudinem hominibus cōsulantur, cum eorum mens passionum vitiis subiugata & oppressa, quicquid rationis naturaliter habet ad fallendum & decipiendum, tanto acius intendat, quanto eam magis posidet nocendi cupiditas?

Quod Platonici figmentis poetarum infamatos Deos afferant, de cōtrariantum studiorum certamine, cum haec partes dæmonū, non deorum sint.

Cap. VII.

Quod si quisquam dicit non ex omniū, sed ex malorum dæmonum numero esse quos poetae quorundam hoīum osores, & amatores Deos, nō p̄cul à veritate cōfingunt. Hos n. dixit Apuleius, salo mētis per oēs cogitationū æstus fluctuare testatur, ut possent amores & odia non pro iustitia, sed sicut populus similis eorum in venatorib. & aurigis, secundum suarum studia partium, pro aliis, aduersus alios exercere. Id enim videtur philosophus curas Platonicus, ne cum hāc a poetis canerentur, non a dēmonibus mediis, sed ab ipsis diis, quorum nomina poetæ singendo ponunt, fieri crederentur.

*Minerua
facta.*

B Quod ergo Minerua illa fuerit, poeticum vult esse figmentum, eo qđ Mineruā dēa putat, eamq; inter Deos, quos oēs bonos beatosq; credit, in alta ætherea se de collocat, procul a conuersatione mortaliū. Qđ aut̄ aliquis dæmon fuit Gr̄cis fauens, Troianisq; cōtrarius sicut alius aduersus Gr̄cos Troianorū opitulatos quē Veneris, seu Mortis noīe idem poeta commemorat, quos Deos iste talia non agentes in cœlestib. habitacionib. ponit, & hi dæmones pro his quos amant contra eos quos oderant inter se decertauerint, hoc non procul a veritate poetæ dixisse confessus est. De his quippe

ista dixerunt, quos hominibus simili motu cordis & salo mentis, per oēs cogitationum æstus fluctuare testatur, ut possent amores & odia non pro iustitia, sed sicut populus similis eorum in venatorib. & aurigis, secundum suarum studia partium, pro aliis, aduersus alios exercere. Id enim videtur philosophus curas Platonicus, ne cum hāc a poetis canerentur, non a dēmonibus mediis, sed ab ipsis diis, quorum nomina poetæ singendo ponunt, fieri crederentur.

C

De diis cœlestibus & dæmonibus aereis, hominibusque terrenis Apulei Platonici diffinitio.

Caput. VIII.

Quid illa ipsa diffinitio dæmonum? Parrumque intuenda est, vbi certe omnes determinando cōplexus est? Qđ ait dæmones esse genere aīalia, aīo passiuā, mēte rōnalia, corpore aerea, tpe æterna. In quib. quinque cōmemoratis, nihil dixit omnino, quod dæmones cum bonis saltē hominib. id videretur habere commune, qđ non esset in malis. Nam ipsos hoīes cū aliquando latius describendo complectere, suo loco de illis dicēs. tanq; de infimis atq; terrenis, quum prius dixisset de cœlestib. diis, vt commēdatis duab. partib. ex summo & intimo ad ultimum tertio loco de mediis dæmonib. loquere. Igit̄ hoīes, inquit, rōne plaudentes oratione polientes, immortalib. animis, moribundis mēbris, leuib. & anxiis mentib. brūtiis & obnoxii corporib. dissimilib. morib. similib. erroribus, pericaci audacia, pertinaci spe, cassō labore fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tū viuierō genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucritate, tarda sapientia, cīta more, querela vita, terras incolunt. Cum hic tam multa diceret, quae ad plurimos homines pertinēt, nunquid etiam illud tacuit, quod nouerat esse paucorum, vbi ait, tarda sapientia, cīta morte? Quod si pr̄termisisset, nullo modo recte genus humanum disreptionis huius tam intenta diligentia terminasset. Cum vero deorum excellentiam commendaret, ipsam beatitudinem quo volunt homines per sapientiam peruenire, in eis affirmauit excellere. Proinde si aliquos dæmones bonos vellet intellegi, aliquid etiam in ipsorum descriptio-

*Hōis de-
scriptio se-
cundum Apulei.*

ne pone-

ne poneret, vnde vel cum diis aliquam beatitudinis partem, vel cum hominib. qualem cunq; sapientiam putarent h̄e communem. Nunc vero nullum bonum eorum commemo- rauit, quo boni discernerent a malis, quā uis & eorum malitiae liberius exprimēdā pe- percit, non tam ne ipsos, q̄ ne cultores eorū apud quos loquebat, offendetur. Significauit tñ prudentib. quid de illis sentire deberent, qñquidem Deos, quos omnes bonos beatos que credi voluit, ab eorum passionib. atque,

G ut ait ipse, turbellis omnino separavit, sola illos corporum aeternitate coiungens, animo autem nō diis, sed hominibus similes dēmo- nes apertissime inculcans, & hoc non sapien- tia bono, cuius & homines possunt esse par- ticipes, sed perturbatione passionum, quā sultis malisque dominatur, a sapientib. vero & bonis ita regitur, ut malint eam non h̄e, quam vincere. Nam si nō corporum, sed ani- morum aeternitatem cum diis habere dēmo- nes vellent intelligi non vtq; homines ab hu- ius rei cōsortio separaret, quia & hominib. aeternos esse aīos, proculdubio sicut Iatoni- cus sentit. Ideo cum hoc genus animantium describeret, immortalibus animis, moribun- dis membris dixit esse homines.

An amicitia cōlestium deorum per interces- sionem dēmonum posuit homini prouideri.

Cap. 1 X.

AC per hoc si propterea communē cum diis aeternitatem non habent hoīes, q̄a corpore sunt immortales, p̄pea ergo dēmo- nes h̄ēt, quia corpore sunt immortales, qua- les igī mediatores sunt inter hoīes & Deos, per quos ad deorū amicitias hoīes ambiant, qui hoc cū hominib. habent deterius, qđ est in aīante melius, i. aīum, hoc aut̄ habent cum diis melius, qđ est in animante deterius, idest corpus? Cum enim animans, idest, animal ex anima constet & corpore, quorum deorum anima est vtique corpore melior, & si vitio- fa & infirma, melior certe corpore etiam sa- nissimo atque firmissimo, quoniam eius na- tura excellentior, nec labē vitiorum post po- nitur corpori, sicut aurum etiā lordidum ar- gento seu plumbo licet purissimo carius c̄st̄ matur. Iti mediatores deorum & hominū, per quos interpositos diuinis humana iun-

guntur, cum diis habent corpus aeternum, vi- tio sum autem cum hominib. animum, quasi religio qua volunt diis homines per demo- nes iungi in corpore sit, non in animo cōsti- tuta. Quānam tādem istos mediatores falsos atque fallaces quasi capite deorsum nequitia vel poena suspendit, vt inferiorem animalis partem, idest, corpus cum superioribus, su- periorem vero, idest, animum cum inferio- ribus habent, & cum diis coelestibus in par- te seruiente coniuncti, cum hominibus autē terrestribus in parte dominante sint miseris. Corpus quippe seruum est, sicut etiam Salu- sti ait, animi imperio corporis seruitio ma- gis vtimur. Adiunxit autem ille, alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commune est, quoniam de hominibus loquebatur, qb. sicut beluis mortale corpus est. Iſi aut̄ quos inter nos & Deos mediatores nobis philoso- phi prouiderunt, possunt quidem dicere de animo & corpore, alterum nobis cum diis, alterum cum hominib. commune est, sed si- cut dixi tanquam in peruersum legati atque suspensi, seruum corpus cum diis beatis, do- minum animum cum hominib. miseris ha- bentes, parte inferiore, exaltati, superiore de- iecti. Vnde etiam si quisquam p̄p hoc eos putauerit immortalitatem habere cum diis, quia nulla morte sicut animalium terrestriū animi eorum soluuntur a corpore, nec sic existimandum est eorum corpus tanquam honoratorum aeternum vehiculum, sed aet- num vinculum damnandum.

Quod secundum plotini sententiam, minus miseri sunt homines in corpore mor- tali quam dēmones in aeterno.

Caput. X.

Plotinus certe nostræ memorie vicinis tē- poribus, Platonem cāteris excellentius intellexisse laudat. Is, cum de humanis ani- mis ageret, Pater, inquit, misericors, morta- lia illis vineula faciebat. Ita hoc ipsum quod mortales sunt homines corpore, ad miseri- cordiam Dei patris pertinere arbitratus est, ne semper huius vitæ miseria teneātur. Hac misericordia indigna iudicata est iniquitas dēmonum, quæ in animi passiū miseriā non mortale sicut homines, sed aeternū cor- pus accepit. Essent quippe fœliciores homi- nibus, si

Hōis de-
scriptio
cundam,
lo Apuleii.

animans

comitell
130

K

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Dæmoni nibus, si mortale cum eis haberent corpus, & miseria ob cum diis beatum animum. Essent autem pa- corporis res hominibus, si cum animo misero saltem immorta mortale cum eis habere meruerint & cor- plitatem se cū dū plo- pus, si tamen acquirerent aliquid pietatis, & ab ærumnis, vel in morte requiescerent. Nūc vero non solum feliciores hominibus non sunt animo misero, sed etiam miseriores sūt perpetuo corporis vinculo. Nō enim aliqua pietatis & sapientiae disciplina proficientes, intelligi volunt, ex dæmonibus fieri Deos, cum apertissime dixerit dæmones æternos.

De opinione Platonicorum, qua putant ani- mas hominū dæmones esse post corpora.

L Caput. XI.

Dicit quidem, & animas hominum dæ- mones esse, & ex hominibus fieri La- res, si meriti boni sunt: Lenires, seu Laruas, si mali. Manes autem Deos dici quum incer- tum est, bonorum eos, seu malorum esse me- ritorum. In qua opinione, quantam voragi- nem aperiant se fandis perditis moribus, q̄s non videat, si vel paululum attendar? Quan- doquidem quamlibet nequam fuerint homi- nes, vel Laruas se fieri dum opinantur, vel dū Manes Deos, tanto peiores fiunt, quanto sunt nocendi cupidores, vt etiam quibusdam sa- crificiis, tanquam diuinis honoribus post mortem se inuitari opinentur, vt noceant. Laruas quippe dicit esse noxios dæmones ex hominibus factos. Sed hinc alia quæstio est. Inde autem perhibet appellari Græce beatos εὐδαίμονες, q̄ boni sint animi, hoc est, boni dæmones, animos quoque hominum dæmo- nes esse confirmans.

De ternis contrariis, quibus secundum Plato- nicos dæmonum hominumque natura di- stinguitur

Caput. XII.

M

Sed nunc de his agimus, quos in natura, p- pria descriptis inter Deos homines gene- re animalia, mente rationalia, animo pas- sia, corpore aerea, tempore æterna. Nempe cum prius Deos in sublimi cœlo, homines autem in terra infima disiunctos locis, & na- turæ dignitate secereret, ita concluit: Habe- tis, inquit, interim bina animalia, Deos ab ho- minibus plurimum differentes, loci sublimi-

tate, vite perpetuitate, naturæ pfectione, nul- lo inter se propinquo cōmunicatu, cum & habitacula summa ab infimis tanta interca- pedo fastigii dispescat, & viuacitas illic æter- na & indefecta sit, hic caduca, & succisia, & ingenia illa ad beatitudinem sublimata, hēc ad miseras infimata, hic terrena video com- memorata contraria de duabus nature parti- bus vltimis, idest, summis atque infimis. Nā tria quæ proposuit de diis laudabilia, eadem repetiuit, aliis quidem verbis, vt eis alia tria aduersa ex hominibus redderet. Tria deorū hēc sunt, loci sublimitas, vite perpetuitas, perfectio naturæ. Hēc aliis verbis ita repeti- uit, vt eis tria contraria humanae conditionis opponeret, cum & habitacula, inquit, sum- ma ab infimis tanta intercapedo fastigii di- spescat, quia dixerat loci sublimitatem. Et viuacitas illic, inquit, æterna indefecta sit, hic caduca & succisia, quia dixerat vite perpetuitatem. Et ingenia illa, inquit, ad beatitudinem sublimata, hēc ad miseras infimata, nullo inter se propinquo, inquit, communicata, quia dixerat nature pfectiōnem. Tria igitur ab eo posita sunt deo- rum, idest, locus sublimis, æternitas, beatitu- do, & his contraria tria hominum, idest, locus infimus, mortalitas, miseria. Inter hēc æterna deorum & hominum, quoniam dæmones medios posuit, de loco nulla est controvergia. Inter sublime quippe & infi- mum medium locus aptissime habetur & di- citur. Cætera bina restant, quibus cura at- tentior adhibenda est, quemadmodum vel aliena esse à dæmonibus ostendantur, vel sic eis distribuantur vt medietas videatur expo- scere, sed ab eis aliena esse non possunt. Non enim sicut dicimus locum medium nec es- se summum, nec infimum, ita dæmones cum sint animalia rationalia, nec beatos esse nec mileros, sicuti sunt arbusta, vel pecora, quæ sunt sensus vel rationis experientia recte possumus dicere. Quorum autem ratio men- tibus inest, aut miseros esse, aut beatos es- se neceſſe est. Ietum non possumus recte di- cere, nec mortales esse dæmones, nec æter- nos. Omnia nanque viuentia aut in æter- num viuunt, aut finiunt morte, quod viuunt. Iam vero iste tempore æternos dæmones di- xit. Quid igitur reīat, nisi vt hi medii de duo bus summis vnum habeant, & de duobus infimis

infimis alterum? Nam si vtraque de imis habebunt aut vtraque de summis, mediis non erunt, sed in alterutram partem vel resiliunt, vel recumbunt. Quia ergo his binis, sicut demonstrarum est, carere utriusque non possunt, acceptis ex vtraque parte singulis mediabuntur. Ac per hoc quia de infimis habere non possunt aeternitatem, quae ibi non est, unum hoc de summis habent, & ideo non est alterum ad complendam medietatem suam, quod de infinitis habeant nisi miseriam.

Quomodo dæmones, si nec cuni diis beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter utramque partem sine utriusque communione sint mediis.

Caput. XIII.

Es itaque secundum Platonicos sublimius deorum, vel beata aeternitas, vel aeterna beatitudo, hominum vero infimorum, vel miseria mortalis, vel mortalitas misera, dæmonum aut mediorum vel misera aeternitas, vel aeterna miseria. Nam & quinq; illis, quae in definitione dæmonum posuit, non eos medios, sicut promittebat ostendit, quin tria dixit eos hinc nobiscum, quod genere animalia, quod mente irrationalia, quod animo passiva sunt, cum diis aut unum, quod tempore aeterna, & unum proprium, quod corpore aerea. Quo ergo mediis, quoniam unum habent cum summis, tria com infinitis? Quis non videat reliqua medietate, quantum inclinentur & deprimantur in infinito? Sed planè ibi etiam mediis possunt ita inueniri, ut unum habeant proprium, quod est corpus aereum, sicut & illi de summis atque infinitis singula propria, dii corpus aetherium hominesque terrenum, duo vero communia sint omnibus, quod genere sunt animalia, & mente rationalia. Nam & ipse cum de diis & hominibus loqueretur, habetis inquit bona animalia. Et non solent isti Deos nisi rationales mente perhibere. Duo sunt residua, quod sunt animo passiva, & tempore aeterna. Quorum habent unum cum infinitis, cum summis alterum, ut proportionali ratione libata medietas, neque sunt tollatur in summa, neque in infinita deprimatur. Ipsa est autem illa dæmonum misera aeternitas, vel aeterna miseria, Qui enim ait animo passiva, etiam misera dixisset, nisi pro eorum cultoribus erubuisse. Porrò quia prouidentia summi Dei,

sicut etiam ipsi fatentur, non fortuita temeritate regitur mundus, nunquam esset istorum Dæmonum aeterna miseria, nisi esset magna malitia. Si igitur beati recte dicuntur eudæmones, non sunt eudæmones, quos inter homines & Deos isti in medio locauerunt. Quis ergo est locus bonorum dæmonum, si supra homines infra Deos istis praebant adiutorium, illis ministerium? Si enim boni aeternique sunt, profecto & beati sunt. Aeterna autem beatitudo medios eos esse non sinit, quia multum dis comparat, multumque ab hominibus separat. Vnde frustra isti conabuntur ostendere, quomodo dæmones boni, si & immortales sunt, & beati, recte mediis constituantur inter Deos immortales ac beatos, & homines mortales ac miseros. Cum enim utrumque habent cum diis, & beatitudinem scilicet, & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus & miseri & mortalibus, quomodo non potius remoti sunt ab hominibus, diis que coniuncti, quam inter utriusque mediis constituti? Tunc enim mediis essent, si haberent & ipsi duo quedam sua, non cum binis alterutrum, sed cum singulis utrorumque communia, sicut homo medium quiddam est inter pecora & angelos, ut quia pecus est animal irrationalis atque mortale, angelus aut animal rationale & immortale, medium homo est inferior angelis superior pecoribus. habentes cum pecoribus mortalitatem, rationem vero cum angelis, animal rationale mortale. Ita ergo cum querimus medium inter beatos immortales miserosque mortales, hoc inuenire debemus, quod aut mortale sit beatum, aut immortale sit miserum.

An homines cum sint mortales, possint vera beatitudine esse felices.

Cap. XIV.

B

Vtrum autem & beatus, & mortalis homo esse possit, magna est inter homines questio. Quidam enim conditionem suam humilius inspicerunt, negaueruntque hominum capacem esse beatitudinis posse, quandiu mortaliter viuit. Quidam vero extulerunt se, & ausi sunt dicere, sapientia compotes, beatos esse posse mortales. Quod si ita est, cur non ipsi potius mediis constituantur inter mortales miseros, & immor-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

immorales beatos beatitudinem habentes cum immortalibus beatis , mortalitatem cū mortalibus miseris ? Profecto enim si beati sunt inuident nemini . Nam quid miserius inuidentia ? Et ideo mortalibus miseris , quantum possunt , ad consequendam beatitudinem consulant , ut etiam immortales valeant esse post mortem , & angelis immortalibus beatisque coniungi .

De mediatore Dei & hominū homine Christo Iesu .

Cap. X V.

Si autem , quod multo credibilius , & probabilius disputatur , omnes homines quandiu mortales sunt etiam miseri sint necesse est , quærendus est medius , qui non solum homo , verum etiam Deus sit , ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medii beata mortalitas interveniendo perducat , quem neque non fieri mortalem oportebat , neque permanere mortalem . Mortalis quippe factus est , non infirmata verbi diuinitate , sed carnis infirmitate suscepta , non autem permansit ipsa carne mortalis , quam resuscitauit a mortuis , quoniam ipse fructus est mediationis eius , ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est , in perpetua , vel carnis morte remanerent . Prouinde mediatorum inter Deum , & mortalitatem habere oportuit transeuntem , & beatitudinem permanentem , ut per id quod transit , congrueret morituri , & ad id quod manet , transferret ex mortuis . Boni igitur angeli inter miserios mortales , & beatos immortales medii esse non possunt , quia ipsi quoque , & beati , & immortales sunt . Posunt autem medii esse angeli mali , quia immortales sunt cum illis , miseri cum ipsis . His contrarius est mediatus bonus , qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam , & mortalitatem esse ad tempus voluit , & beatus in eternitate persistere potuit . Ac sic eos & immortales superbos & miserios noxios , ne per immortalitatis iactantiam seducerent ad miseriam , & suæ mortis humilitate & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis , quorum corda per suam fidem mundans , ab illorum immundissima dominatione liberavit . Homo itaque mortalis & miser longe se iunctus ab immortalibus & beatis , quid eli-

gat medium , per quod immortalitati & beatitudini copuletur ? Quod poscit delectare in dæmonum immortalitate , miserū est , quod poscit offendere in Christi mortalitate , iam non est . Ibi ergo cauenda est miseria sempiterna , hic mors timenda non est , quæ esse non potuit sempiterna , & beatitudo amanda est sempiterna . Ad hoc quippe se interposuit medi⁹ immortalis & miser , ut ad mortalitatem beatam transire nō sinat , quoniam in hoc perficit quod impedit , id est , in ipsa miseria . Ad hoc autem se interposuit mortalis & beatus , ut mortalitate transacta & ex mortuis facheret immortales , quod in se resurgendo monstrauit , & ex miseriis beatos , quia beatitudo nunquam ab ipso discessit . Alius est ergo medius malus , qui separat amicos , alius bonus qui reconciliat inimicos . Et ideo mulci sunt medii separatores , quia multitudo quæ beata est , vius Dei participatione fit beata . Cuius participationis priuatione misera multitudo malorum angelorum , quæ se opponit potius ad impedimentum , quam interponit ad beatitudinis adiutorium , etiam ipsa multitudine obſtrepit quodāmodo , ne possit ad illud vnum beatificum bonum perteniri , id quod ut perduceremur , non multis , sed uno mediatore opus erat , & hoc eo ipso cui⁹ participationē simus beati , hoc est , verbo Dei , non facto , sed per quod facta sunt omnia . Nec tamen ob hoc mediator est , quia verbum maxime quippe immortale , & maxime beatum verbum longe est a mortalib . miseris , sed mediator per quod homo , eo ipso ostendens vriue ad illud non solum beatum , verum etiam beatificum bonum non oportere queri alios mediatores , per quos arbitremur nobis peruenientis gradus esse molierendos , quia beatus & beatificus Deus , & tuis particeps humanitas nostra compediū prebuit participandę diuinitatis sue . Neque enim nos a mortalitate & miseria liberans ad angelos immortales beatosque ita perducit , ut eorum participatione etiam nos immortales & beati simus , sed ad illam trinitatem , cuius & angeli participatione beati sunt . Ideo quando in forma serui , ut mediator esset , infra angelos esse voluit , in forma Dei super angelos mansit . Idem in inferioribus via vita , qui in superioribus vita .

Ioan. I.

Apuleius
de Deo
Socratis .

Deus sa-
piensūm-
tib. pre-
fens , no
contami-
natur .

An

An rationabiliter Platonici diffinierint Deos
cœlestes declinantes terrena contagia, ho-
minib. non misceri, qb. ad amicitiam deo-
rum dæmones suffragent. Cap. XVI.

*Apuleius
de Deo
Socratis.*

Non enim verum est, quod idem Plato-
nicus ait, dixisse Platонē, nullus Deus
miseretur homini. Et hoc præcipuum eorum
sublimitatis ait esse specimem, qđ nulla atre-
tatione hominum contaminantur. Ergo dæ-
mones contaminari satetur, & ideo eos qui-
bus contaminantur mundare non possunt,
omnesq; immūdi pariter fiunt, & dæmones
contrectatione hominum, & homines cultu
dæmonum. Aut si & cōrectari misceriq; ho-
minib. nec tamen cōtaminari dæmones pos-
sunt, diis profecto meliores sunt, quia illi si
miserentur, cōtaminarentur. Nam hoc deo-
rum dī esse præcipuum, vt eos sublimiter se-
paratos humana contrectatio contaminare
non posit. Deum quidem summum omniū
creatorem, quem nos verū Deum dicimus,
sic a Platone prædicari asseuerat, quod ipse
sit solus qui non posset penuria sermonis hu-
mani quavis oratione vel modice cōprehen-
di, vix autem sapientib. viris, cum se vigore
animi quantum licuit corpore remouerunt,
intellectum huius Dei id quoque interdum
velut in altissimis tenebris rapidissimo coru-
scamine lumen candidum intermicare. Si er-
Deus sa-
pienūmē
tib. pr.e-
contami-
natur.
l

go supra omnia vere summus Deus intelligi-
bili & effabili quadam præsentia, et si inter-
dum, et si tanquam rapidissimo coruscamine
lumen candidum intermicans, adeū tamen
sapientum mentib. cum se quantum licuit à
corpore remouerunt, nec ab eis contamina-
ri potest, quid est q; isti dī propterea consti-
tuuntur longe in sublimi loco, ne cōrecta-
tione contaminentur humana, quasi corpo-
ra illa ethereā tactu tantum queant humano,
& non etiam visu contaminari? Porrò si non
contaminantur sydera, cum videntur, quos
Deos omnes visibiles dicit, nec dæmones ho-
minum contaminantur aspectu, quamuis de
proximo videantur. An forte vocibus huma-
nis contaminarentur, qui acie non contami-
nantur oculorum, & ideo dæmones medios
habent, per quos eis voces hominū nuncien-
tur, a quibus longe absunt, vt incontamina-
tissimi perseverent? Quid iam de ceteris sen-
ibus dicam? Non enim olfaciendo contami-

nari vel dī possēt si adessent, vel cum adsunt
dæmones possunt viuorum corporum vapo-
ribus humanorum, si tantis sacrificiorum ca-
dauerinis non contaminantur nidoribus. In
gustandi autem sensu nulla necessitate refi-
ciendę mortalitatis vrgentur, vt fame addu-
cti cibos ab hominibus querant. Tactus vero
in potestate est. Nam licet ab eo potissimum
sensu contrectatio ista dicta videatur, haec-
nus tamen si vellent miserentur hominib.
vt viderent, & viderentur, audierent, & audi-
rentur. Tangēdi autem quę necessitas? Nam
neque homines id concupiscere auderent,
cum deorum vel dæmonum bonorum con-
spectu vel colloquio fruerentur. Et si in tm̄
curiositas progrederetur, vt vellet, quonam
pacto quifquam posset inuitum tāgere Deū,
vel dæmonē, qui nisi captum non potest pas-
serem? Videndo igitur visibusq; se præben-
do & loquendo & audiendo, dī corporali-
ter misceri hominibus possent. Hoc autem
modo dæmones si miscentur, vt dixi, & non
contaminantur, dī autem contaminarentur
si miserentur, & incōtaminabiles dicunt dæ-
mones, & contaminabiles Deos. Si autem cō
taminantur & dæmones, quid conferunt ho-
minib; ad vitam post mortem beatā, quos
contaminati mundare non possunt, vt eos
mundos diis incontaminatis possint adiun-
gere, inter quos & illos medii constituti
sunt? Aut si hoc eis beneficij non conferunt,
quid prodest hominib. dæmonū amica me-
diatio? Aut, vt post mortē non ad Deos hoīes
per dæmones transeat, sed simul vivant utri-
que contaminati, ac per hoc neutri beati? Ni
si forte quis dicat more spongiarum vel hu-
mīsemodi rerum mūdare dæmones amicos
suos, vt tanto ipsi sordores fiant, quanto fūt
homines eis velut tergenibus mundiores.
Quod si ita est contaminatorib. dī miscen-
tūr dæmonibus, qui ne contaminarentur, ho-
minum propinquitatē contrectationemq;
vitarunt, forte dī possunt ab hominib. conta-
minatos mundare dæmones, nec ab eis conta-
minari, & eo modo non possunt, & homi-
nes? Quis talia sentiat, nisi quem fallacissimi
dæmones decepterunt? Quid, quod si videri
& videre contaminari? Videntur ab homini-
bus dī, quos visibiles dicit, clarissima man-
di lumina, & cætera sydera, tutioresque sunt
dæmones ab ista hominum contaminatio-
ne, qui

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ne, qui nō possum videri nisi velint. Aut si nō videri, sed videre contaminat, negant ab ipsis clarissimis mundi luminibus quos Deos opinantur videri homines, cum radios suos terras usque pertendat. Qui tamen eorum radii per quaque diffusi immunda inde non contaminantur, & dii contaminarentur, si hominibus miscerentur, etiam si esset necessarius in subueniendo contactus. Nam radiis solis & luna terra contingit, nec istam contaminat lucem. Miror aut plurimum tam doctos hoies: qui cuncta corporea & sensibilia, incorporalia & intelligibilia, postponenda iudicaverunt, cum agit de beata vita, corporaliū contentionum facere mentionē. Vbi est illud Plotini, vbi ait: Fugiendum est igitur ad clarissimam patriam, & ibi patebit tibi omnia? Quæ igitur clasfis, inquit, aut fuga, similem Deo fieri? Si ergo Deo quanto similior, tanto fit quæque propinquior, nulla est ab illo tanta longinquitas, q̄ eius dissimilitudo. Incorporali vero illi æterno, & incommutabili, tāto est anima hominis dissimilior, quanto rerum temporalium, mutabilium cupidior.

Ad consequendam vitam beatam , quæ in
participatione est summi boni , non tali
mediatore indigere hominem , qualis est
demon , sed tali , qualis est unus Christus .
Caput . XVII.

XVII.

Hoc sententia, quod est in libro de animalibus, non
est nisi per se sed ex parte rationis, non ex parte
rationis, quae est quidam mediator, non tantum
tali, qui non nisi per se habet immutabilem
proprietatem suam, sed etiam immutabilem
deinde in se ipso, quo modo homines in-
vidit potest, ne sanctus, ne aliud, ne sacer-
datus, sed omni, qui nollet invenire se posse
moraliter quam immorali. **C**ontra ista, per quam non locorum distancie, sed
suum studiis emulacionis possunt, si
mutandis libet, disque nobis vero dicitur
non probat aliorum. Qui profecte re-
comendabiliter, abstine consummatio-
nem timere voluntate, que inducere est, aut
ex hominibus, inter quos in homine con-
versantur. Non enim arta sunt huc con-
similares, quae salubriter sunt incarnatione mihi
fuerint, ne cum carnis posse contaminari re-

divinitatem, preciosis pueris dicens,
nec nobis esse nullorum, quae non habemus
nam. Hoc est, sicut enim predictum fuit
ad litteras Dei Secundum Iohannem Christum
Iesum, de cuius divinitate, quae patri est
tempore quo natus, & humanitate, quae nobis se
ducit ad similitudinem, nihil deinceps compre
ter posse nos fuerit evidentia dimicare.

Quod fallacia dæmonum, dum sua intercessione viam spondet ad Deum, hoc conatur, ut homines à via veritatis auerterentur.

Cap.

XVIII.

FALSI autem illi fallacesque mediatores dæmones, qui cum per spiritus immun ditiam miseri ac maligni multis effectib. clarent, per corporalium tamen locorum interualla, & per aereorū corporum leuitatē, a prouectu animorum nos auocare atq; auertere moluntur, & nō viam p̄abent ad Deū, sed ne via tenēatur impediunt, quandoquidē & in ipsa via corporali, quā falsissima est, & plenisima erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinem, sed per spiritalem, hoc est incorpoream similitudinem ad Deum debemus ascendere, in ipsa tamen corporali via, quam dæmonū amici per elementorum gradus ordinant, inter æthereos Deos, & terrenos homines a reis dæmonibus mediis cōstitutis, hoc Deos opinantur habere præcipuum, vt propter hoc interuallum locorum contrectatione non contaminenar humana. Ita dæmones contaminari potius ab hominibus, quam homines mundari a dæmonibus credunt, & Deos ipsos cōtaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infelix est, vt ista via mundari se exilinet, vbi homines contaminantes, dæmones contaminati, dii contaminabiles prædicantur, & non potius eligat viam, vbi contaminantes magis dæmones eni-

Bant magis deo car-
tentur, & ab inconta-
minabili Deo ad
ineundam
locie
tatem incontaminorum
angelorum, homines a
contaminatione
mundetur?

Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significacionem alicuius boni. Cap. XIX.

Sed ne de verbis etiam nos certare videamus, quoniam nonnulli istorum, ut ita dixerim dæmonicularum, in quib. & Labeo est, eosdem perhibent ab aliis angelos dici, quos ipsi Dæmones nuncupat, iam mihi de

*Demonis
nomen in
scripturis
semper in
malâ par-
te accipi.*

Gbonis angelis aliquid video differendum, quos isti esse non negant, sed eos bonos dæmones vocare, q̄ angelos malunt. Nos aut̄ sicut scriptura loquim̄, secundum quam Christiani sumus Angelos quidem partim bonos, partim malos, nunquam vero bonos Dæmones legimus. Sed ubique illarum literarum hoc nomen positum reperitur, siue Dæmones, siue Dæmonia dicant, non nisi maligni significantur sp̄us. Et hanc loquendi conuentudinem in tantum populi usquequaque secuti sunt, ut eorum etiam qui Paganī appellant, & Deos multos ac Dæmones colendos esse contendunt, nullus fere sit tam literatus & doctus, qui audeat in laude vel seruo suo dicere, Dæmonē habes, sed quilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quam maledicere volunt, dubitare non posse. Quæ igitur nos causa compellit, ut post offensionem aurum multarum, ut iam penè sint omnium, quæ hoc verbum non nisi in malam partem audire consuerunt, quod diximus cogamur exponere, cum possimus angelorum nomine adhibito, eandem offensionem quæ nomine Dæmonum fieri poterat evitare.

De qualitate scientiæ, quæ Dæmones superbos facit. Cap. XX.

*Demones
assec cognitione dignissimum. Ætaiorū enim
undedicti dicuntur, quoniam vocabulum Græcum
1. Co. 18. est, ob scientiam nominati. Apostolus au-
tem spiritu sancto locutus ait. Scientia inflat,
charitas vero edificat. Quod recte aliter non
intelligitur, nisi scientiam tunc prodefesse,
cum charitas inest, sine hac autem inflare, id
est, in superbiam inanissimæ quasi ventosi-
tatis extollere. Est ergo in Dæmonibus scien-
tia sine charitate, & ideo tam inflati, idest,
tum superbii sunt, ut honores diuinos & reli-*

gionis seruitutem, quam vero Deo deberi sciunt, sibi sategerint exhiberi, quantum posunt, & apud quos poslunt, adhuc agunt. Contra superbiam porr̄ Dæmonum, qua pro meritis possidebant genus humanum, Dei humilitas, quæ in Christo apparuit, quātam virtutem habeat, animæ hominum nesciunt, immunitia elationis inflata, Dæmonibus similes superbia non scientia.

Ad quem modum Dominus voluerit Dæmo-
nibus innotescere. Cap. XXI.

*Psi autem Dæmones etiam hoc ita sciunt, Marci. 1.
vt eidem Domino infirmitate carnis in-
duso dixerint. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, Lucae. 4.*

In tantum populi usquequaque secuti sunt, ut eidem Domino infirmitate carnis induerint. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, Venisti ante tempus perdere nos? Claram est in his verbis quod in eis & tanta sciœtia erat, & charitas non erat. Poenam quippe suam formidabant ab illo, non in illo iustitiam diligebant. Tantum vero eis innotuit, quantum voluit, tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed sic innotuit, non sicut angelis sanctis qui eius secundum id quod Dei verbum est, participata æternitate perfruuntur, sed sicut eis terrendis innotescendū fuit, ex quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberatus prædestinatos in suum regnum, & gloriam semper veracem & veraciter sempiternam. Innotuit ergo Dæmonibus non per id, quod est vita æterna & lumine incommutabile, quod illuminat pios, cui intendo per fidem, quæ in illo est, corda mundantur, sed per quædam temporalia sive virtutis effecta, & occultissima signa præsentie, quæ angelicis sensib. etiam maligniorum spirituum, potius quam infirmitati hominum possent esse conspicua. Denique quando ea paululum suppressa iudicavit, & aliquāto altius latuit, dubitauit de illo Dæmonum princeps, eumq; tentauit, an Christus esset explorans, quantum se tentari ipse permisit, ut hominem quem gerebat ad nostræ imitationis temperaret exemplum. Post illam vero tentationem, cum angeli sicut scriptū est, ministrarent ei, boni viisque & sancti, ac per hoc spiritibus immundis metuendi & tremendi, magis magisque innotescerat Dæmonib. quantus esset, ut ei iubenti, quanvis in illo cōtemptibilis videretur carnis infirmitas, resistere nullus auderet.

L

Mat. 4.

Quid

D. AURELIUS AVG. DE CIVITATE DEI

Quid inter sit inter scientiam sanctorum angelorum & scientiam dæmonum.

Caput. XXII.

His igitur angelis bonis omnis corpora luum temporaliumq; rerum scientia- quia inflantur dæmones, vilis est non qd earū ignari sint, sed qd illis Dei, qua sanctificatur, charitas chara est, pra cuius nō trū incorpo rali, verum etiam in cō mutabili & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore inarde scunt, oīa quæ infra sunt, & qd illud est, non sunt, sēq; ipsos inter illa cōtemnūt, vt exto to, qd boni sunt, eo bono, ex quo boni sunt,

AAngelū bonorum sc̄ientia, de monū & certior, et firmior. perfruantur. Et ideo certius ēt temporalia & mutabilia ista nouerunt, quia eorum principales causas in verbo Dei cōspiciunt, per qd factus est mundus, qb. causis quādam probā tur, quādam reprobantur, cuncti ordinant. Dæmones aut nō æternas temporum causas, & quodammodo cardinales in Dei sapiētia contemplantur, sed quorundam signorū nobis occulторum, maiore experientia multo plura qd homines futura proficiunt, disposi tiones quoque suas aliquando pranunciant.

BDenique sepe isti, nunquam illi omnino fal luntur. Aliud est enim temporalibus tempo ralib; & mutabilibus mutabilia conjectare, eisq; temporalement & mutabile modum suā voluntatis & facultatis inserere, quod dæmo nib. certa ratione permisum est. Aliud autē in æternis atque incommutabilibus Dei legi bus, quæ in eius sapientia viuunt, mutationes temporum præuidere deiq; volūtatem, quæ tam certissima, quam potentissima est * diui ni spiritus eius participatione cognoscere, quod sanctis angelis recta discretione dona

Dtum est. Itaque non solum æterni, verum etiam beati sunt. Bonū autem quo beati sunt, Deus illis est, a quo creati sunt. Illius quippe inde clinabiliter participatione, & contemplatio ne perfruuntur.

Nomen deorum falso ascribi diis gentium, quod tamen & angelis sanctis & homini bus iustis ex diuinarum scripturarum au thoritate commune est. Cap. XXIII.

Hos si Platonici malunt Deos, quam dæ mones dicere, eisq; annumerare, quos a lumino Deo conditos Deos scribit eorum

author & magister Plato, dicant qd volunt, non enim cum eis de verborum controuer sia laborandum est. Si ergo eos sic immorta les afferunt, et a summo Deo factos, et si non per seipso, sed ei a quo facti sunt adhären do, beatos esse dicunt, hoc dicunt, quod dici mus, quolibet eos nomine appellent. Hanc autē Platonicorum esse finiam, siue omnium, siue meliorum literis inueniri potest. Nā & de ipso nomine, quo huiusmodi immortale beatam que creaturam Deos appellant, ideo inter nos & ipsos pene nulla disensio est, qa & in nostris sacrī literis legitur: Deus deo rum dominus locutus est. Et alibi: Confitemi ni Deo deorum. Et alibi: Rex magnus super omnes Deos. Illud autē vbi scriptum est: Terribilis est sup oēs Deos, cur diētū sit deinceps ostenditur. Sequitur. n. Quoniam omnes dii gētūm dæmonia, dñs autē cœlos fecit. Super omnes ergo Deos dixit, sed gentium, i. quos gentes pro diis habent, quæ sunt dæmonia, ideo terribilis, sub quo terrore domino dice bant. Veniti ante tempus perdere nōs. Illud vero vbi dicitur, Deus deorum, nō potest intelligi Deus dæmoniorum, & rex magnus su per omnes Deos, absit ut dicatur rex magnus super oīa dæmonia. Sed homines quoque in populo Dei, eadem scriptura Deos appellat. Ego, inqt, vt dixi diis estis, & filii excelsi om nes. Potest itaque intelligi horum deorum Deus, qui dictus est Deus deorum, & super hos Deos rex magnus, qui dictus est rex magnus, super oēs Deos. Veruntū cum a nobis querīt, si hoīes dicti sunt dii, qd in populo Dei sunt quos per angelos vel per hoīes allo quī Deus, quanto magis immortales eo no mine digni sūt, qui ea fruunt beatitudine, ad qd Deum colendo cupiunt homines perueni re? Quid rñdebitus, nisi non frustra in scri pturis sanctis expressiū homines nūcupa tos Deos, qd illos immortales & beatos, quib nos æquales futuros in resurrectione promit titur, ne. s. propter illorum excellētiā aliquem eorum nobis cōstituire Deum infide lis auderet infirmitas? Quod in homine facile est euitare. Et euidentius dicti debuerūt homines dii in populo Dei, vt certi ac fidentes fierent, esse eū Deum suū, qui dictus est deorum, quia eti appellētur dii immortales illi ac beati, qui in cœlis sunt, non tamen dicti sunt dii deorum, id est, dii hominum

Matt. 8.

Psal. 81.

Psal. 81.

Homine,

dī dicti.

All. De mone, nō colēdi sed euitandi sunt.

in populo Dei constitutorum quibus est di-
psal. 81. Etum: Ego dixi dij estis, & filij excelsi om-
2. cor. 8. nes. Hinc est quod ait Apostolus: Et si sunt
qui dicatur dij siue in celo, siue in terra: sicut
ti sunt dij multi & domini multi, nobis tamē
vnu Deus pater ex quo omnia, & nos in ip-
so, & vnu dominus Iesus Christus per quē
omnia, & nos per ipsum. Non multum ergo
de nomine disceptandum est, cum res ipsa
itaclareat, ut à scrupulo dubitationis aliena
sit. Illud vero quod nos ex eorum immorta-

*G*liu beatorum numero missos angelos esse
 dicimus, qui Dei voluntatem hominibus an-
 nunciant, illis non placet, quia hoc mini-
 sterium non per illos quos Deos appellant,
 idest, immortales & beatos, sed per démo-
 nes fieri credunt, quos immortales tantum
 non etiam beatos audent dicere, aut certe
 ita immortales ac beatos, vt tamen démo-
 nes bonos, non Deos sublimiter collocatos,
 ab humana contrectatione semotos. Quam-
 uis nominis controuersia videatur, tamen
 ita detestabile est nomen démonum, vt hoc
 modis omnibus à sanctis angelis nos remo-
 uere debeamus. Nūc ergo ita liber iste clau-
 datur, vt sciamus immortales ac beatos quo
 modolibet vocetur, qui tamen facti ac crea-
 ti sunt medios non esse ad immortalitatem
 beatitudinemque perducendis mortalibus
 miseris, à quibus vtraque differentia sepa-
 rantur. Qui autem medij sunt communem
 habendo immortalitatem cum superiori-
 bus, miseriam cum inferioribus: quoniam
 merito malitiæ sunt miseri, beatitudinem

H quam non habent inuidere nobis possint
All. De potius quam præbere. Vnde nihil habent a-
 mones, nō mici démonum, quod nobis dignum afe-
 colèdi sed euitandi sunt.
 rent, cure eos tanquam adiutores colere de-
 beamus, quos potius vt deceptores euitare
 debemus. Quos autem bonos & ideo non
 solum immortales, verum etiam beatos deo-
 rum nomine sacris & sacrificijs propter vi-
 tam beatam post mortem adipiscendam co-
 lendos putant, qualecumque illi sint, & quo
 liber vocabulo digni sint, non eos velle per
 tale religionis obsequium nisi vnum Deum
 coli, à quo creati, & cuius participatione
 beati sunt, adiuuante ipso in leuenti libro
 diligentius differemus.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
 Episcopi de Ciuitate Dei, ad
 Marcellinum.

LIBER DECIMVS.

Veram beatitudinē siue angelis, siue hoīb,
 per vnu Déu tribui èt Platonicos definis-
 se, sed vtrū, hi quos ob hoc ipsum colen-
 dos putant, vni tantū Deo, an èt sibi sacri-
 ficari velint, esse quaresum. Cap. I.



Mnium certe sententia est, qui
 ratione quoquo modo vt i pos-
 sunt beatos esse omnes homi-
 nes velle. Qui aut sint, vel vna-
 de fiant, dū mortalium querit
 infirmitas, multæ magnaq; controuersia cō-
 citatæ sunt: in quibus philosophi sua studia
 & ocia contriuerunt, quas in medium ad-
 ducere, atq; discutere: & longum est, & non
 necessarium. Si enim recolit, qui hec legit,
 qd in libro egerimus octauo in eligēdis phi-
 losophis, cum quibus hæc de beata vita, que
 post mortem futura est, quæstio tractatur: v-
 trū ad eam vni Deo vero, qui etiam est deo-
 rum effector, an plurimis religione sacrificiq;
 feruiendo peruenire possumus: non etiā hic
 eadem repeti exp̄ctet, pr̄sertim cum pos sit
 relegendō, si forte oblitus est adminiculari
 memoriam. Elegimus enim Platonicos om-
 nium philosophorū merito nobilissimos, p-
 pterea, quia sicut sapere potuerunt, licet im-
 mortalē ac rationalem vel intellectualem
 hominis animam: nisi participato lumine il-
 lius Dei, à quo & ipsa & mundus factus est,
 beatam esse non posse ita illud quod omnes
 homines appetunt, idest, vitam beatam, quē
 quam isti affecturum negant, qui nō illi vni
 optimo, qui est incōmutabilis Deus, puri-
 tate casti amoris adheserit. Sed quia ipsi quo-
 que siue cedentes vanitati erroriq; populo-
 rum, siue vt ait Apostolus, Euaneſcentes in
 cogitationibus suis multos Deos colendos
 ita putauerūt, vel putari voluerunt, vt etiam
 quidam eorum démonibus diuinos hono-
 res sacriforū & sacrificiorū deferēdos esse cē-
 ferēt: quibus iam non parua ex parte respō-
 dimus, nunc videndū ac differendū est, quā-
 tum Deus donat immortales, ac beati in cę-
 lestibus sedibus, dominationibus, principa-

Row. I.

Aug. Tomus Quintus. L. tibus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tibus, potestatis cōstituti, quos isti Deos, & ex quibus quosdam vel bonos Dēmones vel nobiscum angelos nominant, quomodo credendi sint velle à nobis religionē pietatē que seruari: hoc est, ut apertius dicā, vtrum etiā sibi, an tantum Deo suo, qui etiā noster placeat eis, ut sacra faciamus, & sacrificemus: vel aliqua nostra seu nosipso religio-

Lnis ritibus cōlecremus. Hic est enim diuinitati: vel, si expressius dicendū est, deitati debitus cultus, propter quē vno verbo significandū: quoniā satis mihi idoneum non occurrit Latinū, Grēco vbi necesse est insinuо, quid velim dicere. Latriā quippe nostri vbi-cunq; sanctarū scripturarū positū est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quę debetur hominibus secundum quā p̄cipit Apostolus, seruos Dominis suis subditos esse debere alio nomine Grēce nuncupari solet. Latrīa vero secundū consuetudinē, qua locuti sunt, qui nobis diuina eloquia cōdiderūt, aut semper, aut tā frequenter, ut penē semper ea dicitur seruitus, quae pertinet ad colendum Deum. Projinde si tātūmodo cultus ipse dicatur, non soli Deo deberi videſ.

Dicimus enim ēt colere homines, quos honorifica, vel recordatione, vel p̄sentiā frequentamus. Nec solū ea, quibus nos religiofa humilitate subiçimus, sed quędā ēt quę subiecta sunt nobis coli perhibentur. Nā ex hoc verbo agricolæ & coloni& incole vo-cantur. Et ipsos Deos non ob aliud appellat cēliculas, nisi quod cēlum colant: non vtiq; venerando, sed inhabitando tanq; celi quędā colonos: nō sicut appellantur coloni, qui conditionē debent genitali solo propter agriculturā sub dominio possessorū, sed, sicut ait qđā Latinī eloquij magnus author, Vrb antiqua fuit Tirij tenuere coloni. Ab incole-do enim colonos vocavit, non ab agricultu-**Aene. I.** ra. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorū examinibus conditæ, colo-nię nuncupantur. Ac per hoc cultū quidem non deberi nisi Deo, propria quadā notio-ne verbi huius verissimū est. Sed quia & alia rū rerū dicitur cultus, ideo Latine vno verbo significari cultus Deo debitus nō potest. Nā & ipsa religio quamuis distinctius non quemlibet, sed Dei cultū significare videatur vnde isto noīe interpretati sunt nostri eam, quę Grēce θρησκεία dicitur: tamen quia Lat-

na loquendi consuetudine, non solū imperi torum, verum etiam doctissimorum cognationibus humanis atq; affinitatibus, & qui-busq; necessitudinibus dicitur exhibēda re-ligio: non eo vocabulo vitatur ambiguū, cū de cultu deitatis vertitur quæſtio: vt fidenter dicere valeamus, religione non esse nisi Dei cul-tū: quoniā videtur hoc verbū à significan-

da obſeruantia propinquitatis humanae info-lenter auferri. Pietas quoq; propriè Dei cul-tus intelligi solet, quam Grēci ἐυσέβια vocant. Hęc tamē & erga parentes officio ha-beri dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequētatur: quod ideo arbitror euennisse quia hęc fieri p̄cipue Deus mandat, eaq; sibi vel pro sa-crificijs, vel p̄e sacrificijs placere testatur. ex qua loquendi consuetudine factum est, vt Deus ipse dicatur pius: quę sanè Grēci nullo suo sermonis vslu ἐυσέβιον vocant: quanuis ἐυσέβιος pro misericordia illorum etiā vul-gus usurpet. Vnde in quibusdam scriptura-rum locis, vt distinctio certior appareret, nō ἐυσέβιον quod ex bono cultu, sed ἐυσέβιον, quod ex Dei cultu compositum refonat, di-cere maluerunt. Vtrumlibet autem horum, nos vno verbo enunciare non possumus. Quę itaque λατρεία Grēce nuncupatur, & Latine interpretatur seruitus: sed ea qua coli-mus Deum. Vel qua θρησκεία Grēce, Latine autem religio dicitur: sed ea qua nobis est erga Deum, vel quam illi θεοσέβιον nos ve-ro non vno verbo exprimere, sed Dei cultū possumus appellare: hanc ei tantū Deo debe-ri dicimus, qui verus est Deus, facitque suos cultores Deos. Quicunq; igitur sunt in cēle-stibus habitationibus immortales & beati, si nos nō amāt, nec beatos esse nos volunt, co-lendi vtiq; non sunt. Si autem amant, & bea-tos volunt, profecto inde volunt, vnde & ip-si sunt: an aliunde ipsi beati, aliunde nos?

De superna illuminatione quid Plotinus **B** Platonicus senserit. Cap. II.

Sed non est nobis vllus cum his excellen-tioribus philosophis in hac quæſtione conflictus. Viderunt enim, suisque literis multis modis copiosissime mandauerunt, hinc lllos, vnde & nos fieri beatos, obiecto quodam lumine intelligibili, quod Deus est illis;

Iom. I.

Iom. I.

Rom. I.

All. Dō
cultores
dij.

illis: & aliud est quam illi, à quo illustrantur ut clareant, arq; eius participatione perfecti beatiq; subsistunt. Sæpe multumq; Plotinus asserit sensum Platonis explanans: ne illam quidem, quā credunt esse uniuersitatis animam, aliunde beatam esse quam nostram, idque esse lumen q; ipsa non est, sed a quo creata est, & quo intelligibiliter illuminat̄, intelligibiliter lucet. Dat ē similitudinem ad illa incorporeā de his coelestibus cōspicuis amplifq; corporibus, tanquam ille sit Sol, & ipsa sit Luna. Lunam quippe solis obiectū illuminari putant. Dicit ergo ille magnus Platonicus, animam rationalem, sive potius intellectualis dicenda sit, ex quo genere etiam immortalium beatorumq; animas esse intel ligit, quas in cœlestib. sedibus habitare non dubitat non habere supra se naturā, nisi Dei, qui fabricatus est mundum, a quo & ipsa facta est, nec aliunde illis supernis præberi uitā beatam, & lumen intelligentiæ ueritatis, q; unde præbetur & nobis, consonans Euange-
lio, ubi legitur: Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioānes, hic uenit in testimoniu, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen uerum, q; illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In qua dīa fatis ostenditur animam rationalem, uel intellectualē, qualis erat in Ioanne sibi lumen esse non posse, sed alterius ueri luminis participatione lucere. Hoc & ipse Ioannes fatetur, ubi ei perhibēs testimonium dicit: Nos omnes de plenitudine eius accépimus.

Ioan. I. De vero Dei cultu, a quo Platonici quamuis creatorem uniuersitatis intellexerint, deuiarunt colendo angelos sive bonos, sive malos, honore diuino. Cap. II L.

Rom. I. **Q** Vx cum ita sint, si Platonici, uel quicū que alij ita sénferunt, cognoscentes Deum, sicut Deum glorificarent, & gratias agerent, nec euangelicerent in cogitationibus suis, nec populorum errorib. partim authores fierent, partim resistere nō auderent; profecto confiterent, & illis immortalib. ac beatis, & nobis mortalib. ac miseris, ut immortales ac beati esse possumus, unum Deū deorum colendum, qui & noster est & illorum.

Quod unū uero Deo sacrificium debeatur.
Cap. IIII.

H Vic nos seruitutem, quæ latia Græce dr̄, sive in quibusq; sacramentis, sive in nobisipsis debemus. Huius n. templum simul omnes, & singuli templa sumus, quia & omnium concordiam, & singulos inhabita-re dignatur: non in omnibus, quam in singu-lis maior, qm nec mole distenditur, nec par-titione minuitur. Cum ad illum sursum est,

* eius est altare cor nostrum. eius vnigenito cum sacerdote placamus: ei cruentes uicti-mas cedimus, qn usque ad sanguinem pro cius ueritate certamus, & suauissimum ado-lemus incensum, cum in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus: ei dona eius in nobis, nosq; ipsos uouemus, & reddimus, ei beneficiorum eius solennitatib. festis, & die-bus statutis dicamus, sacramusq; memoriā, neuolumine temporū ingrata subrepat obli-uio, ei sacrificamus hostiā humilitatis & lau-dis in ara cordis igne feruide charitatis. Ad hunc uidendum ficut uideri poterit, eiq; co-hærendum ab omni peccatorū & cupidita-tum malarum labē mundamur, & eius * no-mine consecramur. Ipse n. fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hūc

al. l. no. mini.

eligentes in potius religentes, amiseramus enim negligentes: hunc ergo religentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eum dilec-tione tendimus, ut perueniēdo quiescamus ideo beati, quia illo fine perfecti. Bonum n.

nostrum de cuius fine inter philosophos ma-gna contentio est, nullum est aliud, quam il-li cohærete, cuius unius anima intellectua-lis incorporeo, si dici potest, amplexu, ueris impletur, fœcundaturq; uirtutibus. Hoc n.

bonum diligere, in toto corde, in tota ani-ma, & in tota uirtute præcipimur. Ad hoc bo-num debemus, & a quibus diligimur duci, & quos diligimus, ducere. Sic cōplētur duo illa præcepta, in quibus tota lex pendet &

Mat. 22. propheta: Diliges dñm Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mé-te tua, & diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Ut n. homo se se diligere nosset, con-stitutus est ei finis, quo referret omnia, quæ ageret, ut beatus esset. Non enim qui se dili-git, aliud esse vult quam beatus. Hic autem finis est, adhærendo Deo. Iam igitur scienti-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

diligere seipsum, cū mandatur de proximo diligendo, sicut seipsum quid aliud mandat, nisi vt ei quantū potest, cōmendet diligendū Deū: Hic est Dei cultus, hęc vera religio, hęc recta pietas, hęc tñ Deo debita seruit⁹. Quę cunque igitur immortalis potestas quantalibet virtute prædita, si nos diligit sicut seipsum, ei vult esse subditos, vt beati simus, cui & ipsa subdita beata est. Si ergo non colit Deum, misera est, quia Deo priuatur: si autem colit Deum, nō vult se coli pro Deo. Illi enim potius diuinæ sententiæ suffragatur, & dilectionis viribus fauet, quæ scriptum est: Sacrificiis diis eradicabitur, nisi dño soli. Nam, vt alia nunc taceam, quæ pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certe nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi domino soli. Multa denique de cultu diuino usurpatæ sunt, quæ honoribus defuntur humanis: siue humilitate nimia, siue adulatio[n]e pestifera: ita tñ vt quibus ea deferruntur, homines haberentur, qui dicuntur collendi & venerandi: si autem eis multum additur, & adorandi. Quis vero sacrificandum censuit, nisi ei, quē Deum aut sciuit, aut putauit, aut fixit? Quam porro antiquus sit in sacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel satis indicat, quorum maioris Deus reprobavit sacrificium, minoris aspergit.

Exo. 22. All. Honore: Deo debiti, ho[m]inib[us] nō sunt affi[g]nandi.

Sacrificiis, quæ Deus non requirit, sed ad significacionem eorum obseruari voluit, quæ requirit. Cap. V.

Gen. 4. All. Ritus sacrificandi Deo antiquus est.

Q Vis autem ita despiciat, vt existimet alii quibus usibus Dei esse necessaria, quæ in sacrificiis offeruntur? Quod cum multis locis diuina scriptura testetur, ne longum faciamus, breue illud de Psalmo cōmemorare sufficerit: Dixi dño, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Non solum igitur pecore, vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominis Deum egere credendum est, totumq[ue] quod recte colitur Deus, homini prodefit, non Deo. Neque n. fonti te quisquam dixerit profuisse si biberit, aut luci si viderit. Nec quod ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in victimis pecorum, quæ nunc Dei populus legitime non facit, aliud intelligentu[m] est, nisi rebus illis eas res fuisse significa-

tas, quæ aguntur in nobis, ad hoc vt inh[er]eamus Deo, & ad eundē finem proximo cōfusamus. Sacrificium ergo visibile intuisibilis sacrificij faciū, i.e. sacrum signum est. Vnde ille poenitens apud Prophetam, vel ipse Propt[er]am: Si voluisses, inquit, sacrificium dedissē: P[ro]p[ter]a 20, vtiq[ue] holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernet. Intueamur quemadmodum vbi Deum dixit nolle sacrificium, ibi Deū ostendit velle sacrificiū. D

Non vult ergo sacrificiū trucidati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis. Illo igitur q[uod] eum nolle dixit, hoc significatur, q[uod] eū velle subiecit. Sic itaque illa Deum nolle dixit, quō ab stultis ea velle creditur, velut suæ gratia voluntatis. Nam si ea sacrificia q[uod] vult, quorum hoc vnum est, cor contritum & humiliatum dolore poenitendi, nollet eis sacrificijs significari, quæ velut sibi delectabilia desiderare putatus est, non vtiq[ue] de his offendis in lege veteri præcepisset: & ideo multanda opportuno certoq[ue] iam tempore, ne ip[s]i Deo desiderabilia, vel certe in nobis acceptabilia, ac non potius, quæ his significata sunt, crederentur. Hinc & alio loco Psalmi alterius:

Psal. 49. Si esuriero, inquit, non dicam tibi: meus est n. orbis terræ, & plenitudo eius. Nū quid manducabo carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo? Tanquam diceret:

vtiq[ue] si mihi necessaria essent, non à te petrem, quæ habeo in potestate. Deinde subiunges, quid illa significet: Immola, inquit, Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & magnificabis me. Itē apud alium Prophetā:

Miche. 6. In quo, inquit, apprehendā dñm, assumam Deum meū excellū. Si apprehendam illum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si acceptauerit dominus in milibus arietū, aut in denis milib[us] hircorum pinguium? Si dedero primogenita mea, pro impietate mea, fructū ventris mei pro peccato animæ meæ? Si annunciatum est tibi homo bonum, aut quid dñs exquirat à te, nisi facere iudicū, & diligere misericordiam & paratū esse ire cum dño Deo tuo? Et in huius Prophetæ verbis vtrunq[ue] distinetū est, satisq[ue] declaratum, illa sacrificia non requirere Deū, quib[us] significantur hęc sacrificia, q[uod] requirit Deus: ia.

Heb. 13

Osee. 6

Heb. 13

Mat. 22

Rom. 6

Rom. 1

- Psal. 20.*
- Heb. 13.* in epistola quæ inscribitur ad Hebreos: Be-ne facere, inquit, & cōmunicatores esse noli-te obliuisci: talibus enim sacrificijs placatur Rom. 12.
- Osee. 6.* Deus: Ac per hoc, vbi scriptū est: Misericor-diam magis volo quā sacrificiū: nihil aliud quam sacrificio sacrificiū prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ab hominibus appellatur sacrificium signum est veri sacri-ficij. Porro autē misericordia verum sacrificiū est: vnde dictum est, quod paulo ante *Heb. 13.* commemorauit: Talibus enim sacrificijs pla-catur Deus. Quęcunq; igitur in ministerio tabernaculi sive templi multis modis de sa-crificijs leguntur diuinus esse præcepta, ad dilectionē Dei & proximi significandā refe-runtur. In his enim duobus præceptis, vt scri-ptum est, tota lex penderet & prophetæ.
- Mat. 22.*

De vero perfecto q; sacrificio. Cap. VI.

Psal. 49.

Proinde verū sacrificiū, est omne opus, q; agitur, vt sancta societate, inhēreamus Deo, relatū scilicet ad illū finem boni quo Veraciter beati esse possimus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si propter Deū non sit, non est sacrificiū. Etsi enim ab homine sit vel offerē, tamē sacrificiū res diuina est: ita vt hoc quoq; vocabulo id Latini veteres appellauerint. Vnde ipse hō Dei numini consecratus, & Deo deuotus, inquā-tum mundo moritur vt Deo viuat, sacrificiū est. Nā & ob hoc ad misericordiam pertinet quā quisq; in seipsum facit. Propterea scri-ptum est: Miserere animę tuę placens Deo. Corpus etiā nostrū: cum per temperantiam castigamus, si hoc quemadmodū debemus propter Deū facimus, vt nō exhibeamus mēbra nostra arma iniquitatis peccato, sed ar-ma iustitiae, Deo sacrificiū est. Ad quod ex-hortans Apostolus ait: Obscero itaq; vos fra-tres per misericordiā Dei vt exhibeatis cor-pora vestra hostiam viuam, sanctā, Deo pla-centem, rationabile obsequiū vestrū. Si ergo corpus quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam instrumento vitetur anima, cū eius bo-nus & rectus v̄sus ad Deū referatur, sacrificiū est: quanto magis anima ipsa cum se refert ad Deū, vt igne amoris eius accēsa, formam concupiscentiæ secularis amittat, eius tan-quam incōmutabili formę subditā reforme-tur: hinc ei placens: quod ex eius pulchritu-

Rom. 6.

Rom. 12.

Miche. 6.

Al. I. Ec-clesiast. vni-uerſus de sa-crificiū per sacer-dotē ma-gnum.

Al. I. Ec-clesiast. vni-uerſus de sa-crificiū per sacer-dotē ma-gnum.

aceperit, fit sacrificiū. Quod idem Aposto-lus consequenter adiungens: Et nolite, in-quiet, cōformari huic seculo: sed reformam-i in nouitate mentis vestræ, ad probandum que sit voluntas Dei, quod bonum & bene-placitū, & perfectū. Cum igitur vera sacrificia opera sint misericordiæ, sive in nosipso sive in proximos, que referuntur ad Deum: opera vero misericordiæ non ob aliud fiat, nisi vt à miseria liberemur, ac per hoc, vt beati simus: quod nō sit, nisi à bono illo de quo dictū est, Mihi autem adhærere Deo bonum est: profecto efficitur, vt tota ipsa redempta ciuitas: hoc est, congregatio societasq; sanctorū, vniuersale sacrificium offerat Deo per sacerdotē magnum, qui etiam seipsum obtulit in paſſione pro nobis, vt tanti capitū corpus effemus secundum formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Quum itaq; nos hortatus esset Apostolus, vt exhibeamus cor-pora nostra hostiā viuā, sanctā, Deo placē tem rationabile obsequium nostrum, & non conformemur huic seculo, sed reformemur in nouitate mentis nostræ: ad probandum que sit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitū, & perfectū, quod totū sacrificiū nos ipsi sumus: Dico enim inquit, per gratiā Dei que data est mihi omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam: sicut vnicuiq; Deus partitus est fidei mensurā. Scut. n. in vno cor-pore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli au-tem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis. Hoc est sacrificium Christianorum, multi-vnum corpus sumus in Christo: quod etiam sacramen-to altaris fidelibus noto frequen-tat ecclesia, vbi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur.

Al. I. Sa-cramen-tū altaris sacrificiū Christia-norum.

Quod sanctorum angelorum ea sit in nos di-lectio, vt nos non fuos, sed viuius veri Dei velint esse cultores. Cap. VII.

Merito illi in cœlestibus sedibus consti-tuti, immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius atee-

Aug. Tomus Quintus, L 3 ni-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

nitate firmi, cuius veritate certi, cuius mune
re sancti sunt: quoniam nos mortales & mi-
seros, vt immortales beatiq; simus miseri-
corditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificare
sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se
esse mouerunt. Cum ipsi enim sumus vna
ciuitas Dei, cui dicitur in Psalmo: Gloriosa
dicta sunt de te, ciuitas Dei: cuius pars in no-
bis peregrinatur, pars in illis opitulatur. De
illa quippe superuna ciuitate vbi Dei voluntas
intelligibilis atq; incōmutabilis lex est, de il-
la super nos quodāmodo cura geritur. Nāq;
ibi cura de nobis habita ad nos administrata
per angelos sancta illa scriptura del̄cēdit, vbi
legitur. Sacrificans dijs eradicabitur, nisi dñs
soli. Huic scripturę, huic legi, talibus prēcep-
tis tanta sunt attestata miracula, vt satis ap-
pareat, cui nos sacrificare velint immortales
ac beati, qui hoc nos volūt esse quod sibi.

Exo. 22. De miraculis, quā Deus ad corrobandom
fidem piorum, etiam per angelorum
ministrorum promissis suis ad-
hibere dignatus est.

Cap. VIII.

Nam nimis vetera si commemorem lō-
gius quā sat est, reuoluere videbor: quę
miracula facta sint attestantia promissis Dei
quibus ante annorum milia prædixit Abra-
hā, quod in semine eius omnes gentes bene-
ditionem fuerant habiturę. Quis enim non
miretur eidē Abrahā filium peperisse coniu-
Gen. 22. gem sterilem, eo tēpore senectutis, quo nec
parere, nec esse fēcunda iam posset: atque in
eiusdem Abrahā sacrificio flammatum celi-
tus factam, inter diuersas viētias cucurri-
Gen. 21. se: eidēque Abrahā prædictum ab angelis
celesti incendiū Sodomorum, quos ange-
los hominibus similes hospitio suscepérat,
& per eos de prole ventura, Dei promissa te-
nuerat, ipsoq; imminentē iam incendio, mi-
ram de Sodomis per eosdem angelos libe-
rationem Loth filij fratris eius: cuius vxor in
in via retro respiciens, atque in Ialem repen-
te conuersa, magno admonuit sacramento,
neminem in via liberationis suę prēterita de-
siderare debere. Illa vero quę & quanta sunt,
quę iā p. Moylēn populo Dei de iugo serui-
tis eruēdo i Aegypto mirabiliter gesta sūt,
vbi magi Pharaonis, hoc est, regis Aegypti

qui populum illum dominatione deprime-
bat, ad hoc facere quędā mira permīssi sunt,
vt mirabilius vincerentur. Illi enim faciebāt
veneficijs & incantationib⁹ magicis, qui-
bus sunt mali angeli, hoc est, demones dedi-
ti: Moyses autem tanto potentius, quanto iu-
stius in nomine Dei, qui fecit celū & terrā:
facientib⁹ angelis, eos facile superauit. Deni-
que in tertia plaga deficiēntibus magis, decē
plagę per Moylē magna mysteriorū dispo-
sitione complēta sunt, quibus ad Dei popu-
lum dimittendum, Pharaonis & Aegyptiorū
dura corda cesserunt. Moxq; p̄nituit: & cū
absentes Hebreos consequi conarentur, illis
diuīlo mari per siccum transiuntibus, vnda
hinc atq; hinc in seſe redeunte cooperi &
oppreſsi sunt. Quid de illis miraculis dicam,
qua cum in deserto idem populus ducere-
retur stupenda diuinitate crebuerunt: aquas
quę bibi non poterāt, missō in eas sicut Deus
præceperat ligno, amaritudine caruissę, ſi-
tientesque fatisse: manna eſuriēntibus veniſ-
ſe de celo: & cum eſſet colligentibus conſi-
tuta mensura, quicquid amplius quisq; col-
legerat, exortis vermis putruiſſe: ante diē
vero sabbati duplum collectum, quia fabba-
to colligere non licebat, nulla putredine vio-
latum: desiderantibus carne velci, quę tanto
populo nulla sufficere posse videbatur, vola-
tilibus caſtra completa, & cupiditatis ardo-
rem fastidio faciēt extinctum obuios ho-
ſtes tranſiūtumque prohibentes atq; prælian-
tes orante Moylē, manibusq; eius in figuram
crucis extēſis, nullo Hebræorum cadēte pro-
ſtratos: seditiones in populo Dei, ac ſeſe ab
ordinata diuinitus societate diuidentes, ad
exemplum viſibile inuisibilis poenæ viuos
terra dehīſente submersos: virga percussam
petram tantę multitudini abundantia fluenta
ſudisse: ſerpentum mortis mortiferos im-
missos ad p̄gam iuftissimam peccatorum,
in ligno exaltato atque proſpecto xeno fer-
pente sanatos, vt & populo subueniret af-
flicto, & mors morte deſtructa, velut cruci-
xę mortis ſimil itudine ſignaretur? Quem ſa-
nē ſerpentem propter facti memoriam reſer-
uatū, cum poſtea populus errans tanquā
idolum colere ceſiſſet, Ezechias rex religio-
ſa potestate Deo ſeruiens, cum magna pieta
tis laude contriuit.

Exo. 8.

Exo. 14.

Exo. 15.

Num. 11.

Exo. 17.

C

Exo. 20.

Exo. 21.

Exo. 16.

All. T

Gen. 15.

2. Retra-

Hab. 43.

Gen. 18.

De

De illicitis artibus erga dæmonum cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædam quasi improbando versatur. Cap. IX.

Hec & alia multa huiuscmodi, quæ omnia commemorare nimis longum est, liebant ad cōmendandum vnius Dei veri cultum: & multorum, falsorumq; prohibendum. Fiebant autem simplici fide atque fiducia pietatis, non incantationibus & carminibus nephariae curiositatis arte compositis, quam vel magiam, vel detestabiliore nomine goetiam, vel honorabiliore theurgiā vocant: qui quasi conantur ista discernere, & illicitis artib; deditos alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellant: hos. n. ad goeticam pertinere dicūt: alios autem laudabiles videri volunt, quib; theurgiam deputant, cū sint vtriq; ritibus fallacibus dæmonum obstricti sub nominibus angelorū. Nam & Porphyrius quādam quasi purgationem animæ per theurgiam, cunctanter tamen & pudibunda quodammodo disputatione proīnit: reuersionem vero ad Deum hanc artem præstare cuiquam negat, vt videoas eum inter vitiū sacrilegæ curiositatis, & philosophiæ professionē sententijs alternantibus fluctuare. Nūc enim hanc artem tanquam fallacem, & in ipsa actione periculosa, & legibus prohibita, cauendam monet: nūc autem velut eius laudatoribus cedens, vtilem dicit esse mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: sed spiritali, qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quādām confectiones theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri, atq; aptam suscepitioni spirituum, & angelorū, ad videndos deos. Ex quibus tñ theurgicis teletis facetur, intellectuali animæ, nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad vidēdum Deū suum, & perspicienda ea, quæ vera sunt. Ex quo intelligi potest, qualium Deorum, vel qualem vitionem fieri dicat theurgicis confectionibus, in qua non ea videntur, quæ vera sunt. Denique animam rationalem, sine sp̄itu magis amat dicere, intellectualem, in superna dicit posse euadere: etiam si q̄ eius spiritale est, nulla theurgica fuerit arte purga-

tum. Porro autem à theurgo spiritalem purgari haſtenus, vt non ex hoc ad immortalitatem, & eternitatemque perueniat. Quanquam itaque discernat a dæmonibus angelos, aerea esse loca dæmonum, aetherea vel emptyrea differens angelorum, & admoneat uenandum alicuius dæmonis amicitia, quo subiectante, uel paululū posſit eleuari a terra: quisque post mortem, aliam uero uiam esse perhibeat ad angelorum superna consortia: cauendam tñ dæmonum societatem, expressa quodammodo cōfessione testatur: ubi dicit **G** animam post mortem luendo pœnas, cultūdæmonum a quibus circunueniebatur horrēscere. Ipsamq; theurgiam, quam uelut conciliatricem angelorum deorumq; commendat, apud tales agere potestates negare non potuit, quæ uel ipſa inuidēat purgationem animæ, uel artibus seruant inuidorum, querelā de hac re Chaldei nescio cuius expromens: Conqueritur, inquit, uir in Chaldeā bonus, purganda animæ magno molimine, frustatos sibi esse successus, quum uir ad eadē potens tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederet. Ergo & ligauit ille, inquit, & iste non soluit. Quo indicio dixit apparere theurgiam esse, tam boni conficiendi, quam mali, & apud deos, & apud homines disciplinā, pati etiam deos & ad illas perturbationes, paſſionesq; deduci, quas cōmuniter dæmonibus & hominibus Apuleius attribuit. Deos tamen ab eis aethereæ sedis altitudine separans, & Platonis afferens in illa discretionē sententiam.

De theurgia, quæ falsam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit. Cap. X.

A. l. T. leta.
A. l. V; q̄ magis amat dicere, intellectualem, in superna dicit posse euadere: etiam si q̄ eius spiritale est, nulla theurgica fuerit arte purga-

Ecce nunc alius Platonicus, quæ doctio rem ferunt, Porphyrius, nescio per quā theurgicā disciplinā ēt ipsos deos obstrictos passionib; & perturbationibus dicit. Qm̄ sacris precib; adiurari, terreriq; potuerunt, ne prælarent animæ purgationem: & ita terribilis ab eo qui imperabat malum, ut ab alio qui poscebat bonū, per eandē artem theurgicam solui illo timore nō possent, & ad dandū beneficium liberari. Quis non uideat hæc omnia fallaciam dæmonū esse cōmenta, nisi eorum miserrimus seruus, & a gratia ueriliberato-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ris alienus? Nam si hæc apud deos agerentur bonos, plus ibi vtique valeret beneficis purgator animæ, quam malevolus impeditor. Aut si dijs iustis, homo pro quo agebatur, purgatione videbatur indignus, non vtq; ab inuidio territi, nec sicut ipse dicit, per metu valentioris numinis impediti, sed iudicio liberò id negare debuerunt. Mirum est aut, q; benignus ille Chaldeus, qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat, non inuenit aliquem superiorem Deum, qui vel plus terret, atq; ad benefaciendum cogeret territos deos, vel ab eis terrentem compesceret, vt libere benefacerent: sic tñ theурgo bono sacra defuerunt, quibus ipsos deos quos inuocabat, animæ purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid n. causa est, cur Deus potentior adhiberi possit, à quo terreatur, nec possit à quo purgantur? An inuenitur Deus, qui exaudiat inuidū, & timorem dijs incutiat, ne benefaciant: nec inuenitur Deus, qui exaudiat benevolum, & timorem dijs auferat, vt benefaciant? O theurgia præclara, ò animæ prædicanda purgatio, vbi plus imperat immunda inuidentia, quam impletat

B pura beneficentia: immo vero malignorum spirituum cauenda & detestanda fallacia, & salutaris audienda doctrina. Quod enim, qui has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur, quasdam mirabiliter pulchras, si-
cuit iste commemorat, vel angelorum imagines, vel deorum, tanquam purgato spirito vi-
dent: si tamen vel tale aliquid videt, illud est,
quod Apostolus dicit: Quoniam Satanas trāl

^{2. Cor. 11} figurat ie velut angelum lucis. Eius enim Al. 1. Dia sunt illa phantasma, qui miseras animas boli illu- multorum falsorumque deorum: fallacibus fiones per sacrificis cupiens irretire, & à vero veri Dei cul- phantaf- tu, quo solo mundantur & sanantur auerte- mata. res: sicut de Proteo dictum est. Formas se ver- tuit in omnes, hostiliter insequeens, fallaciter subueniens, utroque nocens.

De epistola Porphyrii ad Anebūtem Aegyptium, in qua petit de diuersitate dœmonum sè doceri. Cap. XI.

M Elias sapuit ista Porphyrius, cum ad Anebūtem scripsit Aegyptium, vbi coniumenti similis, & querent, & prodit artes sacrilegas, & euertit. Et ibi quidē omnes

dœmones reprobat, quos dicit ob imprudētiam trahere humidum vaporem, & ideo nō in æthere, sed in aere esse sub Luna atque in ipso Lunæ globo. Verūtamen non audet omnes fallacias, & malitias, & ineptias, quibus merito mouetur, omnibus dœmonibus dare. Quosdam nanq; benignos dœmones more appellat aliorum, cum omnes generaliter imprudentes esse fateatur. Miratur autem q; non solum dij allicantur viçtimis, sed etiam compellantur, atque cogantur facere quod homines volunt, & si corpore & incorporalitate dij à dœmonibus distinguuntur, quomodo deos esse existimandum sit Solem & Lunam, & visibilia cetera in cœlo, quæ corpora esse nō dabit: Et si dij sunt, quomodo alijs benefici, alijs malefici esse dicātur, & quomodo incorporalibus cum sint corpori cōiungantur. Quarit etiam veluti dubitās, vtrū in diuinantibus, & quædam mira facientib; animæ sint potentiiores: an aliqui spiritus extrinsecus veniāt, per quos hæc valeant. Et potius venire extrinsecus coniijcit, eo quod lapidibus, & herbis adhibitis, & alligent quodā, & aperiant clausa hostia, vel aliquid eius modi mirabiliter operetur. Vnde dicit alios opinari esse quoddā genus, cui exaudiere sit proprium, natura fallax, omniforme, multimodum, simulans deos & dœmones, & animas defunctorum, & hoc esse q; efficiat hæc omnia, quæ videntur bona esse vel praua: ceterum circa ea quæ vere bona sunt, nihil opulari, immo vero ista nec nosse, sed & male conciliare, & insimulare atque impedire nō nunquam virtutis fedulos sectatores, & plenum esse temeritatis, & fastus, gaudere nido-ribus, adulacionibus capi, & cetera quæ de hoc genere fallacium, malignorumq; spirituū, qui extrinsecus in animam veniunt, humanosq; sensus sopitos vigilantesve deludunt, non tanquā sibi persuasa cōfirmat, sed cam tenuiter suspicatur, aut dubitat, vt hæc alios assérat opinari. Difficile quippe fuit tāto philopho cunctā diabolican societatem vel nosse, vel fidēter arguere, quam quilibet anicula Christiana nec nosse cunctatur, & liberrimè detestatur. Nisi forte iste, & ipsū ad quem scribit Anebūtem, tanquā talium sacrorum præclarissimum antīstite, & alios talium operum tāquam diuinorū, & ad deos colendos pertinentiū admiratores verecundatur

datur offendere. Sequitur tñ & ea velut inqui
rendo cōmemorat, quæ sobrie considerata
tribui non possunt, nisi malignis & fallacib.
potestatibus. Quærit.n.cur tanquam melio-
ribus inuocatis, quasi peioribus imperetur,
vt iniusta hominis præcepta exequantur: cur
atrectatum re venerea non exaudiant impre-
cantem, cum tñ ipsi ad incestos quoq; con-
cubitus quoq; liberducere non morentur: cur

Gab animantibus suos antistites oportere ab-
stinere denuncient, ne vaporibus profecto
corporeis polluantur: ipsi vero, & alijs va-
poribus illiciantur, & nidoribus hostiarum:
cumq; à cadaueris cōractu prohibeatur in-
specto, plerunq; illa cadaueribus celebren-
tur: quid sit, quod non Dœmoni vel alicui
animæ defuncti, sed ipsi Soli & Lunæ aut cui
cunque cœlestiū, & homo cuilibet vitio ob-
noxius intendit minas, eosq; territat falso, vt
eis extorqueat veritatem. Nam & cœlum se
collidere cōminatur, & cetera similia homi-
ni impossibilia, vt illi dī tāquam insipienti-
simi pueri, falsis & ridiculis cōminationib.
terrati, q; imperatur efficiant. Dicit ēt scripsit
se Chegemonem quendam talium sacrorū,
vel potius sacrilegorū peritū, ea quæ apud
Aegyptios sunt celebrata rumoribus, vel de
Iside vel de Osiride marito eius maximam
vim habere cogendi deos, vt faciant impera-
ta, qn ille qui carminibus cogitea se prode-
re vel euertere cōminatur: vbi se etiam Osiri-
diis membra dissipaturū terribiliter dicit,
si facere iussa neglexerint. Hæc atque hmōi
vana & infana dīs hominem minari, nec qui
buslibet, sed ipfis cœlestibus & sydere a luce
fulgentibus, nec sine affectu, sed uolenta po-
testate cogentem, atque his terroribus ad fa-
cienda quæ uoluerit perducentem, merito
Porphyrius admiratur: immo vero sub spe-
cie admirantis & causas rerum talium requi-
rentis, dat intelligi, illos hæc agere spiritus,
quorum genus superius sub aliorum opinatio-
ne descripsit, nō ut ipse posuit natura, sed

Huitio fallaces, qui simulant deos & animas
defunctorū, Dœmones aut non, ut ait ipse,
ij se simulant, sed plane sunt. Et q; ei vñ herbis
& lapidibus & animantibus & sonis certis
quibusdam, ac uocibus, ac figuraionib., atq;
figmentis, quibusdam etiam obseruatis in cē-
li cōuersione motibus syderum, fabricari in
terra ab hominib. potestates idoneas uarijs

affectibus exequendis, totum hoc ad eosdem
ipsoz dœmones pertinet. Iudificatores ani-
marum sibi met subditarum, & uoluptaria si-
bi ludibria de hominum erroribus exhiben-
tes. Aut ergo reuera dubitans & inquirēs ista
Porphyrius, ea tñ cōmemorat, quibus con-
uincantur & redarguantur: nec ad eas potes-
tates, quæ nobis ad beatā uitam capeſſendā
fauent, sed ad deceptos dœmones pertinere
Imonſtrentur: aut ut meliora de philosopho
ſulpicemur: eo modo uoluit hominē Aegy-
ptium talibus erroribus deditum, & aliqua
magna ſcire opinantem, nō ſuperba quaſi
authoritate doctoris offendere, nec aperte
aduersantis altercatione turbare, ſed quaſi
quærerentis & diſcere cupientis humilitate ad
ea cogitanda conuertere, & quam ſint contē-
nenda uel etiam deuitanda monſtrare. Deni-
que prope ad epiftolæ finem petit ſe ab eo
doceri, qua ſit ad beatitudinem uia ex Aegy-
ptia ſapientia. Ceterum illos quib. conuerſa-
tio cū dijs ad hoc eſſet, ut ob inueniendum
fugitiuum, vel prædium comparandum, uel
propter nuptias, uel mercaturam, uel quid
huiusmodi, mentem diuinam inquietarent,
fruſtra eos uideri dicit coluisse ſapientiam.
Illa ēt ipsa numina, cum quibus conuerſarē-
tur, & ſi de ceteris rebus uera * prædicerent,
tñ quoniam de beatitudine nihil cauū, nec
ſatis idoneum monerent, nec deos illos eſſe,
nec benignos dœmones, ſed aut illum, qui
dicitur fallax, aut humanum omne cōmen-
tum. Verum quia tanta & talia geruntur his
artibus, ut uniuersum modū humana facul-
tatis excedant, quid reſtat, niſi ut ea q; mirifi-
ce tanquā diuinitus prædicti uel fieri uidentur,
nec tñ ad unius Dei cultum referuntur,
cui ſimpliciter inhærente fatentib. quoq; Pla-
tonicis, & per multa tantib. ſolum beati-
ficum bonū eſt, malignorum dœmonū ludi-
bria, & ſeductoria impedimenta, q; uera pie-
tate cauenda ſunt, prudenter intelligentur.

**All. pre-
dicarent.**

**Al. L.Dœ-
monū lu-
dibria ca-
uenda.**

De miraculis, quæ per sanctorum angelorū
ministerium Deus uerus operatur.

K

Cap. XII.

Porro autem quæ cunque miracula, ſue
per angelos, ſue quocunq; modo ita di-
uinitus fiunt, ut Dei unius, quo ſolo beata ui-
ta eſt, cultum religionemq; commendent, ea
vere

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

vera ab eis , vel per eos , qui nos secundum veritatem pietatemq; diligunt fieri ipso Deo in illis operante credendum est . Neq; n. audiendi sunt , qui Deū inuisibilem visibilia miracula operari negant , cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum , quem certe visibilem negare non possunt . Quicquid igitur mirabile sit in hoc mundo , profecto minus est , quam totus hic mundus , idest cœlum , & terra , & omnia quæ in eis sunt , q̄ certe Deus fecit . Sicut autem ipse qui fecit , ita modus , quo fecit occultus est , & incomprehensibilis homini . Quamvis itaque miracula visibilitatem naturarum vidēti assiduitate viluerint , tamen cum ea sapienter intuemur inuisitatis simis , rarisimisq; maiora sunt . Nam & omni miraculo , quod sit per hominem , maius

al. l. Ho-
mo ma-
gnum mi-
raculum.

miraculum est homo . Quapropter Deus qui fecit visibilia cœlum & terram , non deditur facere visibilia miracula in cœlo , vel in terra , quibus ad se inuisibilem colendum excitat animam adhuc visibilibus deditam ; vbi vero & qñ facit , incommutabile consilium penes ipsum est , in cuius dispositione iam temporalia facta sunt , quæcunq; futura sunt . Nam temporalia mouens , temporaliter non mouetur : nec aliter nouit facienda , quam facta , nec aliter inuocantes exaudit , quam inuocaturos videt . Nam & cum exaudiunt angeli eius , ipse in eis exaudit , tanquam in vero , non manuacto templo suo , sicut in omnib. sanctis suis , quæ temporaliter sunt iussa , æterna eius lege conspecta .

De inuisibili Deo qui se visibilem s̄pē præstít , nō secundum quod est , sed secundū q̄ poterant ferre cernentes . Cap. X I I I .

Nec mouere debet , q̄ cum sit inuisibilis , s̄pē visibiliter paribus apparuisse memoratur . Sicut n. sonus , quo auditur sententia in silentio intelligentiae constituta , nō est hoc quod ipsa , ita & species , qua visus est Deus , in natura inuisibili constitutus , nō erat quod ipse . Verumtamen ipse in eadem specie corporali videbatur : sicut illa sententia in ipso sono vocis auditur : nec illi ignorabat inuisibilem Deū in specie corporali nequam se posse videre . Nam & loquebatur cū loquente Moyses , & ei tamen dicebat : Si inueni gratiam ante te , ostende mihi temetip-

sum , scilicet ut videam te . Cum igitur oportet Dei legem in edictis angelorum terribliter dari , non vni homini paucis sapientibus , sed vniuersa genti & populo ingēti , coram eodem populo magna facta sunt in mōte , vbi lex per unum dabatur , conspiciente multitudine metuenda ac tremenda , quæ fiebant . Non enim populus Israel sic Moysi credidit , quemadmodum suo Lycurgo Lacedeñonij , quod à Ioue ceu Apolline leges quas condidit , accepisset . Cum enim lex dabatur populo , quæ coli vnu iubebatur Deus , in cōspectu ipsius populi , quantum sufficere , diuina prouidentia iudicabat , mirabilibus rerū signis & motibus apparebat , ad eandem legem dandam creatori seruire creaturam .

Aet. 7.
De uno Deo colendo , non solum propter æternā , sed etiam propter temporalia beneficia , quæ vniuersa in ipsius prouidentiæ potestate consistunt . Cap. X I I I .

Sicut autem vnius hominis , ita humani generis , q̄ ad Dei populum pertinet , recta eruditio , per quosdam articulos temporum tanquam æratum profecit accessibus , ut à temporalibus ad æterna capienda , & à visibilib. ad inuisibilia surgeretur , ita sanè ut etiam illo tempore quo visibilia promittebantur diuinitus præmia , vnu tantum colendus commendaretur Deus , ne mens humana vel pro ipsis terrenis vitæ transitoria beneficijs , cuiquam nisi vero animæ creatori , ac dño subderetur . Omnia quippe , quæ præstare hominibus , vel angeli , vel homines possunt , in vnius esse omnipotētis potestate , quisquis difitetur , insanit . De prouidentia certe Plotinus Platonicus disputat , eamque à summo Deo , cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo , vsq; ad hæc terrena & ima pertingere floscolorum atque foliorum pulchritudine comprobat , quæ omnia quasi abiecta & velocissime pereuntia decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat , nisi inde formentur , vbi forma intelligibilis , & incommutabilis simul habens omnia perseverat . Hoc dñs Iesus ibi ostendit , vbi ait : Considerate lilia agri , quomodo crescunt , non laborant neq; nent . Dico autē vobis , quia nec Salomon in omni gloria sua sic amictus est , sicut vnu ex his . Quod si sequum

num agri, quod hodie est, & cras in clibanūmittitur, sic Deus vestit, quanto magis vos, modicę fidei? Optime igitur anima humana adhuc terrenis desiderijs infirma, ea ipſa q̄ temporaliter exoptat bona infima atq; terra na vita huic transitorię necessaria, & p̄ il- lius vitę sempiternis beneficijs contemnenda, non tamen nisi ab vno Deo expectare cōsuevit, vt ab illius cultu etiam in istorum deſiderio recedat, ad quem cōtemptu eorum, & ab eis auerſione perueniat.

De ministerio sanctorum angelorum,
quo prouidentię Dei seruiunt.
Cap. x V.

Acto. 7.

Sic itaque diuinę prouidentię placuit or- dinare temporum cursum, vt quemadmodum dixi, & in actibus Apostolorum legitur, lex in editiis angelorum daretur de vniuersi Dei cultu: in quibus & persona ipsius Dei, non quidem per suam ſubſtantiam, quę ſemper corruptibilibus oculis in uisibilis permanet: fed certis indicijs per ſu- biectam creatori creaturem, viſibiliter ap- pareret, & syllabatim per transitorias tempo- rum morulas, humanę lingue vocibus lo- queretur qui in ſua natura, non corporali- ter, fed ſpiritualiter: non ſenſibiliter, fed intel- ligibiliter: non temporaliter, fed, vt ita di- cam, eternaliter: nec incipit loqui, nec de- finit: quod apud illum ſyncerius audiunt, non corporis aure, fed mentis ministri eius, & nuncij, qui eius veritate incommutabili perfruuntur immortaliter beati: & quod fa- ciendum modis ineffabilibus audiunt, & vſque in iſta viſibilia atq; ſenſibilia perducen- dum incunctanter, atque indifficulter effi- ciunt. Hæc autem lex cum ditributione té- porum data est, quę prius haberet, vt dictū est, promissa terrena, quibus tamen signifi- carentur æterna, quę viſibilibus sacramen- tis celebrarent mulci, intelligenter pauci. Vniuersi Dei cultus apertissima illic & vocum & rerum omnium conteſtatione p̄cipitur, non vniuersi de turba, ſed eius, qui fecit celum & terram, & omnem animam, & omnem ſpiritum, qui non eſt, quod ipſe. Ille n. fecit, hec facta ſunt, atque vt fint, & be ne ſe habeant, eius indigēt, à quo facta ſunt.

An de promerenda beata vita, his angelis fit credendum, qui ſe coli exigunt hono- re diuino, an vero illis, qui non ſibi, ſed vni Deo sancta p̄cipiunt religione fer- uiiri. Cap. XVI.

Q Vibus igitur angelis de beata & ſempi- terna vita credendū eſſe cōſemus? Vtrū eis, qui ſe religionis ritibus coli uolunt, ſibi ſacra & ſacrificia flagitātes à mortalibus exhiberi: an eis, qui hunc omnē cultū vni Deo creatori omniū deberi dicunt, eiq; reddendū vera pietate p̄cipiunt, cuius & ipſi con- téplatione beati ſunt, & nos futuros eſſe pro- mittunt? Illa nanq; viſio Dei, tantę pulchri- tudinis viſio eſt, & tanto amore dignissima, vt fine hac, quibuslibet alijs bonis p̄dictum atq; abundantē, non dubitet Plotinus infe- licitiſſimū dicere. Quū ergo ad hunc vñi qui- dam angeli, quidā vero ad ſeipſos latrīa co- lēdos ſignis mirabilibus excitē: & hoc ita, vt illi iſtos coli prohibeant: iſti autē illum pro-hibere non audeant, quibus potius ſit credē- dum, respondeant Platonici, respondeant quicunq; philoſophi, respondeant theurgi, vel potius periurgi. Hoc n. ſunt illę omnes artes vocabulo dignę. Poſtremo respondeat homines, ſi vllus naturę ſuę ſenſus, quo rationales creati ſunt, ex aliqua parte viuit in eis. Respondeant, inquam, eisne ſacrifican- dum ſit dij, vel angelis, qui ſibi ſacrificari iu- bent, an illi vni, cui iubent hi, qui & ſibi & iſtis prohibent? Si nec iſti nec illi ylla mira- culia facerent, ſed tantum p̄cipere alij qui dem vt ſibi ſacrificarentur, alij uero id ueta- rent, ſed vni tantum iuberent Deo, ſatis debe- ret pietas ipſa diſcernere quid horum de fa- stu ſuperbię, quid de uera religione delcēde- ret. Plus etiā dicā, ſi tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerēt, qui ſa- crificia ſibi expetunt: illi autem, qui hoc pro-hibent, & qui tantū Deo ſacrificari iubent, naquaquā iſta uisibilium miracula facere digna- rēt, profecto non ſenſu corporis, ſed ratio- nem eis preponenda eorū eēt authoritas. Cū uero Deus id egerit ad cōmēdāda eloq̄ ueritatis ſuę, ut p̄ iſtos immortales nuncios, nō ſu factū, ſed maiestatē illius p̄dicates, fa- ceret maiora, certiora, clariora miracula, ne infirmis pijs illi q̄ ſacrificia ſibi expetūt falā religionem facilius perſuaderēt, eo q̄ ſenſi- bus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

bus eorum quædam stupenda monstrarent, quem tandem ita despere libeat, ut non vera eligat, quæ sectetur, vbi & ampliora inuenit,

All. Miracula Christia- ne fidei gentilitatis angustio ra.

miretur? Illa quippe miracula deorum gentium, quæ cōmedat historia, nō ea dico, quæ interuersus temporum occultis ipsius causis mundi, veruntamen sub diuina prouidentia constitutis & ordinatis monstruosa continua-

gunt: quales sunt inusitati partus animalium, & cēlo terraq; rerū insolita faciens; siue tan-

tum terrens, siue ēt nocens quæ procurari,

atq; mitigari dēmoniacis ritibus fallacissi-

ma eorum afflata perhibentur, Sed ea dico,

E quæ vi ac potestate eorum fieri satis evidenter appetet, ut est quod effigies deorum Penatum quos de Troia Aeneas fugiens aduexit, de loco in locū migratio referuntur: quod cotē Tarquinius nouacula fecit: quod Epidaurius serpens Aesculapio nauiganti Romanum comes adhēsit: quod nauim qua simula- chrū matris Phrygiae vehebatur, tantis hominū boumq; conatib. immobile redditā, vna muliercula zona alligata, ad suę pudicitię testimoniū mouit & traxit: quod virgo Vestalis, de cuius corruptione questio verte- batur, aquam impleto cribro de Tyberi neq; profluente, abstulit controversiam. Hęc ergo atq; alia huiuscmodi nequaquam illis quæ in populo Dei facta legimus, virtute ac magnitudine conferenda sunt, quanto minus ea, quæ illorū quoq; populorū, qui tales Deos coluerunt, legibus iudicata sunt prohibenda atq; plectenda magica scilicet, vel theurgica? Quorū pleraq; speciem tenus mortaliū lensis imaginaria ludificatione cipiūt, quale est Lunā deponere. Donec sup-

All. Lan- canus lib. 6.

posita, vt ait Lucanus, propior despumet in herbas. Quædā vero etiā nonnullis piorū factis videātur opera coequari, finis ipse quo discernuntur, incōparabiliter hęc nostra ostē dit excellere. Illis enim multi tanto minus sacrificijs colendi sunt, quanto magis hęc ex- petunt: his vero vnuis cōmendatur Deus, qui

F se nullis talibus indigere, & scripturarū sua- rū testificatione, & eorūdē postea sacrificio- rū remotione demōstrat. Si qui ergo angelii sibi expetunt sacrificiū, prēponēdi eis sunt qui non sibi, sed Deo creatori omniū cui ser- uiunt. Hinc enim ostendunt quam sincero amore nos diligunt, quando per sacrificium non sibi sed ei nos subdere volunt, cuius &

ipſi contēplatione beati sunt, ad eū nos peruenire querunt, à quo ipſi non recesserūt. Si autē angeli, qui noui, sed plurimi sacrificia fieri volūt, non sibi sed eis diis volūt quo rū deorū angeli sunt, etiā sic eis prēponendi sunt illi, qui vnius Dei deorū angeli sunt: cui sacrificari sic iubet, ut alicui alteri vetet, cum eorū nullus huic vetet, cui vni isti sacrificari iubet. Porro si quod magis indicate eo- rū superba fallacia, nec boni, nec bonorum deorum angeli sunt, sed dēmones mali, qui A nō vnu solū, ac summū Deū, sed seipsoſ la- crificijs coli volūt, quod maius q; vnius Dei cōtra eos eligēdū est prēsidū, cui seruūt an- geli boni, q; nō sibi, sed illi iubet, ut sacrificio seruām, cuius nosipſi sacrificiū eē debem⁹?

De arca testamenti miraculisque signorum, quæ ad commendandam legis ac promis- sionis autoritatem diuinitus facta sunt. Cap. XVI.

P Roinde lex Dei, quæ in edictis data est angelorum, in qua vnu Deus deorum religione sacrorum iussus est coli, alij vero quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testimonij nūcupata est. Quo nomine sa- tis significatur, nō Deum qui per illa omnia colebatur, circuncludi solere, vel contineri loco cū responsa eius, & quędā humanis sen- fibus darentur signa ex illius arcę loco: sed voluntatis eius hinc testimonia perhiberi, q; etiā ipſa lex erat in tabulis cōscripta lapideis & in arca vt dixi posita: quā tempore peregrinationis in eremo cū tabernaculo, quod similiter appellatū est tabernaculū testimoniij, cū debita sacerdotes veneratione porta- bant. Signumque erat, quod per diem nubes apparebat, quæ sicut ignis nocte fulgebat.

Deu. 10.

Num. 9.

Quæ nubes cum moueretur, castra mouebā- tur, & vbi staret castra ponebantur. Reddi- ta sunt autem illi legi magni miraculi testi- monia, prēter ista quæ dixi, & prēter voces,

Iosue. 3.

quæ ex illius arcę loco ḡdeabantur. Nam cū terram promissionis intrantibus eadem arca transiret Iordanem, fluius ex patre superiore subsistens, & ex inferiore decurrens, & ip- si, & populo siccum præbuit transiendi lo- cum. Deinde ciuitatis, quæ prima hostilis oc- curit, more gentium Deos plurimos colens, septies eadē arca circumacta, muri repete ce- ciderunt,

1. Reg. 4.

1. Reg. 5.

1. Reg. 6.

i. Reg. 4. eiderunt, nulla manu oppugnati nullo aries-
te percussi. Post hoc et cum iam in terra pro-
missionis essent, & eadem arca propter eo-
rum peccata fuisset ab hostibus capta, hi qui
eam cuperant, in templo Dei sui, quem praec
teris colebant, honorificè collocauerunt, ab-
euntesq; clauerunt, apertoq; postero die,
simulachrum cui supplicabant, inuenierunt

i. Reg. 6. collapsum deformiterq; fractum. Dein-
de ipsi prodigijs acti, deformiusq; puniti, ar-
ca diuini testimonij populo vnde cooperat,
reddiderunt. Ipsa aut redditio qualis fuit? Im-

Constiterunt eam plaustro, eq; iuuenas à qui
bus vitulos fugentes abstraxerant, subiunxe-
runt, & eas quo vellent ire susterunt, etiam hinc
vim diuinam explorare cupientes. At illæ si-
ne homine ducet atque rectore, ad Hebreos
viam pertinaciter gradientes, nec reuocata
mugitibus esurientium filiorum, magnū sa-
cramentum suis cultoribus reportarunt. Hęc
atque huiuscemodi deo parua sunt, sed ma-
gna terrendis salubriter erudiendisq; morta-
libus. Si. n. philosophi, præcipueq; Platonici,
rectius ceteris sapiente laudatur, sicut pau-
lo ante commemorauit, q; diuinam prouide-
tiam haec quoque rerum infima, atque terre-
na administrare docuerint, numerosarum te-
stimonio pulchritudinum, quæ nō solum in
corporibus animalium, verum etiam in her-
bis, foeno que gignuntur, quanto euidentius
haec attestantur diuinitati, quæ ad horam præ-
dicationis eius fiunt, vbi ea religio commen-
datur, quæ omnibus cœlestibus, terrestribus,
infernisque sacrificari vetat, vni Deo tantum
iubens, qui solus diligens, & dilectus, beatus
facit, eorumque sacrificiorum prefiniens tem-
pora imperata, eaque per meliorem sacerdo-
tem in melius mutanda prædicens, non ista
se appetere, sed per haec alia potiora signifi-
care testatur, non ut ipse his honoribus subli-
metur, sed ut nos ad eum colendum, eq; co-
hærendum igne amoris eius accensi, quod
nobis, non illi, bonum est, excitemur.

D Contra eos, qui de miraculis, quibus Dei po-
pulus eruditus est, negant ecclesiasticis li-
bris esse credendum. Cap. XVIII.

AN dicet aliquis, ista falsa esse miracula,
nec fuisse facta, sed mendaciter scripta.
Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat om-

nino vllis literis esse credendum, potest et di-
cere, nec deos vllos curare mortalia. Non. n. Al. L. Dæ-
se aliter colendos esse perluaserunt, nisi mi-
moner, se
rabilibus operis effectibus, quorum & histo-
ria gentium testis est, quarū dij se ostentare
mirabiles potius q; vtilles ostendere potuere.

Vnde hoc opere nostro, cuius hunc iam de-
cimum librū habemus in manibus, non eos

fuscepimus resellendos, qui vel vlla esse vim
diuinam negant, vel humana curare contend-

dunt, sed eos qui nostro Deo conditori san-
cta & glorioſissimæ ciuitatis, deos suos praeferunt,
neſcientes eum ipsum esse et mundi

huius visibilis, & mutabilis, inuisibilis & in-
comutabilis conditorem, & vita beata non
de his, quę condidit, sed de ſeipſo, veriſſimuſ

lāgitore. Eius. n. Propheta veraciſſimus ait:

Pſd. 72.

Mihi aut adhærere Deo bonum est. De fine
nanq; boni inter philosophos queritur, ad
hoc adipiscendum, omnia officia referenda

sunt. Nec dixit iste: Mihi autem nimis diuitijs
abundare, bonū est: aut insigniri purpura &

sceptro, vel diadema excellere: aut q; non
nulli et philosophorū dicere nō erubuerūt,
mihi voluntas corporis bonū est: aut q; me-

lius velut meliores dicere vīsi sunt, Mihi vir-
tus animi mei bonum est: sed mihi, inquit,

Deo adhærere bonū est. Hoc eum docuerat,
cui vni tantummodo sacrificandum sancti quoq;

angeli legalium * sacrificiorū et contestatio-
ne monuerunt. Vnde et ipse sacrificiū eius miraculo

factus fuerat, cuius igne intelligibili corre-
ptus ardebat, & in eius ineffabilē incorpo-

reumq; complexū sancto desiderio ferebatur.
Porro aut si multorum deorum cultores, qua-

lesunq; deos suos esse arbitrentur, ab eis fa-
cta esse miracula, vel ciuiliū rerum historiæ,
vel libris magicis, sive q; honestius putant,

theurgicis credunt, quid cause est, cur illis li-
teris nolint credere, ista facta esse, quib. tan-
to maior debetur fides, quanto super oēs est
magnus, cui vni soli sacrificandū p̄cipiūt?

Quæ ratio sit visibilis sacrificij quod vni ve-
ro & inuisibili Deo offerri docet vera
religio. Cap. XIX.

Q Vi autem putant haec uisibilia sacri-
ficia dijs alijs congruere, illi uero tan-
quam inuisibili inuisibilia, & maiori maio-
ra, meliorijs meliora, qualia sunt purę men-
tis.

tis & bonæ voluntatis officia , profecto nesciunt hæc ita esse signa illorum , sicut verba sonantia signa sunt rerū . Quocirca sicut orātes atq; laudantes ad eum dirigitur significantes voces , cui res ipsas in corde quas significamus offerimus : ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendū esse nouerimus , quam illi , cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificiū nos ipsi esse debemus . Tunc nobis fauente , nobisq; congaudent atque ad hoc ipsum nos pro suis viribus adiuuant angelii quiq; virtutesq; superiores , & ipsa bonitate , ac pietate potentiores . Si autem illis hæc exhibere voluerimus , non libenter accipiūt , & cum ad homines ita mittuntur , vt eorum præsentia sentiantur , apertissime vetant . Sunt *Apo. 19.* de his exempla in literis sanctis . Putauerunt & *22.* quidam deferendum angelis honorem , vel *All. An-* adorando , vel sacrificando , qui debetur Deo , *gels,* non & eorū sunt admonitione prohibiti , iussi q; nullos ho sunt hæc ei deferre , cui vni fas esse nouerūt . *nores re.* Imitati sunt angelos sanctos , etiam sancti homines Dei . Nam Paulus & Barnabas in *Act. 14.* caonia factō quodam miraculo sanitatis , putati sunt dij , eisq; Lycaonij immolare viictimas voluerunt , q; à se humili pietate remouentes , eisq; in quem crederent , annunciarunt Deum . Sed nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hoc exigunt , nisi quia vero Deo deberi sciunt . Non n.re vera , vt ait Porphyrius , & nonnulli putant , cadauerinis nidoribus , sed diuinis honoribus gaudent . Copiam vero nidorum magnam habent vndique , & si amplius vellent , ipsi sibi poterant exhibere . Qui ergo diuinitatem sibi arrogant spiritus , non cuiuslibet corporis fumo , sed supplicantis animo delectantur , cui decepto subiectoq; dominantur , intercludentes iter ad Deum verum , ne sit homo illius sacrificium , dum sacrificatur cuiquam præter illum .

De summo veroq; sacrificio , quod ipse Dei & hominum mediator effectus est .

H Cap. XX.

1. Tim. 2. **V**NDE verus ille mediator , inquantū formam serui accipiens , mediator effectus est Dei , & hominum homo Christus Iesus , cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat , cū quo & unus Deus est , tñ in forma serui sacrificium maluit esse , quam sumere , ne

vel hac occasione quisquā existimaret , cuilibet sacrificandum esse creaturā . Per hoc & sacerdos est , ipse offerēs , ipse & oblatio . Cuius rei sacrū quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium , cū ipsius corporis ipse fit caput , & ipsius capitis ipsa sit corpus , tam ipsa per ipsum , quā ipse per ipsam suetus offerri . Huius veri sacrificij multiplicia variaq; signa erāt sacrificia prisca sanctorū , cum hoc vnu per multa figuraretur , tanquam verbis multis res vna diceretur , vt sine fastidio multum cōmendaretur . Huic summo vtroque sacrificio , cuncta sacrificia falsa cesserunt .

*All. I. Ec-
clesie que
tidianum
sacrificii*

*Aene. 7
Aene. 3*

De modo potestatis dēmonib. datæ ad glorificādos sanctos , qui pertulerunt iā passio nē qui aereos spiritus non placādo ipso , sed in Deo permanēdo vicerūt . Cap. XXI.

Moderat autem præfinitisq; temporibus , & potestas permitta dēmonibus , vt hominibus quos possident excitatis , initicitias aduersus Dei ciuitatē tyrannicē exerceant , sibi q; sacrificia , non solū ab offerentibus sumant , & à volentibus expetant , verum etiam ab initis persequendo violenter extorqueant , non solum pernicioſa non est , sed etiam vtilis inuenitur Ecclesia , vt martyrum numerus impleatur , quos ciuitas Dei , tanto L clariores & honoratores ciues habet , quanto fortius aduersus impietatem potestatum , etiam usque ad sanguinem certant . Hos multo eleganter si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur , nostros heroas vocaremus . Hoc enim nomen Iunone dicitur tractum , quod Græce Iuno ιηνω appellatur , & ideo nescio quis filius eius secundum Græcorum fabulas Heros fuerit nūcupatus , hoc videlicet veluti mysticum significanter fabula , quod aer lunoni deputetur , ubi volunt cū dēmonibus heroas habitare , quo nomine appellat alius meriti animas defunctorū . Sed contrario martyres nostri heroes nūcupantur , si , vt dixi , usus ecclesiastici sermonis admitteret , non q; eis esset cum dēmonibus in aere societas , led q; eosdem dēmones , id est , aereas vincerēt potestates , & in eis ipsam quicquid putatur significare Iunonem , quæ non usqueaque incōuenienter à Poētis inducit inimica virtutibus , & coelum potentibus uiris fortibus inuida . Sed rursus eis

*All. Ha-
manā for-
mam.*

*All. Pe-
catis So-
lis sepa-
ramur
Deo.*

eis succubbit infelicitate, ceditq; Virgilius, vt cum apud eū illa dicat: Vincor ab Aenea, ipsum Aeneam admovent Helenus quasi con filio religioso, & dicat: Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem supplicibus supera donis. Ex qua opinione Porphyrius, quamvis non ex sua sententia, sed ex aliorū, bonum dicit Deum vel genium non venire

Aene. 7. in hominem, nisi malus fuerit ante placatus:

Aene. 3. tanquam fortiora sint apud eos numina mala quam bona: quandoquidem mala impediunt adiutoria bonorum, nisi eis placata det locum, malisque nolentibus bona prodeesse non possunt: nocere autem mala possunt, nobis valentibus resistere bonis. Non est ista veritate veraciterq; sanctæ religionis via: non sic

EIunonem, hoc est, aeras potestates piorum virtutibus inuidentes nostri martyres vincent. Non omnino, si dici visitate posset, heroes nostri supplicibus donis, sed virtutibus diuinis Heram superant. Commodius quippe Scipio Africarus est cognominatus, quod virtute Africam vicerit, quam si hostes donis placasset, ut parcerent.

Vnde sit sanctis aduersum demones potestas, & vnde cordis vera purgatio.

Cap. XXII.

Vera pietate homines Dei aeream potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando ejiciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatesq; eius vincunt orando non ipsam, sed suū Deū aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit, aut subiugat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui * hominem afflupfit egitq; sine peccato: vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorū: id est, per mediatorē Dei & hominum Christum Iesum: per quem facta peccatorum purgatione reconciliamur Deo. Non enim nisi peccatis homines separantur à Deo, quorum in hac vita non sit nostra virtute, sed diuina miseratione purgatio:

All. Hs manā for man. per indulgentiam illius, non per nostram potentiam: quia & ipsa quātulacūq; virtus quae dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi vsq; ad eius dispositionē subvenia viueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem præstata est gratia: vt polluti

carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur. Hęc Dei gratia, qua in nos ostendit magnā misericordiā suam, & in hac vita per fidem regimur, & post hanc vitam per ipsam speciem incommutabilis veritatis ad perfectionem plenissimam perducemur.

De principijs, quibus Platonici purgationē animæ esse profitentur. Cap. XXXIII.

Dicit etiam Porphyrius ditinus oraculus fuisse responsum, non nos purgari Lunę teletis atq; solis: vt hinc ostenderetur nullorum deorū teletis hominem posse purgari. Cuius enim teletæ purgant, si Luna Solisque non purgant, quos inter cœlestes Deos principios habent? Deinde eodem dicit oraculo expressum principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas Solis, Lunę, alicuius alterius Dei de turba valere ad purgandū teletę crederentur. Quę autem dicat esse principia tanquam Platonicus, non uimus. Dicit enim Deum patrem & Deum, filium, quem Græce appellat paternum intellectum, vel paternam mentem: de spiritu autem sancto, aut nihil, aut non aperte aliquid dicit: quamvis quę alium dicat horum mediū, non intelligo. Si enim tertiam, sicut Plotinus vbi de tribus principalibus substantijs disputat, animę naturam etiam iste yellet intelligi non utique diceret horum medium: id est, patris, & filii medium. Postponit quippe Plotinus animę naturam paterno intellectui: iste autem cum dicit medium, non postponit, sed interponit. Et nimur hoc dixit, ut potuit, siue ut voluit: quod nos spiritum sanctum, nec patris tantum, nec filij tantum, sed utriusque spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur philosophi nec in rebus ad intelligendum difficillimis offenditionem religiorum aurium pertiment. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus quę his significantur, impiā gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cum de Deo loquimur: sicut nec duos Deos, vel tres nobis licitum est dicere: quamvis de uno quoq; loquentes, vel de patre, vel de filio, vel de spūsancto, et simul quemq; Deum esse fateamur. Nec dicimus tamen quod heretici Sabelliani eūdem esse

All. Terphirij de Trinitate sententia.

All. Tri nitatis mysterij ad cerū regulam. loquendā

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

esse patrem, qui est & filius, & eudem esse spiritum sanctum, qui est & pater & filius: sed patrem esse filij patrem, & filium patris filium & patris & filij spiritum sanctum, nec patrem esse, nec filium. Verum itaque dictum est non purgari hominem nisi principio, quamvis pluraliter apud eos sint dicta principia.

De uno veroque principio, quod solam naturam humanam purgat atque renouat.

Cap. X X I I I .

Sed subditus Porphyrius inuidis potestibus, de quibus & erubescet, & eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere dominum Iesum Christum esse principium, cuius incarnatione purgatur. Eum quippe in ipsa carne contempsit, quia propter sacrificium nostrum purgationis assumpsit, magnus scilicet sacramentum ea superbia non intelligens, quia sua ille humilitate deiecit, verus benignusque mediator: in ea se ostendens mortalitate mortalibus, quae maligni fallacesque mediatores non habendo se superbius extulerunt, miseriisque hominibus adiutorium deceptriorum velut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaque; verusque mediator ostendit peccatum esse malum, non carnis substantia.

Atiā, vel naturam, quae cum anima hominis & suscepit sine peccato potuit, & haberet, & morte deponi, & in melius resurrectione mutari: nec ipsam mortem, quanvis esset per ea peccati, quam tamen pro nobis sine peccato ipse persoluit, peccando esse vitandam sed potius si facultas datur pro iustitia per rendam. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia & mortuus est, & non pro suo peccato. Hunc ille Platonicus non cognovit esse principium, nam agnoscere purgatorium. Neque non caro principium est aut anima humana, sed verbum per quod facta sunt omnia. Nam ergo caro per leiplam mundat, sed per verbum a quo suscepta est, cum verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Nam de carne sua manducanda mystice loquens, cum hi qui non intellexerunt offensi recederent, dicentes: Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Respondit manebibus ceteris: Spiritus est qui vivificat, caro non prodeat quicquam. Principium ergo suscepta anima & carne, & anima credentiū mundat & carnem. Ideo

quarentibus Iudeis quis esset, respondit se esse principium. Quod utique carnales infirmi peccatis obnoxii, & ignorantiae tenebris obvoluti, nequaquam percipere possemus, nisi ab eo mundaremur atque sanaremur, per hoc quod eramus, & non eramus. Eramus enim homines, sed iusti non eramus. In illius autem incarnatione natura humana erat, sed iusta, non peccatrix erat. Hec est mediatio, qua manus lapisiacensisibusque porrecta est: hoc est semen dispositum per angelos, in quorum edictis & lex dabatur, qua & unus Deus coli iubebatur, & hic mediator venturus promitterebatur.

Omnes sanctos & sub legis tempore, & sub priorib. seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse. Cap. X X V .

Cuius sacramenti fide etiam iusti antiqui mundari pie viuendo potuerunt: non solum ante quam lex populo Hebreo datur, neque enim eis prædictor Deus vel angelus defuerunt, sed ipsius quoque legis temporibus, quanvis in figuris rerum spiritualium habere viderentur promissa carnalia, propter quod vetus dicitur testamentum. Nam & prophetæ tunc erant, per quos sicut & per angelos eadem promissio prædicata est, & ex illorum numero erat, cuius tam magnam diuinamque sententiam de boni humani fine paulo ante commemoraui: Mihi autem adhuc Deo bonum est. In quo plane Psalmo duorum testamentorum, quae dicuntur vetus & nouum, satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasque promissiones, cum eas impiorum abundare consiperet, dicit pedes suos penè fuisse commotus, & effusos in lapsum propemodum gessus suos, tanquam frustra Deo ipse seruisset, cum ea felicitate, quam de illo expectabat, conjectores eius florere persipereret, seq; in rei viuis inquisitione laborasse, volentem cur ita esset apprehendere, donec intraret in sanctuarium Dei, & intelligeret nouissima eorum, qui felices videbantur, errare tunc eos intellectus in eo quod se extulerunt, sicut dicit fuisse deiectos & defecisse ac perisse, propter iniquitates suas, totumque illud culmen temporalis felicitatis ita eis factum, tanquam somnum euigilantis, qui se repente inuenit suis quae somniabant fallacibus gaudijs

Iordan. I.

Iordan. 6.

A. I. Somniū impiorum fali- cis.

Psal. 83.
Psal. 118.

**A. I. Per cor mun- dat caro
Mat. 13.**

Psal. 72.

**pa-
qui-
cu-
ge-
fo-
ru-
lu-
mo-
Do-
ri-
pe-**

est.

Psal. 72.

gaudijs destitutum. Et quoniam in hac terra vel ciuitate terrena, magni sibi videbantur:

Psal. 72. Domine, inquit, in ciuitate tua imaginis ilorum ad nihilum rediges. Quid huic tamē vule fuerint, etiam ipsa terrena non nisi ab uno vero Deo querere, in cuius potestate sūt omnia, satis ostendit, vbi ait: Velut pecus factus sum apud te, & ego semper tecum. Vellut pecus dixit, vtq; non intelligēs. Ea quippe à te desiderare debui, quæ mihi cum impijs non possunt esse communia: quibus eos cum abundare cernerē, putavi me incassum tibi feruisse, quando illi hæc haberent, qui tibi ferire noluissent. Tamen ego semper tecum qui etiam in taliū rerū desiderio Deos alios non quæsiui. Ac per hoc. Tenuisti manū dextrę meq; & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpisti me: tanquā ad finistram cuncta illa pertineant, quæ abundare apud impios cum vid̄sset, pene collapsus est. Quid n. mihi est, inquit, in celo, & à te quid volui super terram? Reprehēdit seipsum, iusteque; sibi displicuit: quia cum tā magnum bonū haberet in celo, quod post intellexit, rem transitoriam, fragilem, & quodam modo luteam felicitatem a suo Deo quæsiuit in terra. Defecit, inquit, cor meū, & caro mea: Deus cordis mei defectū vtq; bono ab inferioribus ad superna. Vnde alio Psalmo dicitur Desiderat & deficit anima mea in atria domini. Item in alio: Defecit in salutare tuū anima mea. Tamen eū de vtroq; dixisset, id est corde & carne deficiente, non subiecit: Deus cordis mei & carnis meq;, sed Deus cordis mei: Per cor quippe caro mundatur. *Psal. 118.* Vnde dicit dominus. Mundate q̄ intus sunt, Mat. 13. & quæ foris sunt munda erunt. Partem dein inde suam dicit ipsum Deum non aliquid ab eo, sed ipsum. Deus, inquit, cordis mei, & pars mea Deus in secula. Quod inter multa quæ ab hominibus eliguntur, ipse illi placuerit eligendus. Quia ecce, inquit, qui se lōge faciunt à te peribit: perdidisti omnē qui fornicatur abs te: hoc est: qui multorum deorum vult esse prostibulum. Vnde sequitur illud propter quod & cetera de eodem Psalmo dicenda visa sunt: Mihi autem adh̄erere Deo bonum est: non longe ire, non per plurima fornicari. Adh̄erere autem Deo tunc perfectum erit cum totum quod liberandum est, fuerit liberatum. Nunc vero fit illud, qd̄

sequitur. Ponēre in Deo spē meā. Spes enim quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? ait Apostolus. Si autem q; non videmus, speramus, per patientiā expectamus. In hac autem spe nunc constituti agamus quod sequitur & simus nos quoq; p modulo nostro angeli Dei, id est, nuncij eius annunciantes eius voluntatem, & gloriā gratiamq; laudantes. Vnde cum dixisset: Ponere in Deo spē meā: addidit, vt annunciem omnes laudes tuas in portis filii Siō. Hęc est gloriosissima ciuitas Dei, hęc vnū Deum nouit & colit: hanc angeli sancti annunciauerunt, G qui nos ad eius societatem inuitauerūt, eiusque luos in illa esse voluerunt: quibus nō placet, vt eos colamus tanquam nostros eleemos Deos, sed cū eis & illorū & nostrū Deū: nec eis sacrificemus, sed cū ipsis sacrificiū Deo simus. Nullo itaque dubitate, qui hęc deposita maligna obstinatione considerat, omnes immortales beati, qui nobis non inuident: neq; enim si inuiderēt, esset beati, sed potius nos diligūt, vt & nos cū ipsis beati simus: pl̄ nobis fauēt, plus adiuuant, qn̄ vnū Deū cum illis colimus, patrē & filium, & spiritū sanctū, quā si eosipso per sacrificia coleremus.

Rom. 8.

De inconstancia Porphyrii inter confessio-
nenem veri Dei & cultum dēmonum flu-
ctuantis. Cap. XXV L

*N*escio quomodo quantum mihi videatur, pro amicis suis theurgis erubescat Porphyrius. Nam ista vicunq; sapiebat, sed contra multorum deorum cultū, Deum verū non libere defendebat. Et angelos quippe alios esse dixit, qui deorsum descendentes, hominibus theurgicis diuina pronūciēt: alios autē qui in terris ea quæ patris sunt, & altitudinē eius profunditatēq; declarent. Nū igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare voluntatem patris, credendum est velle nos subdi, nisi ei, cuius nobis annūciat voluntatem? Vnde optime admonet etiā ipse Platonicus imitandos eo potius, quam invocandos. Non itaque debemus mettere, ne immortales & beatos vni Deo subditos, non eis sacrificiā offendamus. Quod enim non nisi vni vero Deo deberi sciunt, cui & ipsi adh̄erendo beati sunt: proculdubio neque per villam significantem figuram, neque

Aug. Tomus Quintus. M per

Psal. 83.

Psal. 118.

Al. I. Per cor mun-
dā caro. Mat. 13.

Psal. 72.

Psal. 72.

ll. Som
iū impio
un feli
tas.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

per ipsam rem, quæ sacramentis significatur sibi exhiberi volunt. Dæmonū est hæc arrogātia superborū atq; miserorū, à quibus longe diuersa est pietas subditorū Deo, nec aliunde quam illi adhgrēdo beatorū. Ad quod bonum percipiendum, etiam nobis syncera be-

Lnignitate oportet vt faueant: neque sibi arrogant, quo eis subijciamur: sed eum annūciēt, sub quo eis pace sociemur. Quid adhuc trepidas philosophie aduersus potestates, & veris virtutibus, & ueri Dei muneribus inuides habere liberam vocem? Iam dixisti angelos, qui patris annunciat voluntatem, ab eis angelis esse diuersos, qui ad theurgicos homines, nescio qua deducti arte descendunt. Quid adhuc eos honoras, vt dicas prænūcia re diuina? Quę tandem diuina prænūciant, qui non voluntatem patris nunciant? Nempe illi sunt, quos sacrī precibus inuidis alligauit, ne præstarent animę purgationem, nec à bono, vt dicis, purgare cupientes ab illis vinculis solui, & suę potestati reddi potuerunt. Adhuc dubitas hęc maligna esse dæmonia: vel te fngis fortasse nescire, dum nō vis theugros offendere, à quibus curiositate deceptus, ista pernicioſa & infana pro magno beneficio didicisti. Audes inuidiam, nō potentiam, sed pestilentiam & non dicam dominam, sed quod tu sateris ancillam potius iniidorum, isto aere transcenſo leuare in cœlum, & inter Deos vestros etiam syde- reos collocare, vel ipsa quoq; sydera his op probris infamare.

M De impietate Porphyrij, qua etiam Apulei transcendent errorem.
Cap. XXVI.

QVANTO humanius & tolerabilius conse-
ctaneus tuus Platonicus Apuleius er-
rauit, qui tantūmodo dæmones à Luna & in
fra ordinatos agitari morbis paſiōnū men-
tisq; turbellis, honorans quidem eos, sed vo-
lens nolensq; confessus est: Deos tamen ce-
li superiores ad ætherea spatiā pertinentes si-
ue visibiles, quos conspicuо lucere cerne-
bat, Solem, ac Lunā, & cetera ibidē lumina:
sive inuisibiles, quos putabat ab omni labe
istarū perturbationū alienos, quanta potuit
disputatione discreuit. Tu aut̄ didicisti hoc
non à Platone, sed à Chaldeis magistris tuis,

vt in æthereas vel empyreas mundi sublimi-
tates & in firmamenta celestia extolleret vi-
tia humana, vt possent dij vestri theurgis pro-
nūciare diuina, quibus diuinis te tamen per
intellectualem vitam facit actio rem, vt ibi vi-
delicet tanquam philosopho theurgica artis
purgationes nequaquā necessarię videantur,
sed alij se tamē importas: vt hæc veluti mer-
cedem reddas magistris tuis, quod eos qui
philosophari non possunt, ad ista seducis,
quę tibi tanquā superiorum capaci esse inu-
tilia confiteris, vt videlicet quicūq; à philo-
sophiae virtute remoti sunt quę ardua nimis,
atq; paucorū est, te authore theurgicos ho-
mines, à quibus non quidem in anima spiri-
tuali purgentur, inquirant. Et quoniam istorū
quos philosophari piget, incomparabiliter
maior est multitudo, plures ad secretos & il-
licitos magistros tuos, quam ad scholas Pla-
tonicas venire cogātur. Hoc. n. tibi immu-
ndissimi dæmones, Deos æthereos se esse fin-
gentes, quorū prædicator & angelus factus
es, promiserunt: q; in anima spiritalia theor-
gica arte purgati, ad patrē quidē nō redeūt,
sed super aereas plagas inter Deos æthereos
habitabunt. Non audit ista hominum multi-
tudo propter quos à dæmonum dominatu li-
berandos Christus aduenit. In illo enim ha-
bent misericordissimam purgationē, & men-
tis & spiritus, & corporis sui. Propterea quip
pe totū hominē sine peccato ille suscepit, vt
totum quo constat homo, à peccatorum pe- all. Chri
ste sanaret. Quę tu quoq; vtinā cogouuisseſ, flus tuū
eiq; te potius, quā te vel tuę virtuti, quæ hu- homineſ
mana fragilis & infirma est, vel pernicioſi- afsumpti
simę curiositati fanandum tutius commisſes.
Nō. n. te deceperisſet, quę veftra, vt tu ipſe scri- B
bis, oracula sanctum immortalemq; cōfessa
sunt. De quo ēt Poeta nobilissimus, poetice
quidē quia in alterius adūbrata persona: ve-
raciter tamen, si ad ipsum referas, dixit.
Te duce, si q; manerē sceleris veltigia nostri,
Irrita perpetua soluens formidine terras. Virg. in
Ea quippe dixit, qua etiam multum profi-
cientium in virtute iustitiae possunt, propter Buc. agl.
huius vitę infirmitatem, & si non scelera, sce-
lerum tamen manerē veltigia, quæ non nisi
ab illo saluatorē sanantur, de quo iste versus
expressus est. Nam hoc vtiique non à seipso
dixisse Virgilii in æglogę ipsius quarto fer-
mē versu indicat, ubi ait.

Vluma

Vltima Cumēi veoit iam carminis ætas.

Vnde hoc à Cumēa Sibilla dictū esse incunstanter appetet. Theurgi vero illi, vel potius dæmones, deorum species, figuræ singentes, inquinant potius, quam purgant humanum spiritum falsitate phantasmatum, & deceptoria vanarum ludificatione formarum. Quomodo enim purgent hominis spiritum, qui immundum habent proprium? Alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur: ipsumque inane beneficium, quod præstaturi videbantur, aut metu premerent, aut simili inuidentia denegarent. Sufficit, quod purgatione theurgica, neque intellectualem animam, hoc est mentem nostram, dicis posse purgari, & ipsam spiritalem, idest, nostræ animæ partem, mente inferiore, quam tali arte purgari posse asseris, immortalem tamen, æternamque non posse hac arte fieri confiteris. Christus autem vitam promittit æternam: vnde ad eum mundus, vobis quidem stomachantibus, mirantibus tamen, videntibus stupentibusque, concurrit. Quid enim prodest, quia negare non potuisti intantum a te ipso dissentire videris, vt primum doceas errare homines theurgica disciplina, & quam plurimos fallere, per cęcam, insipientemque sententiam, atque esse certissimum errorem, agendo, & supplicando ad Principes, angelosque decurrere. Et rursum quasi ne operam perdidisse videaris ista dicēdo, mitis homines ad theurgos, vt per eos animæ spiritales purgentur illorum qui non secundum intellectualem animam viuunt.

Quibus persuasionibus Porphyrius obcoecatus non potuerit veram sapientiam, quæ est Christus agnoscere.

Cap. XXXIII.

Mitis ergo homines in errorem certissimum. Neque hoc tantum malum te pudet, cum virtutis & sapientiae te profitearis amatorem. Quā si vere ac fideliter amas, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam cognouisses: nec ab eius saluberrima humilitate tumore inflatus vanæ scientiæ resiliuisses. Confiteris tamen etiam spiritalem animam sine theurgicis artibus & sine teleis, quibus frustra diligendis elaborasti, pos-

se continentia virtute purgari. Aliquando etiam dicis, quod teletæ non post mortem eleuent animam vt iam nec idem ipsi quam spiritalem vocas aliquid post huius vitæ finem prodesse videantur: & tamen versas hec multis modis, & repetis, ad nihil aliud, quantum existimo, nisi vt talium quoque rerum quasi peritus appareas, & placeas illicitarū artium curiosis, vel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene est, quod metuendam dicis hanc artem vel legum periculis, uel ipsius actionis. Atque utinam hoc saltē abs te miseri audiant, & inde ne illic absforbeantur abscedant, aut eō penitus non accedant. Ignorantiam certè & propter eam multa vitia per nullas teletas purgari dicis, sed per solum *πατέρων νοῦν*, idest, paternam mentem sive intellectum, qui paternæ est uoluntatis conscius. Hunc autem Christum esse non credis, contemnis enim eum propter corpus ex foemina acceptum, & propter crucis opprobrium, excelsam uidelicet sapientiam, spretis atque abiectis infimis, idoneus de superioribus carpere. At ille implet, quod Propheta sancti de illo ueraciter prædixerunt:

Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Non enim suā in eis perdit & reprobat, quam ipse donauit, sed quam sibi arrogant, qui non habent ipsius. Vnde commemorato isto propheticō testimonio, sequitur & dicit Apostolus: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiā huius mundi? Nam quoniam in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam.

Abdie. I.

I. Cor. I.

*A. I. Sa-
pietia hu-
iis mudi
stulta.*

Denū, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam qui dem Iudei signa petunt, & Græci sapientiam querunt. Nos autem prædicamus, inquit, Christum crucifixum: Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsis uero nocatis Iudeis & Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam, quoniam quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Hoc quasi stultum & infirmum, tanquam sua uitæ sapientes, fortesq; contemnunt. Sed hæc est gratia, quæ sanat infirmos, non superbè iactantes falsam beatitudinem suam, sed humiliter potius ueram milieriam confitentes.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam confiteri Platonicorum erubescit impietas. Cap. XIX.

Pradicas patrem & eius filium, quem vocas paternum intellectum, seu mentem: & horum medium, quem putamus te dicere spiritum sanctum, & more vestro appellas tres deos. Vbi, & si verbis indiscretiis utimini, videtis tamen qualitercunq; & quasi per quaedam tenuis imaginationis umbracula, quo nuditum sit: sed incarnationem incommutabilis filij Dei, qua saluamur, ut ad illa quae credimus, vel ex quantulae cunq; parte intelligimus, peruenire possimus, non vultis agnoscere. Itaque videtis ut cunq; & si de longinquo, & si acie caligante patriam, in qua inanendum est, sed viam qua eundum est, non tenetis. Confiteris tamen gratiam, quandoquidem ad Deum per virtutem intelligentiae peruenire, paucis dicens esse concessum. Non. n. dicens, paucis placuit vel pauci voluerunt, sed cum dicens esse concessum, proculdubio Dei gratiam, non hominis sufficientiam confiteris. Vteris etiam hoc verbo apertius, ubi Platonis sententiam sequens, nec ipse dubitas, in hac vita hominem nullo modo ad perfectionem sapientiae peruenire, secundum intellectum tuum viventibus omne quod deest, prouidentia Dei, & gratia post hanc vitam posse compleri. O si cognovisses Dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, ipsamque eius incarnationem qua hominis anima corporis suscepit, summum esse exemplum gratiae videre potuisses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo: sed quantum ad te attinet. Quantum autem ad eos, qui te magnipendunt, & te vel qualicunque amore sapientiae, vel curiositate artium, quas non debuisti discere, diligunt: quos potius in tua co-pellatione alloquor, fortasse non frustra. Gratia Dei non potuit gratius commendari, quam ut ipse unicus Dei filius in se incomutabiliter manens, indueretur hominem, & spem dilectionis suae daret hominibus. homine medio: qua ad illum ab hominibus. veniretur, qui tam longe erat immortalis a mortalibus, incomutabilis a commutabilibus, iustus ab impiis, beatus a misericordia, & quia naturaliter indit nobis, ut beati immortalesque esse cupiamus, manens beatus suscipiensque mortalē, ut nobis tribueret quae amamus perpetiendo do-

cuit contemnere quae timenius. Sed huic veritati, ut possitis acquiescere, humilitate opus erat, quae ceruici vestra difficultime persuaderi potest. Quid. n. incredibile dicitur, praesertim vobis qui talia sapitis, quibus ad hoc credendum vobis admonere debebatis? quid inquam vobis incredibile dicitur, cum Deus dicitur assumptissime humanam animam, & corpus? Vos certe tantum tribuitis animam intellectuam, quae anima utique humana est, ut eam confundantur. L iam paterna illi menti, quem Dei filium confitemini, fieri posse dicatis? Quid. n. incredibile est, si aliqua una intellectualis anima modo quodam ineffabili & singulari, pro multorum salute suscepta est? Corpus vero animam coherere, ut homo totus & plenus sit, natura nostra ipsa teste cognoscimus. Quod nisi visitatissimum esset, hoc profecto esset incredibilis. Facilius quippe in fidem recipiendum est: & si humanum diuino & si mutabile incommutabili, tamen spiritum spiritui, aut ut verbis utar, quae in visu habetis, incorporeum incorporeo, quae corpus incorporeo coherere. An forte vos offendit inusitatus corporis partus ex virgine? Neque hoc debet offendere, immo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus est. An vero, quod ipsum corpus morte depositum, & in melius resurrectione mutatum, iam incorruptibile atque immortale in superna subiuxit? Hoc fortasse credere recusat, intuentes Porphyrii in his ipsis libris ex quibus multa posui, quos de regressu animae scripsit, tam crebro praecipere, omne corpus esse fugiendum ut anima possit beatamente permanere cum Deo. Sed ipse potius ista sententia corrigendus fuit, praesertim cum de anima mundi huius visibilis, & tam ingentis corpore molis, cum illo tam incredibilia sapientias. Platone quippe auctore, animal esse dicitur mundum, & animal beatissimum, quae vultus esse etiam sempiternum. Quomodo ergo nec unquam soluetur a corpore, nec unquam carebit beatitudine, si ut anima beata sit, corpus est omne fugiendum? Solem quoque illum & cetera sydera, non solum in libris vestris corpora esse fatemini, quod nobiscum omnes homines & conspicere non cunctantur & dicere: verum etiam altiore, ut putatis peritia, haec esse animalia beatissima prohibitis, & cum his corporibus sempiterna. Quid ergo est quod

*Al. l. In-
carnatio-
nis digni-
tas.*

*Al. l. mor-
talitatem*

all. C
flus
milis
nit.

Ioan.

Ioan.

quod cū vobis fides Christiana suadetur, tūc
obliuiscimini, aut ignorare vos singitis,
quid disputare aut docere soleatis? Quid eau-
lī est, cur ppter opiniones vestras, quas voi-
spī oppugnatī, Christiani esse nolitis, nisi
quia Christus humiliter venit, & vos superbi
estis? Qualia sanctorum corpora in resurrec-
tione futura sint, potest aliquāto scrupulo-
sius inter Christianorum scripturā doctiſ-
fūos disputari, futura tamen sempiterna

all. chri-
flus hu-
milis re-
nit.

A minime dubitamus: & talia futura, quale sua
resurrectione Christus demonstrauit exem-
plum. Sed qualiacunq; sint incorruptibilia
& immortalia in nihiloq; animę contempla-
tionem qua in Deū figitur: impedītēta p̄-
dīcentur: vosque etiam dicatis esse in cœle-
stibus immortalia corpora immortaliter bea-
torum: quid est quod vt beati sumus. omne
corpus fugiendum esse opinamini, vt fidem
Christianam quam rationabiliter fugere vi-
deamini, nisi quia illud est, quod iterum di-
co, Christus est humiliſ, vos superbi? An for-
te corrigi pudet? Et hoc vitium non nisi su-
perborum est. Pudet videlicet doctos homines
ex discipulis Platonis fieri discipulos
Christi, qui pescatorem suo spiritu docuit ſa-
pere ac dicere: In principio erat verbum, &
verbum erat apud Deum, & Deus erat in ver-
bum hoc erat in principio apud Deum. Om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum
est nihil. Quod factum est in ipso vita erat,
& vita erat lux hominū, lux in tenebris lu-
cet, & tenebræ eam non comprehendenterunt,
Quod initium sancti Euangelij, cui nomen
est, secundum Ioannem, quidam Platonici-
cus, sicut à sancto sene Simpliciano, q̄ post-
ea Mediolanēs ecclesiæ p̄sedit Ep̄scopus,
solebamus audire, aureis literis conſcriben-
dum, & per omnes ecclesiās in locis eminen-
tissimis proponendū esse dicebat. Sed ideo
vilit superbis Deus ille magister: quia ver-
bū caro factū est: & habitauit in nobis: vt pa-

*Ioan. I.**Ioan. I.*

B rum fit miseriſ quod egrotat, niſi ſe in
ipſa ægritudine etiam extollant:
& de medicina, qua sanari
poterant, erubefcant.
Non enim hoc
faciunt, vt
erū-
gantur, ſed vt cadendo grauius
affligantur.

Quanta Platonis dogmata Porphyrius refu-
tauerit, & diſſentiendo correxerit.

Cap. XXX.

S I post Platonem aliiquid emendare exiſt-
tatur indignum, cur ipſe Porphyrius nō
nulla & non parua emendauit? Nam Plato-
nem animas hominū post mortem reu-
lui vñq; ad corpora bestiarū ſcripſiſſe certiſ-
fimū eſt. Hanc ſententiam Plato docto te-
nuit, & Platonis diſcipulo Porphyrio tamē
iure diſplicuit. In hominū ſane, nō ſua que
diſiſerant, ſed in alia noua corpora redire
humanas animas arbitratus eſt. Puduit. Si-
lū credere, ne mater fortasse filium in mulā
reuoluta veſtaret: & non puduit hoc crede-
re, ne reuoluta mater in puerā filio. forſitā
nuberet. Quāto creditur honestius, quod ſan-
cti, & veraces angeli docuerunt: quod Pro-
phetæ Dei ſpiritu acti locuti ſunt; quod ipſe,
quē venturū ſaluatorē p̄emisiſ ſi nuncij p̄-
dixerunt: quod miſiſi Apoſtoli, qui orbem
terrarū Euangeliō repleuerunt, Quanto, in
quam honestius creditur, reuerti ſemel ani-
mas ad corpora propria, quā reuerti ad di-
uersa: Verūtamen, vt dixi, ex magna parte, in
opinione correctus eſt Porphyrius: vt ſaltē
in ſolos homines humanas animas p̄cipi-
tari poſſe ſentiret: beluinos autē carceres e-
uertere, minime diubitaret. Dicit etiā Deum,
ad hoc animā mūdo dediſſe, vt materię cor-
poralis cognoscēſ mala ad pātrē recurreret:
nec aliquando iā taliū polluta contagione
teneretur, vbi & ſi aliiquid conuenienter ſa-
pit magis enim data eſt corpori, vt bona fa-
ceret: non enim mala diſceret, ſi non face-
ret: in eo tamen aliorū Platonicorū opinio-
nē, & nō in re parua emendauit, quod mun-
datā ab omnibus malis animā, & ēum patre
cōſtitutā, nunquā iā mala mundi huius paſ-
ſurā eſſe cōfessus eſt. Quā ſententia profecto
abſtulit quod eſſe Platonicū maxime perhi-
betur, vt mortuos ex viuis, ita viuos ex mor-
tuis ſemper fieri: falſumq; eſſe oſtēdit, quod
Platonicē videtur dixiſſe Virgiliiſ, In capo
Elyſios purgatas animas miſſas. Cō noīe, rā
quā per fabulam videntur ſignificari gaudia
beatorum, & fluuium Letheū euocari, hoc
eſt, ad obliuionem p̄teritorum:
Scilicet imemores ſu pa vt cōuexa reuifant:
Rurſus & incipiāt in corpora velle reuerti.

Aene. 6.

Aug. Tomus Quintus. M 3 Me-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

all. ifia. Merito displaceat hoc Porphyrio: quoniam reuerta credere stultum est, exilla vita, quæ beatissima esse non poterit, nisi de sua fuerit eternitate certissima, desiderare animas corporum corruptibilium labé, & inde ad *ista remeare, tanquam hoc agat summa purgatio, ut inquinatio requiratur. Si enim p. perfecte mundantur, hoc efficit, ut omnium obliuiscantur malorum: malorum autem obliuio facit corporum desiderium, ubi rursus implacentur malis: profecto erit infelicitatis causa, summa felicitas & stultiq; causa, perfectio sapientiæ: immunditiæ causa, summa munditia. Nec veritate ibi beata erit anima, quandiucunque erit, ubi oportet fallatur, ut beata sit. Non enim beata erit, nisi secura. Ut autem secura sit falso putabit, tempore se beatam fore: quoniam aliquando erit & milera. Cui ergo gaudédi causa falsitas erit, quando de veritate gaudebit? Vedit hoc Porphyrius, purgatamq; animam, ob hoc reuerti dicit ad patrem, ne aliquando iam malorum polluta contagione teneatur.

Contra argumentum Platonicorum,
quo animam humanam asse-
runt Deo esse coeternā.

Cap. XXXI.

Falso igitur à quibusdam Platonicis est creditus, quasi necessarius orbis illi ab eisdē abeundi, & ad eadē reuertendi. Quod etiam si verum esset, quid hoc scire prodefset, nisi forte, inde se nobis auderent preferre Platonici, quia id nos in hac vita iam negligemus, quod ipsi in aliqua meliore vita purgatiissimi, & sapientissimi fuerant nescituri, & falsum credendo beati futuri? Quod si absurdissimum & stultiissimum est dicere, Porphyrius profecto est preferenda sententia, his qui animarū circulos alternante semper beatitudine & miseria suspicati sunt. Quod si ita est, ecce Platonicus in melius à Platone dissentit, ecce vidit hic, quod ille non vidit, nec post talē, ac tantū magistrum refutavit eorū rectiōnēs, sed homini preposuit veritatem. Cur ergo non potius diuinitati credimus de his rebus quas humano ingenio peruestigare nō possumus, quæ animā quoq; ipsam nō Deo coeternā, sed creatā dicit esse, quæ non erat? Ut enim hoc Platonici nollent crede-

re, hanc vtique causam idoneam sibi videbantur afferre, quia nisi quod semper antea fuisset, sempiternū deinceps esse non posset. Quanquā & de mūdo, & de his quos in mundo Deos à Deo factos scribit Plato aperte si me dicat eos esse cępisse, & habere initiu, finē tamen nō habituros, sed per conditoris potentissimam voluntatē in aternū permanefuros esse perhibeat. Verum id quomodo in telligant, inuenient, non esse hoc videlicet temporis, sed substitutiōnis initium. Sicut n. inquiūt, si pos ex eternitate semper fuisset in puluere, semper ei subfet vestigiū: p. tñ vestigiū à calcātē factū nemo dubitat, nec alterū altero prius esset quanuis alterum ab altero factū esset. Sic inquiunt, & mundus atq; in illo dī creati, & semper fuerunt, semper existente qui fecit, & tamen facti sunt. Nūquid ergo si anima semper fuit, etiam miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliiquid in illa, quod ex aeterno non fuit esse cępīt ex tempore, cur non fieri potuit, ut ipsa esset ex tempore, quæ anteā non fuisset? Deinde beatitudo quoq; eius post experimētū malorum firmior, & sine fine mansura, sicut iste confitetur, proculdubio cępīt ex tempore. & tamen semper erit, cum anteā nō fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est, qua putatur nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis. Inuenta est enim animæ beatitudo, quæ cū initium temporis habuerit, finem temporis nō habebit. Quap p. diuinę authoritati humana cedat iſfirmitas, eisq; beatis & immortalibus de vera religione credamus, qui sibi honorē non expetunt, quæ Deo suo, qui etiā noster est, deberi sciūt: nec iubeat, ut sacrificium faciamus, nisi ei tantūmodo, cuius & nos cum illis, ut s̄pē dixi,

& s̄pē dicendū est, sacrificium esse debeamus,

per eūm sacerdotem of-

fe-

rendi, qui in * hominem quem suscepit,

secun-

dum quem & sacerdos esse voluit, etiam vsq; ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri.

*All. for.
m. q. quā
sac. fec.
quam.*

De

*All. V.
regali.*

De vniuersali via animæ liberandæ, quam Porphyrius male querendo, non repetit, & quam sola gratia Christiana relevavit. Cap. XXXII.

Al. 1. Via regalis.

AHec est religio, quæ vniuersale continet viam animæ liberandæ, qm nulla nisi hac liberari potest. Hæc est n. quodammodo regalis via, quæ vna ducit ad regnum, non temporali vestigio nutabundum, sed æternitatis firmitate securum. Cum autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu animæ libro: nō dum receptam viam quandam sectam, quæ vniuersalem viam animæ contineat liberandæ: vel a philosophia verissima aliqua, vel ab Indorum morib. ac disciplina, aut inductione Chaldeorum, aut alia qualibet via, nondumq; in suam notitiæ eandem viam historiali cognitione perlatam, proculdubio confitetur esse aliquam, sed nondum in suam venisse notitiam. Ita ei non sufficiebat quicquid de anima liberaudæ studio si sime didicerat, sibi q; uel potius alijs nosse, ac tenere uidebatur. Sentiebat n. adhuc sibi deesse aliquam præstantissimam autoritatē, quā de re tanta sequi oportet. Cum autem dicit, vel a philosophia verissima, aliquam nondum in suam notitiæ peruenisse, sectam, quæ vniuersalem contineat viam animæ liberandæ, satis quantū arbitror, ostendit, vel eam philosophiam, in qua ipse philosophatus est, non esse uerissimam, uel ea nō contineri talem viam. Et quō iam potest esse uerissima, quæ non continetur hæc uia? Nam quæ alia uia est vniuersalis animæ liberadæ, nisi quæ vniuersa animæ liberantur, ac per hoc sine illa nulla anima liberatur? Cum autem addit & dicit, vel ab Indorum moribus, & disciplina, uel ab inductione Chaldeorum, uel alia qualibet uia, manifestissima uoce testatur, neq; illis quæ ab Indis, neque illis quæ a Chaldeis didicerat, hanc vniuersalem uiam

Banimæ liberandæ cōtineri, & utiq; se a Chaldeis oracula diuina sumpsisse, quorum absidiuam cōmemorationem facit, tacere nō potuit. Quam vult ergo intelligi animæ liberandæ vniuersalem viam nondum receptam, uel ex aliqua uerissima philosophia, uel ex earum gentium doctrinis, quæ magna uelut in diuinis rebus habeantur, quia plus apud eos curiositas ualuit, quorumque angelorum cognoscendorum, & colendorum, nondumq; in suam

notitiā historiali cognitione perlatam? Quænā ista est vniuersalis uia, nisi quæ non suæ cuiq; genti propria, sed vniuersis gentibus, quæ cōis esset, diuinitus impetrata esset? Quam certe iste homo non mediocri ingenio præditus, esse non dubitat. Prudentiā quippe diuinam sine ista vniuersali uia liberandæ anima genus humanum relinquere potuisse nō credit. Neque n. ait non esse, sed hoc tantum bonum, tantumq; adiutorium nondum receptum, nondum in suam notitiam esse perlatum. Nec mirum. Tunc n. Porphyrius erat in rebus humanis: qm ista liberandæ anima vniuersalis uia, quæ non est alia quam religio Christiana oppugnari permittebatur ab ido lorum dœmonumq; cultorib. regibusq; terrenis, propter afferendum & consecrandum martyrum numerum, hoc est, testium ueritatis, per quos ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & cōmendatione ueritatis esse toleranda. Videbat ergo ista Porphyrius, & per hīmōi persecutions cito istam uiam perituram, & propterea non esse ipsam liberandæ animæ vniuersalem putabat, non intelligēs hoc, quod eum mouebat, & quod in eius electione perpeti metuebat, ad eius confirmationem robustioremq; commēdationem potius pertinere. Hæc est igitur animæ liberandæ vniuersalis uia, i. vniuersis gentibus diuina miseratione concessa, cuius profecto notitia ad quoscunque iam uenit, & ad quoscunque uentura est, nec debuit, nec debebit ei dici, quare modo, & quare sero, qm mittentis consilium nō est humano ingenio penetrabile. Quod sensit etiam iste cū dixit, nondum receptum hoc donū Dei, & nondum in suam notitiā fuisse perlatum. Neq; n. propterea uerum non esse iudicauit, quia nō in suam fidem receptum fuerat, uel in notitiā nondum peruerenerat. Hæc est, inquam, liberandorum credentiū vniuersalis uia, de qua fidelis Abraham diuinum accepit oraculum. In semine tuo benedicuntur omnes gentes. Qui fuit quidem gente Chaldeus, sed ut talis promissa perciperet, q; ex illo propagaretur semen dispositum per angelos in manu mediatoris, in quo esset ista liberandæ animæ vniuersalis uia, hoc est, omnibus gentibus data, iussus est discedere de terra sua, & de cognitione sua, & de domo patris sui. *Gen. 22.*

Gen. 22.

Gal. 3.

Gen. 22.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Etonibus liberatus, vnu verum Deum sequen
do coluit, cui hoc est promittēti fideliter cre
D. c. 25 didit. Hæc est vniuersalis via, de qua in san
cta prophetia dictū est: Deus misereatur no
strī & benedicat nobis; illuminet vultum ū
super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscam
us in terra viam tuā: in omnibus gentibus
salutare tuum. Vnde tanto post ex Abrahā se
mine carne suscepta, de seipso ait ipse falu
tor: Ego sum via, & veritas, & vita. Hæc est
vniuersalis via, de qua tanto ante prophetatū
I. 14.

Esaiā 2. est: Erit in nouissimis diebus manifestus mōs
domus dñi paratus in cacumine montium,
& extolleter super colles, & venient ad eū
vniuersæ gētes, & ingredientur nationes mul
ta, & dicent: Venite ascendamus in montem
dñi: & in domum Dei Iacob, & annunciatib
nobis viam ūnā, & ingrediemur in ea. Ex Siō
enim prodiet lex, & verbū dñi ab Hierusalē.
L. 24.

Via ergo ista non est vnius gentis, sed vniuer
sarum gentium. Et lex verbumq; dñi non in
Sion & Hierusalem remansit, sed inde pro
cessit, vt se per vniuersa diffunderet. Vnde ip
se mediator post resurrectionem suam disci
pulis trepidantibus ait: Oportebat impleri q̄
scripta sūt in lege Moyfi & Prophetis & Psal
mis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intel
ligerent scripturas, & dixit: Quia oportebat
Christum pati, & resurgere à mortuis tertio
die, & prēdicari in nomine eius pēnitentiam
& remissionem peccatorum per omnes gen
tes, incipientibus ab Hierusalem. Hæc est igi
tur vniuersalis animæ liberandæ via, quam
sancti angeli sancti q; Prophetæ prius in pau
cis hominibus vbi potuerunt Dei gratiam re
perientibus & maxime in Hebræa gente, cui
ius erat ipsa quodammodo sacra Respubli
ca, in prophetatione & prænunciatione
ciuitatis Dei ex omnibus gentibus congrega
dæ, & tabernaculo, & templo, & sacerdotio,
& sacrificijs significauerunt, & eloquijs qui
busdam manifestis plerisque mysticis prædi
xerunt. Præsens autem in carne ipse media
tor, & beati eius Apostoli, iam testamenti no
ui gratiam reuelantes, apertius indicarunt, q̄
aliquanto occultius superioribus sunt signi
ficata temporibus, pro etatum generis huma
ni distributione: sicut eam Deo sapienti pla
cuit ordinare, mirabilium operum diuino
rum, quorum superius pauca iam posui con
testantibus signis. Non n. tantummodo appa
G

ruerunt visiones angelicæ, & cœlestium mi
nistrorum sola verba sonuerunt, verum ēt ho
minibus Dei verbo simplicis pietatis agenti
bus, spiritus immundi de hominum corpori
bus, ac sensibus pulsi sunt: vitia corporis, lan
guores q; sanati: fera animalia terrarum, &
aqua rum, volatilia coeli, ligna, elementa, sy
dera diuina iuſſa fecerunt, inferna cesserunt,
mortui reuixerunt: exceptis ipsius saluatoris
proprijs singularibusq; miraculis, maxime
natuitatis & resurrectionis: in quorum vno H
materna virginitatis tantummodo sacrum, in
altero autem etiam eorum, qui in fine resur
recturi sunt, demonstrauit exemplum. Hæc
via totum hominem mundat, & immortaliti
tati mortalem ex omnibus quib; constat par
tibus, preparat. Vt n. nō alia purgatio ei parti
quæseretur, quam vocat intellectualē Por
phyrius, alia ei, quam vocat spiritalē, alia
quæ ipsi corpori, propterea totū suscepit ve
racissimus potentissimusq; mundator, atq;
saluator. Præter hanc viam quæ partim cum
hæc futura prænunciantur, partim quum fa
cta nunciantur nunquam generi defuit hu
mano, nemo liberatus est, nemo liberatur, ne
mo liberabitur. Quod autē Porphyrius vni
uersalem viam animæ liberandæ nondum in
suam notitiam historiali cognitione dicit et
se perlata: quid hac historia, vel illustrius
inueniri potest, q̄ vniuersum orbē tāto apice
authoritatis obtinuit: vel fidelius, in qua ita
narrantur præterita, vt futura etiam prædicā
tur, quorum multa videmus impleta: ex qui
bus ea quæ restant sine dubio speremus im
plenda? Non n. potest Porphyrius, vel qui
cunque Platonici, etiam in hac via quasi ter
renarum rerum, & ad istam vitam mortale
pertinentium, diuinationē prædictionemq;
contemnere: quod merito in alijs vaticina
tionibus, & quorumlibet modorum vel arti
cum diuinationib; faciunt. Negant enim vel
magnorum fuisse hominum, vel magni esse 1
pendenda. Et recte. Nam, vel inferiorum fiūt
præfensione caſarum, sicut arte medicinæ
quibusdam antecedentib; signis plurima vē
tura valetudini præudentur, vel immundi
deomenes sua disposita facta prænunciant,
& in quorumuis mentibus, atque cupiditatib;
iniquorum congrua factis dicta, vel di
ctis facta, compensant: vt sibi ius quodam
modo vendicent in materia infima fragilit
atis

tis humanæ. Non talia sancti homines in ista vniuersali animarum liberandarum via gradientes tāquam magna prophetare curarūt: quamuis & ista eos non fugerint, & ab eis fæ pe prædicta sint, ad eorum fidem faciendam, quæ mortalium sensibus non poterant intimiri: nec ad experimentum fidei celeri facilitate perduci. Sed alia erant vere magna atque diuina, quæ quantum dabatur, cognita Dei voluntate, futura nunciabant. Christus quippe in carne venturus, & quæ in illo tam clara perfecta sunt, atque in eius nomine impleta, poenitentia hominum, & ad Deum cōuersio voluntatum, remissio peccatorū, gratia iustitiae, fides piorum, & per vniuersum orbem in veram diuinitatem multitudo credentium culture simulachrorum doemonūque subuersio, & à temptationibus exercitatio, proficientium, purgatio, & liberatio ab omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorū, societas impiorū æterna damnatio, regnūque æternæ glorioſissimæ ciuitatis Dei conspectu eius immortaliter perfruentis: in huius viæ scripturis, prædicta, atque promissa sunt: quorum tam multa impleta conficiimus, ut recta pietate futura esse coetera confidamus. Huius viæ rectitudinem usque ad Deum videndum, eiq; in æternum cohæendum, in sanctuario scripturarum esse locatam, quæ prædicatur atque asseritur veritate, quicunq; non credunt, & ob hoc nec intelligunt, oppugnare possunt, sed expugnare non possunt. Quapropter, in decem libris istis & si minus, quam nonnullorum de nobis expectabat intentio, tamen quorundam studio, quantum verus Deus & dominus adiuuare dignatus est, satisfecimus, refutando contradictiones impiorū qui conditoris sanctæ ciuitatis, de qua disputare instituimus, deos suos præferunt. Quorum decem librorum quinque superiores aduersus eos conscripti sunt, qui, propter bona vitæ huius deos colendos putant quinq; autem posteriores aduersus eos, qui cultum deorum propter vitam, quæ post mortem futura est, seruandam existimant. Deinceps itaq; ut in primo libro polliciti sumus, de duarum ciuitatum quas in hoc seculo perplexas diximus intuicemq; permixtas, exortu & procuru & debitib; finibus, quod dicendum arbitror, quantum diuinitus adiuuabor expediam.

Al. l. In decem libbris priorib; quid tractari fit

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER VNDECIMVS.

De ea parte operis, qua duarum ciuitatum, idest, cœlestis, ac terrena initia & fines incipiunt demonstrari.

Cap. I.



Iuitatem Dei, dicimus, cuius ea scriptura testis est, quæ nō fortuitis motibus animorum, sed planè sume dispositione prouidentiæ super omnes omniū

*Psal. 86.
Psal. 47.*

gentium literas, omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens autoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est: Gloriofa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et in alio Psalmo legimus: Magnus dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, dilatans exultationes vniuersæ terra. Et paulo post in eodem Psalmo: Sicut audiimus, ita & vidimus, in ciuitate domini uitatum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Item in alio: Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suū altissimum, Deus in medio eius non commouebitur. His atq; huiusmodi testimonij, quæ omnia cōmemorate nimis longum est, didicimus esse quandam ciuitatem Dei, cuius ciues esse cōcupiscimus, illo amore, quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sanctæ ciuitatis, ciues terrena ciuitatis deos suos p̄ferunt, ignorates eum esse Deum deorum, non deorum falsorum, hoc est, impiorum, & superborū, qui eius incommutabili, omnibusque communī luce priuati, & ob hoc ad quandam regnam potestatem redacti, suas quodammodo priuatas potentias consequantur, honoresq; diuinos à deceptis subditis querunt, sed deorum piorum, atque sanctorum, qui potius se ipos vni subdere, quam multos sibi, potius que Deum colere, quam pro Deo colli delectantur. Sed huius sanctæ ciuitatis inimicis, decem superioribus libris, quantum potuimus domino & rege nostro adiuuante respondimus. Nunc vero quid à me iam expectetur agnoscens, meiq; non immemor debiti,

*Psal. 47.
Psal. 45.*

B
de

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

de quarum ciuitatum terrenz, scilicet & cœlestis quas in hoc interim seculo perplexas quodammodo diximus inuicemque permixtas, exortu & excursu & debitibus quantum valuero disputare, eius ipsius domini & regis nostri vbiique opitulatione fretus aggrediar: primumq; dicam quemadmodum exordia duarum ciuitatum in angelorum diuersitate præcesserint.

D De cognoscēdo Deo, ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per mediato rem Dei & hominum hominem Iesum Christum. Cap. II.

M Agnum est & admodum rarum, vniuersam creaturam corpoream & incorpoream consideratam compertamq; mutabilem intentione mentis excedere atq; ad incommutabilem Dei substantiam peruenire, & illic discere ex ipso, quod cunctam naturam quæ non est, quod ipse: non fecit, nisi ipse. Sic enim Deus cum homine, nō per ali quam creaturam loquitur corporalem, corporalibus infrepens auribus, vt inter sonantem & audientem aerea spacia verberentur: neque per eiusnodi spiritalem quæ corporum similitudinibus figuratur, sicut in somnis, vel quo alio tali modo. Nam & sic velut corporeis auribus loquitur, quia velut per corpus loquitur, & velut interposito corporalium locorum intervallo. Multum.n. similia sunt talia visa corporalibus. Sed loquitur ipsa veritate, si quis sit idoneus ad audiendum mente non corpore. Ad illud.n. hominis ita loquitur, quod in homine coeteris, quibus homo confitat est melius, & quo ipse Deus solus est melior. Cum.n. homo rectissimè intelligatur, vel si hoc non potest, saltem credatur factus ad imaginem Dei: profecto ea cui parte est propinquior superiori Deo: qua superat inferiores partes suas, quas etiam cum pecoribus communes habet. Sed quia ipsa mēs, cui ratio & intelligentia naturaliter inest, vitijs quibusdam tenebrosis & veteribus inualida est, non solum ad inhārendum fruēdo, verum etiam ad perfruendum merendo incommutabile lumen donec de die in diem renouata atque serenata fiat tantæ felicitatis capax; fide primum fuerat imbuenda atque purganda. In qua vt fidentius ambularet ad

A.I. Deo
quō cum
hominelo
quatur.

veritatem, ipsa veritas Deus Dei filius homine assumpto, non tamen Deo consumpto eā dem constituit atque fundauit fidem, vt ad Deum iter effet homini per hominem Deū. Hic est enim mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Christus per id quod est mediator, est homo, & via perueniendi ad Deum. Per hoc enim mediator per quod & homo, per hoc & via. Quia si inter eum qui tendit, & illud quo tendit, via media est, spes est perueniendi. Si autem desit aut ignoretur quia eundum sit, quid prodest nosse quo eundum sit? Sola est autem aduersus omnes errores via minutissima, vt idem ipse sit Deus, & homo, quo itur Deus, qua itur homo.

Al. I. fi.
litr. assūm
pt. a homi
ne non cā
sumptis
Deum,

Gene.

De authore canonicae scripturæ, di-
uino spiritu conditæ.

Cap. III.

E B

parte est propinquior superiori Deo: qua superat inferiores partes suas, quas etiam cum pecoribus communes habet. Sed quia ipsa mēs, cui ratio & intelligentia naturaliter inest, vitijs quibusdam tenebrosis & veteribus inualida est, non solum ad inhārendum fruēdo, verum etiam ad perfruendum merendo incommutabile lumen donec de die in diem renouata atque serenata fiat tantæ felicitatis capax; fide primum fuerat imbuenda atque purganda. In qua vt fidentius ambularet ad

H ic prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentissimæ authoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare nō expedit, nec per nosipso nosse idonei sumus. Nam si ipsa scribi possunt testibus nobis: quæ remota nō fuit à sensibus nostris, siue interioribus, siue etiā exterioribus, vnde & præsentia nuncupatur, quod ita ea dicimus esse præsentibus, sicut præ oculis quæ præsto sunt oculis. Profecto ea quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire nō possumus, de his alios testes requirimus, eisque credimus, à quorum sensibus remota esse vel siue non credimus. Sicut ergo de visibilib. quæ non vidimus, eis credimus qui viderunt, atq; ita de ceteris, quæ ad suum quemq; sensum corporis pertinent: ita de his quæ animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissime dicitur sensus: vnde & sententia vocabulū accipit, hoc est de inuisibilib. quæ à nostro sensu * exteriore remoto sunt, ijs nos oportet credere, q. hæc in illo incorporeo lu- minedisposita di cierunt, vel manentia contuen- tur.

A.I. Inte
riore.

Dē conditione mundi, quod nec intemoralis sit, nec nouo Deo ordinata consilio, quasi postea voluerit quod antea noluerit. Cap. I I I I.

Visibilium omnium maximus est mundus inuisibilium omniū maximus est Deus. Sed mundum esse conspicimus, Deum esse credimus. Quod autem Deus mundum fecerit, nulli tutius credimus quā ipsi Deo.
Gene. I. Vbi eum audiuimus? Nusquam interim nos melius quam inscripturis sanctis, vbi dixit Propheta eius: In principio fecit Deus cœlum & terram. Nunquid nam ibi fuit iste Propheta, quando Deus fecit cœlum, & terram? Non. Sed ibi fuit sapientia Dei per quā facta sunt omnia, quæ in animas etiam sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas.
Sapiē. 7. Mat. 18. constituit, eisq; opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquuntur eis quoque angeli sancti Dei, qui semper vident faciem patris voluntatemque eius, quibus oportet annunciant. Ex his unus erat iste propheta, qui dixit & scripsit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Qui tam idoneus testis est, per quem Deo credendum sit, vt eodem spiritu Dei quo hęc sibi reuelata cognovit, etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante pre-dixerit. Sed quid placuit Deo ēterno tunc facere cœlum & terram, quę antea non fecis-ser? Qui hoc dicunt, si mundum fuisse ēternū existimatēt sine ullo initio, & ideo nec à Deo factū videri volunt, nimis auersi sunt a veritate, & latali morbo impietatis infaniunt. Exceptis enim propheticis vocibus, mundus ipse ordinatisima sua mutabilitate & mobilitate, & visibilium omniū pulcherrima specie quodammodo tacitus, & factū se esse & non nisi a Deo ineffabiliter atq; in uisibiliter magno, & ineffabiliter atque in-

Auisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Qui autem a Deo quidem factum faten-tur, non tamen cum volunt temporis habere, sed suę creationis initium, vt modo quodam vix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid, vnde sibi Deum videntur velut à fortuita temeritate defendere, nec subito illi venisse creditur in mentem, quod nunquam ante venisset facere mundum, & accidisse illi voluntatem nouam, cum in nulo si omnino mutabilis. Sed non video quo

modo eis possit in ceteris rebus ratio ista subsistere, maximeq; in anima, quam si Deo coeternam esse contenderint, vnde illi acciderit noua miseria, quę nunquam antea fuit per ēternū, nullo modo poterunt explicare. Si enim alternasse semper eius miseriā & beatitudinem dixerint, necesse est dicant

etiam semper * alternaturam vnde illa non

*all. alter
nata sena
turam.*

eos lequeretur absurditas, vt etiam cum beata dicitur, in hoc vtique non sit beata, si futuram suam miseriā & turpitudinem prae-
dicter. Si autem non praeuidet, nec se turpem ac miseram fore, sed beatam semper existimat, falsa opinione fit beata: quo dici stultius nihil potest. Si autem semper quidem per secula retro infinita cum beatitudine alternasse animę miseriā putant: sed nunc iā de cetero cum fuerit liberata, ad miseriā non esse reddituram: nihilominus conuincitur nunquam eam fuisse vere beatā, sed deinceps incipere esse noua quadam, nec fallaci beatitudine, ac per hoc fatebuntur accidere illi aliquid noui, & hoc magnum atque preclarum, quod nunquam retro per ēternitatem accidisset. Cuius nouitatis causam si Deum negabunt in ēterno habuisse cōsilio, simul eum negabunt etiam beatitudinis eius authorē, quod nefandę impietatis est. Si autē dicent ipsum nouo consilio excogitasse, vt de cetero sit anima in ēternū beata, quomo-dio eū alienū ab ea, quæ illis quoq; displicer, mutabilitate monstrabunt? Porro si ex tem-pore creatā, sed nullo vterius tempore peritura, tanquā * verū habere initium, sed non ha-re finem fatentur, & ideo semel expertam mi-
*serias, si ab eis fuerit liberata, nūquam
miseram postea futuram, non v-
tique dubitabant hoc fieri
manente incommu-
tabilitate consi-*

lij Dei. Sic

er-

*go credant, & mundum
ex tempore fie-
ri*

*potuisse, nec tamen ideo Deum in eo
faciendo ēternum consilium
volūtatemq; mu-
tasse.*

Tam



D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatijs ante mundum, quam nec de infinitis locorum. Cap. V.

Deinde videndum est istis qui Deum cōditorem mudi esse consentiūt, & tamē querunt de mundi tempore quid respondeamus, quid ipsi respondeant de mundi loco. Ita enim queritur cur potius tunc & non antea factus sit, quemadmodū queri potest, cur hic potius vbi est, & non alibi? Nam si infinita spāia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere celare potuisse, similiter ergo cogitent extra mundū infinita spāia locorum: in quibus si quisquā dicat, non potuisse vacare omnipotētē, nonne consequens erit, vt innumerabiles mundos cū Epicuro somniare cogatur: ea tantū differentia, quod eos ille fortuitis motibus atomorum gigni afferit, & resoluti, isti autem opere Dei factos diētū sunt, si eum per inteminiabilem immensitatem locorum extra mundum circumquaq; patet, vacare noluerint, nec eisdē mundos, quod etiam de isto sentiunt, vlla causa posse dissolui? Cum eis enim agimus, qui & Deum incorporeum, & omnium naturarum, quæ non sunt, quod ipse creatorem nobiscū sentiunt. Alios autē nimis indignum est ad istam disputationem religionis admittere, maxime quod apud eos, qui multis dijs sacrorū obsequium deferendum putant, Iſti philosophos ceteros nobilitate atq; autoritate vicerunt, non ob aliud, nisi quia longo quidē interuallo: veruntamen reliquis propinquiores sunt veritati. An forte substantiam Dei, quam nec extendunt, nec determinant, nec diffundunt loco, sed de ea sicut de Deo sentire dignum est fatentur, incorporea praesentia ubiq; totam, tantis locorum extra mundū spatijs ablētē esse dicturi sunt, & vno tantum, atq; incomparatione illius infinitatis tā exiguo loco in quo mundus est occupat? Non opinor eos in hac vaniloquia progressiuros. Cum igitur vnum mundū ingenti quidē mole corporea, finitum tamen & loco suo determinatum, & operante Deo factum esse dicāt, quid rēdēnt de infinitis extra mudi locis: cur in eis ab opere Deus cest, hoc sibi respondeat, de infinitis ante mūdū temporibus, cur in eis ab opere Deus

cessauerit? Et sicut non est consequens, vt fortuitu potius, quam ratione diuina Deus non alio, sed isto in quo est loco mundū constituerit, cum pariter infinitis vbiq; patentibus nullo, excellentiore merito possit hic eligi quamvis eandem diuinam rationem, qua id factum est, nulla possit humana comprehendere mens ita non est consequens, vt Deo ali quid existimemus accidisse fortuitū, quod illo potius quam anteriorē tempore condidit mundū, cū æqualiter anteriora tempora per infinitum retro spatiū prēterissent, nec suis est aliqua differentia vnde tempus temporis eligendo ponereatur. Quod si dicunt inanes esse hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit prēter mundum, respondet eis, isto modo inaniter homines cogitare prēterita tempora vacationis Dei, cum nullum tempus sit ante mundum.

Creationis mundi & temporum vnum esse principium, nec aliud alio praeveniri. Cap. VI.

Si enim recte discernuntur eternitas & tempus, quod tempus siue aliqua mobili mutabilitate non est, in eternitate autem nulla mutatio est, quis nō videat quod tempora non fuissent, nisi creatura fieret, quæ aliquid aliqua motione mutaret cuius motionis & mutationis, cum aliud atque aliud quæ simile esse noa possunt, cedit atque succedit in brevioribus vel productioribus morarum interuersis tempus sequeretur? Cum igitur Deus, in cuius æternitate nulla omnino est mutatio, creator sit temporum & ordinator, quomodo dicatur post temporum spatiā mundum creasse, non video: nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturā, cuius motibus tempora curerent. Porro si literę sacre, maximeq; veraces ita dicunt, in principio fecisse Deum cœlum & terram, vt nihil antea fecisse intelligatur, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cetera cuncta quæ fecit, proculduo non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. Quod enim sit in tempore, & post aliquod sit, & ante aliquod tempus, post id quod prēteritum est, ante, id qđ futurum est. Nullum autem ante mundum posset

All. Natura

Gen.

Gal.

Gene. I.

posset esse præteritum, quia nulla erat creatura, cuius mutabilibus motibus ageretur. Cū tempore aut factus est mundus, si in eius conditione factus est mutabilis motus, sicut vñ se habere et ordo ille primorum sex uel septem dierū, in quib. mane & uespera nominantur, donec omnia quæ his dieb. fecit, sexto perficiantur die, septimoq; in magno mysterio Dei uacatio cōmendetur. Qui dies cujusmodi sint, aut per difficultate nobis, aut etiam impossibile est cogitare, quāto magis dicere.

G De qualitate primorum dierum, quia antequam Sol fieret, uesperam & mane tradūtur habuisse. Cap. VII.

V Idemus quippe istos dies notos nō habere uesperā, nisi de Solis occasu: nec mane, nisi de Solis exortu. Illorum autē priores tres dies sine Sole peracti sunt, quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux uerbo Dei facta, atque inter ipsam & tenebras Deus separasse narratur, & eandē lucem uocasse diem, tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux, & quo alternante motu, qualemque uesperam & mane fecerit, remotum est a sensibus nostris, nec ita ut est, intelligi a nobis potest, quod tamen sine illa hæstiratio ne credendum est. Aut enim aliqua lux corporea est, sive in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris, sive unde Sol postmodum accensus est. Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas, in sanctis angelis & spiritibus beatis, de qua dicit Apo stolus: Quæ sursum est Hierusalem, mater nostra æterna in coelis. Ait quippe & alio loco:

Gal. 4. Omnes enim uos filii lucis estis, & filii Dei, non sumus noctis neque tenebrarum. Fit tamen & uespera diei huius & mane aliquatenus, quoniam scientia creature in comparatione scientiæ creatoris quodammodo uesperascit. Item que lucefecit, & mane fit, cum & ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris. Nec in noctem uergitur, ubi non

I creator creature dilectione relinquuntur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, insquam interposuit uocabulum noctis. Non enim ait alicubi, facta est nox, sed facta est uespera, & factum est mane dies unus. Ita dies secundus, & ceteri. Cognitione quippe creature in seipsa decolorior est,

ut ita dicam, quam cum in Dei sapientia cognoscitur, uelut in arte qua facta est. Ideo uespera congruentius quā nox dici potest, quæ tamen ut dixi, cum ad laudandum & amandum refertur creatorem, recurrit in mane. Et hoc cum sit in cognitionem suipius, dies unus est. Cum in cognitionem firmamenti, quod inter aquas inferiores & superiores cœlum appellatum est, sit dies secundus. Cum in cognitionē terræ ac maris omniumque gignentium quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius. Cum in cognitionem luminarium maioris & minoris omniumq; syderū, dies quartus. Cum in cognitionem omnium ex aquis animalium natantium atq; uolatilium, dies quintus. Cum in cognitionem omnium animalium terrenorum, atque ipsius hominis, dies sextus.

Quæ qualis intelligenda sit Dei requies, qua post opera sex dierum requieuit in septimo. Cap. VIII.

C Vn uero ī die septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificauit eum, nequaquam est accipiendū pueriliter, tāquam Deus laborauerit operando, qui dixit, & facta sunt uerbo intelligibili & sempiterno, non sonabili & temporali. Sed requies Dei requiem significat eorum qui re quiescent in Deo, sicut lætitia domus, lætitia significat eorum qui lætantur in domo, etiā si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua letos faciat. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat lætos habitatores, ut non solum eo loquendi modo læta dicatur, quo significamus, per id quod continet id quod continetur, sicut theatra plaudunt, prata mugint, cum in illis homines plaudant, in his boues mugiant: sed et illo quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut læta epistola dicitur significans eorum lætitiam, quos legentes efficit lætos. Conuenientissime itaq; cum Deum requieuisse propheta narrat authoritas, significat requies eorum qui in illo requiescant, & quos facit ipse requiescere. Hoc etiam hominibus qui bus loquitur, & propter quos utique conscripta est, promittente propheta, quod etiā ipsi post bona opera, quæ in eis, & per eos operatur Deus, si ad illum prius in ista uita

Gen. 2.

Gen. 2.
Ali. Re quies Dei non persō nalit, sed effectua.

per

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

per fidem quodammodo accesserint, in illo habebunt requiem sempiternam. Hoc enim & sabbati vacatione ex precepto legis in vetere Dei populo figuratum est, unde suo loco diligentius arbitror differendum.

De angelorum conditione, quid secundum diuina testimonia sentiendum sit.

Cap. IX.

Nunc qm de sanctae ciuitatis exortu dice re institui, & prius q ad sanctos angelos attinet dicendum putavi, quæ huius ciuitatis & magna pars est & eo beator, q nūquam peregrinata, quæ hinc diuina testimonia suppetant, quantum satis videbitur Deo largiente explicare conabor. Vbi de mundi constitutione sacra literæ loquuntur, non euidenter dñs, vtrum vel quo ordine creati sint angeli: sed si prætermisso non sunt, vel cœli nomine, vbi dictum est: In principio fecit Deus cœlum & terram: vel potius lucis huius, de qua loquor, significati sunt. Non autē prætermisso esse hinc existimo, q scriptum est, requieuisse Deum in septimo die ab omnibus operibus suis quæ fecit, cum liber ipse ita sit exorsus: In principio fecit Deus cœlum & terram: vt ante cœlum & terram nihil aliud fecisse videatur. Cum ergo à cœlo & terra cœperit, atque ipsa terra, quam primitus fecit, sicut scripture consequenter eloquitur, inuisibilis & incomposita nondumq; luce facta, vtique tenebræ fuerint super abyssum, idest, super quandam terræ & aquæ indistinctam confusione: vbi enim lux non est, tenebræ sint necesse est: deinde quū omnia creando disposita sint, quæ per sex dies cōsummiata narrantur, quomodo angeli prætermitterentur, tanquam non essent in operibus Dei, à quibus die septimo requieuit? Opus autem Dei esse angelos: hic quidem, & si non prætermisso, non tamen euidenter expressum est: sed alibi hoc sancta scriptura clarissima voce testatur. Nā & in hymno trium in camino virorum cum prædictū esset: Benedicte omnia opera domini dominum: in executione eorundem operum, etiam angeli nominati sunt. Et in Psalmo canitur, Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Lau-

date eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum coeli cœlorū, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nōmen domini. Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Etiam hic apertissime à Deo factos esse angelos diuinitus dictum est, cum eis inter cœterā cœlestia commemoratis, insertur ad omnia: Ipse dixit, & facta sunt. Quis porro audebit opinari, post omnia ista quæ sex diebus enumera-ta sunt angelos factos? Sed & si quisquam ita desipit, redarguit istam vanitatē illa scriptura pars authoritatis, vbi Deus dicit: Quando facta sunt sydera, laudauerunt me voce magna omnes angeli mei. Iam ergo erat angelī quando facta sunt sydera. Facta sunt autem quarto die. Nunquidnam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit. In promptu est enim, quid illa die factum sit: Ab aquis ut que terra discreta est, & distinctas sui generis species duo ista elementa sumplerunt: & produxit terra quicquid ei radicibus inheret. Nunquidnam secundo? Nec hoc quidem. Tunc n. firmamentum factum est inter aquas superiores & inferiores, cœlumq; appellatum est, in quo firmamento facta sunt sydera quarto die. Nimurum ergo si ad istorum die rum opera Dei pertinent angelii, ipsi sunt lux illa, quæ diei nomen accepit, cuius unitas vt commendaretur, non est dictū dies primus, sed dies unus. Nec aliis est dies secundus, aut tertius, aut cœteri, sed idem ipse unus ad impletum senarium vel septenarium numerū repetitus est, propter senariam vel septenariam cognitionem: senariam, s. operum quæ fecit Deus, & septenariam quietis Dei. Cum enim dixit Deus: fiat lux, & facta est lux, si re-
cte in hac luce creatio intelligitur angelorū, profecto facti sunt: participes lucis æternæ, quæ est ipsa incommutabilis sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, quem dicimus unigenitum Dei filium, vt ea luce illuminati, qua creati fierent lux, & vocarentur dies participatione incommutabilis lucis & diei, q est verbum Dei, per quod & ipsi, & omnia facta sunt. Lumen quippe verum quod illuminat omnē hominem in hūc mundum venientem, hoc illuminat & omnem angelū mundum, vt sit lux non in seipso, sed in Deo, à quo si auertitur angelus sit immundus, sicut sunt omnes, qui vocantur immundi spiri-tus.
Gen. 1.
Gen. 2.
Gen. 1.
B
Dan. 3.
Ps. 148.

tus, nec iam lux in domino, sed in seipso te-
nebris priuati participatione lucis eterne.
Mali enim nulla natura est, sed amissio bo-
ni, mali nomen accepit.

L De simplici & incommutabili Trinitate pa-
tris & filij, & spiritus sancti vnius Dei: cui
non est aliud qualitas, aliud substantia.
Cap. X.

E Sc itaque bonum solum simplex, & ob-
hoc solū incommutabile, quod est Deus.
Ab hoc bono creata sunt omnia bona, sed
nō simplicia, & ob hoc mutabilia. Creata sa-
nè inquā, idest, facta, non genita. Quod enim
de simplici bono genitū est, pariter simplex
est: & hoc est quod illud de quo genitū est,
qua duo patrē & filium dicimus, & vtrungs;
hoc cum spiritu suo vnuis est Deus: qui spiri-
tus patris & filij spiritus sanctus propria qua-
dam notione huius nominis in sacris literis
nuncupatur. Alius est autē quam pater & fi-
lius, quia nec pater est, nec filius: sed alius di-
xi: non aliud, quia & hoc pariter simplex pa-
riterq; bonū est incommutabile & coeterū.
Et hæc Trinitas vnuis est Deus: nec ideo
non simplex, quia Trinitas. Neq; enim pro-
pter hoc naturam istam boni simplicem di-
cimus, quia pater in ea solus, aut solus filius,
aut solus spiritus sanctus. Non u. sola est ista
nominis Trinitas sine substantia personarū,
sicut Sabelliani heretici putauerūt. Pater qui
genitū simplex est, & filius qui genitus est,
pariter simplex est, & hoc est illud, de quo ge-
nitus est. Sed ideo simplex dī, qm q; habet,
hoc est: excepto q; relativa quęq; persona ad
alterum dī. Nam vtq; pater habet filium, nec
tñ ipse est filius. Et filius habet patrem, nec tñ
ipse est pater. In quo ergo ad seipsum dici-
tur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut
ad seipsum dicitur viuens, habendo vtique
vitam, & eadem vita ipse est. Propter hoc

itaque natura dicitur simplex cui non sit ali-
quid habere, quod vel posse amittere: vel a-
liud habens, aliud quod habet: sicut vas ali-
quem liquorē, aut corpus colorem, aut aer
lucem sive feruorem, aut anima sapientiam:
nihil enim horum est id, quod habet. Nam
neq; vas liquor est, nec corpus color, nec
aer lux sive feruor, neque anima sapientia
est. Hinc est, quod etiam priuari possunt

rebus quas habet, & in alios habitus vel qua-
litates verti atq; mutari, ut & vas evacuetur
humore, quo plenum est, & corpus decolo-
ret, & aer tenebrescat, sive frigescat, & ani-
ma desipiat. Sed & si sit corpus incorrupti-
bile, quale sanctis in resurrectione promitti-
tur, habet quidem ipsius incorruptionis ina-
missibilem qualitatē, sed manente substan-
tia corporali, non est hoc, quod ipsa incor-
ruptionē. Nā illa etiam per singulas partes cor-
poris tota est, nec alibi maior alibi minor.
Neq; enim vla pars est incorruptior, quam
altera. Corpus vero ipsum maius est in toto
quam in parte & cum alia pars est in eo am-
plior alia minor, non ea quæ amplior est in-
corruptior, quam ea quę minor. Aliud est
itaque corpus, quod non vbiq; sui totū est:
alia incorruptio, quę vbiq; eius tota est: quia
omnis pars incorruptibilis corporis etiam
ceteris inęqualis & qualiter incorrupta est.
Neq; enim, verbi gratia, quia digitus minor
est, q; tota manus: ideo incorruptibilior man-
us q; digitus. Ita cū sint inęquales manus &
digi- tis, equalis est tamen incorruptibilitas
manus & digiti. Ac per hoc quāvis à corpo-
pore incorruptibili inseparabilis incorrupti-
bilitas sit, aliud est tamen substantia, qua cor-
pus dicitur, aliud qualitas eius, qua incor-
ruptibile nūcupatur. Et ideo etiam sic hoc non
est, quod habet anima quoq; ipsa, etiā si sem-
per sit sapiens: sicut erit cum à præsenti mi-
seria liberabitur in æternū: quia licet tunc
sapiens sit in eternū, participacione tamen in
incommutabilis sapientie sapiens erit, quę
non est quod ipsa. Neq; enim si aer infusa lu-
ce, nūq; deferatur, ideo nō aliud est ipse, a-
liud lux qua illuminat. Neq; hoc ita dixerim
quaerit aer sit anima: qd̄ putauerūt quidā, qui
non potuerunt incorporeā cogitare narū.
Sed habent hæc ad illa etiam in magna di-
sparilitate de spiritualitate quandam simili-
tudinē, ut non inconuenienter dicatur, sic il-
luminari animā incorporeā luce incorporea
simplicis sapientię Dei, sicut illuminat aeris
corpus luce corporeā, & sicut aer tenebre-
scit ista luce desertus. Nā nihil sunt aliud que
dicuntur locorum quorumcunq; corpora-
liū tenebra quā aer carens luce, ita tenebre-
scere animā sapientię luce priuatam. Secun-
dum hoc ergo dicuntur illa simplicia, q; prin-
cipaliter vereq; diuinā sunt, quod non aliud
est

*Al. Ani-
ma non
est aer;
sed inau-
ra incor-
poreā.*



D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Sap. 7.

All. Spiritus sapientiae.

Aest in eis qualitas aliud substantia: nec aliorum participatione, vel diuina, vel sapientia, vel beata sunt. Ceterum dictus est in scripturis sanctis, spiritus sanctus sapientia multiplex, eo quod multa in se habeat: sed qua habet: hec & est: & ea omnia unus est. Neque enim multa, sed una sapientia est, in qua sunt immensi quidam atque infiniti thesauri rerum intelligibilium: in quibus sunt omnes inuisibilis atque incommutabiles rationes rerum, etiam visibilium & mutabilium, quae per ipsam factae sunt: quoniam Deus non aliquid nesciens fecit, quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest. Porro si sciens fecit omnia, ea utique fecit quem nouerat. Ex quo occurrit animo quiddam mirum, sed tamen verum, quod iste mundus nobis notus esse non posset, nisi esset: Deo autem nisi notus esset, esse non posset.

An eius beatitudinis, quam sancti angeli ab initio semper habuerunt, est illus spiritus, qui in veritate non steterunt, participes fuisse credendum sit. Cap. XI.

But cum ita sint, nullo quidem modo secundum aliquod temporis spatium prius erant illi spiritus tenebrae, quos angelos dicimus. Sed simul ut facti sunt, lux facti sunt, non tamen ita tantum creati, ut quoquo modo essent, & quoquo modo viuerent, sed etiam illuminati ut sapienter beateque viuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam angeli, non solum non obtinuerunt excellentiam sapientis beatitudinis, vita proculdubio non nisi eterna eternitatisque suae est certa atque secura: sed & rationalem vitam licet insipientem sic habent: ut eam non possint amittere, nec si velint. Quatenus autem antequam peccassent, illius sapientiae fuerint participes, definire quis potest? In eius tamen participatione, equeales fuisse illos illis, qui propterea vere pleneque beati sunt: quoniam nequam de sua beatitudinis eternitate falluntur, quomodo dicturi sumus: quandoquidem si equeales in ea fuissent, etiam illi in eius eternitate mansissent, pariter beati, quia pariter certi? Neque enim sicut vita quadruplicem fuit, ita eterna vita veraciter dici poterit, si finem habitura sit. Siquidem vita tantummodo viuendo, eterna vero finem

non habendo nominata est. Quapropter quamvis non quicquid eternum continuo beatum sit, dicitur enim etiam penalis ignis eternus: tamen si vere perfecteque beata vita non nisi eterna est, non erat talis istorum vita beata, quia quandoque desistitur, & propterea non eterna, sive id scirent, sive nescientes aliud putarent: quia scientes timor, nescientes error beatos esse utique non sinebat. Si autem hoc ita nesciebat, ut falsis incertis non fiderent, sed utrum sempiternum, an quandoque finem habiturum esset bonum suum, in neutram partem sima assensione ferrentur, ipsa de tanta felicitate cunctatio eam beatam ut plenitudinem, quam in sanctis angelis esse credimus, non habebat. Neque enim beatam ut vocabulum ita contrahimus ad quasdam significacionis angustias, ut solum Deum dicamus beatum: qui tamen ita vere beatus est, ut maior beatitudo esse non possit. In cuius comparatione quod angeli beati sunt, sua quadam summa beatitudine, quanta esse in angelis potest, quid aut quantum est?

De comparatione beatitudinis iustorum nondum tenentium promissionis diuinæ premium, & primorum in paradise hominum ante peccatum.

Cap. XII.

Nec ipsos enim huic tantæ beatitudini comparatos, quod attinet ad rationalem vel intellectualē creaturam, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradyso negare audeat beatos fuisse ante peccatum: quanvis de sua beatitudine quam diurna, vel utrum eterna esset incertos? Esset autem eterna nisi peccassent, cum hodie non imprudenter beatos vocemus quos videmus iuste ac pie cum spe futura immortalitatis hanc vitamducere sine criminis vastante conscientiam facile impetrantes peccatis hius infirmitatis diuinam misericordiam. Qui licet de sua perseverantie premio certi sunt, de ipsa tamen perseverantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominuse in actione profectuque iustitiae perseveraturum usque in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latente iudicio, non omnes instruit, sed

All. Deu.
vere sed
non solum
ipse bea-
tus.

All. Bea-
ti qui.

Mat. 2.

sed neminem fallit. Quantum itaque pertinet ad delectationem presentis boni, beatior erat primus homo in paradiſo, quam q̄libet iustus in hac infirmitate mortali; quantum autem ad spem futuri boni, beatior q̄libet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem angelorum in participatione summi Dei, quam erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi.

quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem angelorum in participatione summi Dei, quam erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi.

qui certi non fuerunt, non enim erat eorum eterna felicitas, cuius certi essent, que finem fuerat habitura, restat ut aut impares fuerint, aut si parēs fuerunt, post istorum ruinam illis certa scientia suę sempiternę felicitatis accesserit. Nisi forte quis dicat K

Mat. 25.

An ita unius felicitatis omnes angelii sint
creati, vt neque lapsuros se possent nosse,
I qui lapsi sunt, & post ruinam labentium
perseuerantiae sua præscientiam accep-
runt qui steuerunt. Cap. XIII.

all. Deu:
vere sed
non solus
ipse bes-
tus.

Ioan. 8.

Q Vocira cuiusiam non difficeret oc-
currir vtroque coniuncto effici beatitudinem, quam recto proposito intellectua-
lis natura desiderat. hoc est, vt & bono in-
commutabili, quod Deus est, sine vlla mole-
stia perfruatur, & in eo se in æternum esse
manifurum, nec vlla dubitatione cunctetur,
nec vlo errore fallatur. Hanc habere ange-
los lucis, pia fide credimus, hanc nec ante q̄
caderent habuisse angelos peccatores, qui
sua prauitate illa luce priuati sunt consequē-
ti ratione colligimus, habuisse tamen aliquā
estis non præsciam beatitudinem, si vitam ege-
runt ante peccatum, profecto credendi sunt.
Aut si durum videtur, quando facti sunt ange-
li, alios credere ita factos, vt non acciperent
præscientiam vel perseueratię vel casus sui,
alios aut̄ ita factos, vt veritate certissima æter-
nitatem sua beatitudinis nosset, sed æqua-
lis felicitatis omnes ab initio creati sunt, &
ita fuerunt, donec isti qui nunc mali sunt ab
illo bonitatis lumine sua voluntate cecidisse-
sent, profecto multo est durius nunc putare
angelos sanctos æternæ sua beatitudinis incer-
tos, & ipsos de semetipsis ignorare, quod
nos de illis per scripturas sanctas nosse potui-
mus: Quis enim catholic⁹ Christianus igno-
rat nullum nouum diabolum ex bonis ange-
lis vterius futurum, sicut nec istum in socie-
tatem bonorum angelorum vterius redditum?
Veritas in Euangeliō sanctis fidelibus
promittit, quod erunt æquales angelis Dei,

L

1. Ioaz. 3.

in veritate non steterit, & ideo nunquam beatus cum sanctis angelis fuerit, suo recusans esse subditus creatori, & superbia sua velut pri-
uata potestate elatus, ac per hoc falsus & fal-
lax, quia nec quisquam potestatem omnipo-
tentis euadit: Et qui per piam subiectionem
noluit tenere quod vere est, affectat per su-
perbię elationem simulare quod non est, vt
sic intelligatur etiam quod beatus Ioannes
Apostolus ait: Ab initio diabolus peccat,
hoc est, ex quo creatus est iustitiam recusa-
uit, quam nisi pia deoque subdita voluntas
habere non posset. Huic sententię quisquis
acquiescit, nō cum illis hereticis sapit, idest,
Manichēs, & si quę alię pestes ita sentiunt,
quod suam quandam propriam tanquam ex
aduerso quodam principio diabolus habeat
naturam malī, qui tanta vanitate despiciunt,
vt cum verba ista Euangeliča in autoritate
nobiscum habeant, non attendant non dixi-
se dominum, a veritate alienus fuit, sed, Iean. 8.

in veritate non stetit, vbi a ve-
ritate lapsum intelligi vo-
luit, in qua vtique si
stetisset, eius par-
ticeps fa-
ctus,
beatus cum sanctis
angelis perma-
neret.

Mat. 22.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quo genere locutionis dictum sit de Diabolō, quod in veritate non steterit, quia veritas non est in eo.

Cap. XIII.

S Vbiecit autem indicium quasi quæfisse-
mus, ynde ostendatur, quod in veritate
non steterit, atque ait: Quia non est veritas
in eo. Eſſet autem in eo, ſi in illa ſtetiſſet. Lo-
cutione autem diſtum eſt minus vſitata. Sic
enim videtur ſonare: In veritate non ſtetiſſet,
quia non eſt veritas in eo, tanquam ea ſit
cauſa, vt in veritate non ſteterit, quod in eo
veritas non ſit, cum potius ea ſit cauſa, vt in
eo veritas non ſit, quod in veritate non ſtetiſſet.

Psal. 16. eo veritas non in, quod in veritate non situt.
M Sed ista locutio est & in Psalmo, vbi ait: Ego
clamaui, quoniam exaudistime Deus, cum
dicendum fuisse videatur, Exaudiisti me Deus,
quoniam clamaui. Sed cum dixisset, ego cla-
maui, tanquam ab eo quereretur, vnde se cla-
masse monstraretur, ab effectu exauditionis
Dei clamoris sui ostendit effectum, tanquam
diceret: Hinc ostendo clamasse me, quoniam
exaudiisti me.

Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, Ab initio Diabolus peccat.

Caput XV.

I. Isa. 3. **L**lud etiam quod ait de Diabolo Iohannes:
Ab initio Diabolus peccat , non intelligunt qui inde volunt asserere peccati naturam , cum naturale nullum sit omnino peccatum . Sed quid responderetur propheticis testimoniis , siue quod Esaias ait sub figura persona principis Babylonie , Diabolum notans : Quomodo cecidit Lucifer , qui mane oriebatur , Siue quod Ezechiel : In delitiis paradisi Dei fuisti omni lapide precioso or-

Ezechiel.
28.

A natus? Vbi intelligitur suisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulo post dicitur: Anibulasti in diebus tuis sine vi:io. Quæ si aliter conuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud quod dictum est. In veritate non stetit, sic accipiamus quod in veritate fuerit, sed non permanerit. Et illud quod ab initio Diabolus peccat, non ab initio ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia coepit esse peccatum. Nec illud quod scriptum est in libro Iob, cum de Diabolo

fermo esset. Hoc est initium segmenti Domini, quod fecit ad illudendum ab angelis suis. *Iob. 40.*
Cui consonare videtur etiam Psalmus, vbi *Psa. 103.*
legitur: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei: sic intelligendum est, ut existimemus
talem ab initio creatum, cui ab angelis illuderetur, sed in hac poena post peccatum or-
dinatum. Initium ergo eius segmentū est Do-
mini. Non enim est illa natura etiam in ex-
tremis infimisq; bestiolis, quam non ille con-
stituit, à quo est omnis mod⁹, omnis species,
omnis ordo, sine quibus nihil rerum inueni-
ri vel cogitari potest, quanto magis angelica
creatura, quæ omnia cætera, quæ Deus con-
didit, naturæ dignitate precedit. *v. 103.*

De gradibus & differentiis creaturarum, B
quod aliter pendet utilitatis usus,
aliter ordo rationis.

Cap. XVI.

IN his enim quæ quoquomodo sunt, & nō sunt quod Deus est, à quo facta sunt præponuntur viuentia non viuentibus, sicut ea quæ habent vim gignendivel etiam appetendi his, quæ isto motu carent. Et in his quæ viuunt, præponuntur sentientia non sentientibus, sicut arboribus animalia. Et in his quæ sentiunt, præponuntur intelligentia non intelligentibus, sicut homines pecoribus. Et in his quæ intelligunt præponunt immortalia mortalibus, sicut angelii hominibus, sed ista præponuntur naturæ ordine. Est autem alius atque alius pro suo cuiusque vnu aestimationis modus, quo fit, vt quædam sensu carentia, quibusdam sentientibus præponamus, intantum, vt si potestas esset, ea prorsus de natura rerum auferre vellemus, siue quem in ea locum habeant ignorantes, siue etiam si sciamus, nostris ea commodiis postponentes. Quis enim non domi suæ panem habere, quam mures, nummos quam pulices malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum estimatione, quorum certe natura tantè est dignitatis, plerunque carius comparetur equus, quam seruus, gemma, quam famula? Ita in tali libertate iudicandi plurimum distat ratio considerantis à necessitate indigentis, seu voluntate cupientis, cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expetatur cogitat,

*Iob. 40.
Psa. 103.
A Deo
mduis
species,
Ordo.*

Et mox, cogite, & ista quid verum luci mentis ap-
quid expe pareat, voluptas vero quid secundum cor-
diat cog. poris sensibus blandiatur, exquirat. Sed tan-
tum valet in naturis rationalibus quoddam
Bonib[us] An-
malis veluti pondus voluptatis, & amoris, ut cum
ordine naturae angelii hominibus, tamen le-
gelis pre-
feruntur. ge iustitiae boni homines malis angelis pre-
ferantur.

Vitium malitiæ non naturam esse, sed contra
naturam, cui ad peccandum non con-
ditor causa est, sed voluntas.

Caput XVII.

*Iob. 40.
E* Propter naturam igitur, non propter ma-
litiam diaboli, dictum feste intelligimus.
Hoc est initium figimenti domini, quia sine
dubio ubi esset vitium malitiæ, natura non
viciata precessit. Vitium autem ita contra na-
turam est, ut non possit nisi nocere naturæ.
Non itaque esset vitium, recedere à Deo, ni-
si naturæ cuius id vitium est, potius conipe-
teret esse cum Deo. Quapropter, etiam vo-
luntas mala grande testimonium est naturæ
bonæ. Sed Deus sicut naturarū bonarum opti-
mus creator est, ita malorum voluntatum iu-
stissimus ordinator, ut cum male illę videntur
naturis bonis, ipse bene vtratur etiam voluntati-
bus malis. Itaque fecit, ut diabolus institu-
tione illius bonus, voluntate sua malus, in in-
terioribus ordinatus illudetur ab angelis
eius, id est, ut prosint tentationes eius sanctis,
quibus eas obesse desiderat. Et quoniam Deus
cum eum conderet futurę malignitatis eius
non erat vtique ignarus, & præuidebat
que bona de malo eius esset ipse
facturus, propterea *Plal-*

Pf. 103. *mus ait, Draco hic,*
quem finixisti ad
illudēnum
ei, vt

in eo ipso, quo eum finxit,
licer per suam
boni-
tatem bonum, iam per suam præscien-
tiam præparasse intelliga-
tur, quomodo ille
vteretur ma-
lo.

De pulchritudine vniuersitatis, que per or-
dinationem Dei etiam contrario
rum fit oppositione lu-
culentior.

Caput XVIII.

Neque enim Deus ullum, non dico an-
gelorum, sed vel hominum crearer,
quem malum futurum esse præcisset, nisi
pariter nosset, quibus eos bonorum visibus
commodaret, atque in ordinem seculorum
tanquam pulcherrimum carmen etiam ex
quibusdam quasi antithesis honestaret. An-
titheta enim que appellantur in ornamentis
elocutionis sunt decentissima, que latine ap-
pellantur opposita, vel quod expressius di-
citur, contra posita. Non est apud nos hu-
ijs vocabuli contuetudo, cum tamē eisdem
ornamentis locutionis etiam sermo Latinus
vtatur, immo lingue omnium gentium.
His antithesis etiam Paulus Apostolus in
secunda ad Corinthios epistola, illum lo-
cum suauiter explicat, ubi dicit: Per arma
iustitiae a dextris & a sinistris, per gloriam
& ignobilitem, per infamiam & bonam
famam, ut seductores & veraces, ut qui igno-
ramur & cognoscimur, quasi morientes,
& ecce viuimus, ut coerciti, & non morti-
ficati, ut tristes, semper autem gaudentes, si-
cuit egeni, multos autem ditantes, tanquam
nihil habentes, & omnia posidentes. Sicut
ergo ista contraria contrariis opposita ser-
monis pulchritudinem reddunt, ita quadam
non verborum, sed rerum eloquentia con-
triorum oppositione seculi pulchritudo
componitur. Apertissime hoc positum est
in libro Ecclesiastico, hoc modo: Contra *Ecclesiasti-*
malum bonum est, & contra mortem vita, *Fili. 33.*
sic contra pium peccator. Et sic intuere in
omnia opera altissimi, bina & bina, vnum
contra vnum.

*Cōtraria,
ad decorē
universi
pertinere*

Quid sentendum videatur de eo quod
scriptum est. Diuinitus Deus inter
lucem & tenebras.

Cap. XIX.

Quavis itaque diuini sermoni obscu-
ritas etiam ad hoc sit utilis, quod plu-
res intentias veritatis parit, & in lucem no-
titiae producit, dum alius eum sic, alius sic

D. AURELIUS AVG. DE CIVITATE DEI

intelligit, ita tamen ut quod in obscuro loco intelligitur, vel attestatione rerum manifestarum, vel aliis locis minime dubiis afferatur, siue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod sensit ille qui scripsit, siue id lateat, sed ex occasione tractanda profundae obscuritatis alia quedam vera dicantur, non mihi videtur ab operibus Dei absurdas sententias. Si cum lux illa prima facta est, angeli creati intelliguntur, & inter sanctos angelos & immundos fuisse discretum, ubi dictum est:

Gene. 2. Et diuisit Deus inter lucem & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. Solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit etiam priusquam caderent prescire casueros, & lumine priuatos veritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istum nobis notissimum diem & noctem, idest, inter haec lucem, & has tenebras, vulgatissima sensibus nostris luminaria coeli, ut diuidenter, imperauit. Fiant, inquit, luminaria in firmamento coeli, ut luceant super terram, & diuidat inter diem & noctem.

Ibidem. **K** Et paulopost: Et fecit, inquit, Deus duo luminaria magna, luminare maius in principia diei, & luminare minus in principia noctis, & stellas, & posuit illa Deus in firmamento coeli lucere super terram, & praefecit diei & nocti, & diuidere inter lucem & tenebras. Inter illam vero lucem, quae sancta societas angelorum est illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, idest, malorum angelorum auerborum a luce iustitiae teterimas mentes, ipse diuide re potuit, cui etiam futurum non naturae, sed voluntatis malum occultum, aut incertum esse non potuit.

De eo quod post discretionem lucis, atq; tenebrarum dictum est. Et videt Deus lucem, quia bona est.

Caput XX.

Gene. 1. **D** Enique, nec illud praeterendum est silentio, quod ubi dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, continuo subiunctum est. Et videt Deus lucem, quia bona est, non postea q; separauit inter lucem, & tenebras, & vocavit lucem diem, & tenebras noctem, ne simul cum luce, etiam talibus tenebris testimonium placiti sui perhibuisse videretur. Nam ubi te

istam his oculis conspicuam luminaria coeli diuidunt, non ante, sed post infertur: Et videt Deus, quia bonum est, & posuit, inquit, illa in firmamento coeli lucere super terram, & praefecit diei & nocti, & separare inter lucem & tenebras. Et videt Deus, quia bonum est. Vtrumque placuit, quia utrumque sine peccato est. Vbi autem dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, statim sequitur, Et videt Deus lucem, quia bona est. Et postmodum infertur, Et separauit Deus inter lucem & tenebras, vocauitque Deus lucem diem, & tenebras noctem, non hoc loco additum est. Et videt Deus quia bonum est: ne utrumque appellaretur bonum, cum esset horum alterum malum, vitio proprio, non natura. Et ideo sola ibi lux placuit conditori, & nebrae autem angelicæ, & si fuerant ordinatae, non tamen fuerant approbandæ.

De æterna & incommutabili scientia Dei, ac voluntate, qua semper illi vniuersa, quæ fecit sic placuerunt facienda, quemadmodum facta.

Cap. XXI. A

Q Vid est enim aliud intelligendum in eo quod per omnia dicitur, Videt Deus, quia bonum est, nisi operis approbatio secundum artem facti, quæ sapientia Dei est? Deus autem vsque adeo non cum factum est, tunc dicit bonum, ut nihil eorum fieret, si ei suis est incognitum. Dum ergo videt, quia bonum est, quod nisi vidiisset, antequam fieret, non vtrique fieret: docet bonum esse, non dicit.

Et Plato quidem plus aulus est dicere, elatus esse, scilicet, Deum gaudio, mundi vniuersitate perfecta. Vbi & ipse non usque adeo desipiebat, ut putaret Deum sui operis nouitatem factum beatorem, sed sic ostendere voluit artifici suo placuisse iam factum, quod placuerat in arte faciendum, non quod villo modo Dei scientia varietur, ut aliud in eo fiant,

B quæ nondum sunt, aliud quæ iam sunt, aliud quæ fuerunt. Non enim more nostro ille, vel quod futurum est, prospicit, vel quod praesens est, aspicit, vel quod præteritum est, respicit, sed alio modo quodam à nostrarum cogitationum consuetudine longe lateque diuerso. Ille quippe, non ex hoc in illud, cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter videt: ita, ut illa quidem quæ temporaliter sunt, & futura nondum sunt, &

prælen-

Iaco

Gen

Plato in
Timeo.

Plate
Timea

Rom.

præsentia iam sint, & præterita iam non sunt, ipse vero hæc omnia stabili ac sempiterna præsencia cōprehendat, nec aliter oculis, ali ter mente, non n. ex animo constat & corpo re. Nec aliter nūc, & aliter antea, & aliter po stea, qm̄ non sicut nostra, ita & eius quoque scientia trium temporum, præsens videlicet & præteriti, vel futuri varietate mutat: apud quem non est immutatio, nec momenti obū bratio. Neq; enim eius intentio de cogitatio ne in cogitationē trāsit, in cuius incorporeo cōitu simul adsum cuncta quæ nouit. Qm̄ tempora ita nouit nullis suis temporalib. no tioneib. quemadmodū temporalia mouit nul

Clis suis temporalib. motib. Ibi ergo vidit bonum esse, quod fecit, vbi bonum esse vidit, vt faceret. Nec quia factum vidit, scientiā dupli cauit, vel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris scientiæ fuerit priusquā faceret, quod videret, qui tam perfecte non operare, nisi tam perfecta scientia, cui nihil ex eius operi bus adderetur. Quapropter si tantummodo nobis insinuandum esset, quis fecerit lucem, sufficeret dicere: Fecit Deus lucem. Si autē nō solum qs fecerit, verūtiam per qd fecerit, fatis esset ita enūciari. Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, vt nonnū Deum, sed ēt p ver bum lucem fecisse nossemus. Quia vero tria ēdā maxime sciēda de creatura nobis opertuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: Deus dixit, inquit: Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem, q̄ bona est. Si ergo ērim⁹, qs fecit, Deus est. Si per qd fecerit, dixit fiat, & facta est. Si qua re fecerit, q̄ bona est. Nec author est excellētior Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec cā melior q̄ vt bonum creare ā bono Deo.

E Hanc ēt Plato cām condendi mundū iustissimā dicit, vt a bono Deo bona opera fierent, siue ista legerit, siue ab his qui legerant forte cognouerit, siue acerrimo ingenio īuisibilia Dei p ea q̄ facta sunt, intellecta cōspexerit siue ab his q̄ ista cōspexerāt, & ipse didicerit.

De his, quibus in vniuersitate rerum a bono creatore bene cōditarum quēdam displi cent, & putant nonnullam esse naturam malam.

Caput. XXII.

H Anc tamen causam, i.ad bona creanda bonitatem Dei. Hanc inquam causam

tam iustum atque idone am, quæ diligenter cōsiderata & pie cogitata, oēs controuersias quærentiū mudi originē terminat, qdam hæ retici non viderūt, q̄a egenam carnis huīus fragilemq; mortalitatē, iā de isto supplicio venientē, dum ei non conueniunt plurima, offendunt, sicut ignis, aut frigus, aut sera be stia, aut quid huiusmodi. Nec atteundit, q̄ Ad pul vel in suis locis naturisq; vigeant, pulcroq; chrititudine disponant, quātūm q̄ vniuersitati re nem vni uersi, no munem Rempublicam conferant, vel nobis stramque ipsis si eis congruenter atq; scienter utamur, utilitatiē, commoditatis attribuant, ita vt venena ipsa ēt q̄ mata quæ per inconuenientiā pernicioſa sunt, con sunt, sicut uenienter adhibita in salubria medicamen ti & Ve vertantur, quamq; a cōtrario eriam hæc qb. delestantur, sicut cib. & potus & ista lux im moderato & importuno vslu noxia sentianē. Vnde nos admonet diuina prouidentia, non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerū diligenter inquirere, & vbi nostrum ingeniu vel infirmitas deficit, ita credere occulta, si cut erant qdā quæ vix potuimus inuenire, quia & ipsa utilitatis occultatio, aut humili tatis exercitatio est, aut elationis atritio, cum omnino natura nulla sit malum, nomenque hoc non sit nisi priuationis boni, sed a terrenis vsque ad coelestia, & visibilib. vsque ad in visibilia sunt aliis bonis alia meliora, ad hoc in æqualia vt essent omnia. Deus autē ita est ar tisēx magnus in magnis, vt minor non sit in paruis, qua parua non sua granditate, nam penē nulla est, sed artificis sapientia metiēda sunt, sicut in specie visibilis hominis, si vñ radatur supercilium, quam propemodum ni hil corpori, & quā multū detrahitur pulchritudini, qm̄ non mole constat, sed parilitate ac dimensione membrorum. Nec sane multum mirandum est, quod hi qui nonnullam malam putant esse naturam suo quodam cōtrario exortā, propagatamq; principio, no

junt accipere istam causam creationis rerū, vt bonus Deus conderet bona, credentes eu potius ad hēc mundana molimina rebellantis aduersum se mali extrema necessitate pē ductum suamque naturam bonam malo co erendo, superandoq; miscuisse, quam turpisime pollutam & crudelissime captiuatam, & oppressam labore magno, vix mūdet, ac liberet, non totā tamen, sed quod eius

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Manichæ non potuerit ab illa inquisitione purgari, cheorum, tegmen, ac vinculum futurum hostis vieti & inclusi. Sic autem Manichæi non desiderent, vel potius insanirent, si Dei naturam, sicuti est, incomunicabilem atque omnino incorruptibilem crederent, cui nocere nulla res posset, animam vero, quæ voluntate mutari in deteriorius & peccato corrumpi potuit, atq; ita incommutabilis veritatis luce priuari, nō Dei partem, nec eius naturę quæ Dei est, sed ab illo conditam longe imparem conditori, Christiana sanitatem sentirent.

De errore, in quo Origenis doctrina culps.

Caput XXIII.

Sed multo est mirandum amplius, quod etiam quidam, qui vnum nobiscum credunt, omnium rerum esse principium, nullamque naturam, qua nō est quod Deus est, nisi ab illo conditore esse non posse noluerunt tamen istam causam fabricandi mundi, tam bonam, ac simplicem bene ac simpliciter credere, vt Deus bonus conderet bona, & essent post Deum, quæ non essent, quod est Deus, bona tamen quæ non ficeret, nisi bonus Deus. Sed animas dicunt non quidem partes Dei, sed factas a Dō, peccasse a conditore recessendo, & diuersis progressib. pro diuersitate peccatorum, à cœlis vique ad terras, aduersa corpora quasi vincula meruisse. Et hunc esse mundum, eamq; causam mundi fuisse faciendi, non ut cōderent bona, sed vt mala cohererent. Hinc Origines iure culpatur. In libris enim quos appellat *τεπιάχων*, idest, de principiis, hoc tensit, hoc scripsit. Vbi plus, quam dici potest, miror hominem in ecclesiasticis literis tam doctum & exercitatum, nō attendisse, primum quām hoc esset contrarium scripture huius tantæ autoritatis intentioni, quæ per omnia opera Dei subiungens: Et vidit Deus, quia bonum est, complexisq; omnibus, inferēs, Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde nullam aliam causam faciendi mundi intelligi voluit, nisi vt bona fieret a bono Deo. Vbi si nemo peccasset, tātummodo naturis bonis esset mundus ornatus, & plenus. Et quia peccatum est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum longe maior numerus in coelestibus sive naturę ordinem seruet. Nec

*Origenis,
error in
τεπιάχων
χων.*

Gene. I.

Ket videt Deus, quia bonum est, complexisq; omnibus, inferēs, Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde nullam aliam causam faciendi mundi intelligi voluit, nisi vt bona fieret a bono Deo. Vbi si nemo peccasset, tātummodo naturis bonis esset mundus ornatus, & plenus. Et quia peccatum est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum longe maior numerus in coelestibus sive naturę ordinem seruet. Nec

mala voluntas, quia naturę ordinem seruare noluit, ideo iusti Dei leges omnia bene ordinantis effugit. Quoniam sicut pictura cum colore nigro, loco suo posito, ita vniuersitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quāuis per seipso consideratos sua deformitas turpet. Deinde videre debuit Origentes, & quicunque ita sapient, si hec opinio vera eslet mundum ideo factum vt animæ pro meritis peccatorum suorum tāquam ergastula, quibus poenitentia includerentur, corpora acciperent, superiora & leuiora quæ minus, inferiora vero & grauiora quæ amplius peccauerunt, dæmones, quibus deterior nihil est, terrena corpora, quibus inferius & grauius nihil est, potius quam homines etiam malos habere debuile. Nunc vero vt intelligeremus animarum merita non qualitatibus corporum esse pensanda, aereum possidet pesimus dæmon: homo autem & nunc licet malus longe minoris mitiorisque malitiae, & certe ante peccatum tamen luteum corpus accepit. Quid autem stultius dici potest quam istum Iolem, vt in uno mundo vnum esset, non decori pulchritudinis, vel etiam saluti corporalium rerum consultuisse artificem Deum, sed hoc potius evenisse quia vna anima sic peccauerat, vt tali corpore mereretur includi. Ac per hoc si contigisset, vt nō vna sed due, immo non duæ sed decem, vel centum, similiter æqualiterque peccassent, centum soles haberet hic mundus. Quod vt non fieret, nō opificis prouisione mirabili ad rerum corporalium salutem decoremque consultum est, sed contingit potius tanta vnius animæ progressionе peccantis, vt sola corpus tale mereretur. Non plane animarum, de quibus nesciunt quid loquantur, sed eorum ipsorum qui talia sapiunt, multum longe avertitatem & merito est coercenda progressio.

In naturae confusione quid requiratur. Hac ergo tria, quæ superius commendauit, cum in vnaquaque creatura requiruntur, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit, vt respondeatur Deus, per verbum, quia bonus est, virum altitudine mystica nobis ipsa trinitas intimetur, hoc est, pater & filius spiritus sanctus, an aliquid occurrat, qđ hoc loco scripturarum id accipiendum esse prohibeat, multi sermonis est quæstio, nec omnian vno volumine vt explicemus vrgēdū est.

De trini-

De trinitate diuina, quæ per omnia opera sua significationis sue sparsit indicia.

Caput.

est, indicetur. Quia bonitas si spiritus sanctus recte intelligitur, vniuersa nobis trinitas in suis operib. intimat. Inde est cunctatis sanctæ, qua in sanctis angelis sursum est, & origo, & informatio, & beatitudo. Nam si queratur unde sit, Deus eam cōdidit. Si vnde sit lapiēs, a Deo illuminatur. Si vnde sit fœlix, a Deo quo fruitur, subsistens modificatur, contemplans illustratur, inhærens iucundatur, est, videt, amat, in æternitate Dei vigeret, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet.

Credimus & tenemus, & fideliter predicamus quod pater genuit verbum, hoc est, sapientiam, per quam facta sunt omnia, unigenitum filium, unus unus, & eternus coeternus, summus bonus & qualiter bonum, & quod spiritus sanctus simul & patris & filii sit spiritus, & ipse cōsubstantialis & coeternus am-

B bob. Atque hoc totum & trinitas sit pp proprietatem personarum, & unus Deus pp inseparabilem diuinitatem, sicut unus omnipotens pp inseparabilem omnipotentiam, ita tñ ut etiam cum de singulis queratur, vnum quilibet eorum & Deus & omnipotens esse respondet, cum vero de omnibus simul, non tres dñi vel tres omnipotentes, sed unus Deus omnipotens, tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas, quæ sic se voluit prædicari.

Spissat. **T**ertia in **T**rinitate psona. Vtrum autem boni patris, & boni filii, spiritus sanctus, quia communis ambobus est, recte bonitas dici possit amborum, non audeo temerari precipitare sententiam. Veruntamen amborum eum dicere sanctitatem facilius auius fuero, non amborum quasi qualitatè, sed ipsam quoq; substantialiam, & tertiam in trinitate personam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quod cum sit & pater spiritus, & filius ipsius, & pater sanctus, & filius sanctus, proprietas ipse vocatur spiritus sanctus tanquam sanctitas substantialis & consubstantialis amborum. Sed si nihil aliud est bonitas di-

Cuina q; sanctitas, profecto & illa diligentia rationis est, non prælumptionis audacia, vt in operib. Dei secreto quodam loquendi modo, quo nostra exerceatur intentio, eadem nobis insinuata intelligat trinitas, vnam quaque creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur verbi, qui dixit vt fiat. Quod autem illo dicente factum est, proculdubio per verbum factum est. In eo vero quod dñ, vidit Deus quia bonum est, satis significat Deum nulla necessitate, nulla sui cuiusquam utilitatibus indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est, i.e. quia & qualiter bonum, & quod spiritus sanctus simul & patris & filii bonum est. Qd ideo postea quam factum est dñ, vt res quæ facta est congruere bonitati, pp quam facta

Detripartita totius philosophiae disciplina. Caput

XXV.

Quantum intelligi datur hinc philosophi sapientiae disciplinam tripartitam esse voluerunt, immo vero tripartitam esse animaduertere potuerunt. Neque n. ipsi insti tuerunt vt ita esset, sed ita esse potius inuenierunt, cuius vna pars appellaretur physica, altera logica, tercia ethica. Quarū nomina Latina iam multorum literis frequentata sunt, vt naturalis, rōnalis, moralisq; vocarent, quas etiā in octauo libro breuiter perscrinximus.

Non quod sit consequens, vt isti in his tribus aliquid secundum Deum de trinitate cogita uerint. Quamvis Plato primus istam distributionem reperisse, & commendasse dicas, cui neque naturarum omnia author, nisi Deus virius est, neque intelligentia dator, neq; amoris quo bene beatique vitatur inspirator.

Sed certe cum de natura rerum, & de rōne indagandæ veritatis, & de fine boni ad quem cuncta quæ agimus referre debemus, diuersi diuersa sentiant, in his tamen tribus magnis & generalibus questionibus omnis eorum velatur intentio. Ita vt cum in unaquaque earum quid quisq; sentet, multiplex sit discrepancia opinionum, esse tñ aliquam naturæ causam, scientiæ formam, vitæ summam, nemo cunctetur. Tria etiam sunt quæ in unoquoq;

Homini, artificiis pates.

homine artifice spectatur, vt aliquid efficiat, natura, doctrina, vīsus. Natura ingenio, doctrina scientia, vīsus fructu dijudicandus est. Nec ignoro quod proprie fructus fruentis, vīsus vero vītantis sit. atque hoc intereste videatur, quod care frui dicimur, quæ nos nō ad aliud referenda per seipsum delectat, vt vero ea re, quam propter aliud querimus, vī de temporalibus magis vītenduni est, quam

Iib. 1. de d. Erina christia- nis. ca. 4.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

fruendum, ut frui mereamur aeternis. Non si-
cūt peruersi qui frui volunt nummo, vtiaū
Deo, quoniam non nummum pp Deum im-
pendunt, sed Deum propter nummum co-
lunt. Veruntamen eo loquendi modo, quem
plus obtinuit consuetudo, & fructib. vtimur,
& vsib. fruimur. Nam & fructus iam proprie-
dicuntur agrorum, quibus vtique omnes te-
poraliter vtimur. Hoc itaque more vsum di-
xerim in his trib. quæ in homine spectanda

G commonui, quæ sunt natura, doctrina, vslus.
Ex his propter obtainendam beatam vitam, tripartita, vtdixi, à philosophis inuēta est dis-
ciplina, naturalis propter naturam, rationa-
lis propter doctrinā, moralis propter vsum.
Si ergo natura nostra esset a nobis, profecto
& nostram nos genuissimus sapientiam, nec
eam dōctrinā, idest, aliud discendo percipi-
pere curarem, & noster amor a nobis pro-
fectus, & ad nos relatus, ad beate viuendum
sufficeret, nec bono alio, quo frueretur vlo,
indigeret. Nunc vero quia natura nostra, vt
esset, Deum habet authorem, proculdubio
vt vera sapiamus ipsum debemus habere do-
ctorem, ipsum etiam vt beati simus suauita-
tis intimæ largitorem.

De imagine summæ trinitatis, quæ secundum
quendam modum in natura est, nec dum
beatificati nominis. Cap. XXVI.

Et nos quidem in nobis tametsi nō æqua-
lem, immo valde longeq; distātem, ne-
que coæternam, & quo brevius totum dicatur,
non eiusdem substantiæ cuius est Deus,
tñi qua Deo nihil sit in reb. ab eo factis natu-
ra propius, imaginem Dei, hoc est, summæ
illus trinitatis agnoscimus, adhuc reforma-
tione perficiendam, vt sit etiam similitudine
proxima. Nam & sumus, & nos esse nouimus,
& nostrum esse ac nosse diligimus. In his au-
tem trib. quæ dixi, nulla nos falsitas verisimi-
lis turbat. Non enim ea sicut illa, quæ foris
sunt, vlo sensu corporis tangimus, velut co-
lores videndo, sonos audiendo, odores olfa-
ciendo, sapores gustando, dura & molia cō-
trectando sentimus, quorum sensibilium etiā
imagines eis simillimas, nec iam corporeas
cognitione versamus, memoria tenemus, &
per ipsas in istorum desideria concitamus, sed
sine vlla phantasiarum vel phantasmatū

imaginatione ludificatoria, mihi esse me, id-
que nosse, & amare certissimum est. Nulla in
his veris Academicorum argumēta formido
dicentiū: Quid si falleris? Si enim fallor, sum.
Nam qui non est vtiq; nec falli potest, ac per
hoc sum, si fallor. Quia ergo sum, qui fallor,
qñ esse me fallor, qñ certum est me esse si
fallor? Qui igitur essem qui fallerer, etiam si
fallar proculdubio in eo quod me noui esse
non fallor. Consequens est autem, vt etiam,
in eo quod me noui nosse, non fallor. Sicut I
enim noui me esse, ita noui etiam hoc ipsum
nosse me. Eaqs; duo cum amo, eundem quo-
que amorem quiddam tertium, nec imparis
æstimationis eis, quas noui. rebus adiungo.
Neq; enim fallor amare in e, cum in his quæ
amo non fallar, quanquam etiā illa falsa es-
sent, falsa me amare verum esset. Nam quo-
pacto recte reprehenderet, & recte prohibe-
ret ab amore falsorum, si me illa amare fal-
sum esset? Cum vero illa vera atque certa sint
quis dubitet quin eorum quæ amantur, & ip-
se amor verus & certus est? Tam porrò ne-
mo est, qui esse se nolit, quām nemo est, qui
non beatus esse velit. Quomodo enim potest
beatus esse si nihil sit?

De essentia & scientia, & vtriusque amore.
Caput. XXVII.

H Ia vero vi quadam naturali ipsum esse iu-
cundum est, vt non ob aliud & hi, qui mi-
seri sunt nolint interire. Et cum se miseros es-
se sentiant, non se ipsos de rebus sed miseriā
suam potius auferri velint. Illis etiā qui & si-
bi miserrimi apparent, & planè sunt, & non
solum à sapientib. qm̄ stulti, verum etiam ab
his qui se beatos putant miseri iudicantur, qā
pauperes atq; mendici sunt, si quis immorta-
litatem daret, quia nec ipsa miseria moreret,
proposito sibi, qđ si in eadem miseria semper
esse nollent, nulli. & nusquam essent futuri,
sed omnimodo perituri, profecto exulta-
rēt latitia, & sic semper eligerent esse quām
omnino non esse. Huius rei testis est notissi-
mus sensus eorum. Vnde enim mori metuit
& malunt in illa ærumna viuere, quam eam
mortem finire, nisi quia satis appetet quam re-
fugiat natura non esse? Atque Deo cum se
nouerint esse morituros, pro magnō benefi-
cio sibi hāc impēdi. misericordiā desiderat,
vt ali-

vt aliquanto productius in eadem miseria viuant, tardiusq; moriantur. Procul dubio ergo indicant immortalitatem, saltē talē, qua nō habeat finem mēdicitatis, q̄ta gratulatione susciperent. Quid aīalia ē irrationalia quib. datum non est ista cogitare ab immensis draconib. vñq; ad exiguo vermiculos? Nonne se esse velle, atque ob hoc interitum fugere omnib. qb; possunt motibus indicant? Quid arbusta omnesq; frutices, qb; nullus est sens⁹ ad vitādam manifesta motione perniciē, nō

A ne vt in auras tutum culminis germen emitant, * aliud terræ radices affigunt quo alimētum trahant, atque ita suum quodammodo esse conferuent? Ipsi postremo corpora, qb; non solum sensus, sed nec vlla saltē semina

Mar. 26. lis est vita, ita tñ vel exiliūt in superna, vel in ima descendunt, vel librantur in mediis, vt essentiam suam vbi secundum naturam possunt esse, custodiant. Iam vero nosse quātum amet, quām q; fallit nolit humana natura, vel hinc intelligi potest, quod lamentari quisque sana mente mauult, quām lētari in amentia. Quā vis magna atque mirabilis mortalibus, pr̄ter homines animantib. nulla est, licet eorum quibusdam ad istam lucem contiudā, multo q; nobis sit acrior sensus ocolorū, sed lucem illam incorpoream contingere nequeunt, qua mens nostra quodammodo irradiat, vt de his omnib. recte iudicare possumus. Nam in quantum eam capimus, intantū id possumus. Verunt̄ inest sensib. irrationalium aīantium, et si scientia nullo modo, at certe quādam scientiā similitudo, cetera autem rerum corporalium non quia sentiunt, sed qua sentiūt, sensibilia nuncnpata sunt.

B a. l. g. gnum. Quorum in arbustis hoc simile est sensib. q; aluntur & * gignuntur. Veruntamen & hēc & omnia corporalia latentes in natura causas habent, sed formas suas varias quibus mūdi huius visibilis strūctura formosa est, sentiendas sensib. p̄ebent, vt pro eo quod nosse non possunt, quasi innotescere velle videantur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus, vt de his non sensu corporis iudicemus. Habeamus. n. aliū interioris hominis sensum isto longe p̄statiōrem, quo iusta & iniusta sentimus, iusta per intelligibilem speciem, iniusta per eius priuationem. Ad hui⁹ sensus officium, non acies pupillę, nō foramen auriculę, non spiramen narium, non gestus fanciū,

non vllus corporeus tactus accedit. Ibi me & esse, & hoc nosse certus sum, & hoc amo. atque amare me similiter certus sum.

An etiam ipsum amorem, quo & esse & sci-
re diligimus, diligere debeamus quo ma-
gis diuinæ trinitatis imagini propinque-
mus. Cap. XXVIII.

S Ed de duob. illis essentia. s. & notitia quā tum amentur in nobis, & quemadmodū etiam in ceteris reb. quā infra sunt eorum reperias, et si differens quādam tamen similitudo, quantum suscepisti huius operis ratio visa est postulare, satis diximus. De amore autem quo amantur, vtrum & ipse amor amet, non dictum est. Amat autem. Et hinc probamus

quod in omnibus quā rectius amantur, ipse magis amet. Neque enim vir bonus meritō dī qui scit quod bonum est, sed qui diligit. Cur ergo & in nobisipsis nō & ipsum amore nos amare sentimus, quo amamus, quicquid boni amamus? Et enim & amor, quo amatur, quod amandum non est, & iustum amorem odit in se, qui illum diligit, quo id amatur, quod amandum est. Possunt enim ambo esse in uno homine, & hoc bonum est homini, vt illo proficiente quo bene viuimus iste deficiat, quo male viuimus, donec ad perfectū fanetur, & in bonum commutetur omne qđ viuimus. Si enim pecora essemus, carnalem vitam & quod secundū sensum eius est amarēmus, idq; esset sufficiens bonum nostrum, & secundum hoc cum esset nobis bene, nihil aliud quereremus. Itē si arbores essemus, nihil quidem sentiente motu amare possemus, veruntamen id quasi appetere videremur, quo feracius essemus vberiusq; fructuose. Si essemus lapides, aut fluctus, aut ventus, aut flamma, vel quid eiusmodi, sine vlo quidem senſu atque vita, non tamen nobis deesset quasi quidam nosfroruni locorum atque ordinis appetitus. Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum siue deorsum grauitate siue sursum leuitate nitātur. Ita enim corpus pondere, sicut animus amore fertur quo cunque fertur. Quoniam igitur homines sumus, ad nostri creatoris imaginem creati, cuius est vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera caritas, estq; ipse æterna & vera & chara trinitas, neque confusa, neque separata, in

D. AURELII AVG. DE CIVITATE DEI

ta, in iis quidem rebus quæ infra nos sunt, quoniā & ipsa nec aliquo modo essent, nec aliqua specie continerent, nec aliquem ordinem appeterent, vel tenerent, nisi ab illo facta essent qui summe est, qui summe sapiens est, qui summe bonus est, tanquam per oīa q̄ fecit mirabili stabilitate currentes, quasi quādā eius alibi magis, alibi minus impressaverūt, stigia colligamus, in nobis aut̄ ipsis eius imaginem cōuenentes, tanquam minor ille Evangelicus filius, ad nosmetip̄os reuersi surgamus, & ad illum redeamus, a quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nosse nostrum non habebit errorē, ibi amare nostrum non habebit offenditionem. Nunc aut̄ ista tria nostra quanuis certa teneamus, nec aliis ea credamus testib. sed nosip̄i pr̄fentia sentiamus, atq̄ interiore veracissimo cernamus aspectū, tñ quandiu futura, vel vtrū nunquā defutura, & quō si bene, quō aut̄ si male agantur peruenitura sint, quoniam per nosip̄os nosse non possumus, alias hinc certes vel querimus, vel habemus, de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio, non est iste, sed posterius erit diligentius differendi locus. In hoc autem libro de Cuiitate Dei, quæ non peregrinatur in huius vite moralitate, sed immortalis semper in cœlis est, i. de angelis sanctis Deo coherentib. qui nec fuerunt inquam, nec futuri sunt deserto res, inter quos & illos qui eternā lucem dēferentes, tenebra facti sunt, Deum primitus diuissime iam diximus, illo adiuuante quod cœpimus, ut possumus explicemus.

De sanctorum angelorum scientia, qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt, qua operum causas prius in operibus artificis intueruntur.
Caput. XXIX.

Illi quippe angeli sancti non per verba so-
naria Deum discunt, sed per ipsam prae-
scientiam immutabilis veritatis, hoc est, ver-
bum eius unigenitum. Et ipsum verbum &
parrem & eorum spiritum sanctum, eamque
esse inseparabilem trinitatem, singulasq; in
ea personas esse substantiam, & tamen om-
nes non tres Deos esse, sed unum Deum ita no-
uerunt, ut eis magis ista sit nota, q; nosipsi
nobis cogniti sumus. Ipsi quoq; creaturæ

melius ibi, hoc est, in sapientia Dei tanquam in arte qua facta est, q̄ in ea ipsa sciunt, ac per hoc & seipso ibi melius, q̄ in seipisis. Verūt̄ & in seipisis sciunt. Facti sunt. n. & aliud sunt quām ille qui fecit. Ibi ergo tanquam in cognitione diurna, in seipisis aut̄ tanquam in vespertina, sicut supra iam diximus. Multum autem differt utrum in ea ratione cognoscatur aliquid secundum quam factum est, an in seipso. Sicut aliter scitur restitudo linearum seu veritas figuratum cum intellecta cōspicitur, aliter cum in puluere scribitur. Et aliter iustitia describitur in veritate incom- I mutabili, aliter in anima iusti. Sic deinde cæ- Gene. 1. tera, sicut firmamentum inter aquas superiores & inferiores, quod coelum vocatum est, sicut deorsum aquarium congeries terreque nudatio, & herbarum institutio atque lignorum, sicut Solis & lunę stellarumq; cōditio, sicut ex aquis animalium, volucrum, s. atque piscium beluarumq; natantium, sicut quorūcunque in terra gradientium atque repentium, & ipsius hominis, qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia h̄ec aliter in verbo Dei cognoscuntur ab angelis, vbi habent causas rationesq; luas, idest, secundum quas facta sunt incommutabiliter permanentes, aliter in seipisis, illuc clariore, hic obscuriore L cognitione, velut artis atque operum, q̄q; ram opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationemq; referuntur, tanquam mane lucescit in mentibus contemplantium m.

De senarii humeri perfectione, qui prius
partium suarum quantitate completur.
Caput. XXX.

Capit. viii. [lxxvi]. v. 11. XXX.

T.T Acciaio in propriez. scenarii numeri per

Hoc autem proprii tenari maneri per-
fectionem, sedé die sexi, repente.

1.1 *fectionem, eoque die lexies repetito, sex diebus perfecta perfringitur et non possit. Recipi et*

lex alieb. perfecta haec fuit, non quia Deo necessaria sit, sed quia ea quae sunt in aliis.

*cellaria fuerit mora temporu, quan qui non
i. 5. 3. i. 5.*

potuerit creare oia simul, quæ deinceps con-

gruis motib. peragerent tempora, sed q[ui]a per-

scenariū numerum est operū significata perfe

ctio. Numerus q̄ppe tenarius primus cōplet

suis partibus i. sexta sui parte. & tertia. &c. di-

midia, si sunt vnu & duo & tria, quia in sum-

mā ducta sex fiunt. Rantes sūcūm hæc cēfū.

*ma ducta, lex null. Partes autem in hac conditio-
nem non valent, ut in illis, quae illi, sed s*

Fractiones numerorum illæ intelligendæ sunt,

que quæ sunt, dici potest, scilicet dimidia,

tertia, quarta, &c deinceps ab aliquo numero.

ro denominata. Neq; n. exempli gratia, quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est, iō dici pōt, quota eius sit, vnu aut̄ potest, nā nona eius est, & tria pōt, nā tercia eius est. Cōiūcta vero iste due partes eius nona s. atq; tercia. i. vnu & tria, lōge sunt à tota summa eius, qđ est nouē. Itēq; in denario quater narius est aliqua pars eius, sed quota sit, dici non pōt, vnu aut̄ pōt, nā decima pars eius est hēt & qntam, q̄ sunt duo, habet & dimidiā, q̄ sunt quinque. Sed h̄ tres partes eius, decima & quinta, & dimidia. i. vnu, & duo, & qnq; simul dūcta non cōplent decē, sunt. n. octo. Duodenarii vero partes numeri in summam dūctae, transeunt eum, habet. n. duodecimam, qđ est vnu, habet sextam, quæ sunt duo, hēt & quartā, q̄ sunt tria hēt tertīā, quæ sunt sex, vnu aut̄, & duo, & tria, & quatuor, & sex, nō duodecim, sed amplius. i. sedecim sūt. Hoc breuiter commemorandū putauit, ad cōmēdādū senarii numeri perfectionē, q̄ primus, vt dixi, partib. suis in summam redactis ipse p̄ficit, in quo perficit Deus opera sua. Vnde rō numeri cōtemnenda non est, quæ in multis sanctarū scripturarū locis, q̄ magni affi manda sit, eluet diligēter intuentibus. Nec frustra in laudibus Dei dīctum est: Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi.

Sapiē. 1

De die seprimo, in quo plenitudo & requies commendatur. Cap. XXXI.

Gen. 22.

In septimo autem die, i.eodem die septies repetito, qui numerus etiam ipse alia rōne perfectus est, Dei requies commendat, in qua primum sanctificatio sonat. Ita Deus nō luit istū diē in illis suis operib. sanctificare, sed in requie sua, quæ non habet vesperā. Ne que. n. vlla creatura est, vt etiam ipsa aliter in B Dei verbo, aliter in sē cognita, faciat aliā velut diurnā, aliā velut veipertinam notitiam. De septenarii porrò numeri perfectione dici qđem plura p̄nt, sed & liber iste iam prolixus est, & vereor ne occasione cōperta, sc̄iētiolam nostram leuiter magis quam utiliter iactare velle videamur. Habenda est itaque ratio moderationis atque grauitatis, ne forte cū de numero multū loquimur, mēsuram & pondus negligere iudicemur. Hoc itaque fatus sit admonere, quod tot⁹ impar prīmus numerus ternarius est, totus par quaterna-

rius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro vniuerso s̄pē ponit̄ sicuti est. Septies cadet iustus, & resurget. i. quotiescumq; ceciderit, non peribit. Quod nō de iniuncta, sed de tribulationib. ad humilitatem producentib. intelligi voluit. Et septies in die laudabo tē, qđ alibi alio modo dīctum est, Sem per laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis autoritatib. reperiuntur, in qb. septenarius numerus, vt dixi pro cuiusq; rei vniuersitate ponit̄ solet. Propter hoc eodem septenario numero significatur spiritus, de quo dñs ait: Docebit vos omnem veritatem. Ibi requies Dei, qua requiesciunt in Deo. In toto q̄ppe i. in plena perfectione requies, in parte aut̄ labor. Iō laboramus, quādiū ex parte scimus, sed cū peruererit qđ perfectū est, quod ex parte est euacuabit̄. Hinc est q̄ etiā scripturas istas cum labore rimamur. Sancti vero angelī, ad quōrum societatem & congregatiōnem in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habent permanēdi aeternitatem, ita cognoscendi facilitatem, & requiescendi facilitatē. Sine difficultate quippe nos adiuuant, quoniam spiritualibus moti bus puris & liberis non laborant.

C
Ioan. 16.
1. Co. 13.

De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem volunt esse quām mūdi. Caput.

XXXII.

Ne quis autem contendat, & dicat non sanctos angelos esse significatos, in eo quod scriptum est, fiat lux, & facta est lux, sed quilibet lucem tunc primum factam esse corpoream, aut opinatur, aut doceat, angelos autem prius esse factos, non tantum ante firmamentum, quod inter aquas & aquas factum, appellatum est cōlūm, sed ante illud quod dīctum est: In principio fecit Deus cōlūm & terram, atque illud quod dīctum est in principio, nō ita dīctum tanquam primum hoc factum sit, cum ante fecerit angelos, sed quia omnia in sapientia fecit, quod est verbum eius, & ipsum scripture principium nominavit, sicut ipse in Euangelio Iudeiis quarentibus quis esset, respondit se esse principium, non econtrario referam cōtentōrem, maxime quia hoc me delectat plurimum, quod etiam in summo exordio sancti libri Gen. trinitas commēdat. Cum enim

Gene. 1.

E

Ib. dem.

Pf. 103.
Io. an. 8.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Gene. 1. enim ita dicitur: In principio fecit Deus cœlum & terram, ut pater fecisse intelligatur in filio, sicut attestat Psalm. vbi legitur. Quam magnificata sunt opera tua dñe, omnia in sapientia fecisti, conuenientissime paulo post commemoratur etiam spiritus sanctus. Cum enim dictum esset, qualem terram Deus primus fecerit, vel quam molem materiamve futurae constructionis mundi cœli & terræ nomine nuncupauerunt subiiciendo & addendo: Terra aut erat inuisibilis & incomposita, & tenebra erant super abyssum, mox ut trinitatis commemoratione completeretur, & sps, inquit, Dei serebatur super aquas. Proinde ut volet vnuquisq; accipiat, qd ita profundum est, ut ad excitationem legentium a fidei regula non aberrantes plures posse generare finas, dum tñ angelos sanctos in sublimib. cœli sedib. non quidem Deo coæternos, sed tñ de sua sempiterna & vera felicitate se euros & certos esse nemo ambigat. Ad quo F rum societatem pertinere parvulos suos do minus docens, nō solum illud ait: Erut equales angelis Dei, verū ipsi quoq; angeli qua cōtemplatione fruantur, ostendit, vbi ait: Vide te, ne contēnatis vnū expulsiis ilitis. Dico. n. Mat. 18. vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.

Mat. 22. De duabus angelorum societatibus, diuersis, atque disparibus, quæ non incongrue intelliguntur lucis & tenebrarum nominib. nuncupatae.

Cap. XXXIII.

*P*eccasse autem quosdam angelos, & in huius mundi ima detrusos, qui eis velut carcer est, vsque ad futuram in die iudicij ultimam damnationem, Apostolus Petrus apertissime ostendit, dicens, quod Deus angelis peccantibus non perpercit, sed carcerib. caliginis inferni detrudens tradidit in iudicio puniendos referuari: Inter hos ergo & illos, Deum, vel præscientia, vel opere diuississe qd dubitet, illosq; lucem merito appellari, quis contradicat? Quandoquidem nos adhuc in fide viuentes, & eorum equalitatē adhuc spe rantes, vtq; nondum tenentes, iam lux dicti ab Apostolo sumus? Fuisse enim, inquit, aliquando tenebrae, nūc autem lux in dño. Istos vero desertores, tenebras apertissime nuncupari, profecto aduertūt, qui peiores esse eos hominib. infidelib. siue intelligenti, siue credunt. Quapropter & si alia lux in isto huius libri loco intelligenda est, vbi legimus: Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & alia tenebra significatae sunt in eo quod scriptum est: Dixit Deus inter lucem & tenebras nostam has duas angelicas societas, vnam fruentem Deo, alteram tumentem typho, vnam cui df: Adorate eum omnes angeli eius, aliam cuius princeps dicit, Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me, vnam Dei sancto amore flagrantem, alteram propriæ celstitudinis immundo amore sumatam, & qm, sicut scriptum est, Deus superbis resistit, humiliib. autem dat gratiam: Illam in cœlis celorum habitantem, istam inde deiecatam in hoc infimo aereo cœlo tumultuantem. Illam luminosa pietate tranquillam: istam tenebrofis cupiditatibus turbulētam. Illam Dei nutu clemēter subuenientem, iuste vlciscētem, istam suo fauor dominandi & nocendi libidine exstūtem. Illam, ut quantum vult, cōsular, Dei bonitatis ministram, istam ne quantum vult, noceat Dei potestate frenatam. Illam huic illudentem, ut nolens profisit persecutionib. suis, hanc illi inuidētem cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societas angelicas inter se dispare atque cōtrarias, vnam & natura bonam & voluntate rectam, aliam vero natura bonam, sed volūtate peruersam, aliis manifestioribus diuinarū scripturarum testimoniis declaratas, quod in hoc libro, cui non men est Genesis lucis tenebrarumq; vocabulis significatas existimauimus, et si aliud sensit hoc loco forte qui scripsit, nō est utiliter obscuritas huius pertracta snia, quia et si voluntatem authoris libri huius indagare nequivimus, a regula tñ fidei quæ per alias eiusdem authoritatis sacras literas fidelibus nota est, nō aberrauiimus. Etsi enim corporalia hic commemorata sunt opera Dei, habent præculdubio nonnullam similitudinem spirituallium, secundum quam dicit Apostolus. Omnes enim vos filii lucis estis & filii Dei, non sumus noctis neque tenebrarum. Si aut hoc sensit et ille qui scripsit, ad perfectiore disputationis ordinem nostra peruenit intētio, ut homo Deitā exiniæ diuinæq; sapiētiae, imo per eum sps Dei in cōmemorandis operib. Dei, quæ omnia sexto die dicit esse perfecta, nullo modo angelos prætermisſe credatur siue

Gene. 11.

Ibidem.

Psal. 96.

Mat. 4.

Jacob. 4.

t. Pet. 5.

Gen.

Gen.

Psal.

Gene. 1.

L

t. Th. 5.

Gene. 1. siue in principio, quia primo fecit, siue quod cōuentius intelligit in principio, quia in verbo unigenito fecit, scriptum sit, In principio fecit Deus celū & terram, qd. nominib. vniuersalis est significata creatura vel spiritu lis & corporalis, qd. est credibilis, vel magna dūa mūdi partes, qd. omnia quae creata sunt continentur, vt primitus eam totam proponeret, ac deinde partes eius, secundum mysticum dierum numerum exqueretur.

De eo quod quidam putant in cōditione firmamenti aquarū discretarum nomine angelos significatos, & quod quidam aquas existimant non creatas. Cap. XXXIII.

Gene. 1. **Q** Vanquam nonnulli putauerint aquarū nomine significatos quodāmodo populos angelorum, & hoc esse quod dictum est: Fiat firmamentum inter aquam & aquā, vt supra firmamentum angeli intelligantur, infra vero vel aquā ista visibiles, vel malorum angelorum multitudo, vel omnium hominum gentes. Quod si ita est, non illic apparet vbi facti sunt angelii, sed vbi discreti. Quāuis & aquas, quod peruersissima atque impie vanitas est, negēt quidam factas a Deo, quoniam nusquam scriptum est, dixit Deus fiant aqua: Quod possunt simili vanitate etiā de terra dicere, nūquam enim legitur: Dicit Deus fiat terra. Sed inquit scriptum est: in principio fecit Deus cōclū & terram. Illic ergo & aqua intelligenda est, vno enim nomine vtrūq; comprehēsum est. Nam ipsius est mare, sicut in Psalmo legitur, & ipse fecit illud, & aridam, i. terrā manus eius fixerū. Sed hi qui in nomine aquarum q̄ sup cōclūs sunt, angelos intelligi volūt, ponderibus elementorum mouentur, & ideo non putant aquarum fluidam grauemque naturam in superioribus mundi locis potuisse constituti, qui secundum rationes suas si ipsi hominem facere possent, non ei pituitam quod Græce φύσις dicitur & tanquam in elementis corporis nostrī aquarum vicem obtinet, in capite ponerent. Ibi enim fides est phlegmatis secundum Dei opus utique apertissime, secundum istorum autem coniecturam tam absurde, vt si hoc nesciremus, & in hoc libro simili scriptum esset, quod Deus humorem fluidum & frigidum, ac per hoc grauem in

superiore omnibus ceteris humani corporis parte posuerit, isti trutinatores elemētorum nequaquam crederent. Et si authoritati eiusdem scripturæ subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent! Sed, quoniam si diligenter singula scrutemur, atque tractemus, quae in illo diuino libro de constitutione mundi scripta sunt, & multa dicenda, & a proposito instituti operis, longe digrediendum esset. Iamque de duab. ipsis diversis inter se atque contrariis societatibus angelorum, in quib. sunt quādam exordia duas etiam in rebus humanis ciuitatum, de quibus deinceps dicere institui, quantum sat esse visum est, disputauimus, hunc quoq; librum aliquando claudamus.

C

D. A V R E L I I A V G V T I N I *Rom. 12.*
De ciuitate Dei ad Marcellinum.

LIBER DVODECIMVS.

De vna bonorum malorumque angelorum natura. *Cap. I.*

A Nte quām de institutione hominis dicam, vbi duarum ciuitatum, quantum ad rationalium mortaliumque genus attinet, apparebit exortus, sicut superiore libro apparuisse ī angelis iam videtur, prius mihi quādam de ipsis angelis video esse dicenda, quibus demonstretur quantum à nobis potest, quam non inconueniens neq; incongrua dicatur esse hominibus angelis; H societas, vt non quatuor, duæ scilicet angelorum totidemq; hominum, sed duæ potius ciuitates, hoc est, societas merito esse dicantur, vna in bonis, altera in malis, non solum angelis, verum etiam hominibus constituta. Angelorum bonorum & malorum inter se cōtrarios appetitus non naturis principiisque diuersis, cum Deus omnium subiatarum bonus author & conditor vtroque creauerit, sed voluntatibus & cupiditatibus extitisse, dubitarephas non est, dum alii constantes in communi omnibus bono, quod ipse illis Deus est, atque in eius aeternitate, veritate, charitate persistunt. Alii sua potestate potius delectati, velut bonū suū sibi ipsi essent, a supe-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

a superiore communione omnium beatifico bono ad propria defluxerunt, habentes elationis fastum, pro excellentissima eternitate vanitatis astutiam, pro certissima veritate studia partium, per individua charitate superbi, fallaces, inuidi effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est, adhucere Deo. Quocirca istorum miseria causa ex contrario est intelligenda, quod est non adhucere Deo. Quamobrem si cum queritur, quare illi beati sint recte ridentur, quia adhucent Deo. Et cum queritur, cur isti sint miseri, recte ridentur, quia non adhucent Deo. Non est creature rationalis vel intellectus bonum, quo beata sit, nisi Deus. Itaque quanquam non ois beata posse esse creature, neque enim hoc munus adipiscunt, aut cupiunt ferre, ligna, faxa, & si quid huiusmodi est, eant quae potest, non ex seipso potest, quia ex nihilo creata est, sed ex illo, a quo creata est. Hoc enim adepto beata est, quo amissio misera est. Ille vero qui non alio, sed seipso bono beatus est, ideo miser non potest esse, quia Deus summus non se potest amittere. Dicimus itaque immutabile bonum non esse, nisi unum verum Deum.

Illius immutabile bonum non esse, nisi unum verum Deum, ea vero qua se fit bona quidem esse quod ab illo, verum est mutabilia, quod non de illo, sed de nihilo facta sunt. Quanquam ergo summa non sint, quod est Deus maius bonum, magna sunt tamen ea mutabilia bona, quae adhucere possunt, ut beata sint immutabili bono: quod usque adeo bonum est eorum, ut sine illo misera esse necesse sit. Nec ideo cetera in hac creature vniuersitate meliora sunt, quam misera esse non possunt, neque enim cetera membra corporis nostri, ideo dicendum est oculis esse meliora, quia cœca esse non possunt. Sicut autem melior est natura sentiens, & cum dolet, qd lapis, qui dolere nullo modo possunt, ita rationalis natura præstantior est etiam misera, quam illa quae rationis vel sensus est exceptus, & ideo in eam non cadit miseria. Quod cum ita sit, huic naturae quae in tanta excellitia a creatura est, ut licet ipsa sit mutabilis, inhaerendo tamē incommutabili bono. I. summo Deo, beatitudinem consequatur, nec expletat indigentiam suam, nisi utique beata sit, ei que explendere non sufficiat, nisi Deus, profecto non illi adhucere, vitium est. Omne autem vitium naturae nocet, ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur quae adhucet Deo, non natura differt ista, sed vitio, quo tamen vitio

etiam valde magna multumque laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim recte vituperatur vitium procul dubio natura laudatur. Nam recta virtus vituperatio est, qd illo dehonesta natura laudabilis. Sicut ergo cum vitium oculorum dicitur cœcitas, id ostenditur quod ad naturam oculorum pertinet visus, & cum vitium aurium dicitur surditas, ad earum naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum vitium creature angelicæ dicitur, quod non adhucet Deo, hinc apertissime declaratur, eius natura ut Deo adhucet, conuenire. Quam porro magna sit laus adhucere Deo, vt ei vivat, inde sapiat, illo gaudeat, tantoque bono sine morte, sine errore, sine molestia perfrauit, quis cogitare digne posset aut eloqui? Quapropter etiam virtus malorum angelorum, quo non adhucent Deo, quoniam omnes virtus naturae nocet, satis manifestatur Deum tam bonam eorum creaturam naturam, cui noxiun sit, non esse cum Deo.

Deus summus non se potest amittere. Dicimus itaque immutabile bonum non esse, nisi unum verum Deum.

Nullam essentiam Deo esse contrariam, quia ab eo qui summe est, & semper est, hoc totum videtur diuersum esse, quod non est.

Caput. II.

Hec dicta sunt, ne quisquam quum de angelis apostatis loquimur, existimet eos aliam velut ex alio principio habere potuisse naturam, nec eorum naturam authorem Deum. Cuius erroris impietate tanto quisque carebit expeditius & facilius, quanto perspicacius intelligere potuerit, quod per angelum dixit Deus, quando Moysen mittebat ad filios Israel. Ego sum qui sum. Cum enim Deus summa essentia sit, hoc est, summe sit, & ideo immutabilis sit, rebus quas ex nihilo creauit, esse dedit, sed non summe esse sicut ipse est, & aliis dedit esse amplius, aliis minus, atque ita naturas essentiarum gradibus ordinavit. Sicut n. ab eo qd est sapere, vocatur sapientia, sic ab eo qd est esse vocatur essentia, nouum quidem nomine, quo y si veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus visitato, ne decesset est lingue nostræ, quod Græci appellant οὐσίαν, hoc n. verbū a verbo expressum est, ut dicereetur essentia. Ac per hoc ei natura, qd summe est, qua faciente sunt quæcumque sunt, contraria natura non est, nisi quae non

Magna
laus adhuc
vite Deo.

In
Dei q
sint.

a. l. b.

Essentia.

a. l. ini

non est. Et quippe quod est non esse contrarium est. Et propterea Deo, idest, summæ essentia, & authori omnium qualiuscunque essentiarum essentia nulla contraria est.

De inimicis Dei, non per naturam, sed per contrariam voluntatem, quæ cum ipsis nocet bona utique naturæ nocet, quia vitium si non nocet, non est. Cap. III.

Inimici
Dei qui
sunt.

Dicitur autem in scripturis inimici Dei, qui non natura, sed vitiis aduersantur eius imperio, nihil ei valentes nocere, sed sibi. Inimici enim sunt resistendi voluntate, non potestate laddendi. Deus namq; immutabilis est, & omni modo incorruptibilis. Idcirco vitium quo resistunt Deo, qui eius appellatur inimici, non est Deo, sed ipsis malum: neque hoc ob aliud nisi quia corruptit in eis naturæ bonum. Natura igitur non est contra Deo, sed vitium, quia qd malum est contrarium est bono. Quis autem neget Deum summe bonum? Vitium ergo contrarium est Deo, tanquam malum bono. Porro autem bonum est & natura quā vitiat, vnde & huic bono utique contrarium est, sed Deo tantum modo tanquam bono malum, naturæ vero quam vitiat, nō tantum malum, sed etiam noxiū. Nulla quippe mala Deo noxia, sed mutabilibus corruptilibusque naturis, bonis tamen ipsorum quoque testimonio vitiorū. Si enim bona non essent, eis vitia nocere nō posset. Nam quid eis nocendo faciunt, nisi adimunt integritatem, pulchritudinem, salutem, virtutem, & quicquid *boni naturæ per vitium detrahi sive minui consuevit?

CQuod si omnino desit nihil boni adimendo non nocet, ac per hoc nec vitium est. Nam esse vitium, & non nocere, non potest. Vnde colligitur quanvis non posset vitium nocere incommutabili bono, nō tamen posse nocere nisi bono, qd non inest, nisi vbi nocet. Hoc etiam isto modo dici potest, vitium esse nec in summo posse bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nusquam, quoniam naturæ etiam illæ quæ ex male voluntatis *vitio vitiate sunt, inquantum vitiate sunt, male sunt, inquantum autem naturæ sunt, bona sunt. Et cum in peccatis est natura vitiosa, excepto eo quod natura est, etiam hoc ibi bonum est, quod im-

punita non est. Hoc enim est iustum, & oē iustum proculdubio bonum. Non enim quisquam de vitiis naturalib. sed de voluntariis poenas luit. Nam et qd virtutis cōsuetudine nimio progressu roboratum, velut naturaliter inoleuit, a voluntate sumpsit exordium. De vitiis quippe nunc loquimur eius naturæ, cui mens inest capax intelligibilis lucis, qua discernitur iustum ab iniusto.

De natura irrationalium, aut vita carentium, quæ in suo genere atque ordine ab vniuersitatibus discrepat. Cap. IIII.

Caeterum vitia pecorum & arborum, aliarumque rerum mutabilium atque mortalium, vel intellectu, vel sensu, vel vita omnino carentium, quibus eorum dissolubilis natura corruptitur, damnabilia putare ridiculum est, cum istæ creaturæ eum modum nutu creatoris acceperint, vt cedendo ac succedendo peragant infimam pulchritudinem temporum in genere suo istius mundi partibus congruentem. Neque n. celestibus fuerat terrena coequanda, aut ideo vniuersitati defesse ista debuerunt, quoniam sunt illa meliora. Cum ergo in his locis vbi talia esse competit, alias alia defidcentibus oriuntur, & succumbunt minora maioribus, atque in qualitates superantium superata vertuntur, rerum est ordo transiuntur. Cuius ordinis decus propterea nos non delectat, quoniam parti eius pro conditione nra mortalitatis in texti, vniuersum, cui particula quæ nos offendunt, satis apte decenterque conueniunt, sentire non possumus. Vnde nobis in quibus eam cōtemplari minus idonei sumus, rectissime credenda præcipitur prouidentia conditoris, ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere vanitate humanæ temeritatis audeamus. Quanquam & vitio rerum terrenarum non voluntaria, neque poenalia, naturas ipsas, quarum nulla omnino est, cuius non sit author & conditor Deus si prudenter attendamus, eadem ratione commendant, quia & in eis hoc nobis per vitium tolli displiceret, quod in natura placet, nisi quia hominibus etiam ipsæ naturæ plerunque disponent, cum eis sint noxia, non eas considerantibus, sed utilitatem suam, sicut illa animalia, quorum abundautia Aegyptiorum superbia

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

superbia vapulauit. Sed isto modo possunt ipsi & solē vituperare, qm̄ qdēm peccantes, vel debita non redentes, poni à iudicib. iubentur ad solē. Non itaq; ex commōdo vel

*Natura-
rum pre-
flātia, ē
earū que
homini in
pēnam ce-
dunt.*

G moleſtius? idem igitur ipſe pœnaliter appoſitus pernicioſus eſt, qui conuenienter adhi-
bitus commodissimus inuenitur. Nam eius in vniuerso mundo vtilitates verbis explicar-
e quis ſufficit? Nec audiēdi ſunt, qui laudat in igne lucem, ardorem aut̄ vituperant, vide
licet nō ex ſu natura, ſed ex ſuo commōdo
vel incommōdo. Videre. n. volunt, ardere no-
lunt. Sed parum attendunt eam ipſam lucē,
quæ certe & illis placet, oculis infirmis per
inconuenientiam nocere, & in illo ardore,
qui eis diſplicet, nōnulla animalia & per cō-
uenientiam ſalubriter viuere.

Quod in omni natura modo ac ſpecie lau-
dabilis ſit creator.

Cap. V.

Naturę igitur omnes quoniam ſunt, &
ideo habent modum ſuum, ſpeciem
ſuam, & quandam ſecum pacem ſuam. pro-
fecto bona ſunt. Et cum ibi ſunt, vbi eſſe per
nature ordinem debent, quāccepert ſuum eſſe cūſtodiunt. Et quā ſemper eſſe nō
accepert, pro vſu motuque rerum quibus
creatoris legi ſubdūtur, in melius deteriusve
mutantur, in eum diuina prouidentia tenden-
tes exitum, quem ratio gubernandæ vniuer-
ſitatis includit, ita vt nec tanta corruptio,
quanta vſque ad interitum naturas mutabi-
les mortalesque perducit, ſic faciat non eſſe
quod erat, vt non inde fiat conſequenter, qd̄
eſſe dehebat. Que cum ita ſint, Deus qui

K summe eſt, atque ob hoc ab illo facta eſt om-
nis eſſentia, quæ non summe eſt, quia ne-
que illi æqualis eſſe deberet, quæ de nihilo
facta eſſet, neque villo modo eſſe poſſet, ſi
ab illo facta non eſſet, nec villorum vitio-
rum offenſione vituperandus, & omnium
naturarum conſideratione laudandus eſt.

Quæ cauſa ſit beatitudinis angelorum bono-
rum, & quæ cauſa ſit miseria angelorum
malorum.

Cap. VI.

Proinde cauſa beatitudinis angelorū bo-
norū ea veriſima reperitur, qd̄ ei ad-
hären, qui ſumme eſt. Cum vero cauſa mi-
ſeria angelorum quārīt, ea merito
occurrit, quod ab illo qui ſumme eſt auer-
ſi, ad ſeipſos conuerſi ſunt, qui non ſumme
ſunt. & hoc vitiū quid aliud, qd̄ ſuperbia nun-
cupat? Initium quippe omnis peccati ſuper-
bia. Noluerunt ergo ad illum cūſtodiore forti-
tudinem ſuam, & qui magis eſſent, ſi ei qui
ſumme eſt, adhärerent, ſe illi praferendo, id
quod minus eſt, prätulerunt. Hic primus de-
fectus, & prima inopia, p̄imumq; vitiū eius
nature, quæ ita creata eſt, vt nec ſumme eſſet,
& tamen ad beatitudinem habendam eo qui
ſumme eſt, frui poſſet, a quo auerſa non qui-
dem nulla, ſed tñ minus eſſet, atque ob hoc
miſera fieret. Huius porrò malæ voluntatis
cauſa eſſiciens ſi queratur, nihil inuenitur.
Quid eſt enim quod facit voluntatem malā,
cum ipſa faciat opus malum? Ac per hoc ma-
la voluntas eſſiciens eſt operis mali, malæ au-
tem volūtatis eſſiciens eſt nihil. Qm̄ ſi res ali-
qua eſt, aut habet, aut non habet aliquam vo-
lūtatem. Si habet, aut bonam p̄fecto hēr,
aut malam. Si bonam, quiſ ita desipiat vt di-
cat, qd̄ bona voluntas faciat voluntatē malā.
Erit. n. ſi ita eſt, bona voluntas cauſa pecca-
ti, quo absurdius putari nihil potest & dici.
Si aut̄ res ita quæ putatur facere voluntatem
malam, ipſa quoq; habet volūtatem malam,
etiam eam, quæ fecerit res, conſequenter in-
terrogo, atq; vt fit aliquis inquirēdi modus,
cauſam primæ voluntatis malæ inquiero. Nō
eſt enim prima voluntas mala, quam nulla
fecit voluntas etiam mala, ſed illa prima eſt,
quam nulla fecit: nā ſi p̄ceſſit, a qua fieret,
illa prior eſt, quæ alteram fecit. Si respondeat
tur, quod eam nulla res fecerit, ideo ſemper
fuerit, quāero vtrum in aliqua natura fuerit.
Si enim in nulla fuit, omnino non fuit. Si au-
tem in aliqua, vtiabat eam & corrumpet, eratq; illi noxia, ac per hoc bono priuabat:
Et ideo in mala natura voluntas mala eſſe
non poterat, ſed in bona mutabili tamen,
cui vitium hoc poſſet nocere. Si enim non
nocuit, non vtique vitium fuit: ac per hoc
nec ma-

nec mala voluntas fuisse dicenda est. Porro si nocuit bonū auferendo vel minuendo ut que nocuit. Nō igitur esse potuit sempiterna voluntas mala in ea re, in qua bonū naturale præcesserat, quod mala voluntas nō posset adimere. Si ergo non erat sempiterna, quis eā fecerit quārō: Restat, vt dicatur, quod ea res fecerit malam voluntatē, in qua nulla voluntas fuit. Hęc vtrū superior sit, requiro: an inferior, an æqualis. Sed si superior vtiq; melior. Quomodo ergo nullius ac nō potius bona voluntatis? Hoc idem profecto & æqualis si fuerit, dici potest. Duo quippe quandiu sunt pariter voluntatis bona, nō facit alter in altero voluntatē malā. Relinquitur vt inferior res, cui nulla volūtas est, fecerit angelicā naturę, quę prima peccauit, voluntatem malā. Sed etiā res ipsa quęcunq; est inferior usq; ad infimā terrā: quoniā natura & essentia est, proculdubio bona est, habens modū & speciem suam in genere atq; ordine suo. Qūo ergo res bona efficiens est volūtatis malę? Quomodo inquam bonū est causa mali? Cum enim se voluntas relicto superiore ad inferiora conuerit, efficitur mala: non quia malū est, quo se cōuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio. Idcirco non res inferior voluntatem malā facit, sed rem inse-

all. quia. riorē prae, atq; inordinate ipsa * quę facta est appetuit. Si enim aliqui duo æqualiter affecti animo & corpore, videāt vnius corporis pulchritudinem, qua visu vnuis eorum ad illicite fruendum moueatur, alter in volūtate pudica stabilit̄ perseueret, quid purius esse causę, vt in illo fiat, in illo nō fiat voluntas mala, quā illa res fecit, in qua facta est? Neq; enim pulchritudo illa corporis, nā eam non fecit in ambobus, quādoquidē ambo non dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuentis in causa est? Cur non & illius? An vero animus? Cur non vtriusq; Ambos enim & animo & corpore æqualiter affectos fuisse p̄ediximus. An dicendum est, alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione tentatum, quasi non eidem suggestioni, & qualicunq; suaſionis propria volūtate consenserit? Hanc igitur consensionem, hanc malam quā male iuidenti adhibuit volūtati, quę in eo res fecerit, quārimus. Nam vt hoc quoque impedimentum ab ista quæſitione tollatur, si eadē tentatione ambo ten-

tentur, & vnuis ei cedat, atq; consentiat: alter idem qui fuerat, perseueret: quid aliud apparet, nisi vnu voluisse, alterū noluisse a castitate defi cere? Vñ nif̄ propria voluntate, vbi ea dem fuerat in vtroq; corporis & animę affectio, amborum oculis pariter visa est eadem pulchritudo: ambobus pariter institut̄ occultatatio? Propriam igitur in vno eorū voluntatem malam, quę res fecerit scire voluntibus, si bene intueantur. nihil occurrit. Si enim dixerimus quod ipse eam fecerit, quid erat ipse ante voluntatem malam nif̄ natura bona: cuius author Deus, qui est incōmutabile bonū? Qui ergo dicit eum qui consensit tentati atq; suadenti: cui non consensit alius, ad illicite vtēdū pulchro corpore, quod vindendum ambobus pariter affuit, cum ante illam visionem ac temptationem similes ambo animo & corpore fuerint: ipsum sibi fecisse voluntatē malā, qui vtiq; bonus ante voluntatē malam fuerit: quārat cur eam fecerit, vtrum quia natura est an quia ex nihilo facta est: & inueniet voluntatem malam nō ex eo esse incipere, quia natura est. Nā si natura cā est voluntatis malę, qđ aliud coguntur dicere, nif̄ à bono fieri malū, & bonū esse cām mali: si quidē à natura bona fit volūtas mala? Quod vnde fieri potest, vt natura bona, quanvis mutabilis, antequā habeat voluntatē malā faciat aliqd mali, hoc est, ipsam voluntatē malam?

Causam efficiētem malę voluntatis non esse quęrendam. Cap. VII.

Nemo ergo quārat efficiētem causam malę voluntatis. Non enim est efficiēs, sed deficiens, quia nec illa effectio est, sed defectio, deficere nanq; ab eo quod * summe est, ad id quod minus est, hoc est, incipere habere voluntatē malam. Causas porro defectionum istarum cum efficiētes non sint, vt dixi, sed deficiētes velle inuenire, tale est, ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium, quod tamē vtrung; nobis notum est, neque illud nif̄ per oculos, neque hoc nif̄ per aures, non sanè in specie, sed in specie priuatione. Nēmo ergo ex me scire quārat, quod me nescire scio, nif̄ forte vt nescire discat, quod sciri non posse sciendum est. Ea quippe quę nō in specie, sed in Avg. Tomus Quintus. O eius

al. I. sumum.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

eius priuatione sciuntur, si dici aut intelligi potest: quoniam modo nesciendo sciuntur, aut sciendo nesciuntur. Cum enim acies etia oculi corporalis currit per species corpores nusquam tenebras videt, nisi vbi coperit non videre. Ita etiam non ad aliquem aliū sensum, sed ad solas aures pertinet sentire silentium, quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidem nostra intelligendo conspicit, sed vbi deficiunt, nesciendo condiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc scio, naturam Dei nunquam, nusquam nulla ex parte posse deficere, & ea posse deficere, quæ ex nihilo facta sunt. Quæ tamen quanto magis sunt, & bona faciunt, tunc enim aliquid faciunt, cum causas habent efficiens, in quantum autem deficiunt, & ex hoc mala faciunt, quid enim tunc faciunt nisi vana causas habent deficientes.

All. Na
turæ Dei
non posse
deficere.

De amore peruerso, quo voluntas ab incommutabili bono ad bonum commutabile deficit. Cap. VIII.

I Temque scio in quo sit mala voluntas, id in eo fieri: quod si nollet, non fieret: & ideo non necessarios, sed voluntarios defectus iusta pena consequitur. Deficitur enim non ad mala, sed male: id est, non ad malas nature, sed ideo male, quia contra ordinem naturam ab eo quod summe est, ad id quod minus est. Neque enim auri vitium est auaritia vel cupiditas, sed hominis peruersa amatis aurum, inuidia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi. Nec luxuria est vitium pulchrorum suorum, umque corporum, sed animæ peruersæ amantis corporeas voluntates: neglecta temperantia, qua rebus spiritualiter pulchrioribus & incorruptibiliter sua uioribus coaptamus. Nec iactantia vitium est laudis humanæ, sed animæ peruersæ amatis laudari ab hominibus, spatio testimonio conscientiae. Nec superbia vitium est dantis potestatem, vel ipsius etiam potestatis, sed animæ peruersæ amantis potestatem suam, potentioris iustitia contempta. Ac per hoc qui peruersæ amant cuiuslibet naturæ bonum, etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus.

All. A
mor rei
inordina
tus, nrae
ipse in vi
sio.

An sancti angeli quem habent creatorem naturæ, eundem habeat bona voluntatis authorem per spiritum sanctum in eis charitate diffusa semper fuisse existimat. Cap. IX.

C Vm ergo male voluntatis efficiens naturalis, vel, si dici potest, essentialis nulla sit causa: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malum, quo minuitur atq; depravatur naturæ bonum: nec talē voluntatē facit nisi defectio, qua deseritur Deus: cuius defctionis etiam causa vtq; deficit, si dixerimus nullam esse efficiēt causam etiam voluntatis bona, cauendū est ne voluntas bonorum angelorum non facta, sed Deo coetera esse credatur. Cum enim ipsi facti sint, quomodo illa non esse facta dicetur? Porro q; facta est, vtrum cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius? Sed si cum ipsis, nō dubium quod ab illo facta sit, à quo & ipsis simulq; vt facti sunt ei à quo facti sunt, amore cum quo facti sunt, adhæserunt. Eoq; sunt ab illorum societate discreti, quod hi in eadem voluntate bona manserunt illi ab ea deficiendo mutati sunt, mala scilicet voluntate: hoc ipso quod à bono defecerūt à quo non defecissent, si vtq; voluerint. Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona voluntate, eaque in seipsis Deo non operante fecerunt: ergo meliores à seipsis quam ab illo facti sunt. Absit. Quid enim erant sine bona voluntate, nisi mali? Aut si propterea non mali, q; nec mala voluntas eis inerat: neq; n. ab ea, quam nondum ceperant habere, defecerant, certe nondū tales nondū tam boni, q; esse cum voluntate bona coperūt. At si non potuerunt se ipsis facere meliores, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit: profecto & bonam voluntatem, qua meliores essent, nisi opræ adiutorio creatoris, habere non possent. Et cum id egit eorum voluntas bona, vt nō ad seipson, qui minus erant, sed ad illū qui summe est, cōuerterentur, eiq; adhaerentes magis essent, eiusq; participatione sapienter, beatæq; uiuerent: quid aliud ostenditur, nisi voluntatē qualibet bona inopè fuisse in solo desiderio remansuram: nisi ille, qui bonā naturam ex nihilo sui capacē fecerat, ex seipso faceret implendo meliorē, prius faciens excitando audiorē? Nam & hoc discutendum

All.
causa
facta
bona.

Rom.

Psal.

dum est, si boni angeli ipsi in se fecerunt voluntatem bonam, utrum aliqua eam, an nulla voluntate fecerunt. Si nulla utique nec fecerunt. Si aliqua, utrum mala, an bona. Si mala, quomodo esse potuit mala voluntas bona voluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habebant. Et istam quis fecerat, nisi ille, qui eos cum bona voluntate, idest, cum amore casto, quo illi adhaerent, creauit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam? Vnde sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, non quam sanctos angelos fuisse credendum est. Iste autem qui cum boni creati essent, tamen mali sunt: mala propria voluntate, quam bona natura non fecit, nisi cum a bono sponte desecit, ut mali causa non sit bonum, sed defectus a bono, aut minorem accepérunt amoris diuini gratiam,

All. mali
causa, de
fectus a

Rom. 5.

K

Psal. 72.

De falsitate eius historiæ, quæ multa millia annorum præteritis temporibus adscribat. Cap. X.

All. I. Is.
certa. **O** Mittamus igitur conjecturas hominum nescientium quid loquantur de natura vel institutione generis humani: Alij itaque sicut de ipso mundo crediderūt, semper suis se homines opinantur. Vnde & Apuleius, cū hoc animantium genus describeret: Sigillatim, inquit mortales, cuncti tñ vniuerso genere perpetui. Et cū illis dictū fuerit, si semper humanū genus fuit: quonam modo verū eorum loquacit̄ historia, narrās qui fuerint, quarumq: rerum inuentores, qui primi liberalium disciplinarum aliarumq: atrium institutores, vel a quibus primum illa vel illa regio parsq: terrarū illa atque illa insula incoli cooperit. Respondeatur diluuijs & conflagrationibus per certa interualla temporū, non quidem omnia, sed plurima terrarū ita vastarī, ut redigantur homines ad exiguum paucitatem: ex quorū progenie rursus multitudo pristina repareatur: ac sic identidem reparari & institui, quasi prima quum restituātur potius quæ fuerant illis nimis vastationibus interrupta & extincta, coeterum hominem nisi ex homine existere omnino non posse. Dicunt autem q̄ putant, non q̄ sciunt. Fallunt etiam eos quædam mendacissimæ literæ, quas perhibent in historia temporū multa annorum millia continere. Cum ex literis sacris ab institutione hominis nondum completa annorum sex millia computemus. Vnde ne multa disputem, quemadmodū illarū literarum, in quibus longe plura annorum millia referuntur, vanitas refellatur: & nulla in illis rei huius idonea reperiatur authoritas, illa epistola Alexandri Magni ad Olympiadē matrem suā, quā scripta, narrationem cuiusdā Aegyptij sacerdotis insinuās, quam proulit ex literis quæ sacræ apud illos habentur: continent et regna, quæ Græca quoq: nouit historia. In quib. regnum Assyriorum in eadem epistola Alexandri quinque millia excedit annorū. In Græca vero historia, mille fermè & trecēta habet ab ipsis Beli principatu: quem regem & ille Aegyptius in eius dē regni ponit exordio. Persarum aut & Macedonum imperium, usque ad ipsum Alexandrū cui loquebatur, plus quam octo* milliū li.

All. M.? O z annorum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

annorum ille constituit, cū apud Grēcos Mācedonum vsq; ad mortē Alexandri quadrin-
genti octoginta quinq; reperiātur anni. Per-
fārum vero donec ipsius Alexandri victoria
finiretur, ducenti & trigintatres cōputentur.
Longē itaq; hi numeri annorum illis Aegy-
ptijs sunt minores: nec eis ēt si ter tantum cō-
putarentur æquarentur. Perhībentur n. Aegyptijs
quondam tam breues annos habuisse,
vt quaternis mensibus finiretur. Vnde annus

All. Aegyptiaci anni.

al. I. Greca, quam Aegyptia ca historiā de du ratione e gnorum verior.

annus plenior & verior, qualis nunc & nobis & illis est, tres eorum annos cōpletebatur antiquos. Sed ne sic quidem, vt dixi, Grēca Aegyptiæ numero temporum concordat histo-
ria. Et ideo Grēce potius fides habenda est: quia veritatem non excedit annorū, qui literis nostris, qua verē sacræ sunt, continentur. Porro si hæc epistola Alexandri, quæ maxi-
me innotuit, multum abhorret in spatijs tem-
porum à probabili fide rerum: quanto minus
credendum est illis literis, quas plenas fabu-
losis velut antiquitatibus proferre voluerunt.

C contra authoritatem notissimorum diuinorumq; librorum, quæ totum orbem sibi cre-
ditur esse prædictum, & cui totus orbis, sicut
ab ea prædictū est, credidit: quæ vera se nar-
rassē præterita, ex his quæ futura prænuncia-
uit, cum tanta veritate implentur, ostendit.

De his, qui hunc quidē mundū non sempiter-
nū putāt, sed aut innumerabiles, aut eūdē
vnū certa conclusiōne seculorum semper
nasci, & resolvi, opinantur. Cap. XI.

A Lij vero, qui mundū istum non existi-
mant sempiternū: siue nō eum solū, sed innumerabiles opinātur: siue solum qui-
dem esse, sed certis seculorū interuallis innu-
merabiliter oriri & occidere, necesse est sa-
teantur hominū genus prius sine hominibus
gignentibus extitisse. Neq; n. vt alluvionibus
incendijsq; terrarū, quas illi nō putant toto
prorsus orbe contingere: & ideo paucos ho-
mines ex quibus reparetur multitudo pristi-
na, semper remanere cōtendunt: ita & hi pos-
sunt putare, q; aliqui hominū pereunte mun-
do relinquantur in mundo, sed sicut ipsum

All. L. nō nullo.

mundum ex materia sua renasci existimant,
ita in illo ex elemētis eius genus humanū,
ac deinde à parentibus progeniem pullula-
re mortalium sicut aliorum animalium.

Quid respondendum sit his, qui primam cō-
ditionem hominis tardam esse cau-
santur. Cap. XII.

Q uod autem respondimus, cū de mun-
di origine questio verteretur, eis qui
volunt credere non eū semper fuisse, sed esse
cēpisse, sicut ēt Plato apertissime confitetur:
quāuis à nonnullis contra quām loquitur, *Plato in Timaeo.*
sensisse credatur: hoc etiā de prima hominis
conditione respōderim, propter eos qui si-
militer mouentur, cur homo per innumerabi-
lia atq; infinita retro tēpora creatus nō sit,
tamq; fero sit conditus, vt minus quam sex I
millia sint annorū, ex quo esse cēpisse in fa-
cīs literis inuenitur. Si n. breuitas eos offen-
dit temporis, q; tam pauci eis videntur anni
ex quo insititus homo in nostris authorita-
tibus legitur: cōsiderent nihil esse diuīnum,
in quo est aliquid extreūm, & omnia secu-
lorum spatia definita, si eternitati intermixta
comparentur, non exigua existimanda esse,
sed nulla. Ac per hoc, si non quinq; vel sex,
verum etiam sexaginta millia, vel sexenta,
aut sexagesies aut lexcenties millies dicerent-
ur annorū: ant idem per totidē totiens mul-
tiplicaretur hæc summa, vbi iam nullum nu-
meri nomen haberemus, ex quo Deus homi-
nem fecit: similiter quāri posset, cur ante nō
fecerit. Dei quippe ab hominis creatione ces-
atio retrorsus eterna, sine initio tanta est, vt
si ei conferatur quālibet magna & inefabi-
lis numerositas temporū, quæ tñ fine conclu-
fa certis spatijs terminetur: nec faleam tanta
videri debeat, quanta si humoris breuiissimā
guttam vniuerso mari, et quantum Oceanus
circumfluit, cōparemus: qm̄ istorum duoru-
vnū quidem peregrinum est: alterum in-
cōparabiliter magnum, sed vtrunque finitū.
Illud vero temporis spatiū, q; ab initio ali-
quo progreditur, & aliquo termino coer-
etur, magnitudine quantacunq; tendatur, cō-
paratum illi quod initium nō habet, nescio
vtrum pro minimo, an potius pro nullo de-
putandum est. Huic n. si à fine vel breuiissima
sigillatim momenta detrahantur, decrescēte
numero, licet tam ingenti, vt vocabulum nō
inueniat retrorsum redeundo: tanquā si ho-
minis dies ab illo, in quo nunc viuit vfq; ad
illum in quo natus est detrahas: qnq; ad ini-
tium illa detractio perducetur. Si autē detra-
hantur

*All. Nj-
hil di-
turnū in
quo est
aliquid
tremum.*

Plato in
Times.
I
All. Ni-
hil di-
turnū in
quo est
aliquides
tremum.
hantur retrorsus in spatio, quod à nullo cœpit exordio: non dico sigillatim minuta momenta vel horarum, aut dierum, aut mensium, aut annorum etiā quantitates: sed tam magna spatia, quanta illa summa comprehēdit annorum, quę iam dici à quibuslibet cōputatorib⁹ non potest: quę tamen momen-
Ltorum minutatim detractione consumitur: & detrahantur hęc tanta spatia, non semel atque iterum t̄xpiusq; sed semper: quid sit, quid agitur, quando nunquā ad initium, q̄ omnino nullū est, peruenit? Quapropter quod nos modo querimus post quinq; milia, & quod amplius excurrat annorum, possent & posteri etiam post annorum, sexcenties milies eadem curiositate requirere, si in tantū hęc mortalitas hominum exoriendo, & occumbendo, & imperita perseveraret infirmitas. Potuerunt. & qui fuerunt ante nos ipsius recentibus hominis creati temporibus, itam mouere questionem. Ipse denique pri-
mus homo, vel postridie, veleodē die postea quam factus est, potuit inquirere, cur non ante sit factus. Et quandocunq; antea factus esset, non vires tunc alias, & alias nunc vel etiam postea ista de initio rerum temporaliū controuersia reperiret.

MDerevolutione seculorum, quibus certe si-
ne conclusis vniuersa semper in eundem ordinē, eandemq; specie reditura, quidā philosophi crediderunt. Cap. XIIII.

HAnc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerunt posse vel debere dissoluere, nisi vt circumitus temporū inducerent, quibus eadem semper suis se renouata, atq; repedita in rerū natura: atq; ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent volumina viuentium, prētereuntiumq; seculorū: siue in mundo permanēte iti circumitus fierent: siue certis interualis oriens & occidēs mundus eadē semper quasi noua, ea quę trāfacta & quę vētura sunt exhiberet. A quo ludi brio prorsus immortalē animā, etiam cū sapientiam perceperit liberare non possunt, eunt enim sine cessatione ad falsam beatitudinem, ad veram miseriam sine cessatione redeuntes: Quodmodo. n. vera beatitudo est de cuius nūquā æternitate confiditur, dum anima venturam miseriam, aut impertissime in

veritate nescit, aut infelici ssime in beatitudine ptimeſcit? At si ad miserias nunquā ulte-
rius reditura ex his ad beatitudinē pergit: fit ergo aliqd noui in tpe, quod finē non habet temporis. Cur non ergo & mundus?

Cur nō & hō factus in mundo? Ve illi, nescio qui, fal-
si circumitus à falsis sapientibus fallacibus q; comperti in doctrina lana tramite recti itine-
ris evitentur. Nā quidā & illud quod legitur in libro Salomonis, qui vocatur Ecclesiastes:
Quid est, q̄ fuit? Ipsum q̄ erit. Et quid est, q̄ factū est? Ipsum quod fiet, & non est oē re-
cēs sub Sole, nec quisquā loquitur, & dicit: ecce hoc nouū est: iam fuit in seculis quę fue-
runt ante nos. Propter hos circumitus in ea-
dē redeuntes, & in eadē cūcta reuocantes, di-
ctū intelligi volunt, quod ille, aut de his re-
bus dixit, de quibus superius loquebā: hoc
est, de generationibus alijs euitibus, alijs ve-
nientibus: de solis anfractibus, de torrentiū
lapībus: aut certe de omniū rerū generibus,
quę oriuntur, atq; occidūt. Fuerunt. n. homi-
nes ante nos, sūnt & nobiscū, & erūt post nos
ita quoq; animātia, vel arbusta. Monstra quo
q; ipsa, quę inuista nascitūt, quanuis inter
se diuersa sint, & quędā eorū semel facta nar-
rentur, tamen secundū id quod generaliter
miracula & monstra sunt, & vtq; fuerunt,
& erūt: nec recens & nouū est, vt monstrum
sub Sole nascatur. Quanuis hęc verba quidē
sic intellexerint, tanquā in prædestinatione
Dei iā facta fuisse omnia, sapiens ille voluſ
set intelligi, & ideo nihil recens esse sub So-
le. Absit autem à recta fide, vt his Salomonis
verbis illos circumitus significatos esse cre-
damus, quibus illi putant, sic eadem tempo-
rum temporaliumq; rerum volumina repe-
tit: vt, verbi gratia, sicut in isto seculo Plato
philosophus in vrbe Atheniēſt, in ea Schola
q̄ Academia dicta est, discipulos docuit, ita
p̄ innumerabilia retro secula multū prolixis
quidē interuallis, sed tñ certis, & idē Plato,
& eadē ciuitas, eadēq; schola, ijdemq; disci-
puli repetiti, &p innumerabilia deinde secula
repetēdi sint. Absit, inquam, vt nos ista cre-
damus. Semel enim Christus mortuus est p̄
peccatis nostris: resurgens autem à mortuis
iam non moritur, & mors ei ultra non domi-
nabitur, & nos post resurrectionem semper
cū domino erimus, cui mō dicimus, q̄ sacer-
admonet Psalmus: Tu dñe seruabis nos, & Psal. II.

Rom. 6.

I. Th. 4.

custodies nos à generatione hac in aeternū. Satis autem istis existimo conuenire quod sequitur: In circumitu impij ambulant, non quia per circulos quos opinantur eorum vita est recursura, sed quia modo talis est error eorum via, id est, falsa doctrina.

De temporalī conditione generis humani, quam Dens nec nouo cōfilio cōstituerit, nec mutabili voluntate. Cap. X 1 I I I.

Quid autem mirū est, si in his circumib⁹ errantibus, nec aditum, nec exitum inueniunt, quia genus humanū atq; ista mortalitas, nec quo initio cōpta sit sciunt, nec quo fine claudatur: quandoquidē altitudinē Dei penetrare non possunt, quia cū ipse sit aeternus & sine initio, ab aliquo tamen initio exorsus est tempora, & hominem quē nunquam ante fecerat, fecit in tempore, non tamen nouo & repantino, sed immutabili aeternoq; cōfilio. Quis hāc valeat altitudinem inuestigabilem inuestigare, & inscrutabilem per scrutari, secundū quam Deus hominem temporalem, ante quem nemo vñquam hominū fuit, non mutabili voluntate in tempore condidit, & genus humanum ex uno multiplicavit? Quandoquidē Psalmus ipse cum premississet, atq; dixisset. Tu domine feruabis nos, & custodies nos à generatione hac in aeternū: ac deinde repercuisset eos, in quo rū stulta impiaq; doctrina nulla liberationis & beatitudinis animę seruatur eternitas, continuo subiecti: In circumitu, inquit, impij ambulant. Tanquam ei diceret. Quid ergo tu credis, sentis, intelligis? Nunquidnam existimandū est subito Deo placuisse hominē facere, quē nunquam ante infima retro eternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos audientes aliqua forte turbaret ambiguitas, continuo respōdit ad isum Deū loquens: Secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominū. Sentiāt, inquit, homines quid putant, & quod eis placet opinentur, & disputerint, secundū, altitudinē tuā quā nullus pōtuisse hominū, multiplicasti filios hominū.

*al. Dens
aeternus.*

Psal. 11.

Enī dixi. Fecisti, inquit, filios hominū, & invenisti eis, inquit, in circumitu, in quo rū stulta impiaq; doctrina nulla liberationis & beatitudinis animę seruatur eternitas, continuo subiecti: In circumitu, inquit, impij ambulant. Tanquam ei diceret. Quid ergo tu credis, sentis, intelligis? Nunquidnam existimandū est subito Deo placuisse hominē facere, quē nunquam ante infima retro eternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos audientes aliqua forte turbaret ambiguitas, continuo respōdit ad isum Deū loquens: Secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominū. Sentiāt, inquit, homines quid putant, & quod eis placet opinentur, & disputerint, secundū, altitudinē tuā quā nullus pōtuisse hominū, multiplicasti filios hominū. Valde quippe altū est scrutari & semper Deū fuisse, & hominē, quem nunquam ante fecerat, ex aliquo tempore primū facere voluisse, nec confilium voluntatemque mutasse.

Ibidem.

Fecisti, inquit, filios hominū, & invenisti eis, inquit, in circumitu, in quo rū stulta impiaq; doctrina nulla liberationis & beatitudinis animę seruatur eternitas, continuo subiecti: In circumitu, inquit, impij ambulant. Tanquam ei diceret. Quid ergo tu credis, sentis, intelligis? Nunquidnam existimandū est subito Deo placuisse hominē facere, quē nunquam ante infima retro eternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos audientes aliqua forte turbaret ambiguitas, continuo respōdit ad isum Deū loquens: Secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominū. Sentiāt, inquit, homines quid putant, & quod eis placet opinentur, & disputerint, secundū, altitudinē tuā quā nullus pōtuisse hominū, multiplicasti filios hominū.

An vt Deus semper, etiā dominus fuisse semper intelligatur, creder dum sit creaturam quoq; nunquā defuisse, cui dominaretur, & quō dicitur semper creatum, quod dici non potest coeternum. Cap. X V.

Ego quidem sicut dominum Deū, aliquā dominum non fuisse dicere nō audeo, ita hominem nunquā antea fuisse, & ex quodam tempore primum hominem creatū esse dubitare non debo. Sed cum cogito, cuius rei dominus semper fuerit, si semper creatura nō fuit, affirmare aliquid pertimesco: qđ & meipsum intueor, & scriptū esse recolo: *Quis hominum potest scire consilium Dei?* *G*aut quis poterit cogitare, quid velit dñs? *Sapiā 9.* cogitationes enim mortalium timide, & incertae adiunctiones nostræ. Corruptibile n. corpus aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitante. Ex his igitur, que in hac terrena habitacione multa cogito, deprimum me: ideo vtiq; multa, quia vñū quod ex illis vel præter illa, quod forte non cogito, verū est inuenire non possum. Si dixero, semper fuisse creaturam, cuius dominus esset, qui dominus semper est, nec dominus vñquā nō fuit, sed nunc illā, nunc aliam per alia atq; alia tempora spatiā, ne aliquam creatori coeternam esse dicamus, quod fides, ratioq; sana condemnat: cauendū est, ne sit absurdū, & à luce veritatis alienum, mortalem quidem per vices temporum semper fuisse creaturam decadentē aliam, aliam succendentem: immortalem vero non esse cōpisse, nisi cum ad nostrū seculum vētum est, quando & angeli creati sunt, si eos recte lux illa primum facta significat, aut illud potius celū, de quo dicitū est: *In principio fecit Deus celū & terrā;* cū tñ non fuerint, antequā fierent: ne immortales si semper fuisse dicuntur, Deo coeterni esse credātur. Si aut̄ dixero, non in tempore creatos esse angelos, sed ante omnia tempora & ipsos fuisse, quorū Deus dñs esset, qui nunquā, nisi dñs fuit: queritur à me etiam, si ante omnia tempora facti sunt: virum semper potuerint esse, qui facti sunt. His respondendū forte videatur, quōmodo nō semper, cū illud quod est omni tempore non inconvenienter semper esse dicitur. Usque adeo autem isti omnia tempore fuerunt, vt etiam ante omnia tempora

Gene. 1.

pora facti sunt, si tñ à cœlo cepta sunt tempora, & illi iam erant ante cœlum. At si tps, non à cœlo, verum ante cœlum sunt, nō quidem in horis, & diebus, & mēsibus, & annis: nam iste dimensiones temporalium spatiorum, quæ vñitate ac proprie dicuntur tempora, manifestum est, q̄ à motu syderum ceperint: unde & Deus cum h̄c institueret, dixit:

Gen. i.

I Et sunt in signa & in tēpora, & in dies, & in annos: sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud anterius præterierit aliud posterius succederit, eo q̄ simul esse non possunt. Si ergo ante cœlum in angelicis motib. tale aliquid fuit, & ideo tempus iam fuit, atq; angeli, ex quo facti sunt temporaliter mouebantur, et sic omni tempore fuerunt, qñquidem cum illos facta sunt tempora. Quis autem dicat, non semper fuit, q̄ omni tempore fuit? Sed si hoc respondero, dicetur mihi: Quomodo ergo nō sunt coæterni creatori, si semper ille, semper illi fuerunt? Quomodo etiam creati dicendi sunt, si semper fuisse intelliguntur? Ad hoc quid respondebitur? An dicendum est, & semper illos fuisse, quoniam omni tempore fuerunt, qui cum tempore facti sunt: aut cum quibus facta sunt tempora, & tñ creatos? Neque n. & ipsa tempora creata esse negamus, quamuis omni tempore tēpus fuisse nemo ambigat. Nam si non omni tempore fuit tempus, erat ergo tempus, qñ nullum erat tempus. Quis hoc stultissimus dixerit? Possumus enim recte dicere: erat tempus, quādo non erat Roma: erat tempus, quando non erat Hierusalem, erat tempus, qñ non erat Abraham: erat tempus, qñ non erat homo: & si quid huiusmodi. Postremo si non cum initio temporis, sed post aliquod tempus factus est mundus, possumus dicere, erat tempus, quando non erat mundus. At vero erat tempus, qñ nullum erat tempus, tam incōuenienter dicimus, ac si quisquā dicat: erat homo quando nullus erat homo: aut erat iste mundus, qñ non erat iste mundus. Si enim de alio atque alio intelligatur, potest dici alii modo: hoc est, erat alius homo qñ non erat iste homo. Sic ergo erat aliud tēpus qñ non erat hoc tempus, recte possumus dicere. At vero erat tempus qñ nullum erat tempus, quis vel insipientissimus dixerit? Sicut ergo dicimus creatum tempus, cū ideo semper fuisse dicatur, quia omni tempore tem-

pis sunt: ita non est consequens, vt si semp̄ fuerunt angeli, ideo non sunt creati, vt propterea semper fuisse dicantur, quia omni tēpore fuerunt: & propterea omni tēpore fuerunt, quia nullo modo sine his ipsa tempora esse potuerunt. Vbi. n. nulla creatura est, cuius mutabilib. motibus tempora peragantur, tempora omnino esse non possunt. Ac per

hoc & si semper fuerunt, creati sunt: nec si sc̄ per fuerunt, ideo creatori coæterni sunt. Ille L enim semper fuit æternitate immutabili, isti autem facti sunt. Sed ideo semper fuisse dicatur, quia omni tempore fuerunt, sine quibus tempora nullo modo esse potuerunt. Tēpus autem qñ mutabilitate transcurrit, æternitati immutabili nō potest esse coæternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorū non transit in tempore, nec præterita est quasi iā non sit, nec futura quasi nondum sit, tñ eorū motus quibus tempora peraguntur ex futuro in præteritum transeunt, & ideo creatori, in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam non sit, vel futurum esse, quod nondum sit, coæterni esse non possunt. Quapropter si Deus semper dñs fuit, semper habuit creaturem suo dominatui seruientem, verūtamen non de ipso genitam, sed ab ipso de nihilo factam, nec ei coæternam. Erat quippe ante illam, quamuis nullo tempore sine illa, non eam spatio transcurrente, sed manente perpetuitate præcedens. Sed hoc si respondero eis, qui requirunt quomodo creator sc̄ per fuit dñs, si creatura seruens non semper fuit, aut quomodo creatura creata est, & nō M potius creatori coæterna est si semper fuit, vereor ne facilius iudicer affirmare q̄ ne scio, quam docere quod scio. Redeo igitur ad id, quod creator noster scire nos voluit: illa vero quæ vel sapientioribus in hac vita scire permisit, vel omnino perfectis in alia vita sc̄ ieiada seruauit, vltra vires meas esse profiteor. Sed ideo putauit sine affirmatione tractanda, vt qui hæc legunt videant à quibus questionum periculis debeat temperare, nec ad omnia se idoneos arbitretur, potiusque intelligant, quām sit Apostolo obtemperandum præcipienti salubriter, vbi ait: Dico autem per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam,

sicut vnicuique Deus partitus est mensuram

O 4 fidei.

fidei. Si n. pro viribus suis alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat, si autem vires suae capacitatibus excedat, deficit et antequam crescat.

Quomodo intelligendum sit, promissa homini a Deo vita æterna ante tempora æterna. Cap. XVI.

Quæ secula præterierint ante quam genus institueretur humanum, me fateor ignorare, non tamen dubito nihil omnino creature creatori esse coæternum. Dicit etiā Apostolus tempora æterna, nec ea futura, sed quod magis est mirandum præterita. Sic enim ait: In spem vitæ æternæ, quam promisit non medax Deus ante tempora æterna, manifestauit autem temporibus suis verbum suum. Ecce dicit retro quod fuerint tempora æterna, quem tamen nō fuerunt Deo coæterna. Si quidem ille ante tempora æterna non solum erat, verum etiam promisit vitam æternam, quam manifestauit temporibus suis, id est, congruis, quid aliud quam verbum suum? Hoc est. n.

Cvita æterna. Quomodo autem promisit, cum hominibus utique promiserit, qui nondum erant ante tempora æterna: nisi quia in ipsis æternitate, atque in ipso eius verbo eidem coæterno, iam prædestinatione fixum erat, quod suo tempore futurum erat.

Quid de immutabili consilio, aut voluntate, fides sana defendat cōtra ratiocinationes eorum, qui opera Dei ex æternitate repetita per eosdem, semper volunt seculorum redire circumitus. Cap. XVII.

Illud quoque non dubito, antequam primus homo creatus esset, nunquam quemquam hominem fuisse: nec eundem ipsum, nescio quibus circumibus, nescio quoties reuolutum: nec alium aliquem natura similem. Neque ab hac fide me philosophorum argumenta deterrent, quorum acutissimum illud putatur, quod dicunt, nulla infinita vlla scientia posse comprehendendi. Ac per hoc Deus, in quiunt, rerum quas fecit, omnium finitum, omnes finitas apud se rationes habet. bonitas autem eius nunquam vacua fuisse credenda est, ne sit temporalis eius operatio, cuius retro fuerit æterna cessatio, quasi pœnitentia tuerit eum prioris sine initio vacationis: ac

propterea sit operis aggressus initium. Et ideo necesse est, inquit, eadem semper repeti, eademque semper repetenda transcurrere: vel manete mundo mutabiliter, qui licet nūquam nō fuerit, & sine initio temporis tuus factus es: vel eius quoque ortu & occasu, semper illis circumibus repetito, semperque repetendo, ne videlicet, si aliquis primum Dei opera coæpta dicuntur, priorem suam sine initio vacationem tanquam inertem, ac desideriam, & ideo sibi displicentem damnasse quodammodo, atque ob hoc mutasse creditur. Si autem semper quidem temporalia, sed alia atque alia prohibetur operatus: ac sic aliquis est ad hominem faciendum, quem nunquam antea fecerat, peruenisse, non scientia, qua putant non posse quacunque infinita comprehendi, sed quasi ad horam, sicut veniebat in mente, fortuita quadam inconstancia videatur fecisse, quem fecit. Porro si illi circumitus admittantur, inquiunt, quibus vel manente mundo vel ipso quoque reuolubiles ortus suos & occasus eisdem circumibus inference, cadent temporalia repetuntur, nec ignavum otium præfertim tam longe sine initio diurnitatis Deo tribuitur, nec imprudentia temeritas operum suorum. Quoniam si non eadem repetantur, non possunt infinita diuersitate variata vlla eius scientia vel præscientia comprehendendi. Has argumentationes quibus impij nostram simplicem pietatem, ut cum illis in circumitu ambulemus, de via recta conatur auertere, si ratio refutare non posset, fides irridere deberet. Huc accedit quod in adiutorio domini Dei nostri hos volubiles circulos, quos opinio configit, ratio manifesta confringit. Hinc enim maxime isti errant, ut in circumitu falso ambulare, quam vero & recto itinere malint, quod mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacem & innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana mutabilitate angustaque metiuntur. Et fit illis quod ait Apostolus: Comparantes enim semetiposos sibi metipos, semetipos non intelligent. Nam quia illis quicquid noui faciendum venit in mente, nouo consilio faciunt, mutabiles quippe mentes gerunt, profecto non Deum, quem cogitare nō possunt, sed semetipos pro illo cogitantes, non illum sed seipatos, nec illi, sed sibi comparant. Nobis autem fas non est credere

dere aliter Deum affici, cum vacat, aliter cū operatur, quia nec affici dicēdus est, tanquā in eius natura fiat aliquid q̄ non ante fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne, q̄ aliquid patitur. Non itaque in eius vacatione cogitetur ignavia, desidia, inertia: sicut nec in eius opere labor, conatus, industria. Nouit quiescens agere, & agens quietescere. Potest ad opus nouum, nō nouum, sed sempiternum adhibere consilium, nec pœnitendo, quia prius cessauerat, cępit facere,

*Al. l. In
dei vaca-
tione ab
opere, nō
est cogi-
tanda de
fida.*

H quod non fecerat. Sed & si prius cessauit, & posterius operatus est, q̄ nescio quemadmodum ab homine possit intelligi, hoc procul dubio q̄ dicitur prius & posterius, in rebus prius non existentibus, & posterius existentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentem altera subsequens mutauit aut abstulit voluntatem, sed vna eademq; sempiterna & immutabili voluntate res, quas condidit, vt & prius non essent, egit, quandiu non fuerunt, & vt posterius essent, quando esse coeperūt: hinc eis, qui talia videre possunt mirabiliter fortassis ostendens, quam nō eis indiquerit, sed eas gratuata bonitate considerit, cum sine illis ex aeternitate initio carente in non minore beatitudine permansit.

Contra eos qui dicunt ea, quæ infinita sunt nec Dei posse scientia comprehendendi.

Cap. XVIII.

*All. 2.
meri in-
finiti.*

I llud aut̄ aliud q̄ dicunt, nec Dei scientia que infinita sunt posse comprehendendi, restat eis vt dicere audeant, atq; huic se voragi ni profunda impietas immergant, q̄ non omnes numeros Deus nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum est, qm̄ in quoconque numero finem faciendū putaueris, idem ipse non dico vno addito augeri, sed quamlibet sit magnus, & quamlibet ingente mulitudinem cōtineat, in ipsa ratione atq; sc̄ientia numerorum, non solum duplicari, verū etiam multiplicari potest. Ita vero suis quisque numerus proprietatis terminatur, vt nullus eorū par esse cuiquā alteri posſit. Ergo & disparates inter se, atq; diuersi sunt, & singuli: quiq; finiti sunt, & omnes infiniti sunt. Ita nec numeros propter infinitatē nescit omnipotens Deus, & vñq; ad quandam summā numeroruſc̄ientia Dei peruenit, ceteros igno-

rat? Quis hoc etiam vel dementissimus dixerit? Nec audebunt isti contendere, & numeros eos dicere ad Dei scientiam non pertineat: apud quos Plato Deū magna autoritate cōmendat, mundū numeris fabricantem: & apud nos Deo dictum legitur. Omnia in mea, & numero, & pondere dispositi. De quo dicit Propheta: Qui profert numero seculum. Et saluator in Euangeliō: Capilli, inquit, vestri omnes numerati sunt. Absit itaq;, vt dubitemus, q̄ ei notus non sit omnis numerus, cuius intelligentia, sicut in Psalmo canitur, non est numerus. Infinitas itaq; numeri, quamvis infinitorum numerorum nullus sit numerus: non est tamen incomprehensibilis ei, cuius intelligentia non est numerus.

Quapropter, si quicquid scientia comprehēditur, scientis comprehensione finitur: pro quid sc̄ientia & omnis infinitas quodā ineffabilis modo Deo finita est, quia scientia ipsius incomprehensibilis non est. Quare si infinitas numeri scientis cōrorum scientia Dei, qua comprehenditur, prehensibilis non est. Quare si infinitas numeri scientis cōrorum scientia Dei, qua comprehenditur, prehensibilis non est. ne finitur esse non potest infinita, qui tandem nos sumus homunculi, qui eius sc̄ientia limitem figere pr̄sumamus: dicentes, quod nisi eisdē circumibitus temporum, eadem temporalia repetantur, non potest Deus cūcta quæ fecit, vel pr̄scire vt faciat, vel scire cum fecerit: cuius sapientia simpliciter multiplex, & uniformiter multiformis, tam incomprehensibili cōprehendit, vt quæcunq; noua & dissimilia consequantur præcedentibus, si semper facere vellet, inordinata & improuisa habere sequentia non posset: nec ea pr̄auideret ex proximo tempore, sed aeterna pr̄scientia contineret.

De seculis seculorum. Cap. XIX.

*All. con-
cere*

Q uod vtita faciat, & continuata sibi cōnexione copuletur, quæ appellantur secula seculorum: alia tria, atq; alia, ordinata diffimilitudine procurentia, eis duntaxat, qui ex miseria liberantur, in sua beata immortalitate sine fine manentibus, an ita dicantur secula seculorum, vt intelligantur secula in sapientia Dei inconcussa stabilitate manentia, istorum quæ cū tempore transeunt tanquam efficientia seculorum, definire non audeo. Fortassis enim possit dici seculum, quæ sunt secula, vt nihil aliud perhibetur seculū seculi, quam

*Luc. 12.
Pſ. 146.*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Gen. i. quām secula seculorum: sicut nihil aliud dī, cœlum cœli, quām cœli cœlorum. Nam cœlum Deus vocavit firmamētum super quod sunt aquæ: & tñ in Psalmo: Et aquæ, inquit, quæ super cœlos sunt laudent nomen dñi. Quid ergo istorum duum sit an præter hæc duo aliquid aliud de seculis seculorum posse intelligi, profundissima quæstio est. Neq; hoc quod nunc agimus impedit, si indisculsa interim differatur, siue aliquid in ea diffini re valeamus, siue nos faciat cautores diligenter ipsa tractatio, ne tanta obscuritate rerū, affirmare aliquid temere audeamus. Nūc. n. contra opinionem diūputamus, quia illi circumitus afferuntur, quib. semper eadem per interualla temporum necesse esse repeti existimantur. Quælibet autem illarum sententia rum de seculis seculorum vera sit, ad hos circumitus nihil pertinet: quoniam siue secula seculorum sint, non eadem repetita, sed alterum ex altero cōexione ordinatissima procurrentia, liberatorum beatitudine sine vlo recursu miseriarum certissima permanente: siue secula seculorū æterna sint temporaliū, tanquam dñantia subditorum circumitus illi eadem reuolentes locum nō habent, quos maxime refellit æterna vita sanctorum.

A De impietate eorū qui afferunt animas summa veræque beatitudinis participes, iterum atque iterum per circumitus temporum ad easdem miseras laboresque redi- turas. Cap. X X.

Q Vorum enim aures piorum serat: post emensam tot tantisq; calamitatibus vi- tam, ita vita ista dicenda est, q; potius mors est, ita grauis vt mors q; ab hac liberat, mortis huius amore timeatur, post tā magna ma- la, tamq; multa & horrenda tandem aliqui per veram religionem atque sapientiam ex- piata atq; finita ita peruenire ad conspectum Dei, atq; ita fieri beatum contemplatione incorporeæ lucis per participationē incōmu- tabilis immortalitatis eius, cuius adipiscēda amore flagramus, vt eam qñq; necesse sit de seri, & eos qui deserunt ab illa æternitate, ve ritate, felicitate deiectos, tartareæ mortalita ti, turpi stultitiae, miserijs execrabilibus im- plicari: vbi Deus amittatur: vbi odio veritas habeatur: vbi per immūdas nequicias beati-

tudo queratur: & hoc idem atq; idem sine vlo fine priorū & posteriorum certis interual lis & dimensionibus seculorum factum esse & futurū: & hoc propterea, vt possint Deo circumuib. definiuntis, euntibus semper atq; re deuntib. per nostras falsas beatitudines & ve ras miseras alternatim quidem, sed reuolu- tione incessabili sempiternas nota esse opera sua, qñq; neq; à faciendo quiescere: neq; Ici- ëdo posse ea quæ infinita sunt indagare. *Quis* hæc audiat? *Quis* credat? *Quis* ferat? *Quæ* si ve ra essent, non solum tacerentur prudentius, D verum etiam vt quomodo valo dicā quod volo, doctiū nescirētur. Nam si hæc illic in memoria non habebimus, & ideo beati erimus, cur hic per eorum scientiam grauatur amplius nostra miseria? Si autem ibi ea nece- fario scituri sumus, hic fatem nesciamus, vt hic felicior sit expectatio, quam illic ade- ptio summi boni, qñ hic æterna vita conse- quenda expectatur, ibi autem beata, sed non æterna qñque amittenda cognoscitur. Si aut dicunt neminem posse ad illam beatitudinē peruenire, nisi hos circuinitus, vbi beatitudi & miseria vicissim alternant, in hujus vita eruditio cognouerit, quomodo ergo fatetur, quanto plus quisq; amauerit Deum, tāto eum facilius ad beatitudinem peruenturū qui ea docent, quibus amor ipse torpescat? Nā quis non remissius & tepidius amet eū, quem se cogitat necessario deserturum, & contra eius veritatem sapientiamq; sensurū, & hoc cum ad eius plenam pro sua capaci- te noticiam, beatitudinis perfectione peruen- nerit qñ nec hominem amicū possit quiq; amare fideliter cui se futurū nouerit inimi- cum? Sed absit vt vera sint, quæ nobis minan- tur, verum miseriam nunquā finiendam, sed interpositionibus false beatitudinis sape ac sine fine rumpendam. Quid enim illa beatitudine falsius atq; fallacius, vbi nos futuros miseros, aut in tāta veritatis luce nesciamus, aut in summa felicitatis arce timeamus? Si. n. futuram ibi calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, vbi futuram beatitudinem nouimus. Si autē nos illic clades imminens non latebit, beatius tempora transigit anima misera, quibus transactis ad beatitudinē subleuetur, quā beata quib. trans- actis in miseriam reuelatur. Atque ita spes noltræ infelicitatis est felix & felicitas in- felix.

*al. Vere
felicitas.* felix. Vnde sit, vt quia hic mala præsentia patimur, ibi metuimus imminentia, verius semper miseri, q̄ beati aliquando esse possimus. Sed quoniā hęc falsa sunt clamante pietate, conuincente veritate. Illa. n. nobis veraciter promittitur vera felicitas, cuius erit semper retinēda, & nulla infelicitate rūpenda certa securitas, viā rectā sequentes, quę nobis est Christus, eo duce ac saluatore à vano & in epto impiorū circumitu iter fidei mētemq; auertamus. Si. n. de istis circumitibus, & sine

E cessatione alternationibus itionibus & redi-
tionib. animarū, Porphyrius Platonicus suo
rū opinionē sequi noluit, siue ipsius vēl vani-
tate pmotus, siue iā tpa Christiana reueritus.
Et q̄ in libro decimo cōmemorauit, dice-
re maluit, animā ppter cognosēda mala tra-
ditā mundo, vt ab eis liberata atq; purgata,
cū ad patrē redierit, nihil vltterius tale patia-
tur, quanto magis nos istam inimicā Chri-
stianā fidei falsitatē detestari ac deuitate de-
bemus? His autē circumitib: euacuatis atq; fru-
stratis, nulla necessitas nos cōpelleret: ideo pu-
tare non habere initiu teporis, ex quo esse cę
perit genus humanum, quia nescio per quot
circumitus nihil sit in rebus noui, quod non
& antea certis interuallis temporū fuerit, &
postea sit futurū. Si. n. liberatur anima nō re-
diture ad miseras, sicut nunquā antea libera-
ta est, fit in illa aliquid, quod antea nunquam
factū est, & hoc quidem valde magnū. i. quę
nunquā desinat æterna felicitas. Si autē in na-
tura immortali fit tanta nouitas futura, nul-
lo repetita, nullo repetēda circumitu, cur in
rebus mortalibus fieri non posse cōtenditur?

G Si dicunt non fieri in anima beatitudinis no-
uitatem, quo niā ad eā reuertitur, in qua sem-
per fuit, ipsa certa liberatio nō fit, cū de mis-
eria liberatur, in qua nūquā fuit, & ipsa mis-
eria nouitas in ea facta est, quę nunquā fuit.
Hęc autē nouitas si non in rerū, quę diuina
prouidētia gubernātur ordine venit, sed casu
potius evenit, vbi sunt illi determinati, dimē-
siq; circumitus, in quibus nulla noua fuit,
sed repetuntur eadē quę fuerunt? Si autē &
hęc nouitas ab ordinatione diuinę prouidē-
tia non excluditur, siue elata sit animā,
siue lapsa sit, possunt fieri noua, qua neq; ante-
rea facta sint, nec tamen a rerū ordine alterna-
fint. Et si potuit anima facere per impruden-
tiā sibi nouam miseriam, quę nō esset ju-

prouisa diuinę prouidētię, vt hanc quoq;
in rerū ordinē includeret, & ab hac eā non
improuide liberaret, qua tādē temeritate hu-
manę vanitatis audemus negare diuinitatem
facere posse ies non sibi sed mundo nouas,
quas neq; antea fecerit, nec vñquā habuerit
improuisas? Si autē dicitur liberas quidē ani-
mas ad miseriā non reueriras, sed cū hoc
fit in rebus nihil noui fieri, quoniam semper
alii atq; alii liberata sunt, & liberantur, &
liberabuntur. Hoc certe concedunt, si ita est
est nouas animas fieri, quibus sit & noua mi-
seria, & noua liberatio. Nam si antiquas eas
dicunt esse, & retrosum sempiternas: ex qui-
bus quotidie noui fiant homines, de quorū
corporibus si sapienter vixerint, ita liberē-
tur, vt nunquā ad miseras reuoluuntur, con-
sequenter dicturi sunt infinitas: Quantusli-
bet nanq; finitus numerus fuit et animarum,
infinitis retro seculis sufficere non valeret,
vt ex illo semper fierēt homines, quorum es-
sēt anima ab ista semper mortalitate liberā-
dē, nūquā ad eam deinceps rediture? Nec v̄l
lo modo explicabūt quō in rebus quas Deo
notas esse, eo q̄ sint infinitę, non volunt, in-
finitus sit numerus animarum. Quapropter
quoniā circumitus illi iam explosi sunt, qui-
quis ad easdem miseras necessario putabat
anima reditura, quid restat cōuenientius pie-
tati, q̄ credere non esse impossibile Deo, &
ea quę nunq; fecerit noua facere, & ineffabili
præscientia voluntatem mutabilē non habe-
re? Porro autem vtrum animarum liberata-
rum, nec vltterius ad miseras rediturarū nu-
merus posse semper augeri, ipsi videriat, qui
de rerū infinite cohibenda, tam subtiliter
disputant: nos vero ratiocinationē nostrā ex
vtrōq; latere terminamus. Si. n. potest, quid
causa est, vt negetur creari potuisse, q̄ nunq;
antea creatū esset? Si liberarū animarum nu-
merus, qui nunquam antea fuit, non solū fa-
ctus est semel, sed nunquā fieri desinet? Si autē
oportet vt certus sit liberatarū aliquis nume-
rus animarū, quę ad miseriā nunquam re-
deant, neq; iste numerus vltterius augeatur,
etiam ipse sine dubio quicunq; erit, ante v-
trōq; nunquā fuit. Qui profecto crescere, &
ad suę quantitatis terminum peruenire, sine
aliquo non posset initio. Quod initium quo-
niā antea nunquam fuit, hoc ergo vt esset,
creatus est homo, ante quem nullus fuit.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

M De conditione vnius primi hominis atque
in eo generis humani. Cap. XXI.

Hac igitur quæstione difficillima, propter eternitatem Dei noua creantis sine nouitate aliqua voluntatis, quantum potuimus explicata est. arduum videre multo fuisse melius quod factum est, ut ex uno homine, quem primum condidit, multiplicaret genus humani, quam si inchoasset a pluribus. Nam cum animantes alias solitarias, & quodammodo solinagis, idest, quæ solitudinem magis appetat, sicuti sunt aquilæ, milui, leones, lupi, & quæcunq; alia ita sunt, alias vero gregales instituerit, quæ congregatæ atq; in gregibus malint vivere, ut sunt columbi, sturni, cerui, damulæ, & cetera huiusmodi, vtrunque tamè genus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem vero cuius naturam quodammodo medianam inter angelos bestiasq; condebat, ut si creatori suo tanquam vero domino. subditus præceptu eius pia obedientia custodiret, in confortium trahiret angelicum sine morte media, beatam immortalitatē sine ullo termino contineatur: si autem dominū Deū suum libera voluntate superbe atq; inobedienter visus offenderet, morti addictus bestialiter viueret, libidinis seruus, æternog; post mortem supplicio destinatus. Vnū ac singulū creauit, non vtiq; solū sine humana societate deserendum, sed ut eo modo vehementius ei cōmendaret ipsius seietatis vinitas vinculūq; concordia, si non tantum inter se nature similitudine, verum etiam cognationis affectu homines necterentur, qñ nec ipsam quidē feminā copulandā viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt oē ex hoīe uno diffundere genus humanū.

All. Obe-
dientie
prestan-
tia.

Quod præsicerit Deus hominem quem pri-
mum condidit peccatum, simulq; præ-
uiderit quantum piorum populum ex e-
ius genere in angelicum confortiū sua es-
ser gratia translaturus. Cap. XXII.

BEc ignorabat Deus hominem peccatu-
rum, & morti iam obnoxium moritu-
ros propagatur, eoq; progressuros peccan-
di immanitatem mortales, ut tutius atque ca-
pacius inter se rationalis voluntatis expertes
bestiae sui generis viuerent, quarum ex a-

quis & terris plurimum pullulauit exordiū
quam homines, quorum genus ex uno est ad
cōmendandā concordiam propagatum. Ne-
que enim vñquam inter se leones, aut inter
se dracones, qualia homines bella inter se
gesserunt. Sed præuidebat etiam Deus gratia
sua populū piorum in adoptionem vocan-
dum, remissisque peccatis iustificatum spi-
ritu sancti sanctis angelis in æterna pace lo-
ciandum, nouissima inimica morte destruc-
ta cui populo esset huius rei consideratio
profutura, quod ex uno homine Deus ad
commendandum hominibus quam ei gra-
ta sit etiam in pluribus vnitas, genus insti-
tuisset humanum. T. Co. 15.

De natura humanæ animæ creatæ ad imagi-
nem Dei. Cap. XXIII.

Fecit ergo Deus hominem ad imaginem
& similitudinem suam. Talem quippe
illi animam creauit qua per rationem atque
intelligentiam omnibus esset præstator ani-
malibus terrestribus, & natilibus, & vola-
tilibus, quæ mentem huiusmodi non habe-
rent. Et cum virum terreno formasset ex pul-
vere, eique animam qualem dixi, sive quam D
iam fecerat sufflando insidisset: sive potius All. In-
sufflando fecisset. eumque flatum quem suf-
flando fecit: nam quid est aliud sufflare quā
flatum facere, animam hominis esse volui-
set, etiam coniugem illi in adiutorium gene-
rati ex ei latere osse detracto fecit, ut Deus.
Neque enim hæc carnali consuetudine co-
gitanda sunt, ut videre solemus opifices ex
materia quacunq; terrena corporalibus mē-
bris, quod artis industria potuerunt fabricā-
tes: manus Dei potentia Dei est, qui etiam vi-
sibilita inuisibiliter operatur. Sed hæc fabu-
losa potius quam vera esset arbitrantur, qui
virtutem ac sapientiam Dei, qua nouit &
potest etiam sine seminibus ipsa certe facere
semina, ex his visitatis & quotidiani metiu-
tui operibus: ea vero quæ primitus insituta
sunt, quoniam non nouerunt, infideliter cogi-
tant: quasi non hæc ipsa quæ nouerunt
de humanis conceptibus atq; partibus, si etiā
inexpertis narrarentur, incredibilia videren-
tur: quanvis & ea ipsa plerique magis natu-
rae corporalibus causis, quam operibus di-
uinę mēntis assignent. An

All.
geli-
lius
tur-
sore

An vlliis vel minimæ creaturæ possint dici
angeli creatores. Cap. XXXIII.

Sed cum his nullum nobis est in his libris
negocium, qui diuinam mentem facere
vel curare ista non credunt. Illi autem qui Pla-
toni suo credunt, non ab illo summo Deo q.
fabricatus est mundum, sed ad alij minori-
bus quos quidem ipse creauerit, permissu si-
ue iussu eius animantia facta esse cuncta mor-
talia, in quibus homo præcipuum dijsq; ip-
sis cognatum teneret locum, si superstitione
careant, qua querunt unde iuste videantur sa-
gra sacrificia facere, quasi conditoribus suis,
facile carebūt etiam huius opinacionis erro-
re. Neq; enim fas est vlliis naturæ quamlibet
minimæ mortalisq; creatorē nisi Deum

*Al. I. An-
geli nu-
tius crea-
ture crea-
tores.*

credere, ac dicere, etiā antequā possit intel-
ligi. Angeli autem quos illi Deos libentius ap-
pellant, et si adhibent vel iussi vel permisi
operationē suā rebus quæ gignuntur in mun-
do, tam nō eos dicimus creatores animaliū
quam nec agricolas frugum atq; arborum.

Omnium naturam & omnium speciem v-
niuersa creaturæ non nisi opere Dei
formari. Cap. XXV.

Cum enim alia sit species, quæ adhibetur
extrinsecus cuicunq; materiæ corpora-
li, sicut operantur homines figuli & fabri,
atq; id genus opifices, qui ēt pingūt & effingunt
formas similes corporibus animalium;
alia vero quæ intrinsecus efficienes causas
hnt de secreto & occulto naturæ viuentis atq;
intelligētis arbitrio, quæ non solū naturales
corporū species verumetā ipsas animaliū
animas dū non sint, facit, supradicta illa spe-
cies artificibus quibusq; tribuat. Hec aut
altera non nisi vni artifici creatori & condi-
tori Deo, qui mūdū ipsum & angelos sine vī
lo mūdo & sine vlliis angelis fecit. Ab illa. n.
vi diuina, quæ omniū rerū diuisiua, & ut ita
dicā effectua est, quæ fieri nescit, sed facere:
I à qua accepit speciem cū mūdū fieret & ro-
tunditas celi, & rotunditas solis, eadē ui di-
uina & effectua quæ fieri nescit, sed facere
accepit speciem rotunditas oculi, & rotundi-
tas pomi, & ceteræ figuræ naturales, quas vi-
demus in rebus quibusq; nascentibus, nō ex-
trinsecus adhiberi, sed intima creatoris potē

tia, qui dixit: Cęlum & terrā ego impleo: &
cuius sapientia est q. attingit à fine usque ad
finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Pro-
inde facti primitus angeli cuiusmodi mini-
sterium præbuerint creatori cetera facienti,
nescio, nec tribuere illis audeo, q. forte non
possunt, nec debo derogare, q. possūt. Crea-
tionē tñ conditionemq; omniū naturarum, K
qua sit, ut omnino naturæ sint, eis quoque fa-
uentib. illi Deo tribuo, cui se ēt ipsi debere,
q. sunt, cū gratiarum actione nouerunt. Nō
solū igitur agricolas non dicimus fructuum
quorūq; creatores, cū legamus. Neque qui
plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui in-
crementū dat Deus: sed ne ipm quidē terrā
quāvis mater omnium fœcunda uideatur, q.
germinib. erūptiā promouet, & fixa radici-
bus continet, cū itidē legamus. Deus illi dat t. Co. 15.
corpus, qmō uoluerit, & unicuiq; seminum
propriū corpus. Ita nec fœminā sui puerpe-
rii creatricē appellare debemus, sed potius
illum, qui cuidā suo famulo dixit: Prius quā
te formarem in utero, noui te. Et quāvis ani-
ma sic uel affecta prægnantis ualeat aliquibus
uelut induere qualitatib. sotum, sicut de uir-
gis uariatis fecit Iacob, ut pecora colore ua-
ria gignerentur, naturam tñ illam, quæ gigni-
tur, tā ipsa non fecit, quam nec ipsa se fecit. Hier. I.
Quilibet igit corporales uel fœminales cau-
se gignendis rebus adhibeantur, siue opera-
tionib. angelorū aut hominum, aut quorum
c. anq; animalium, siue marium fœminarūq;
nūtionibus: qlibet ēt desideria motusue ani-
mæ matris ualeant aliquid lineamentorum
aut colorum aspergere, teneris mollibusq;
conceptib. ipsas omnino naturas, quæ sic uel
sic in suo genere efficiant, non facit nisi sum-
mus Deus. Cuius occulta potētia cuncta pe-
netrans incōmutabilē plentia facit esse quic-
quid aliquo modo est, in quantūcunque est:
quia nisi faciente illo, ut tale uel tale esset,
prosūtus esse non posset. Quapropter si in illa
specie, quā forinsecus corporalibus opifices
rebus imponunt, urbem Romam, & urbem
Alexandriam non fabros & architectos, sed
reges quorum uoluntate, confilio & impe-
rio fabricat: sunt: illam Romulū, illam Ale-
xandrū habuisse dicimus conditores: quāto
potius non nisi Deū debemus conditore di-
cere naturarū: q. neq; ex ea materia facit ali-
quid, quā ipse non fecerit: nec operarios ha-
bet,

1. Cor. 3.

t. Co. 15.

Hier. I.

Gen. 30.

All. In-
sufflato
in facie.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Psal. 2.
bet, nisi quos ipse creauerit: & si potentiam suā, vt ita dicam, fabricatoriā rebus subtrahat: ita nō erunt, sicut antequā fierent, non fuerunt. ante dico, aeternitate, non tpe. Quis enim aliis creator est tēporum, nisi qui fecit ea, quorum motibus curreret tempora?

De Platonicorum opinione, qua putauerūt, angelos quidem a Deo cōditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. Cap. XXVI.

Gen. 2.
Ita sane Plato minores & a summo Deo factos Deos effectores esse voluit animaliū cæterorū, vt immortalē partē ab ipso sumarent, ipsi vero mortalem attixerent. Proinde animarū nostrarū eos creatores esse noluit, sed corporū. Vnde qm̄ Porphyrius pp animæ purgationem dicit oē corpus fugiendū, simulq; cum suo Platone alijsq; Platonicis sentit eos, qui immoderate ac inhoneste vixerint pp luendas poenas ad corpora redire mortalia. Plato quidem etiam bestiarum, Porphyrius tantummodo ad hominū: sequitur eos vt dicant Deos istos quos a nobis volunt quasi parentes & cōditores nostros colli, nihil esse alii, q; fabros compedium carcerūe nostrorū, nec institutores, sed inclufores allegatoresq; nostros ergastulis eruminosis, & grauiissimis vinculis. Aut ergo desinat Platonici pēnas animaram ex istis corporibus comminari: aut eos nobis Deos colēdos non prædicens, quorū in nobis operationē, vt quantū possumus, fugiamus, & eudamus, hortantur: cum tñ sit vtrunque falsissimum. Nam neque ita luunt poenas animq; cum ad istam vitam poenalem denuo reuoluuntur, & omniū viuentiū sive in coelo sive in terra, nullus est conditor nisi a quo facta sunt cœlum & terra. Nam si illa causa est vivendi in hoc corpore, nisi propter pendendas supplicia, quomodo dicit idē Plato aliter mundum fieri nō potuisse pulcherrimū atq; optimū, nisi omniū animaliū, id est, immortaliū & mortalium generibus impleretur? Si aut nostra institutio qua vel mortales conditi sumus, diuinum munus est, quomodo poena est ad ista corpora, id est, ad diuina beneficia remeare? Et si Deus, quod assiduè Plato commemorat, sicut vniuersi mundi, ita cunctorum animalium species aeterna intelligē-

tia continebit, quomodo non ipse cūcta cōdebat? An aliquorum esse artifex nollet, quorum efficiendorū , artem ineffabilis eius, & D ineffabiliter laudabilis mens haberet? Merito igitur vera est religio, quæ mudi vniuersi eū animaliū quoque vniuersorū, hoc est, & animalium & corporū conditores agnoscit & p̄dicat, In quibus terrenis præcipiūs ab illo ad eius imaginem hō propter eam causam, quam dixi, & si qua forte alia maior latet, factus est vnu, sed nō relictus est solus. Nihil enim est q; hoc genus tam discordiosum virtutē, tā sociale natura. Neque comodius cōtravitium discordiæ vel caendum cū nondum existeret, vel sanandum cū exitisse natura loqueretur humana, q; recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnu, de quo multitudo propagaret: vt hac admonitione ēt in multis cōcors vniitas seruaretur. Qnod vero foemina illi ex eius latere facta est, etiam hinc satis significatum est, q; chara mariti & vxoris debeat esse coniunctio. Hæc opera Dei propterea sunt vtiq; inuisitata, quia prima. Qui autem ista nō credunt, nulla facta prodigia debent credere. Neque enim & ipsa si visitato naturæ corculo gignerentur, prodigia diceretur. Quid autem sub tanta gubernatione diuinæ prouidentiæ, quanuis eius causa lateat, frustra gignitur? Ait quidam Psalmus sacer: Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia suū per terram. Cur ergo ex latere viri foemina facta sit, & hoc primum quodammodo prodigiū, quid præfigurauerit, alio loco quā tum me Deus adiuuerit, dicam.

Psal. 45.
In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani, in qua præuidit Deus, quæ pars honoranda esse t̄ præmio, quæ damnanda supplicio.
Cap. XXVII.

H
Nunc qm̄ liber iste claudendus est, in hoc primo hoīe, q; primitus factus est: nondum quidem secundum euidētiā, iā tñ secundum Dei præscientiam exortas fuisse existimenus in genere humano societates, tanquam ciuitates duas. Ex illo futuri erant homines: alii malis angelis in supplicio, alii bonis in præmio sociandi, quanuis occulto Dei iudico, sed tamen iusto. Cū e nim

Pfd. 24. enim scriptum sit: Vniuersæ viæ domini, mi-
sericordia & veritas, nec iniusta eius gratia,
nec crudelis potest esse iustitia.

G D A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

De lapsu primi hominis, per quem est
contracta mortalitas.

Cap. I.

Hxpeditis de nostri seculi exortu
& de initio generis humani
difficillimis questionibus: nūc
iam de lapsu primi hominis,
immo primorum hominum:
et de origine ac propagie mortis humanæ
disputationem à nobis institutam rerum or-
do depositit. Non enim eo modo quo ange-
los considerat Deus ita condidit & homi-
nes: vt etiam si peccassent, mori omnino nō
possent: sed ita, vt perfundatos obedientia mu-
nere, sine interuentu mortis angelica im-
mortalitas & beata æternitas sequeretur: ino-
bedientem autem mors plecteret damnatio-
ne iustissima: quod etiam in libro superio-
re iam diximus.

Pfd. 45. H De ea morte, quæ animæ semper vtcunq; vi-
cturæ accidere potest, & ea cui corpus ob-
noxium est. Cap. II.

Sed de ipso genere mortis video mihi pau-
lo diligentius differendum. Quanuis. n.
humana anima veraciter immortalis perhi-
beatur, habet tamen quandā etiam ipsa mor-
tem suam. Nam ideo dicitur immortalis, qā
modo quodā quantulocunq; non definit vi-
uere atq; sentire. Corpus autē ideo est morta-
le, quoniam à vita quam habet, deseriri po-
test, nec per seipsum aliquatenus viuit. Mors
igitur animæ fit, cum eā deserit Deus: sicut
corporis cum id deserit anima. Ergo vtrius-
que rei, id est, totius hominis mors est, cum
anima à Deo deserta deserit corpus. Ita enim
nec ex Deo viuit ipso, nec corpus ex ipsa.
Huiusmodi autem totius hominis mortem
illa sequitur, quam secundam mortem diui-

norum eloquiorū appellat authoritas. Hanc
saluator significauit, vbi ait: Eum timete, qui
habet potestatem & corpus & animam per-
dere in gehennā. Quod cum non antea fieri,
quam cū anima corpori sic fuerit copulata,
vt nulla direptione separantur: mirum vide-
ri potest quomodo corpus ea morre dicatur
occidi, qua non ab anima deseritur, sed
animatum sentiensque cruciatur. Nam illa
pœna ultima sempiterna, de quā suo loco di-
ligerentius differendum est, recte mors animæ
dicitur quia non viuit ex Deo: mors autem
corporis, rationam modo, cum viuat ex ani-
ma? Non enim aliter possent ipsa corpora-
lia, quæ post resurrectionem sutura sunt, sen-
tire tormenta. An quia vita qualiscunq; ali-
quod bonum est, dolor autem malum: ideo
nec viuere corpus dicendum est, in quo ani-
ma nō viuendi causa est, sed dolendi? Viuit
itaq; anima ex Deo, cū viuunt bene: non enim
potest bene viuere, nisi Deo operante in se,
quod bonum est. Viuit autem corpus ex ani-
ma, cum anima viuat in corpore: seu viuat
ipsa, seu non viuat ex Deo. Impiorū nanq; in
corporibus vita, non animorū sed corporū
vita est: quam pñt eis animæ etiam mortue,
hoc est à Deo desertæ quātulacunq; propria
vita ex qua etiam immortales sunt, non des-
erte conserre. Verum in damnatione nouis-
fima, quanvis homo sentire nō desinat, tamē L
quia sensus ipse nec voluptate suavis, nec qe-
te salubris, sed dolore pñgnalis est: non imme-
rito mors est potius appellata quā vita. Ideo
autem secunda, quia post illā primā est, qua
coherentium diremptio naturarū, sive Dei
& animæ: sive animæ & corporis. De prima
igitur corporis morte dici potest, quod bo-
nis bona sit, malis mala. Secunda vero sine du-
bio sicut nullorū honorū est, ita nulli bona.

Vtrum mors, quæ per peccatum primorum
hominum in omnes homines pertran-
sijt sanctis pœna peccati sit.

Cap. III.

Non autem dissimulanda nascitur quæ
stio, vtrum reuera mors, qua sepa-
rantur anima & corpus, bonis sit bona.
Quia si ita, quomodo poterit obtineri
quod etiam ipsa sit pœna peccati? Hanc e-
nīm primi homines nisi peccauissent, per-
pepsi

*ad l. Mors
ex pecca-
to.*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

pepsi utiq; non fuissent. Quo igitur pacto bona esse posset bonis, quæ accidere nō posset nisi malis? Sed rursus si non nisi malis posset accidere, nō deberet bonis bona esse, sed nulla: Cur enim esset vlla pena, in quibus nō essent vlla punienda? Quapropter fatidum est, primos quidē homines ita fuisse institutos: vt si non peccauissent, nullū mortis experientur genus: sed eosdē primos peccatores ita fuisse morte multatos, vt etiā quicquid eorū stirpe esset exortū, eadem pena tenetur obnoxii. Non enim aliud ex eis, quam quod ipsi fuerant, nasceretur: pro magnitudine quippe culpa illius naturam damnatio mutauit in peius: vt quod pena peccati præcessit in peccantibus hominibus primis, etiam naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris. Neque enim homo ita ex homine, sicut homo ex puluere. Puluis nanq; homini faciēdo materies fuit, homo aut̄ homini gignēdo patens. Proinde quod est terra, non hoc est caro: quanuis ex terra facta sit caro. Qd̄ est aut̄ parens homo, hoc est & proles homo. In pri-

Gene. 2.

A mo igitur homine per feminā in progeniem transiit vniuersum genus humanum fuit, quando illa coniugum copula diuinā sentiam sua damnationis exceptit. Et quod homo factus est: non cū crearetur, sed cū peccaret & puniretur, hoc genuit, quantū quidem attinet ad peccati & mortis originem. Non enim ad infantile hebetudinē, & infirmitatē animi & corporis, quam videmus in paruulis peccato vel pena ille redactus est, quæ Deus voluit esse tanquam primordia catulorū, quorum parentes in bestialem vitam mortalemq; deiecerat: sicut scriptū est, Homo cū in honore esset, non intellexit: cōparatus est pecoribus nō intelligētibus, & similis factus est illis. Nisi quod infantes infirmiores etiam cernimus in vnu motuq; membrorum & sensu appetēdi atq; vitandi, q; sunt aliorū tenerissimi fetus animaliū: tanquam se tanto attollat excellentius supra cetera animātia vis humana quanto magis impetum suum velut sagitta cū arcus extenditur retrorsum reducta distulerit. Nō ergo ad ista infantilia rudimenta præsumptione illicita, & damnatione iusta prolapsus vel impulsus est primus homo,

Esa. 43.

All. Infantes ceterorum animatuum scilicet in firmiores.

B sed haec tenus in eo natura humana vitiata atque mutata est, vt repugnantem pateretur in membris inobedientiā concupiscendi: &

ob id obstringeretur necessitate moriendi, atq; ita id qd̄ vitio penaq; factus est, id est, ob noxius peccato mortique generaret. A quo peccati vinculo, si per mediatoris Christi gratiā solūtūr infantes, hanc solam morte perpeti possunt, quæ animā se iungit à corpore: in secundā vero illam sine fine penale liberati à peccati obligatione nō transeunt.

Cur ab his, qui per gratiam regenerationis C sunt absoluti à peccato, non auferatur mors, id est, pena peccati.

Cap. IIII.

ad. Mori
quare a
baptismo
reliqua. S I quem vero mouet, cur vel ipsam patian tur, si ipsa pena peccati est, quorū per gratiam reatus aboletur: iam ista quæstio in alio nostro opere, quod inscripsimus de baptismo paruulorū, tractata ac soluta est, vbi dictū est: Ad hoc relinqu animæ experimentū separationis à corpore, quanuis ablato iam criminis nexu. Quoniam si regenerationis sacramentū continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, quæ tūc est fides, quando expectatur in spe, quod in re nondum videtur: Fidei autē robore atque certamine in maioribus duntaxat etatibus ēt mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maxime eminuit: cuius profecto certaminis esset nulla victoria, nulla gloria: qd̄ nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis iā sancti non possent morte perpeti corporalē. Cū paruulis aut̄ baptizandis quis nō ad Christi gratiā propriea potius curraret, ne à corpore solueretur? Atq; ita non inuisibili pīmo, p baref fides, sed iā nec fides esset cōfestim sui operis qd̄rē & sumēdo mercedē. Nūc ve. D

ro maiore & mirabiliore gratia saluatoris in usus iustitiae, peccati pena conuersa est. Tūc enim dictū est homini: Morieris, si peccaveris. Nunc dicunt martyri: Morere, nec pecces. Tunc dictū est: Si mandatum trahes, si fueritis, morte moriemini. Nunc dicunt: Si morte recusaueritis mandatum transgrediemini. Qd̄ tunc timendū fuerat, vt nō pecaretur: nūc suscipiendum est, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei misericordiam, & ipsa pena vitiorum transit in arma virtutis, & fit iusti meritum etiam supplicium peccatoris. Tunc n. mors est acquisita peccando, nūc

Gene. 2.

I. Co. I.

Rom. 7.

Rom. 6.

nunc impletur iustitia moriendo. Verū hoc in sanctis martyribus, quibus alterutru à persecutorē proponitur, vt aut deserant fidem, aut sufferant mortem. Iusti autem malū credendo perpeti, quod sunt primi iniqui non credendo perperci. Nisi enim peccasset illi, non morererentur: peccabunt autem iusti, nisi moriantur. Mortui sunt ergo illi, quia peccauerunt: non peccant iusti, quia moriuntur. Factum est per illorum culpam, vt veniretur in penam: fit per istorum penam, ne veniatur in culpam: non quia mors bonum ali quod facta est, quæ antea malum fuit, sed tam Deus fidei præstít gratiā: vt mors, quæ virtus constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiretur in vitam.

*all. Mori
quare a
baptismo
reliqua.*

Quod sicut iniqui male vtuntur lege, quæ bona est, ita & iusti bene vtuntur morte, quæ mala est.

Cap. V.

I. Co. 15. **A** Postolus enim cum vellet ostendere, quantum peccatum, gratia non subueniente, ad nocendum valeret, etiam ipsam legem qua prohibetur peccatum non dubitauit dicere virtutē esse peccati. Aculeus, inquit, mortis est peccatum, virtus autem peccati lex. Verissime omnino. Auger enim prohibito desiderium operis illiciti quando iustitia non sicut diligitur, vt peccandi cupiditas eius dilectione vincatur. Ut autem diligatur & delegetur vera iustitia, non nisi diuina subuenit gratia. Sed ne propterea lex putaretur malum, quoniam virtus est dicta peccati: ideo ipse

Rom. 7. **F** alio loco versans huiusmodi questionē, ita inquit: Lex quidē sancta, & mandatum sanctū & iustū & bonū. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatum per bonum mihi operatum est mortē, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Supra modum dixit: quia etiam prævaricatio additur, cum peccandi aucta libidine etiam lex ipsa cōtemnitur. Cur hoc commemorandum putauimus? Quia scilicet sicut lex non malum, quando auger peccatum cōcupiscentiā, ita nec mors bonum est, quando auger patientium gloriam: cum vel illa pro iniquitate deseritur, & efficit prævaricatores: vel ista pro veritate suscipitur, & efficit martyres. Ac per hoc lex quidem

bona est, quia prohibitio est peccati: mors autem mala, quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusti male vtuntur, non tantum malis, verum etiam bonis: ita iusti bene non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc sit, vt & mali male lege vtuntur, quā uis sit lex bonum: & boni bene moriantur, quanuis sit mors malum.

De generalis mortis malo, quo animæ & corporis societas separatur.

Cap. VI.

QVapropter quod attinet ad corporis mortem, idest, separationem animæ à corpore, cum eam patiuntur, qui morientes appellantur, nulli bona est. Habet enimasperum sensum & contra & naturam vis ipsa, qua vtunq; diuellitur, quod fuerat in viuente coniunctum atq; consertum, quādiu moratur: donec omnis adimatur sensus, qui ex ipso inerat animæ carnisque complexu. Quam totam molestiam nonnunquam vnum ictus corporis vel animæ raptus intercipit: nec eam sentiri præueniente celeritate permittit. Quiquid tamen illud est in morientibus, quod cum graui sensu adimit sensum, pie fideliterq; tolerando auget meritū patiētū, non auferit vocabulū penæ: ita cū ex hominis primi perpetuata propagine proculdubio sit mors pena nascentis: tamen si propietate iustitiaq; pendatur, fit gloria renascētis: & cū sit mors peccati retributio, aliquando impetrat, vt nihil retribuatur peccato.

De morte quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt. Cap. VIII.

NAm quicunq; etiam nō percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur: tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: alia sententia istos fecit exceptos, vbi non minus generaliter dixit. Qui me confessus fuerit coram hominibus cōfitebor & ego eum coram patre meo, qui in celis est. Et alio loco: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet preciosa. Hinc est quod scriptum est, Preciosa Aug. Tomus Quintus. P in

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

in conspectu domini mors sanctorum eius. Quid enim preciosius quam mors per quā fit ut etiā delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur. Neq; n.tanti sunt meriti, qui cū mortem differre non possent, baptizati sunt, deletisq; omnibus peccatis ex hac vita emigrarunt : quanti sunt hi, qui mortem differre cū possent, ideo non distulerunt: quia maluerunt Christum confitēdo finire hanc vitam, quam eum negando ad eius baptismum peruenire. Quod vtiq; si fe-
cissent, etiam hoc eis in illo lauacro dimitte-
retur, quod timore mortis negauerāt Chri-
stum: in quo lauacro etiam illis facinus tam
immane dimissum est, qui occiderant Chri-
stum. Sed quando sine abundantia gratiē spi-
ritus illius qui vbi vult spirat, tantū Christū amare possent, vt eum in tanto vitę discrimi-
ne sub tanta spe veniae negare non possent.
Ioan. 3:2

Pf. 1:15. Mors igitur preciosa sanctorū, quibus cum
tanta gratia est p̄m̄ta & segregata mors
Christi, vt ad eum acquiratur, suam non
cunctarentur impendere animam, in eos v-
sus redactum esse monstrauit: quod ad penā
peccantis antea fuerat constitutū: vt inde iu-
stitia fructus vberior nasceretur. Mors ergo
non ideo bonū videri debet, quia in tantam
vtilitatem, non vi sua, sed diuina opitulatio-
ne conuersa est: vt quae tunc metuenda pro-
posita est, ne peccatum committeretur, non
futilcienda proponatur, vt peccatum non
comittatur, cōfūlūm̄q; deleatur, magnaq;
victoria debita iustiçie palma reddatur.

Quod in sanctis prime mortis pro veritate
susceptio, secunda sit mortis ablo-
lutio. Cap. VII I.

*S*i enim diligentius consideremus, etiam
cū quisq; pro veritate fideliter & laudabili-
ter moritur, mors cauetur. Ideo quippe
aliquid eius suscipitur, ne tota contingat, &
secunda insuper, quę nunquā finiatur, accedat. Suscipitur enim animę à corpore separa-
tio: ne Deo ab anima separato, etiam ipsa se-
pararetur à corpore, ac sic totius hominis
prima morte cōpleta, secunda excipiat sem-
piterna. Quocirca mors quidē, vt dixi, cū ea
moriētes patiūtur, cūq; in eis, vt moriantur,
facit, nemini bona est, sed laudabiliter tolera-
tur pro tenendo, vel adipiscendo bono. Cū

vero in ea sunt, qui iam mortui nūcupantur,
non absurdē dicitur: & malis mala, & bonis
bona. In requie enim sunt animæ piorum à
corpore separatae: impiorum autem poenas
luunt, donec istarum ad æternam vitam, illa-
rum vero, ad æternam mortem, quę secun-
da dicitur, corpora reuiuiscant.

Tempus mortis, quo vitę sensus auferunt in
morientibus, an in mortuis esse dicen-
dum sit. Cap. IX.

*S*ed id tēpus, quo animę à corpore separa-
te, aut in bonis sunt, aut in malis: vtrum
post mortē potius, an in morte dicendū est? A
Si enim post mortē est, iā non ipsa mors, q̄
trāfacta atq; præterita est, sed postea vita p̄
sens animæ, sive bona, seu mala est. Mors autem
tunc eis mala erat, quando erat, hoc est,
quando eam patiebantur, cum moreretur:
quoniam grauis & molestus eis inerat sensus: quo malo bene vtuntur boni. Peracta autem
mors, quonā modo, vel bona, vel mala
est, quę iā non est? Porro si adhuc diligētius
attendamus, nec illa mors esse apparebit, cuius
grauē ac molestū in morientibus diximus
sensum. Quandiu enim sentiunt, adhuc
vtiq; viuūt: si adhuc viuum ante mortē, quā
in morte potius esse dicendi sunt: quia illa
cum venerit, auferit omnē corporis sensum,
qui ea propinquante molestus est. Ac per
hoc quō morientes dicamus eos qui nondū
mortui sunt, sed imminēte morte iā extrema
& mortifera afflictione iactantur, explicare
difficile est, etiā si recte isti appellantur mori-
entes: quia cum mors quę iā imminet, ad
uenerit, non morientes, sed mortui nūcupā-
tur. Nullus est ergo moriens, nisi viuens, quā
cū in tanta est extremitate vitę in quāta sunt,
quos agere animā dicimus, profecto qui nō
dū anima caruit, adhuc viuūt. Idē ipse igitur
simil & moriens est & viuēs, sed morte ac-
cedens, vita decedens, adhuc tñ in vita: quia
inest anima corpori: nondum aut in morte,
quia nondū abicessit a corpore. Sed si cū ab-
fesserit, nec tunc in morte, sed post mortem
potius erit, quando sit in morte quis dixerit?
Nā neq; illus moriens erit, si moriens &
viuēs simul esse nullus pōt. Quandiu quippe
anima in corpore est, nō possumus negare
viuentē. Aut si moriens potius dicendus est,
in

in cuius iam corpore agitur, ut moriatur: nec simul quisquam potest esse viuens & moriens: quando sit viuens, nescio.

An vita mortalium mors potius quam vita dicenda sit. Cap. X.

EX quo enim quisq; in isto corpore morituro esse ceperit, nunquam in eo non agitur, ut mors veniat. Hoc n. agit eius mutabilitas toto tempore vite huius, si tñ vita dicenda est, ut veniatur in mortem. Nemo quippe est qui non ei post annum sit, q; ante annum fuit, & cras q; hodie, & hodie q; heri, & paulo post q; nunc, & nunc q; paulo ante propin quior: quñ quicquid temporis viuitur, de spatio viuendi demittitur: & quotidie fit minus minusq; q; restat, ut omnino nihil sit aliud tempus vita huius, q; cursus ad mortem. In quo nemo vel paululum stare, vel aliquñ tardius

ire permititur, sed omnes vrgentur pari motu: nec diuerso impelluntur accessu. Negq; n. cui vita breuior fuit, celerius diem duxit, q; ille cui longior. sed cum æqualiter æqualia momenta raperentur ambobus, alter habuit proprius, alter remotius, quo non impari velocitate ambo currebant. Aliud est autē amplius uitæ peregrisse, aliud tardius ambulasse. Qui ergo usque ad mortem productiora spatia temporis agit, non lentius pergit, sed plus itineris conficit. Porro si ex illo quisque incipit mori, hoc est, esse in morte, ex quo ī illo agi cooperit, ipsa mors, i. uitæ detractio: quia cum detrahendo finita fuerit, post mortem iam erit, non in morte profecto ex quo esse incipit in hoc corpore, in morte est. Quid enim aliud diebus, horis, momentisq; singulis agitur, donec ea consummata mors quæ agebatur, impleatur: & incipiat iam tēpus esse post mortem, q; cum uita detraheretur, erat in morte? Nunquam igitur in uita homo est, ex quo est in corpore isto moriente potius quam uiuente, si & in uita & in morte simul non potest esse. An potius & in uita & in morte simul est, in uita scilicet in qua uiuit, donec tota detrahatur, in morte autem, quia iam moritur, cui uita detrahitur? Si enim non est in uita, quid est quod detrahitur, donec eius fiat perfecta consumptio? Si autem non est in morte, quid est uitæ ipsa detraction? Non n. frustra cum uita fuerit corpori tota detraha-

ta post mortem iam dicitur, nisi quia mors erat cum detraheretur. Nam si ea detracta non est homo in morte, sed post mortem, quando nisi cum detrahitur, erit in morte?

An quisquam simul, & uiuens possit esse, & mortuus. Cap. XI.

SI autem absurdum est, ut hominem antequam ad mortem perueniat, iam esse dicamus in morte: cui n. propinquat peragendo uitæ suæ tempora, si iam in illa est, maxime quia nimis est insolens, ut simul & uiuēs esse dicatur, & moriens, cum uigilans & dormiens simul esse non possit, querendum est q; erit moriens. Etenim antequam mors ueniat, non est moriens, sed uiuens, cum uero mors uenerit, mortuus erit, non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem, hoc ī post mortem. Quando ergo in morte

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

verbum, responderi solet, mortuus est, v, li-
tera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quo
modo fatuus, arduus, carduus, conspicuus,
& si qua similia, quæ non sunt præteriti tem-
poris: sed quoniam nomina sunt, sine tempo-
re declinantur. Illud autem quasi vt declina-
retur, quod declinari non potest, pro partici-
pio præteriti temporis ponitur nomen. Con-
uenienter itaq; factum est, vt quemadmodū
id p significat non potest agendo, ita ipsum
verbū declinari loquendo non possit. Agi-
tū potest in adiutorio gratiæ redemptoris no-
stri, vt saltem secundam mortem declinare
possimus. Illa n. est grauior & omnium ma-
lorum pessima, quæ non sit separatione ani-
mæ & corporis, sed in æternam pçnā potius
vtriusq; complexu. Ibi econtrario non erunt
homines ante mortem atq; post mortem, sed
semper in morte: ac per hoc nunquā viuen-
tes, nū quam mortui, sed fine fine morientes.
Nunquam enim erit homini peius in mor-
te, quam vbi erit mors ipsa sine morte.

Psal. 6.

Loquamur ergo secundum
confuetudinem: nō enim aliter debemus: &
dicamus ante mortem: priusquam mors acci-
dat, sicut scriptum est, Ante mortem ne lau-
des hominem quæquam: Dicamus etiam cū
acciderit: post mortem illius, vel illius factū
est illud, vel illud. Dicamus & de præsenti
tempore vt possimus, velut cum ita loqui-
mur: moriens ille testatus est, & illis, atque il-
lis, illud atque illud moriens dereliquit, quā
uis hoc quæquam nisi viuens, omnino face-
re non posset: & potius hoc ante mortem fe-
cerit, non in morte. Loquamur etiam sicut lo-
quitur scriptura diuina: quæ mortuos quoq;
non possunt post mortem, sed in morte esse non du-
bitu dicere. Hincen tū illud: quoniam
non erit in morte, qui mentor sit quis. Donec
enim reuinuant, recte dicimus: esse in mor-
te sicut in somno esse quisque, donec euigil-
let, dicitur. Quoniam in somno possitos dicam-
us dormientes, non in eo modo possimus
dicere eos qui iam sunt mortui, morientes.
Non enimadhuc morientur, qui quoniam
attinet ad corporis mortem, de qua nunc dis-
serimus, iam sunt à corporib; separati. Sed
hoc eis q; dixi, explicari aliquando non pos-
sere, quoniam medo vel morientes dicuntur
viuere, vel iam mortui etiam post mortem,
adhuc esse dicantur in morte. Quomodo n.
post mortem si adhuc in morte, præferim
cum eos nec morientes dicamus, sciam eos
qui in somno sunt, dicimus dormientes: &
I qui in languore viuentes: & qui in dolore
artique dolentes: & qui in vita viuentes: &
vero in mortuus priusquam resurgent, esse dicu-
tur in morte: nec tñ possimus appellari morie-
tes. Vnde non importune, neq; incongrue
littera accidit, scisi nō humana industria in-
dictio mortale divino, vt hoc verbum quod
modū, ac est, moritur, in Latina lingua nec grammatis
piaspecu-
latio hu-
mī, parti-
cipij in na-
turam no-
minis fi-
niens.

Quam mortem primis hominib; Deus, si mā
datum eius transgredierentur, fuerit cō-
minatus. Cap. XII.

C Vm ergo requiritur, quam mortē Deus
primis hominibus fuerit cōminatus, si
ab eo mandatum transgredierentur acceptū,
nec obedientiam custodirent: vtrum animæ,
an corporis, an totius hominis, an illam que
secunda dicitur: respondendum est, omnes.
Prima enim constat ex duab. secunda ex om-
nibus tota. Sicut enim vniuersa terra ex mul-
tis terris, & vniuersa ecclesia ex multis con-
stat ecclesijs, sic vniuersa mors ex omnibus:
quoniam prima constat ex duabus: vna ani-
mæ, altera corporis, vt sit prima totius homi-
nis mors, cum anima sine Deo, & sine corpo-
re ad tps penas luit: secunda vero, vbi anima
fine Deo cum corpore poenas æternas luit. A
Quando ergo dixit Deus primo illi homini,
quem in paradiſo constituerat, de cibo ve-
to: Quacunque die ederis ex eo, morte mo-
riemini: non tantum primæ mortis partem
priorem, vbi anima priuatur Deo: nec tantū
posteriorem, vbi corpus priuatur anima: nec
solum ipsam totam primam, vbi anima & a
Deo & a corpore separata punitur, sed quic-
quid mortis est, ysq; ad nouissimam, quæ se-
cunda

Gene-

Galat.

Ecle-
fies.

Gen. 2.

cunda dicitur: & qua est nulla posterior,
communio illa complexa est.

Praeuaricatio primorum hominum,
quam primum senserit pœnam.

Cap. XIII.

Nam postea quam precepti facta transgressio est, confessum gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate con-
Gene. 3. fusi sunt: unde etiam folijs fculneis, qua for-
te à perturbatis prima comperta sunt; pudē-
da texerunt, quæ prius eadem membra erāt;
sed pudenda non erant. Senserunt enim nou-
um motum inobedientis carnis suę tanquam
reciprocam pénam inobedientie suæ. Nam
quippe anima libertate in peruersum pro-
pria delectata, & Deo dignata seruire, pri-
stino corporis seruitio destituebatur: Et quia
superiorum dominum suo arbitrio deseruer-
at, inferiorem famulum ad suum arbitrium
non tenebat: nec omnino habebat subditam
carnem, sicut semper habere potuisset, si Deo
subdita ipsa mansisset. Tunc ergo caro cepit
concupiscere aduersus spiritū, & spiritus ad-
uersus carnem: cù qua controuersia nati sumus:
trahentes originem mortis in membris nostris:
vitiataq; natura, contentionē eius sine victo-
ria de prima præuaricatione gestantes.

Galat. 5.

Qualis homo sit factus à Deo, & in quam
fortem deciderit suę voluntatis arbitrio. Cap. XIV.

*Ecclesia-
fies. 7.*

Deus enim creauit hominem rectum, na-
turarum author, non vtiq; vitiorum,
sed spōte depravatus, iusteque dānatus, deprā-
uatos damnatosq; generauit. Omnes enim
fuimus in illo uno, quando omnes ille unus
currupit, qui per feminam lapsus est in pec-
catum, quæ de illo facta est ante peccatum.
Nondum erat nobis signillatim creata & di-
stributa forma, in qua singuli viueremus sed
iam natura erat feminalis, ex qua propagare
mur, qua scilicet propter peccatum vitiata,
& vinculo mortis obstricta, iusteque damna-
ta, non alterius conditionis homo ex homi-
ne nascetur: ac per hoc à liberi arbitrij ma-
lo vnu series huius calamitatis exorta est, quæ
humanū genus origine depravata, velut ra-
dice corrupta, vtiq; ad secundę mortis exi-

tium quæ non habet finem: sōlis eis exceptis
qui per gratiam Dei liberantur, miseriarum
connexione perducit.

Quod Adam peccans prius reliquerit deū,
quam relinqueretur a Deo, & primam
fuisse animæ mortem, a Deo re-
cessisse. Cap. XV.

Quamobrem etiam in eo quod dictum *Gene. 2.*
est: Morte moriemini: quoniam nō est
dictu, mortibus, si eam solam intelligamus,
qua sit cum anima deseritur sua vita, quod
illi Deus est: non enim deserta est, vt desere-
ret, sed vt deseretur, deseruit. Ad malū quip-
pe eius prior est volūtas eius: ad bonum ve-
ro eius prior est voluntas creatoris: siue vt
eam faceret, quæ nulla erat, siue vt reficiat,
quæ lapsa perierat: etiā si hanc intelligamus:
Deum denunciasse mortem, in eo quod ait:
Qua die ederitis ex illo, morte moriemini: *Ibidem.*
qua diceret, qua die me deserueritis per in-
obedientiam, deseram vos per iustitiam: pro-
fecto in ea morte etiam ceteræ duæ denun-
ciatæ sunt, quæ proculdubio fuerant secutu-
re. Nam in eo quod inobedies motus in car-
ne ex motu animæ inobedientis exortus est,
propter quem pudenda texerunt, sensa est
mors una in qua deseruit anima Deus. Ea si-
gnificata est verbis eius, quando timore de-
ambulantis se se abscondenti homini dixit,
Adam vbi es? non vtiq; ignorando quærens,
sed increpando admonens, vt attenderet, vbi
es, in quo non esset Deus. Cum vero iam
Gen. 3. corpus anima ipsa deseruit etate corruptu
& senectute confectum, venit in experimen-
tum mors altera, de qua Deus peccatum ad-
huc puniens homini dixerat, Terra es, & in *Ibidem.*
terra ibis: vt his duabus mors illa primo, quæ
totius hominis est completeretur, quam secunda
in ultimo sequitur, nisi homo per gratiam
Dei liberetur. Neq; n. corpus, quod de terra
est, rediret in terram, nisi sua morte, qua illi
accidit cum deseritur sua vita, id est, anima.
Vnde constat inter Christianos veraciter ca-
tholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis
corporis mortem, non legē naturæ, qua nul-
lam mortem homini Deus fecit, sed merito in
ficta esse peccati quoniam peccatum vindicans
Deus, dixit homini, in quo tunc omnes
eramus: Terra es, & in terram ibis.

Aug. Tomus Quintus. P 3 De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De philosophis, qui animę separationem à corpore non putant esse pęnalem, cum Plato inducat summum Deum dij. minoribus promittentem, quod nunquam sint corporibus exuendi. Cap. XVI.

Sed philosophi, contra quorum calumnias defendimus ciuitatem Dei hoc est, eius ecclesiā, sapienter sibi videntur irridere, quod dicimus animę à corpore separationē inter pęnas eius esse deputandā: quia vi delicit eius perfectā beatitudinē tunc illi fieri existimant, cū oī prorsus corpore exuta ad Deū simplex, & sola, & quodāmodo nuda redierit. Vbi si nihil quo ista refelleretur opinio, in eorum literis inuenirem, operiosius mihi disputandū esset quo demonstrarē non corpus esse anima, sed corruptibile corpus, onerosum. Vnde illud est quod de scripturis nostris in superiori libro cōmemorauimus. Corpus enim corruptibile, aggrauat anima. Addendo vtq; corruptibile, nō qualicunq; corpore, sed quale factum est ex peccato consequente vindicta, animam perhuiuit aggrauari. Quod etiā si non addidisset, nihil aliud intelligere deberemus. Sed cū aperitiissime Plato Deos à summo Deo factos habere immortalia corpora prædicet, cūq; ipsum Deū à quo facti sunt inducat pro magno beneficio pollicentē, quod in eternum cū suis corporibus permanebunt, nec ab eis villa morte soluentur, quid est quod isti ad exagitandā Christianā fidē fingunt se nescire, quod sciunt: aut etiā sibi repugnant aduersum seipso dicere malunt, dū nobis non desinat contradicere? Nempe Platonis hęc verba sunt, sicut ea Cicero in Latinum verit, quibus inducit summū Deū, Deos quos fecit alloquente & dicente: Vos qui sub mortalitatis fato orti ęstis, attendite, quorū operū ego parens affectorq; sum. Hęc sunt indis solubilia nutu meo, quanquā omne colligatū solui potest. Sed haud quaquā bonū est ratione iuctū dissoluere velle. Sed quoniam ęstis orti immortales, vos quidē esse & indis solubiles non potestis. Nec unquam tamen dissoluemini, neq; vos villa mortis fata perirent, nec erunt valentiora quam consiliū meū, quod maius ęst vinculū ad perpetuitatē vestrā quam illa quibus ęstis, tunc cum ginebamini, colligati. Ecce Deos Plato dicit

Plato in
Timaeo.

& corporis animę q; colligationē mortales, & tamē immortales Dei à quo facti sunt, voluntate atq; consilio. Si ergo animę pęna est in qualicūq; corpore colligari, quid est qd eos alloquens Deus tanquā sollicitos, ne forte moriantur, idest, dissoluantur à corpore de sua facit immortalitate securos: nō propter eorum naturam, quę sit cōpacta, non simplex, sed propter suam iultissimā voluntatem, qua potens est facere, vt nec orta occidunt, nec cōnexa soluantur, sed incorruptiblē perseverent? Et hoc quidē vtrū Plato vtrū de syderibus dicat, alia q̄stio est. Neq; enim ei continuo concedendum est, globos istos luminū sive orbiculos luce corporea super terras: seu die, seu nocte fulgentes, suis quibusdā proprijs animis viuere, eisq; intellectualibus & beatis, quod etiā de ipso vniuerso mundo tanquā vno animali maximo quo cuncta cetera continerentur animalia, constāter affirmat. Sed hęc, vt dixi, alia q̄stio est, quam nunc discutiendam non suscepimus. Hoc tātum contra istos commemorandum putauī, qui se Platonicos vocari vel esse gloriāntur, cuius superbia nominis erubescunt esse Christiani, ne commune illis cum vulgo vocabulum vilem faciat palliatorū, tanto magis inflatum quanto magis exigua paucitatē: & q̄rentes quid in doctrina Christiana reprehendant, exagitant eternitatem corporū, tanquā hęc sint inter se contraria, vt & beatitudinem q̄ramus anima, & eā semper esse velimus in corpore velut erūmno vinculo colligatam, cum eorum author & magister Plato donum à Deo summo dij. factis ab illo dicat esse concessum, ne aliquando moriantur, idest, à corporibus, quibus eos connexuit dissoluantur.

Contra eos, qui afferunt terrena corpora in corruptibilia fieri eterna non posse.

Cap. XVII.

Contendunt etiam isti terrestria corpora sempiterna esse non posse, cum ipsam vniuersam terram Dei sui, non quidem summi, sed tamen magni, idest totius huius mundi membrū in medio positum, & sempiternum esse non dubitent. Cū ergo Deus ille summus fecerit eis alterum, quem putant Deum, idest, istum mundum, ceteris dij.

dijs qui infra eum sunt præserendum, eu-
demq; existimant esse animantem, anima, si-
ficit afferunt rationali vel intellectuali, intā
magna mole corporis eius inclusa, ipsiusq;
corporis tanquā mēbra locis suis posita atq;
digesta, quatuor constituerit elementa, quo-
rum iuncturā, ne vnquam Deus eorum tam
magnus moriatur, indissolubilem, ac sempit-
ernā velint, quid causē est, vt in corpore ma-
ioris animantis tanquā medium membrum
B. eterna sit terra, & aliorum animantiū ter-
striū corpora si Deus sicut illud velint, gera-
na esse non possint? Sed terra inquiunt, terra
reddenda est, vnde animalium terrestriū sum-
pta sunt corpora, ex quo fit, inquit, vt ea sit
necessē dissolui & emori: & eo modo terrae
stabilis, ac sempiternas, vnde fuerant sumpta,
restitui. Si quis hoc ēt de igne similiter affir-
met, & dicat reddenda esse vniuerso igni cor-
pora, q; inde sumpta sunt vt cœlestia fierent
animalia, nonne immortalitas, quam talibus
dijs velut Deo sūmo loquente promisit Pla-
to, tanquā violēta disputationis huius inter-
dicit? An ibi propterea non sit quia Deus nō
vult, cuius voluntatem, vt ait Plato, nulla vis
vincit? Quid ergo prohibet vt hoc ēt de ter-
restrib. corporibus Deus possit efficere, qn-
quidem, vt nec ea quā tota sunt, occidat: nec
ea quā sunt iuncta, soluantur: nec ea q; sunt
ex elementis sumpta, reddantur, atq; vt ani-
mæ in corporib. constitutæ, nec vnquam ea
deserant, & cum eis immortalitate, ac sempi-
terna beatitudine perfruantur, posse Deum
facere confitetur Plato? Cur ergo nō poscit,
vt nec terrestria moriantur? An Deus non est
potens quo usq; Christiani credunt, sed quo
usq; Platonici volunt? Nimirū quippe consi-
litū Dei & potestatē pouerunt philosophi,
C. nō potuerunt nosse prophetæ, cū potius ecō
trario Dei prophetas ad enunciandum eius
quantū dignatus est voluntatem, spiritus eius
do cœrit, philosophos aut in ea cognoscen-
da, coniectura humana deceperit? Verū non
usq; adeo decipi debuerunt, non solū igno-
rancia, verumēt periculacia, vt & sibi apertif-
fime refrangentur magnis disputationū virib.
afferentes, animæ, vt beata esse posset, nō ter-
renū tantū, sed omne corpus esse fugiendū,
& terrestres deos rursus dicentes habere, bea-
legit ut
Victoria. num hic
Brugēse. gatas, cœlestes vero deos ignea compage li-

gatos. Iouis autē ipsius animam, quē mundū
istum uolunt, omnib. omnino corporeis ele-
mentis, quibus hæc tanta moles à terra in cę-
lum surgit, inclusum. Hanc.n.animam Plato
ab intimo terræ medio, q; geometræ centrū
vocant, per omnes partes eius usque ad cœli
summa & extrema diffundi, & extendi per
numerous musicos opinatur vt si iste mūdus
animal maximum, beatissimum, sempiter-
num, cuius anima & perfectam sapientiæ fe-
licitatem teneret: & corpus propriū non re-
linqueret, cuiusq; corpus & in eternum ex
illa uiueret, & eā quamuis nō simplex, sed
tot corporib.tantisq; cōpactum, hebetare at
que tardare non posset. Cum igitur spacio-
nibus suis ista permittat, cur nolunt credere
diuina voluntate atque potentia immortalia
corpora fieri posse terrena, in quibus animæ
nulla ab eis morte separata, nullis eorū one-
ribus aggrauata, sempiternæ ac foeliciter vi-
uant, q; deos suos posse afferunt in corpori-
bus igneis, Iouemq; ipsum eorum regem in
omnib. corporeis clementis? Nam si animæ,
vt beata sit, corpus est omne fugiendū, fugiat
dij eorum de globis syderum, fugiat Iupi-
ter de cęlo & terra, aut si non possunt, miseri-
ri iudicentur. Sed neutrum isti volunt, qui ne-
que à corporibus separationem audent dare
dijs suis, ne illos mortales colere uideantur,
nec beatitudinis priuationem, ne infelices
eos esse fateantur. Non ergo ad beatitudinē
consequendā omnia fugienda sunt corpo-
ra, sed corruptibilia, molesta, grauia, mori-
bunda, non qualia fecit primis hominib. bo-
nitas Dei: sed qualia esse cōpulit pēti pena.

E. Deterrenis corporibus, quā philosophi af-
firmant in cœlestibus esse non posse, quia
quod terrenum est naturali pondere voce-
tur ad terram. Cap. XVIII.

Sed necesse est, inquit, ut terrena corpo-
ra naturale pōdus uel in terra teneat, uel
cogat ad terrā, & ideo in cęlo esse non pos-
sunt. Primi quidē illi homines in terra erant ne-
mōsos atq; fructuosa, quæ paradisi nomen
obtinuit. Sed quia & ad hoc respondendum
est, uel p p Christi corpus, cū quo ascēdit in
cœlū, uel propter sanctorū, qualia in resurre-
ctione futura sunt, intueantur paulo atten-
tius pōdēa ipsa terrena. Si enim ars humana
P. 4. efficit,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

efficit, ut ex metallis, quæ in aquis posita, cōtinuo submerguntur, quibusdam modis vasa

G fabricata èt natare possint, quâto credibilius & efficacius occultus aliquis modus operationis Dei, cuius omnipotentissima voluntate Plato dicit, nec orta interire, nec colligata posse dissolui, cum multo mirabilius incorporeâ corporeis, quam quæcunq; corpora quibuscunq; corporib. copulentur, pôt molibus præstare terrenis, ut nullo imo pondere deprimâtur, ipsisq; animis perfectissime beatis: ut quamvis terrena, tñ incorruptibilia à corpora vbi volunt ponant, & quo volunt, agant, situ motuq; facillimo? An vero si hoc angeli faciant, ut qualibet animalia terrestria rapiant, vndeliber, cōstituantq; vbi libet, aut eos sine labore non posse, aut onera sentire credendū est? Cur ergo sanctorum perfectos atq; beatos diuino munere spiritus sine villa difficultate posse ferre, quo voluerint, & siffrere vbi voluerint sua corpora non credamus? Nam cum terrenorum corporum sicut

H onera in gestando sentire consueuimus, quâto maior est quantitas, tanto maior fit & grauitas, ita ut plura pondo quâ pauciora plus premant, membra tñ suę carnis leuius portat anima cum in sanitate robusta sunt, quam in languore cum macra sunt. Et cum alijs gestib; onerisior fit sanus & validus, quam exiliis & moribus: ipse tñ ad suum corpus mouendum atque portandum agilior est, cū in bona valetudine plus habet molis, quam cū in peste vel in fame minimum roboris. Tantum valet in habendis etiam terrenis corporibus quamvis adhuc corruptibilibus atque mortalibus non quantitatis pondus, sed temperationis modus. Et q; verbis explicit quâtum distat inter præsentem, quam dicimus sanitatem, & immortalitatem futuram? Non itaq; nostram fidem redarguant philosophi de ponderibus corporum. Nolo. n. querere cur non credant terrenū posse esse corpus in coelo, cum terra vniuersa libretur in nihilo. Fortasse n. de ipso medio mundi loco eo q; in eum coeant quæq; grauiora, èt argumentatio verisimilior habeatur. Illud dico, si dij minoris quib. inter animalia terrestria coetera èt hominem faciendum cōmisit Plato, potuerunt sicut dicit ab igne remouere vrendi qualitatem, lucendi relinquere quæ per oculos emicaret, itane Deo summo concedere

dubitabimus, cuius ille voluntati potestatiq; ne moriantur concessit, quæ orta sint, & tam diuer sa tam diſsimilia, idest, corporea & incorporea sibimet connexa, nulla possint dis solutione sciungi, ut de carne hominis cui donat immortalitatem, corruptionem auferat, naturam relinquit, congruentiam figuræ membrorumq; detineat, detrahat ponderis tarditatem? Sed de fide resurrectionis mortuorum, & de corporibus eorum immortalibus diligentius, si Deus voluerit, in fine huius operis differendum est.

Contra eorum dogmata, qui primos homines si non peccasset immortales futuros fuisse non credunt. Cap. XIX.

Nunc de corpore primorum hominum q; instituimus explicemus: quoniā nec mors illa, quæ bona perhibetur bonis, nec tam paucis intelligentibus sive credentibus, sed omnibus nota est, quæ sit animæ à corpore separatio, qua certe corpus animantis, q; euidenter viuebat, euidenter emoritur, eis potuisse accidere, nisi peccati meritum sequeretur. Licer enim iustorum, ac piorum animæ defunctorum, quod in requie viuat, dubitate fas non sit, viquadeo tamen eis melius effet cum suis corporibus bene valentibus viuere, ut etiam illi qui omnimodo esse sine corpore beatissimum existimat, hanc opinionem sua sententia repugnante cōuinat. Neque enim quisquam audebit illorum sapientes homines, sive morituros, sive iam mortuos, idest, ut carentes corporibus, aut corpora relicturos, dij immortalibus anteponere, quibus Deus summus apud Platonem munus ingens indissolubilem, scilicet, vitam, idest, æternum cum suis corporibus consortium pollicetur. Optime autem cum hominibus agi arbitratur idem Plato, si tamen hanc vitam pie iusteq; peregerint, ut à suis corporibus separati, in ipsorum deorum qui sua corpora nunquam deserunt recipiantur sicutum. Scilicet immemores supera, ut conuexa reuulant: Rursus & incipient in corpora velle reuerti. Quod Virgilius ex Platonico dogmate dixisse laudatur. Ita quippe animas mortalium, nec in suis corporib. A séper esse posse existimat, sed mortis necessitate dissolui, nec sine corporib. durare perpetuo,

petuo, sed alternantibus vitibus indesinenter viuos ex mortuis, & ex viuis mortuos fieri putat, ut à ceteris, hominibus hoc videantur differre sapientes, quod post mortem feruntur ad sydera, ut aliquāto diutius in astro sibi congruo quisque requiescat, atque inde rursus miseria pristina oblitus, & cupiditate habendi corporis victus, redeat ad labores eternasq; mortalium. Illi vero qui stultam duxerunt vitam, ad corpora suis meritis debita, siue hominum, siue bestiarum de proximo reuoluantur. In hac itaque durissima conditione constituit etiam bonas atque sapientes animas, quibus non talia corpora distracta sunt, cum quibus semper atque immortaliter viuerent, ut neque in corporibus permanere, atque sine his possint in æterna puritate durare. De quo Platonicō dogmāte iam in libris superioribus diximus, Christiano tēpore erubuisse Porphyrium, & non solum ab humanis animis remouisse corpora bestiarum, verum etiam sapiētū animas ita voluisse de corporeis nexibus liberari, ut corpus omne fugientes beatæ apud patrem sine fine teneantur. Itaque ne à Christo vinci videretur, vitam sanctis pollicente perpetuā etiam ipse purgatas animas sine yllo ad missas pristinas reditu, in æterna felicitate constituit. Et ut Christo aduersaretur, resurrectio nem incorruptibilium corporum negans, non solum sine terrenis, sed sine ulla omnino corporibus eas asseruit in sempiternum esse uituras. Nec tamen iste qualicunq; opinionē praecepit saltem ne dijs corporatis religionis obsequio subderentur. Quid ita, nisi quia eas quamvis nulli corpori sociatas, non creditit illis esse meliores? Quapropter, si non audebunt isti, sicut eos aurilos esse non arbitror, dijs beatissimis, & tamen in æternis corporibus constitutis, humanas animas anteponere, cur eis uidetur absurdum, quod fidēs Christiana prædicat, & primos homines ita suisse conditos, ut si non peccassent, nulla morte a suis corporibus soluerentur, sed pro meritis obedientiæ cunctoditiæ immortalitate donati, cum dijs viuerent in æternum, & talia sanctos in resurrectione habituros ea ipsa, in quibus hic laborauerunt corpora, ut nec eorum carni aliquid corruptionis, uel difficultatis, nec eorum beatitudini aliquid doloris & infelicitatis possit accidere.

Quod caro sanctorum, quæ nunc requiescit in spe, in meliorem reparanda sit qualitatem, quam fuit primorum hominum ante peccatum. Cap. X X.

D
1. Co. 15. **P**roinde nunc sanctorum animæ defunctorum, ideo non habent grauem mortem, qua separata sunt à corporib. suis, quia caro eorum requiescit in spe, quamlibet sine ullo iam sensu contumelias accepisse uideatur. Non n. sicut Platoni uisum est, corpora obliuionem desiderant: sed potius, qui meminerunt, quid sibi ab eo sit promissum, qui neminem fallit: qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporum, in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis ulterius tale sensu desiderabiliter & patienter expectant. Si. n. carnem suam non oderant, quando eam suæ menti infirmitate resistente, spiritali iure coercebant, quanto magis eam diligunt etiam ipsam spiritalem futuram? Sicut n. spiritus carni seruens non incongrue carnalis, caro spiritui seruēt recte appellatur spiritalis, nō quia in spiritum conuertetur, sicut nonnulli putant, ex eo quod scriptum est: Seminatur corpus animale, resurgit corp' spiritale: sed quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facilitate subdetur, vsque ad implendā immortalitatis indissolubilis securissimā uoluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non solum enim non erit tale quale nunc est in quauis optima ualitudine, sed nec tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante peccatum. Qui licet morituri nō essent nisi peccassent, alimentis tamen ut homines utebantur, nondum spiritalia, sed adhuc, animalia corpora terrena gestantes. Quo e licet senio non ueterascerent, ut necessitate perducerentur ad mortem qui status eis de ligno uite, quod in medio paradisi, cum arbore uetita simul erat, mirabili Dei gratia prestabatur: tamē & alios sumebat cibos, præter unam arborem, quæ fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientiæ bonum, quæ magna uirtus est rationalis creaturæ sub creatore domino constituta. Nam ubi nullum malū tangentur, profecto si prohibitum tangenterur, sola inobedientia peccabatur. Alebant ergo alijs

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

aliis quæ sumebat, ne animalia corpora molestiæ aliquid esuriendo, ac sicutero sentireret. De ligno autem vita propterea gustabatur; ne mors eis vnde cunq; subreperes, vel senectute consecuti decurſis temporū spatijs interirent, tanquam cetera essent alimento, illud sacrum; ut sic fuisse accipiatur lignum vita paradiso corporali, sicut in spirituali, hoc est intelligibili paradiso sapientia Dei: de qua scriptum est, Lignum vita est omnibus amplectentibus. *eam.*

Pro. 3.

De paradiſo in quo primi homines fuerat, q̄ recte possit significatione eius spiritale ali quid intelligi salua veritate narrationis historicæ de corporali loco. *Cap. XXI.*

Gal. 4.

I. Co. 10.

Cant. 4.

Vnde nonnulli totū illū paradiſum ubi primi homines parentes generis humani sanctæ scripture veritatem fuisse narrantur, ad intelligibilia referunt, arboresq; illas, & ligna fructifera in virtutes vitae moresq; conuertunt, tanquam visibilia & corporalia illa non fuerint, sed intelligibilium significando rū causa eo modo dicta, vel scripta sint. Quasi propter ea non potuerit esse paradiſus corporalis, quia potest et spiritualis intelligi: tanquam ideo non fuerint duæ mulieres Agar & Sara, & ex illis duo filii Abrahæ, unus de ancilla, alias de libera, quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus: aut ideo de nulla petra Moysè percutiente aqua defluxerit, quia potest & illic figurata significatione est Christus intelligi, eodem Apostolo dicente,

petra autem erat Christus. Nemo itaq; prohibet intelligi paradiſum, vitam bonorum: quatuor eius flumina, quatuor virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam: & ligna eius, omnes viles disciplinas: & lignorum fructus, mores piorum: & lignum vitae, ipsam bonorum omnium matrem sapientiam: & lignum scientia boni & mali, transgresi mandati experimentū. Posnam n. peccatoribus bene vtique, quoniam iuste, constituit Deus, sed non bono suo experitur homo. Possunt hæc et in ecclesia intelligi, ut ea melius accipiamus, tanquam prophætica indicia præcedentia futurorum. Paradiſum, ipsam ecclesiam, sicut de illa legitur in cantico cantorum: quatuor autem paradiſi flumina, quatuor Evangelia: ligna fructifera, sanctos: fructus autem eorum, opera eo-

rum, lignum vita sanctum sanctorum vtique Christum: lignum scientia boni & mali, proprium voluntatis arbitrium. Nec seipso quippe homo diuina voluntate contépta, nisi pertiniose vt potest, atque ita discit, quid inter sit, vt rū inhaereat cōi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi: vt inde timorib. m̄ceroribusq; compleutus cātet in Psalmo, si tamen mala sua sentit, Ad me ipsum anima mea turbata est: correctusq; iam dicat, Fortitudinem meam ad te custodiā: Hæc & si qua alia cōmodius dici possunt de intelligendo spiritualiter paradiſo, ne mine prohibente dicantur, dum tamen & illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

De corporibus sanctorum post resurrectionem, quæ sic spiritualia erunt, ut non in spiritu caro vertatur. *Cap. XXII.*

Corpora ergo iustorum, quæ in resurrectione futura sunt, neq; vlo ligno indigebunt, quo fiat, ut nullo morbo, vel senectute inueterata moriantur: neq; vliis alijs corporalibus alimentis, quibus esuriendi, aut siendi qualiscunque molestia deuittetur: quā certo & omnimodo inviolabili munere immortalitatis induentur, ut non nisi velint, possibilitate, non necessitate vescantur. Quod angelī quoq; visibiliter & tractabiliter apparet, non quia indigebant, sed quia volebant & poterant, ut hominibus congruerent ministerij quadam humanitate fecerunt. Neque enim in phantasmate angelos edisse credendum est, quando eos homines hospitio suscepserunt: quāvis vtrum angeli essent, ignorantib. consimili nobis indigentia vesci videntur. Vnde est q̄ ait angelus in libro Thobie: Videbas me māducare, sed visu vestro videbatis, i. necessitate reficiēdi corporis, sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest: certe fides Christiana de ipso faluatorē non dubitat: q̄ etiam post resurrectionem iam quidem in spirituali carne, sed tamē vera, cibum, ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egertas edendi, ac bibendi, talibus corporibus auferetur. Vnde & spiritualia erunt: non quia corpora esse deſſistent, sed quia spiritu vivificante ſubſiſtent.

Quid

Psal. 41.

Psal. 53.

I. Co. 1.

Gene.

Thobie

12.

Rem.

Quid intelligendum sit de corpore animali, & de corpore spirituali: vt qui moriuntur, in Adam: qui vero viuificantur, in Christo. Cap. XXIII.

Nam sicut ista quæ habet animam viuentem, nondum spiritum viuicantem, animalia dicuntur corpora; nec tamen animæ sunt, sed corpora, ita illa spiritualia vocantur corpora. Absit tamen ut spiritus ea credamus futura, sed corpora carnis habitura subfistentiam, sed nullam tarditatem, corruptio nemq; carnalem spiritum viuificare passura. Tunc iam non tertenus, sed celestis homo erit, non quia corpus q; de terra factum est, non ipsum erit, sed quia dono celesti iam tale erit, ut etiam celo incolendo, non amissa natura, sed mutata qualitate conueniat. Primus autem homo de terra terrenus, in animam viuentem factus est, non in spiritum viuificantem, quod ei per obedienciam meritum seruabatur. Ideo corpus eius quod cibo, ac potu egebat, ne fame afficeretur ac siti, & non immortalitate illa absoluta atq; indissolubili, sed ligno vita à mortis necessitate prohibebatur, atq; in iuuentutis flore retinebatur, non spiritale, sed animale fuisse non dubium est: nequaquam tamen moriturum, nisi in Dei predicationis minantibusq; sententiam delinquendo corruisset. Et alimeti quidem etiam extra paradisum non negatis à ligno tamen vitæ prohibitum tardius esset tempore vetustateq; finiendus in ea duxat vita, quam corpore licet animali, donec spiritale obediens merito fieret, posset in paradi so nisi peccasset habere perpetuam. Quapropter etiam si mortem istam manifesta, quæ fit animæ a corpore separatio, intelligamus simul significatam, in eo quod Deus dixerat: Gene. 3. Ibidem.

Gene. 2. *Qua die ederitis ex illo, morte moriemini, non ideo debet absurdum videri, quia non eo prospers die a corpore sunt soluti, quo cibū interdictum mortiferumq; sum pserit. Eo qd pe die mutata in deteriori vitiataq; natura, atque a ligno vita separatione iustissima mortis in eis etiam corporalis necessitas facta est, cum qua nos necessitate natu sumus. Propter quod Apostolus non ait, corpus quidem moriturum est propter peccatum: sed ait, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Deinde subiungit: Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum a*

mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum a mortuis viuiscabit & mortalia corpora, per inhabitatem spiritu eius in vobis. Tunc ergo erit corpus in spiritum viuificantem, q; nunc est in animam viuentem: & tamen mortuum dicit Apostolus, quia iam moriendi necessitatē constrictum est. Tunc autem ita erat in animam viuentem quantus non in spiritum viuificantem, ut tamen mortuum dici recte non posset, nisi perpetratione peccati necessitatem moriendi habere non posset. Cum vero Deus & dicendo, Adā vbi es? mortem significauerit animæ, quæ facta est illo desente, & dicendo, Terra es, & in terrâ ibis; mortem significauerit corporis, quæ fit anima decedente, propterea de morte secunda nihil dixisse credendum est, quia occultam esse voluit, propter dispensationem testamenti nostri, vbi secunda mors apertissime declaratur, ut prius ista mors prima, quæ communis est omnibus proderetur ex illo veniente peccato, quod in uno cōmune factum est omnibus: mors vero secunda non vtiq; cōmuni est omnibus p; eos, qui secundum propitium vocati sunt sancti, quos ante presciuit, & destinavit, sicut ait Apostolus, conformati fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, quos a secunda morte p; mediatorē Dei gratia liberauit. In corpore ergo animali primum hominem factum, sicut Apostolus loquitur. Volens n. ab spirituali qd in resurrectione futurum est, hoc quod nunc est, animale discernere: Seminatur, inquit, in corruptione, surget in incorruptionem: seminatur in contumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute seminatur corpus animale, surge corpus spiritale. Deinde ut hoc probaret, si est, inquit, corpus animale, est & spiritale. Et ut quid esset corpus animale, ostenderet, sic inquit: scriptum est: Factus est primus homo in animam viuentem. Isto igitur modo voluit ostendere, quid sit corpus animale, quanvis scriptura non dixerit de primo hoīe, qui est appellatus Adā, quando illa anima flatu Dei creata est, & factus est homo in corpore animali, sed factus est homo in animam viuentem. In eo ergo qd scriptum est: Factus est primus homo in animam viuentem, voluit Apostolus intelligi corpus hominis animale. Spiritale autem, quæadmodum intelligentem esset, ostendit, addendo, nouissimum autem

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

autem Adam in spiritum viuicantem, procul dubio Christum significans, qui iam ex mortuis ita resurrexit, ut mori omnino deinceps non poscit. Deinde sequitur, & dicit: Sed nō primum quod spiritale est, sed quod animale.

Gene. 2. Ic, postea spiritale, ubi multo apertius declarauit, se animale corpus insinuasse in eo qđ scriptum est, Factum esse primum hominem in animâ viuëtem, spiritale autē in eo quod ait, Nouissimus Adam in spiritu viuificantem. Prius est enim animale corpus, quale habuit primus Adam, quanvis non moritum, nisi peccasset: quale nunc habemus & nos, haec tamen eius mutata, vitiataq; natura; quatenus in illo, postea quam peccauit, esse Etum est, vnde haberet iam moriendi necessitatem: quale pro nobis etiam Christus primitus habere dignatus est, non quidem necessitate, sed potestate, postea vero spiritale, quale iam præcessit in Christo, tanquam in capite nostro, sequuturum est autem in membris eius ultima resurrectione mortuorum. Adiūgit deinde Apostolus, duorum istorum hominum euidentissimam differentiam, dicēs: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cœlestis, tales & cœlestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus & imaginem eius, qui de celo est. Hoc Apostolus ita posuit, ut nunc quidē in nobis secundum sacramentū regenerationis fiat, sicut alibi dicit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induitis, re autem ipsa tunc perficietur, quum & in nobis quod est animale nascendo, spiritale factum fuerit resurgence. Ut enim eiusdem verbis utar. Speculai facti sumus, Induimus autem imaginem terreni hominis propagatione prævaricationis & mortis quā nobis intulit generatio: sed induimus imaginem cœlestis hominis gratia in dulgentiæ, vitæq; perpetua, quod nobis præstat regeneratio, non nisi per mediatorē Dei & hominū, hominem Iesum Christum, quē cœlo hominē vult intelligi, quia de celo venit, ut terrenæ mortalitatis corpore vestiatur, quod cœlesti immortalitate vestire.

Galat. 3. Cœlestes vero ideo appellat, & alios, quia sunt per gratiā mebra eius, ut cū illis sit unus Christus, velut caput & corpus. Hoc in eadē epistola euidentius ita ponit: Per hominem mors & per hominem resurrectio mor-

tuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Nam vniq; in corpore spirituali quod erit in spiritum viuificantem non quia omnes qui in Adam moriuntur, membra erunt Christi. Ex illis enim multo plures secunda in æternum morte plectur. Sed ideo dictum est omnes atque omnes, quia sicut nemo corpore animali nisi in Adam moritur, ita nemo corpore spirituali nisi in Christo viuificantur. Proinde nequaquam putandum est, nos in resurrectione tale corpus habituros, quale habuit homo primus ante peccatum, neque illud quod dictum est. Qualis terrenus, tales & terreni, secundum illud intelligendum est, quod factum est admissione peccati. Nō enim existimandum est, eum prius quā peccasset spiritale corpus habuisse, & peccati merito in animale mutatum. Ut enim hoc putetur, parum attenduntur tanti verba doctoris qui ait, Si est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptū est, Primus homo Adam factus est in animam viuentem. Nunquid hoc post peccatum factum est, quum sit ista hominis prima conditio, de qua beatissimus Apostolus ad corpus animale monstrandum, hoc testimonium legis assumpserat?

Qualiter accipienda sit vel illa insuffratio, in qua primus homo factus est in animam viuentem, vel illa quā dñs fecit, dicēs, accipite spiritū sanctum. Cap. XXXIII.

Rom. 8.

I. Ti. 2.

G **Ioan. 3.20.** Cœlestes vero ideo appellat, & alios, quia sunt per gratiā mebra eius, ut cū illis sit unus Christus, velut caput & corpus. Hoc in eadē epistola euidentius ita ponit: Per hominem mors & per hominem resurrectio mor-

V Nde & illud parū considerare quibusdā visum est, in eo quod legitur, In spirauit Deus in faciem eius spiritum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, nō tūc animam primo homini datam, sed eā quae iam inerat spiritu sancto viuificantem. Mouet enim eos, quod dominus Iesus posteaquā resurrexit à mortuis, insufflavit, dicens discipulis suis: Accipite spiritum sanctum. Vnde tale aliquid existimat factum, quale tunc factū est, quasi & hic secutus Euangelista dixit: Et factū sunt in animam viuentem. Quod quidem si dictum esset hoc intelligeremus, quod animaru quædā vita sit spiritus Dei, fine quo animæ rationales mortua deputandæ sunt, quanvis earū præsentia vivere corpora videantur. Sed non ita factum, quando est conditus homo, satis ipsa libri verba testantur,

I. Co. 15.

Ketur, quæ ita se habet: Et formauit Deus hominem puluerem de terra. Quod quidam planius interpretandum putantes dixerunt, Et fixxit Deus hominem de limo terræ: quoniam superius dictum fuerat, Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ: ut ex hoc limus intelligendus videretur humore, scilicet terraq; concretus. Vbi n. hoc dictum est, continuo sequitur, Et formauit Deus hominem puluerem de terra: sicut Graeci codices habent, vnde in Latinam linguam scriptura ipsa conuersa est. Siue autem formauit, siue fixxit quis dicere voluerit, quod Graece dicitur πνεῦμα ad rem nihil interest, magis tamen proprie dicitur, fixxit. Sed ambiguitas visa est deuitata eis, qui formauit dicere maluerunt, eo quod in Latina lingua illud magis obtinuit consuetudo, ut hi dicantur fingere, qui aliquid mendacio simulante componunt. Hunc igitur formatum hominem de terra puluere siue limo (erat enim puluis humectus) hunc in quam ut expressius dicam sicut scriptura locuta est, puluerem de terra, animale corpus factum esse docet Apostolus, cum animam accepit. Et factus est iste homo in animam viuentem, et formatus iste puluis factus est in animam viuentem. Iam, inquit, habebat animam, alioquin non appellaretur homo, quoniam homo non est corpus solum, vel anima sola, sed qui ex anima constat & corpore. Hoc quidem verum est, quod non totus homo, sed pars melior hominis anima est, nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est. Sed cum est virtusq; coniunctum simul, habet hominis nomen, quod non singula non amittunt, etiam cum de singulis loquimur. Quis n. dicere prohibetur quotidiani quadam lege sermonis, homo ille defunctus est, & nunc in requie est, vel in poenitentia, cum de anima sola possit hoc dici, & illo, aut illo loco homo ille sepultus est, cum hoc nisi de solo corpore non possit intelligi? An dicturi sunt sic loqui scriptura non sole re diuinam? Imo vero illa ita nobis in hoc attestatur, ut etiam cum duo ista coniuncta sunt, & vivit homo, tamen etiam singula hominis vocabulo appelleret, animam, scilicet interiorem hominem, corpus vero exteriorem hominem vocans, tanquam duo sint homines, cum simul virtusq; sit homo unus. Sed intelligendum est, secundum quid dicatur homo ad imaginem Dei, & homo de terra atque iturus in terram.

LIllud n. secundum animam rationalem dicitur, qualem Deus insufflando, vel si commodius inspirando indidit homini, id est hominis corpori, hoc autem secundum corpus qualem hominem Deus fixxit ex puluere, cui data est anima, ut fieret corpus animale, id est homo in animam viuentem. Quapropter in eo quod dominus fecit, quoniam insufflavit dicens, Accipite spiritum sanctum: nimirum hoc intelligi voluit, quod spiritus sanctus non tantum sit patris, verum etiam unigeniti ipsius spiritus. Id est ipse spiritus est patris & filii, cum quo est Trinitas pater & filius, & spiritus sanctus, non creatura, sed creator. Neque n. fatus ille corporeus de carnis ore procedens substantia erat spiritus sancti atque natura, sed potius significatio, qua intelligeremus, ut dixi, spiritum sanctum patri esse filioque; ceterum: quia non sunt eis singulis singuli, sed unus amborum est. Semper autem iste spiritus in scripturis sanctis Graeco vocabulo πνεῦμα dicitur, sicut eum & hoc loco dominus appellavit, quando eum corporalis sui oris flatu significans, discipulis suis dedit: & locis omnibus diuinorum eloquiorum non mihi aliter vnde nuncupatus occurrit. Hic vero, ubi legitur: Et fixxit Deus hominem puluerem de terra, & insufflavit siue inspiravit in faciem eius spiritum vitæ: non ait Graecus πνεῦμα, quo solet dici spiritus sanctus, sed πνοή, quod nomen in creatura quam in creatore frequentius legitur: vnde nonnulli etiam Latini proper differentiali, hoc vocabulum non spiritum, sed flatu appellare maluerunt. Hoc n. est in Graeco, etiam illo loco per Esaiam, ubi Deus dicit, Omnem flatum ego feci: omnem animam sine dubitatione significans. Quod itaque Graece πνοή dicitur, nostri aliqui flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem, vel aspirationem, aliqui etiam animam interpretati sunt, πνεῦμα vero nunquam nisi spiritum: siue hominis, de quo ait Apostolus: Quis n. scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? siue pecoris, sicut Salomonis libro scriptum est: Quis scit si spiritus hominis ascendet sursum in celum, & spiritus pecoris descendat deorsum in terram? Siue istum corporeum, qui etiam ventus dicitur: nam eius hoc nomen est, ubi in Psalmo canitur: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis: Siue iam non creatum, sed creatorem:

Eccles. 57.

Cor. 2.

Eccl. 2.

Psal. 148.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

rem : sicut est de quo dicit dñs in Euangelio,
 Iren. 20. Accipite spiritum sanctum : eū corporeo sui
 oris significans flatu : & vbi ait, Ite baptizate
 B omnes gentes, in nomine patris & filij & spi-
 ritus sancti : vbi ipsa Trinitas excellentissime
 Mat. 28. & euidentissime commendata est. Et vbi legi-
 tur: Deus spiritus est. Et alijs plurimis sacra-
 Ioan. 4. rum literarum locis. In his quippe omnibus
 testimonijs scripturarum, quantum ad Græ-
 cos attinet, nō πνοή videmus scriptum esse,
 Gen. 2. sed πνεῦμα, quantum autem ad Latinos non
 flatum, sed spiritū. Quapropter in eo, quod
 scriptum est: In spirauit, vel si magis proprie-
 dicendum est, Influsflavit in faciem eius spiritu
 vitæ: si Græcus non πνοή, sicut ibi legi-
 tur, sed πνεῦμα posuisse, nec sic esset conse-
 quens, vt creatorum spiritum, qui proprio
 dicitur in Trinitate spiritus sanctus, intelligere
 cogeremur: qn̄ quidem πνεῦμα, vt dictū est,
 non solum de creatore, sed etiam de creatu-
 ra dici solere manifestum est. Sed cum dixis-
 set, inquiunt, spiritum, non adderet vitæ, nisi
 illum spiritum sanctū vellat intelligi. Et cū di-
 xisset, Factus est homo in animam: non adde-
 ret, viuentem, nisi anima vitam significaret,
 quæ illi diuinitus impertitur dono spiritus
 Dei. Cum. n. viuat anima, inquiunt, proprio
 suæ vitæ modo, quid opus erat addere, viue-
 tem, nisi vt ea vita intelligeretur, quæ illi per
 spm sanctū datur? Hoc quid est aliud, nisi dili-
 genter pro humana suspitione cōtendere, &
 scripturas sanctas non intelligenter attende-
 re? Quid. n. magnū erat nō ire longius? sed in-
 gligenter. eodē libro ipso paulo superius lege, Produc-
 cat terra animam viuentem; qn̄ animantia ter-
 restria cuncta creata sunt? Deinde aliquantis
 Gen. 1. interpositis, in eodē tñ ipso libro, quid ma-
 gnum erat aduertere q̄ scriptum est, Et om-
 nia quæ habent spiritum vitæ, & omnis qui
 erat super aridā mortuus est: cum insinuaret
 omnia quæ viuebant in terra perisse diluio?
 Si ergo & animam viuentem, & spiritū vitæ
 et in pecoribus inuenimus: sicut loqui diuina
 scriptura consuevit: & cum hoc quoq; lo-
 co, vbi legitur, Omnia quæ habent spiritum
 vitæ: non Græcus πνεῦμα, sed πνοή dixerit:
 cur non dicimus, quid opus erat vt adderet,
 viuentem, cū anima nisi viuat esse nō possit?
 Aut quid opus erat vt adderet, vitæ, cum di-
 xisset, spiritū? Sed intelligimus spiritum vitæ,
 & animā viuentem scripturam suo more di-

xisse, cum animalia, i. corpora animata vel-
 let intelligi, quib; inesset per animam per-
 spicuus iste etiam corporis sensus. In homi-
 nis autem conditione obliuiscimur, quæad-
 modum loqui scripture consueverit, cū suo
 prorsus more locuta sit: quo insinuaret ho-
 minem et rationali anima accepta, quā non
 sicut aliarum carnū aquis & terra producen-
 tibus, sed Deo flante creatam voluit intelli-
 gi: sic tñ factum, vt in corpore animali, quod
 fit anima in eo viuente sicut illa animalia vi-
 ueret de quib; dixit: Producat terra anima
 viuentem: & quæ iridem dixisset habuisse in
 se spiritum vitæ: vbi etiam in Græco non di-
 xit πνεῦμα, sed πνοή, non vtique spiritum
 sanctum, sed eorum animam tali exprimens
 nomine. Si. n. Dei flatus, inquiunt, Dei ore ex-
 istit intelligitur, quem si animam credideri-
 mus, consequens erit, vt eiusdem fateamur es-
 se substantia, paremq; illius sapientia, quæ
 dicit: Ego ex ore altissimi prodidi. Non qui-
 dem dixit sapientia ore Dei efflatam se fui-
 se, sed ex eius ore prodisse. Sicut autem nos
 possumus, non de nostra natura, qua homi-
 nes sumus, sed de isto aere circumfuso, quem
 spirando, ac respirando ducimus & * reduci-
 mus flatum facere cum sufflamus: ita omni-
 potens Deus non de sua natura, neq; de subia-
 centi creatura, sed et de nihilo potuit facere
 flatū, quem corpori hominis inlerēdo inspi-
 rasse, vel in sufflasse conuenientissime dictus
 est, incorporeus incorporeū, sed immutabi-
 lis mutabilē, quia non creatus creatum. Ve-
 rumq; vt sciant isti, qui de scripturis loqui
 volunt, & scripturarum locutiones non ad-
 uertunt, non hoc solū dici exire ex ore Dei,
 q̄ est & equalis eiusdemq; naturæ, audiant, vel
 legant, q̄ Deo dicente scriptum est: Qm̄ tepi Apoc. 3.
 dus es, & neq; callidus, neq; frigidus, incipiā
 te emouere ex ore meo. Nulla itaque causa
 est, cur apertissime loquenti resistamus Apo-
 stolo, vbi ab spiritali corpore corpus anima-
 le discernens, i. ab illo, in quo futuri sumus,
 hoc in quo nunc sumus, ait, Seminatur cor-
 pus animale, surget corpus spiritale, si est cor-
 pus animale, & spiritale, sicut scriptū est, Fa-
 cetus est primus homo Adam in animam viue-
 tem, nouissimus Adam in spiritum viuifi-
 cantem: sed non primum quod spiritale est,
 sed quod animale, postea quod spiritale. Pri-
 mus homo de terra terrenus, secundus hō de F
 cœlo

* Al. 1.
quem po-
tando.

Ecc. 24.

Al. 1. rei
dimu.

t. Co. 15.

G

celo celestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis celestis, tales & celestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus & imaginem eius qui de celo est. De quib. omnibus Apostolicis verbis superius locuti sumus. Corpus igitur animale in quo primum hominem Adam factum esse dicit Apostolus sic erat factum, non ut mori omnino non posset, sed ut non moreretur, nisi homo peccasset. Nam illud quod spiritu vivificante spiritaliter erit & immortale, mori omnino non poterit: sicut anima creata est immortalis, quæ licet peccato mortua perhibeat, carēs quādam vita sua, hoc est, Dei spiritu, quo etiam sapienter & beate vivere poterat: tamen propria quadam, licet misera vita sua definit vivere: quia immortalis est creata. Sicut etiam desertores angelī licet secundum modum quandam mortui sint peccando, quia fonte vitae deseruerunt, qui Deus est, * qui non peccando, sapienter beatęq; poterant vivere, tamen non sic mori potuerunt, ut omnino defisterent vivere atque sentire: quoniam immortales creati sunt, atque ita in secundam mortem post ultimum præcipitabuntur iudicium, ut nec illic vita careant: quandoquidem etiam sensu cum in doloribus futuri sunt, non carebunt. Sed homines ad Dei gratiam pertinentes cives sanctorum angelorum in beata vita manentium, ita spiritualibus corporibus induentur, ut neq; peccent amplius, neque moriantur: ea tamen immortalitate vestiti, quæ sicut angelorum nec peccato possit auferri, natura quidem manete carnis, sed nulla omnino carnali corruptibilitate, vel tarditate remanente; Sequitur autem quæstio necessario pertractanda & domino Deo veritatis adiuuante soluenda. Si libido membrorum inobedientium ex peccato inobedientię in illis primis hominibus cum illos divisa gratia desseruisse, exorta, est: unde in suā nuditatem oculos aperuerunt, id est, eam curiosius aduerterunt: & quia impudens motus voluntatis arbitrio resistebat, pudenda texerunt: quo modo essent filios propagaturi, si ut creati fuerant, sine prævaricatione manifestarent. Sed quia & liber iste claudendus est, nec tanta quæstio in sermonis angustia coartanda, in eum qui sequitur commodiore disputatione differatur.

* Al. 1.
quem po-
tando.

Godicium, ut nec illuc vita careant: quandoquidem etiam sensu cum in doloribus futuri sunt, non carebunt. Sed homines ad Dei gratiam pertinentes cives sanctorum angelorum in beata vita manentium, ita spiritualibus corporibus induentur, ut neq; peccent amplius, neque moriantur: ea tamen immortalitate vestiti, quæ sicut angelorum nec peccato possit auferri, natura quidem manete carnis, sed nulla omnino carnali corruptibilitate, vel tarditate remanente; Sequitur autem quæstio necessario pertractanda & domino Deo veritatis adiuuante soluenda. Si libido membrorum inobedientium ex peccato inobedientię in illis primis hominibus cum illos divisa gratia desseruisse, exorta, est: unde in suā nuditatem oculos aperuerunt, id est, eam curiosius aduerterunt: & quia impudens motus voluntatis arbitrio resistebat, pudenda texerunt: quo modo essent filios propagaturi, si ut creati fuerant, sine prævaricatione manifestarent. Sed quia & liber iste claudendus est, nec tanta quæstio in sermonis angustia coartanda, in eum qui sequitur commodiore disputatione differatur.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER DECIMVS QVARTVS.

Per inobedientiam primi hominis in secundam mortis preuitatem ruituros omnes fuisse, nisi Dei gratia liberaret. Cap. I.



Iximus iam in superioribus libris ad humanam genus non formalum naturę similitudine sociandum verum etiam quadam cognitionis necessitudine in unitatem concordem pacis vinculo colligendum ex homine uno Deum voluisse homines instituere: neque hoc genus fuisse in singulis quibusque moriturum, nisi duo primi, quorum creatus est unus ex nullo, alter ex illo, id inobedientia meruissent: a quibus admissum est tam grade pectus, ut in deteriorius eo natura mutaret humana, etiam in posteros obligatione peccati & mortis necessitate transmissa. Mortis autem regnum in homines usque adeo dominatum est, ut omnes in secundâ quoque morte, cuius nullus est finis, pena debita præcipites ageret, nisi inde quoddam indebita Dei gratia liberet: ac per hoc factum est, ut cum tot tantumque gentes per terrarum orbem diuersis ritibus moribusque viuentes, multiplici linguarum, armorum, vestium sint varietate distineti: non tamen amplius quam duo quædâ genera humanæ societatis existerent, quas ciuitates duas secundum scripturas nostras merito appellare possumus, Una quippe est hominum secundum carnem, altera secundum spiritum, vivere in sui cuiusque generis pace volentiū: & cum id quod expetunt, assuequantur, in sui cuiusque generis pace viuentium.

De vita carnali, quæ non ex corporis tantum, sed etiam ex animi sit intelligenda vitijs. Cap. II.

Prius ergo videndum est, quid sit secundum carnem, quid secundum spiritum vivere. Quisquis enim hoc quod diximus prima fronte inspicit vel non recolens, vel minus aduertens quemadmodum scriptura sanctæ loquuntur, potest putare philosophos

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Iosophos quidē Epicureos secundum carnē viuere: quia summū bonum hominis in corporis voluptate posuerunt, & si qui alij sunt, qui quo quo modo corporis bonū summū bonū esse hominis opinati sunt: & omne eorum vulgus qui non aliquo dogmate, vel modo philosophantur, sed proclives ad libidinem, nisi ex voluptatibus, quas corporeis sensibus capiunt gaudere nesciunt. Stoicos aut, qui summū bonū hominis in animo ponunt secundū spiritum viuere: quia & hominis animus quid est nisi spiritus? Sed sicut Iohannes scriptura diuina, secundū carnem viuere vtrīq; monstrantur. Carnem quippe appellat, non solum corpus terreni atq; mortalis animantis: veluti cum dicit. Non omnis caro eadē caro, sed alia quidē hominis, alia autē caro pecoris alia volucrum, alia piscis: sed alijs multis modis significatione huius nominis vtitur, inter quos varios locutionis modos, sape etiam ipsum hominem, idest, naturam hominis carnem nuncupat, modo locutionis à parte totū significans, quale est:

1. Co. 15. Rom. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

C Quid enim hic voluit intelligi, nisi omnis hō? Quod apertius paulo post ait: In lege nemo iustificabitur. Et ad Galatas: Scientes quia non iustificabitur omnis homo ex operibus legis. Secundū hoc intelligitur, Et verbum caro factū est, idest, homo. Quod non recte accipientes quidā, putauerunt Christo humanam animā de fuisse. Sicut enim à toto

Ioan. 1. Ioan. 20. pars accipitur, vbi Marię Magdalenę verba in Evangelio leguntur dicentis, Tulerū dominū meū, & neſcio vbi posuerunt eū: cū de sola Christi carne loqueretur, quā sepultam de monumēto putabat ablāta: ita & à parte totum carne nominata intelligitur homo, si cut ea sunt, quæ supra commemorauimus. Cum igitur multis modis, quos perscrutari & colligere longum est, diuina scriptura nū cupet carnē, quid sit secundum carnem viuere: quod profecto malum est, cū ipsa carnis natura nō sit malū, vt indagare possumus

D Galat. 5. inspiciamus diligenter illū locū epistolę Pauli Apostoli, quā scripsit ad Galatas, vbi ait: Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, beneficia, inimicitiae, cōtentiones, emulaciones, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiae, ebrietates, comes

fationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut & prædixi: quoniā qui talia agunt, regnū Dei non possidebunt. Iste totus epistolæ Apostolice locus, quantu m ad rē præsentem satis esse videbitur, consideratus poterit hanc dissoluere questionem, quid sit secundum carnem viuere. In operibus namq; carnis, q̄ manifesta esse dixit, eaq; commémorata dānauit, nō illa tm̄ inuenimus, quæ ad voluptatem pertinēt carnis: sicuti sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, ebrietates, comeditiones, verumetia illa, quibus animi vitia demōstratur à voluptate carnis aliena. Quis enim seruitutē, quæ idolis exhibetur, beneficia, inimicitias, contentiones, emulaciones, animositates, dissensiones, hæreses, inuidias, non potius intelligat animi vitia esse quam carnis? Quandoquidem fieri potest, vt propter idolatriam, vel hæresis alicuius errorem à voluptatibus carnis téperetur: & tamen etiā tūc homo quanuis carnis libidines continere atq; cohibere videatur, secundū carnem viuere hac Apostolica authoritate conuincitur: & in eo quod abstinet à voluptatibus carnis, damnabilia opera carnis agere demonstratur. Quis inimicitias nō in animo habeat: aut quis ita loquitur, vt inimico suo, vel quē putat inimicum dicat malā carnem, ac non potius, malum animū habes aduersum me? Postremo sicut carnalitates, vt dicam, si quis audisset, non dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animositates ad animū pertinere. Cur ergo hęc omnia, & his similia, doctor genitū ī fide & veritate opera carnis appellat, nisi qā eo locutionis mō quo totū significat à parte, ipsū hōmē vult nosē carnis intelligi?

1. Tim. Peccati causā ex anima, non ex carne prodisse, & corruptionem ex peccato contrahit, non peccatum esse, sed poenam. Cap. III.

Q Vod si quisquam dicit, carnē causam esse in malis moribus quorumcunque vitiorum, eo quod anima carne affecta sic vivit: profecto non vniuersam hominis natūram diligenter aduertit. Nam corpus quidē corruptibile aggrauat animam. Vnde etiam idem Apostolus agens de hoc corruptibili corpore, de quo paulo ante dixerat. Et si extērior hō nō sit corruptitur: Scimus inquit, quia

Sapi

Aene

Al. L.
boliss
ra ca
habet
edit.
3. Pe

Galat.

G inquit, quia si terrena nostra domus habitationis dissoluatur, edificationem habemus ex Deo domū non manufactā cōternam in celis. Etenim in hoc ingemiscimus habitaculū nostrū, quod de celo est superindui cupientes: si tamen indati, non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus, grauati: eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a vita. Et aggrauamur igit̄ corruptibili corpore, & ipsius aggrauationis causam, non natum, substantiamq; corporis, sed eius corruptionē scientes, nolumus corpore expoliari, sed eius immortalitate superuestiri. Et tunc ergo erit corpus, sed quia corruptibile non

Sapiē. 9. erit non aggrauabit. Aggrauat ergo nunc animā corpus corruptibile, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Veruntamen qui omnia anima mala ex corpore putant accidisse, in errore sunt. Quāuis enim Vergilius Platonicā videatur luculentis versibus explicare sententiam, dicens:

Igneus est ollis vigor & cōfletis origo.

Seminibus, quantum non noxia corpora tardant, Terreniq; hebetant artus, moribūdaq; membra. Omnesq; illas notissimas quatuor animi perturbationes, cupiditatem, timorē, lētitiam, tristitiā, quasi originē omnium peccatorum atque vitiorum volens, intelligi ex corpore accidere, subiungat & dicat:

H Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudent, que nec auras suspiciunt, clause tenebris, & carcere cēco.

Tamen alter se habet fides nostra. Nam corruptio corporis, quae aggrauat animam, non peccati primi est causa, sed pena: nec caro corruptibilis animam peccatricē, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnē. Ex qua corruptione carnis licet existimant quodam incitamenta vitiorum, & ipsa desideria vicia: non tamen omnia vitæ iniqua: vita tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus per gemus diabolum, qui non habet carnē. Et si enim diabolus fornicator vel ebriosus, vel si quod aliud huiusmodi mali est, quod ad carnis pertinet voluptates, non potest dici, cū sit etiā taliū peccatorū suasor & instigator occultus: est tñ maxime superbus atq; inuidus. Quae illū vitiositas sic obtinuitrvt ppter hāc esset in carceribus caliginosi: huius aeris xterno supplicito destinatus. Hęc autem vi-

tia: quae tenent in diabolo principatum, carni tribuit Apostolus, quam certū est diabolū non habere. Dicit enim inimicitias cotentio-nes, emulations: animositates, inuidias, ope-ra esse carnis: quorum omnī malorū caput atq; origo suberia est, quę sine carne regnat in diabolo. **I** Quis autē illo est inimicior sanctis? Quis aduersuseos contentiosior, animo-fior, & magis cōmulus atq; inuidus inuenitur? Ethāc omnia cum habeat sine carne, quo-modō sunt ista opera carnis: nisi quia opera sunt hominis: quem sicut dixi, nomine carnis appellat. Non enim habendo carnem, quam non habet diabolus, sed viuendo secundum seipsum, hoc est, secundum hominem, factus est homo similis diabolo, quia & ille secundum seipsum viuere voluit, quādo in veritate non stetit, vt non de Dei, sed **Ioan. 8.** de suo mendacium loqueretur, qui non solū mendax, verum etiam mendacij pater est. Primus est quippe mentitus, & a quo pec-catum, ab illo cēpit esse mendacium.

Aene. 6. Quid sit secundū hominem, quidue secun-dum Deum viuere. Cap. IIII.

C Vm ergo viuit homo secundum hominem, non secundum Deum similis est diabolo: quia nec angelo secundū angelum, sed secundum Deum viuēdum fuit, ut staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mendacium loqueretur. Nam & de homine alio loco idem apostolus ait: Si autem veritas dei in meo mendacio abundauit. * Meū **All. No.** dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaq; **frum.** viuit homo secundum veritatem, non viuit **Rom. 3.** secundū seipsum, sed secundū Deum. Deus **L** est enim qui dixit. Ego sum veritas. Quum vero viuit secundum seipsum, hoc est, secundum hominem non secundū Deum, profecto secundum mendacium viuit: nō quia ho-mo ipse mendaciū est, quā sit eius author & creator Deus, qui non est vti q; author cre-atorq; mendacij, sed quia homo ita factus est rectus, vt nō secundū seipsum, sed secundum eū, a quo factus est, viueret: id est, illius potius quā suā faceret voluntatē: non aurem ita viuere, quemadmodū est factus vt viueret, hoc est mendacium. Beatus quippe vult esse etiam non sic viuendo, vt posset esse. Quid est hac voluntate mendacius? Vnde non frustra di-
Aug. Tomus Quintus. **Q** **ci**

D. AVR ELII AVG. DE CIVITATE DEI

Ci potest, omne peccatum esse mendacium. Non enim sit peccatum, nisi ea voluntate, qua nolumus, ut bene sit nobis: vel nolumus, ut male sit nobis. Ergo mendacium est quod quando fiat, ut bene sit nobis, hinc potius male est nobis: vel quando fiat ut melius sit nobis, hinc potius p[ro] ius est nobis. Vnde hoc, nisi quia de Deo potest bene esse homini, quem delinquendo de-

Merit, non de ipso, secundum quem vivendo delinq[ue]ntur. Quod itaque diximus, hinc extitisse ciuitates duas diuersas inter se; atque contrarias: quod alij secundum carnem, alij secundum spiritum vivent: potest etiam isto modo dici, quod alij secundum hominem, alij secundum Deum vivant. Aperi-

1. Cor. 3. tissime quippe Paulus ad Corinthios dicit:

Cum n[on] inter vos sint emulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quod ergo est ambulare secundum hominem, hoc est secundum hominem vivere: quod a carne, id est, a parte hominis minore intelligitur homo. Eosdem ipsis quippe dixi superius animales, quos postea carnales: ita loquens: Quis enim scit, inquit, hominum quae sunt homines, nisi spiritus hominis qui in ipsis est? Sic & que Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Nos autem, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quod a Deo donata sunt nobis, que & loquimur: non in sapientia humanae doctis verbis, sed docti spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes: Animalis autem homo non percepit, que sunt spiritus Dei: sicut illi. Talib. igitur, id est, animalibus paulo post dicit: Et ego fratres non ponui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et illud ex

A hoc eodem modo intelligitur, id est, a parte totius. Et ab anima namque, & carne, que sunt partes hominis, potest totius significari, quod est homo: atque ita non est aliud animalis homo, aliud carnalis: sed id est virtus, id est, secundum hominem vivens homo. Sicut & non aliud, quam homines significantur, siue ubi legitur. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: siue quod scriptum est, Septuaginta quinque animae descendenterunt cum Iacob in Aegyptum. Et ibi enim per omnem carnem, omnis homo, & ibi per septuaginta quinque animas, septuaginta quinque homines intelliguntur.

Et quod dictum est, Non in sapientia humanae doctis verbis potuit dici, Non in sapientia carnalis, sicut quod dictum est, Secundum hominem

1. Cor. 2. stris ad creatoris iniuriam carnis accusare naturam, que in genere atque ordine suo bona est, sed deserto creatore bono, vivere secundum creatum bonum, non est bonum: siue quisque secundum carnem, siue secundum animam, siue secundum totum hominem, qui constat ex anima & carne: vnde & nomine solius animae, & nomine solius carnis significari potest, eligat vivere. Nam qui velut summum bonum laudat animam naturam, & tanquam malum naturam carnis accusat: profecto & animam carnaliter appetit, & carnem carnaliter fugit: quoniam id vanitate sentit humana, non veritate diuina. Non quidem Platonici,

All. Homo, unde denominatur. sicut Manichaei despiciunt, ut tanquam mali naturam terrena corpora detestentur, cum omnia elementa, quibus iste mundus visibilis constructabilisque compactus est, qualitatesque eorum Deo artifici tribuant. Veritatem ex terrenis artibus moribundisque membris sic affici animas opinantur: ut hinc eis sint morti cupiditatem, & timorum, & letitiae siue tristitiae, quibus quatuor vel perturbationibus, ut Cicero appellat, vel passionibus, ut plerique, verbum est verbo exprimunt, omnis humanae morum vitiositas continetur. Quid si ita est, quid est quod Aeneas apud Vergilium, cum audisset a patre apud inferos animas rursus ad corpora reddituras, hauc opinionem miratur, exclamans:

Cicerone datus, bonorum & malorum. O pater, an ne aliquas ad celum hinc ire putandum est:

Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti Corporaque lucis miseris tam dira cupiditas Nungd nam hec tam dira cupiditas ex terrenis artibus

A. Leg. scat. **N**on igitur opus est in peccatis vitiisque non stris ad creatoris iniuriam carnis accusare naturam, que in genere atque ordine suo bona est, sed deserto creatore bono, vivere secundum creatum bonum, non est bonum: siue quisque secundum carnem, siue secundum animam, siue secundum totum hominem, qui constat ex anima & carne: vnde & nomine solius animae, & nomine solius carnis significari potest, eligat vivere. Nam qui velut summum bonum laudat animam naturam, & tanquam malum naturam carnis accusat: profecto & animam carnaliter appetit, & carnem carnaliter fugit: quoniam id vanitate sentit humana, non veritate diuina. Non quidem Platonici, sicut Manichaei despiciunt, ut tanquam mali naturam terrena corpora detestentur, cum omnia elementa, quibus iste mundus visibilis constructabilisque compactus est, qualitatesque eorum Deo artifici tribuant. Veritatem ex terrenis artibus moribundisque membris sic affici animas opinantur: ut hinc eis sint morti cupiditatem, & timorum, & letitiae siue tristitiae, quibus quatuor vel perturbationibus, ut Cicero appellat, vel passionibus, ut plerique, verbum est verbo exprimunt, omnis humanae morum vitiositas continetur. Quid si ita est, quid est quod Aeneas apud Vergilium, cum audisset a patre apud inferos animas rursus ad corpora reddituras, hauc opinionem miratur, exclamans:

O pater, an ne aliquas ad celum hinc ire putandum est:

Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti Corporaque lucis miseris tam dira cupiditas Nungd nam hec tam dira cupiditas ex terrenis artibus

Eartibus moribundisq; membris adhuc inest animarū illi prædicatissimæ puritati? Nōne ab hīmōi corporeis, ut dicit, pestibus omnibus eas esse purgatas, cum rursus incipiunt in corpora velle reuerti? Vnde colligitur ēt si ita se haberet, q; est omnino vanissimum, uicissim alterans incessabiliter euntur ut atque rediuntur animarum mundatio & in quinario, non potuisse ueraciter dici omnes culpabiles atque uniosos motus animarum eis ex terribilis corporeis nolentes. Siquidem secundum ipsos illa, ut locutor nobilis ait, dira cupidio, uerbā adeo non est ex corpore, ut ab omni corporeā peste purgata, & ex tra omne corpus animā constitutum, ipsam cōpellat esse in corpore. Vnde ēt illis fatentibus, non ex carne tñ efficitur anima, ut cūpiat, metitat, latetur, & * tristetur: uerum etiā ex seipso his potest motibus agitari.

All. legre
scas.

De qualitate uoluntatis humanæ, sub cuius iudicio affectiones animi, aut prauæ habentur, aut recte. Cap. V L

Interest autem, qualis sit uoluntas hominis, quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus: si autem recta est, non solum inculpabiles, uerum etiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus: imo omnes, nihil aliud quam uoluntates sunt. Nam quid est cupiditas, & lētitia, nisi uoluntas in suis qua-
suis conſenſionem, quæ uolumus? Et quid tuor ani-
mi affe-
ctiones.

Guoniam nō ait Euangelista: Cō-
tristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me: cum dominus non tertio, sed semel di-
xerit, amas me: bis autem dixerit, diligis me. Vnde intelligimus, q; etiam cum dicebat do-
minus, diligis me: nihil aliud dicebat, quam
amas me. Petrus aut nō mutauit huius unius
rei uerbum, sed etiā tertio: Domine, inquit,
tu omnia scis, tu scis quia amo te. Hoc pro-
pterea cōmemorādum putauit: quia nonnulli
arbitrantur aliud esse dilectionem siue chari-
tatem, aliud amorem. Dicū enim dilectionem
accipiendam esse in bono, amorem in
malō. Sic autem nec ipſos authores secula-
rium literarum locutos esse, certissimū est.
Sed uideriū philosophi, utrum, uel qua ra-
tione ista discernant. Amorem tamen eos in
bonis rebus, & erga ipsum Deum magni pē-
dere libri eorum satis loquuntur. Sed scrip-
turas religionis nostræ, quarum authorita-
tem ceteris quibusq; literis anteponimus: nō
aliud dicere amorem, aliud dilectionem uel
charitatem insinuandum fuit. nam & amo-
rem in bono dici iā ostendimus. Sed ne quis
existimet amorem quidem, & in bono, & in
malō, dilectionem autem non nisi in bono

rit hominem, nec amet uitium propter ho-
minem, sed oderit uitium, amet hominem. Sanato enim uitio, totum quod amare, nihil
autem quod debeat odire, remanebit.

Amorem, & dilectionem indifferenter, & in
bono, & in malo apud sacras literas
inueniri. Cap. VII.

ad Tim.
tb. 1.

Ioan. 27.

Q. 2 esse

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

esse dicendū, illud attendat, q̄ in Psalmo scri
 psal. 10. ptū est, Qui aut̄ diligit iniqitatem, odit ani-
 mā suā. Et illud Apostoli Ioannis: Si quis
 dilexerit mundū, nō est dilectio Patris in eo.
 Ecce vno loco dilectio, & in bono & in ma-
 lo. Amorē aut̄ in malo: quia in bono iā ostē-
 dimus, ne quisquā flagiter, legat q̄ scriptum
 est: Erunt n. homines seipso amantes, ama-
 tores pecunia. Recta itaq; volūtas est bonus
 amor, & voluntas pueris malus amor. Amor
 ergo inhians habere q̄ amatur, cupiditas est:
 id aut̄ habense eoq; fruens, lētitia. Fugiens q̄
 ei aduersatur, timor est; idq; si acciderit sen-
 tiens, tristitia est. Proinde mala sunt ista, si ma-
 lus ē amor: bona si bonus, q̄ dicimus, de scri-
 puris probemus. Cōcupisit Apostolus dis-
 solui, & esse cū Christo. Et, Concupiuit ani-
 ma mea desiderare iudicia tua in omni tpe.
 Sapien. 6 L Vel si accōmodatius dicitur, Desiderauit ani-
 ma mea concepiscere iudicia tua. Et, Concu-
 piscentia sapientia perducit ad regnum. Hoc
 tñ loquendi obtinuit consuetudo, vt si cupi-
 ditas vel concupiscentia dicatur, nec adda-
 tur cuius rei sit, non nisi in malo possit intel-
 ligi. Lētitia apud Psalmista in bono est, Lē-
 tamini in Domino & exultate iusti. Et, De-
 disti lētitiam in cor meum. Et, Adimplebis
 me lētitia cū vulto tuo. Timor in bono est
 apud Apostolū, vbi ait: Cū timore & tremo-
 re vestra ipsorum salutem operamini. Et, Nō
 li altū sapere, sed time. Et, Timeo aut̄ ne sicut
 serpens Euā seduxit astutia sua, sic & vestre
 mentes corrumpant à castitate, quæ est in
 Christo. De tristitia vero, quā Cicero magis
 & gritudinē appellat: dolorem aut̄ Virgilius,
 vbi ait: Dolent, gaudentque. Sed ideo malui
 tristitiam dicere, quia & gritudo vel dolor vsi-
 tatus in corporibus dicitur, scrupulosor q̄-
 stio est, vtrum inueniri possit in bono.

De tribus perturbationibus, quas in animo
 sapientis Stoici esse voluerūt, exclusis do-
 lore sine tristitia quam virtus animi sen-
 tire non debet. Cap. VIII.

Q Vas enim Græci appellant, ἐνθεῖας,
 Latine autem Cicero constantias no-
 minauit, Stoici tres esse voluerunt, pro trib.
 perturbationibus in animo sapientis: pro cu-
 piditate, voluntatem: pro lētitia, gaudium:
 pro metu, cautionem: pro & gritudine vero,

vel dolore, quem nos vitanda ambiguitatis
 gratia, tristitiam maluimus dicere, negauerūt B
 esse posse aliquid in animo sapientis. Volun-
 tas quippe, inquit, appetit bonum, q̄ facit
 sapiens. Gaudium de bono adepto est, quod
 ybiq; adipiscitur sapiens. Cautio deuitat ma-
 lum, q̄ debet sapiens deuitare. Tristitia por-
 ro, quia de malo est, quod iam accidit. Nullu-
 mā aut̄ malum existimat posse accidere sa-
 pienti: nihil in eius animo pro illa esse posse,
 dixerunt. Sic ergo illi loquuntur: vt velle gau-
 dere, cauere, nēgēnt nī sapientem: solum
 autem non nī cupere, lētari, metuere, con-
 tristari. Et illas tres esse cōstantias: has autem
 quatuor perturbationes secundum Ciceronē:
 secundum plurimos autem, passiones: Græ-
 ce autem illæ tres, sicut dixi, appellātur īvrd-
 Seias: istæ autem quatuor πάθη. Hæc locu-
 tio vtrum scripturis sanctis congruat, quæ
 quærerem, quantū potui diligenter, illud in-
 ueni, q̄ ait Propheta: Nō est gaudere, impij,
 dicit Dñs, tanquam impij latari possint po-
 tuis, quā gaudere de malis, quia gaudiū pro-
 prie bonorum & piorū est. Item illud in Euā
 gelio, Quæcunque vultis vt faciant vobis ho-
 mines, hæc & vos facite illis: ita dictum vide-
 tur, tanq; nemo possit aliquid male vel turpi
 ter velle, sed cupere. Denique propter con-
 fuetudinem locutionis, nonnulli interpretes
 addiderūt bona: & ita interpretati sunt, Quæ-
 cunque vultis vt faciant vobis homines bo-
 na. Cauendum, n. putauerunt, ne quisquā in-
 honesta velit sibi fieri ab hominib. vt de tur-
 pioribus taceā, certe luxuria & conuiua, in
 quib. se, si & ipse illis faciat similia, hoc pre-
 ceptum existimet impleturum. Sed in Græco
 Euangelio, vnde in Latinū translatū est, non
 legitur, bona: sed, Quæcunque vultis vt fa-
 ciant vobis homines, hæc & vos facite illis:
 credo propterea, quia in eo q̄ dixit, vultis,
 iam voluit intelligi bona. non n. ait, cupitis.
 Non tamen semper his proprietatibus locu-
 tio nostra frenanda est: sed interdū his vten-
 dū est. Et cum legimus eos, quorum authoriti-
 tati resultare fas non est, ibi sunt intelligen-
 dæ, vbi rectus sensus alium exitū non potest
 inuenire: sicut ista sunt, quæ exempli gratia
 partim ex Propheta, partim ex Euangelio
 cōmemorauimus. Quis enim nescit impios
 exultare lētitia? Et tamen non est gaudere
 impij, dicit Dñs. Vnde, nī quia gaudere
 aliud

D aliud est, quando proprie signateq; hoc verbum ponitur? Itē quis negauerit non recte præcipi hominibus, vt quęcunq; sibi ab aliis fieri cupiunt, hæc eis & ipsi faciant: ne se in uicem turpitudine illicite voluptatis oblectent? & tamen saluberrimum, verissimumq; præceptum est. Quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis. Et hoc vnde, nisi quia hoc modo quodam proprio volūtas posita est, quæ in malo accipi non potest? Locutione vero visitatiore: quam frequentat maxime consuetudo sermonis, nō vtiq; diceretur: Noli velle mentiri omne mēdaciū: nisi esset & voluntas mala, à cuius prauitate illa distinguitur, quam prædicauerunt angeli dicentes: Pax in terra hominibus bonę voluntatis. Nam ex abūdanti additum est bonę, si est non potest nisi bona. Quid autē magnum in charitatis laudibus dixisset Apostolus, quod non gaudeat super iniustitiae, nisi quia ita malignitas gaudet? Nam apud authores secularium literarū, talis istorum verborū differentia reperitur. Ait enim Cicero orator amplissimus: Cupio patres cōscripti me esse clementem. Quia hoc verbū in bono posuit, quis tā peruersa doctus existat, qui nō eum cupio, sed volo potius dicerre debuisse contendat? Porro apud Terentiū

Al. l. In l. flagitosus adolescens insana flagrans cupidine. Nihil volo aliud, inquit, nisi Philomenā.
aff. 2. fe. 1 Quam voluntatem fuisse libidinem, responso quæ ibi serui eius senioris inducitur, sa-
Al. l. Sa- nitas indicat. Ait nanq; domino suo: Quātū sa-
nioris. tatus est, te id dare operam, quo istū amorem ex animo amoueas tuo, quam id loqui, quo magis libido frustra accendatur tua. Gaudiū vero eos & in malo posuisse ille ipse Virginianus testis est versus, vbi has quatuor perturbationes summa breuitate cōplexus est: Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudētq;. Dixit etiam author: Mala mētis gaudia. Proinde volunt, cauent, gaudent & boni & mali. Atq; vt eadē alijs verbis enunciemus, cupiunt, timent, lētantur & boni & mali. Sed illi bene, isti male, sicut hominibus seu re-
Aene. 6. Etia seu peruersa voluntas est. Ipsi quoq; tristitia, pro qua Stoici nihil in animo sapiētis inueniri posse putauerunt, reperitur in bono, & maxime apud nostros. Nā laudat Apo-
stolus Corinthios, quod contristati fuerint secundū Deū. Sed fortasse quis dixerit, illis

Apostolum fuisse congratulatum, q; contristati fuerint pēnitendo: qualis tristitia, nī eo rum qui peccauerūt, esse nō potest. Ita enim dicit: Video quod epistola illa eti ad horam contristauit vos, nūc vero gaudeo, non quia contristati estis, sed quia cōtristati estis ad pēnitentiā. Contristati n. estis secundū Deū, vt in nullo detrimētum patiamini ex nobis. Quę enī in secundū Deū est tristitia, pēnitientiam in salutem stabilem operatur, mūdi autē tristitia mortem operatur. Ecce n. idipsum secundū Deūm constristari, quantam perfeci in nobis industriam. Ac per hoc posse sunt Stoici pro suis partibus respondere, ad hoc videri vtile esse tristitiā, vt peccasse pēnitiat, in animo autē sapientis ideo esse non posse, quia nec pētrū in eum cadir, cuius pēnitentia contristetur, nec vllum aliud malū, quod perpetiendo & sentiendo sit tristis. Nā & Alcibiadem ferunt, si me de nomine hominis memoria nō fallit, cū sibi beatus vide retur Socrate disputante, & ei quam miser esset, qm̄ stultus esset, demonstrante, fleuisse. Hinc ergo stultitia fuit causa etiam huius vitis optandęq; tristitię, qua homo esse se dolet, q; esse non debet. Stoici autē non stultum, sed lapiente maiunt tristem esse non posse.

2. Cor. 7.
All. Trī.
Fitia sī.
luteavis, scē
cundis.
Deūm.

Al. l. Laci
biadix trī.
Fitia.

G De perturbationibus animi, quarum asse-

ctus rectos habet vita iustorum.

Cap. IX.

V Erum bis philosophis, quod ad istam questionem, de animi perturbationibus attrinet, iam respondimus in nono huius operis libro: ostendentes, eos non tam de rebus: quā de verbis cupidiores esse contentiōnis, quam veritatis. Apud nos autē iuxta scriptras sacras, sanamq; doctrinam, ciues sanctę cūiuitatis Dei in huius vitę peregrinatio-
*L*ne secundū Deūm viventes metuunt, cu-
piuntque, dolent, gaudētque. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. Metuūt pēnam eternam, cupiūt vitam eternam. Dolent in se, quia ipsi in se-
metipsis adhuc ingemiscunt adoptionem, expectantes redemptions corporis sui. Gau-
dent in spe, quia fiet sermo, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Item metuunt peccare, cupiunt perseverare: dolent in pec-
catis, gaudent in operibus bonis. Vt n. me-
Aug. Tomus Quintus. Q 3 tuant

D.AURELI AVG. DE CIVITATE DEI

tuant peccare, audiunt. Quoniam abundauit iniquitas, refrigerat charitas multorum. Ut cupiant perseuerare, audiunt quod scriptum

Mat. 10. est: Qui perseuerauerit usque in fine, hic saluus
I. Cor. 9. erit. Ut doleant peccatis, audiunt. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos

2. Cor. 9. seducimus, & veritas in nobis non est. Ut gaudent in operibus bonis, audiunt: Hilarè datorem diligit Deus. Item sicuti le infirmitas eorum firmitasque habuerit, metuant tentari, cupiunt tentari: dolent in temptationibus, gaudent in temptationibus. Ut n. metuant temerari audiunt: Si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum ne & tu temeraris. Ut autem cupiant temerari, audiunt quandam virtutem fortitudinis ciuitatis

Psal. 25. Dei dicentes. Proba me domine, & tenta me,

*M*vre renes meos & cor meum. Ut doleant in temptationibus, vident Petrum flentem. Virgaudeant in temptationibus, audiunt Iacobum dicentes:

Omne gaudium existimate fratres mei, cum in temptationes varias incideritis. Non solum autem propter semetipos his mouentur affectibus, verum etiam propter eos quos liberari cupiunt, & ne pereant, metuant, & dolent, si pereant, & gaudent, si liberantur. Illū

2. Cor. 12. quippe optimum & fortissimum virum qui in suis infirmitatibus gloriatur, ut eum potis sumus commemoremus, quem in ecclesia Christi ex gentibus inuenimus, doctorem genitum in fide & veritate, qui & plus omnibus suis coapostrolis laborauit, & pluribus epistolis populos Dei, non eos tantum, qui presentes ab illo videbantur, verum etiam illos, qui futuri praeuidebantur, instruxit: illum in qua verum athletam Christi, doctum ab illo, vincitum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est, & angelis & hominibus legitime magnō agone certamen, & palmam superne vocacionis in anteriora sectantem, oculis fidei

*A*libentissime spectantem, gaudere cum gaudientibus flere cum flentibus, foris habetem pugnas, intus timores, cupientem dissolui, & esse cum Christo, desiderantem videre Romanos, ut aliquem fructum habeat in illis, sicut & in ceteris gentibus: & mulatam Corinthios,

2. Cor. 11. & ipsa emulazione metuentem, ne seducantur eorum mentes a castitate, quæ in Christo

Rom. 9. est: magnam tristitiam & continuum dolorem

cordis de Israëlitis habentes, quod ligno rantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitia Dei non erant subiecti, nec

solum dolorem, verum etiam luctum suum denunciant de quibusdam qui ante peccaverunt, & non ergerunt penitentiæ super immunitia & fornicationibus suis. Hi motus, hi affectiones de amore boni & de sancta charitate venientes, si virtus vocanda sunt, sinamus, ut ea quæ virtus sunt, virtutes vocentur. Secundum cù re

etiam ratione sequantur iste affectiones, quæ ad ubi oportet adhibentur, quis eas tunc moribus seu virtutis passiones audeat dicere?

Quamobrem etiam ipse dominus in forma servi agere vitam dignatus humanam, sed nullum habens omnino peccatum adhibuit eas, ubi adhibendas esse iudicauit. Neque enim in quo

verum erat hominis corpus & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cù ergo eius in Euangeliō ista referuntur, quod super duritiam cordis Iudeorum cù ira contraria status sit, quod dixerit, gaudeo propter vos, ut crederatis: quod Lazarus suscitatus etiam lacrymas fuderit: quod cōcupinerit cù discipulis suis manducare pascham: quod propinquante passione tristis fuerit aīa eius usque ad mortem, non falso utique referuntur. Verum ille hos motus certe dispensationis gratia, ita cum voluntate suscepit animo humano, ut cù voluit factus est homo. Proinde quod fatendum est,

etiam cum rectas & secundum Deum habemus has affectiones, huius vitae sunt, non illius, quam futuram speramus, & saepe illis etiam inuiti credimus. Itaque aliquando quāuis non culpabili cupiditate, sed laudabili charitate moueamur, etiam dum volumus flemus. Habemus ergo eas ex humanæ conditionis infirmitate, non autem ita dominus Iesus, cuius & infirmitas fuit ex potestate. Sed dum vita huius infirmitatem gerimus, si eas omnino nullas habeamus, tunc potius non recte vivimus. Vituperabat enim & detestabatur

Apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione. Illos etiam culpavit sacer Psalmus, de quibus ait, Sustinui qui simul contrastaretur & non fuit. Nam omnino nondolere, dum sumus in hoc loco miseriae, profecto sicut quidam etiam apud seculi huius literatos sensit, & dixit, non si

ne magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Quod

al. I. Chri
Hinc non
caruit af
fectione.

I. Cor. 17.

Mat. 26.

f. 1.

C

Psal. 61.

cic. 3. 7.

scu. quef.

circa

8. Cor.

Rom. 1.

circa illa quæ *ἀπάθεια* Græce dicitur, quæ si Latine posset, impassibilitas diceretur: si ita intelligenda est (in animo quippe, nō in corpore accipitur) vt sine his affectionibus viviatur, quæ contra rationem accidentū mentemque perturbant, bona plane & maxime optanda est: sed nec ipsa huius est virtus. Non enim qualiumcunq; hominum vox est, sed maxime piorum multumq; iustorum, atque sanctorum: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nosipso seducimus, & veritas in nobis non est. Tunc itaq; *ἀπάθεια* ista D erit, quando peccatum in homine nullum erit. Nunc vero satis bene viuitur sine criminie: sine peccato auctem qui se viuere existimat, non id agit vt peccatum non habeat, sed vt veniam nō accipiat. Porro si *ἀπάθεια* illa dicenda est, cum animum cōtingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus vitijs iudicat esse peiorum? Potest ergo non ablurde dici perfectam beatitudinem sine stimulo timoris, & sine villa tristitia futuram. Non ibi autem futurum amorem, gaudiumque quis dixerit, nisi omnino a ueritate seclusus? Si autē *ἀπάθεια* illa est, ubi nec metus ulla exterret, nec angit dolor, auersanda est in hac uita, si recte hoc est, secundum Deum, uiuere uolumus. In illa vero beata, quæ sempiterna promittitur, timor planè separandus est. Timor namque ille de quo dicit Apostolus Ioannes, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet, qui autem timet, non est perfectus in charitate: non est eius generis timor, cuius ille, quo timebat Apostolus Paulus, ne Corinthij serpentina seducerentur astutia: hunc enim timorem habet charitas, imo nō habet nisi charitas: sed illius est generis timor, qui non est in charitate: de quo & ipse Apostolus Paulus ait: Non enim accepisti spiritum seruitus iterum in timorem. Timor vero ille castus permanens in seculum seculi, si erit &c in futuro seculo: nam quo alio modo potest intelligi permanere in seculum seculi? non est timor exterrens a malo, quod accidere potest, sed tenens in bono, quod amitti non potest: Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest, mali cauendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea uoluntas signifi- ficiata est, qua nos necesse erit nolle peccare: & non solitudine infirmitatis, ne forte pecemus, sed trāquillitate charitatis cauere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum, foeciliumque gaudiorum, sic dictum est. Timor domini castus permanēs in seculum seculi: quemadmodum dictum est. Patientia pauperum non peribit in æternū. Neque enim æterna erit ipsa patientia, quæ necessaria non est, nisi ubi tolerāda sunt mala, sed æternum erit, quo per patientiam peruenitur. Ita fortasse timor castus in seculum seculi dictus est permanere, quia id permanebit, quo timor ipse perducit. Quia quū ita sint, quoniam recta uita dicenda est, quia perueniendum sit ad beatam, omnes affectus istos uita recta rectos habet, peruersa peruersos. Beata uero, eademque æterna amorem habebit, & gaudium, non solum rectum, uerum etiam iam certum: timoreni autē & dolorēm nullum. Vnde iam apparet utcunq; quales esse debeant in hac peregrinatione ciues ciuitatis Dei, uiuentes secundum spiritum, non secundum carnem, hoc est secundum Deum, non secundum hominē, & quales in illa quō tendunt immortalitate futuri sint. Ciuitas porro, hoc est societas impiorum, non secundum Deum, sed secundum hominem uiuentium, & in ipso cultu * fal- Al. 1. falso. *psal. 9.* *psal. 18.* *psal. 61.*
sæ, contemptuq; uera diuinitatis, doctrinas hominum, demonumve sectantium, his affectibus prauis tanquam morbis & perturbationibus quatitur. Et si quos ciues habet, qui moderari talibus motibus, & eos quasi temperare uideantur: sic impietate superbi & elati sunt, ut hoc ipso in eis sint maiores timores, quo minores dolores. Et si nonnulli tanto immaniore, quanto rariore uanitate hoc in seipsis adamauerint, ut nullo prorsus erigantur, & excitentur, nullo flectantur, atque inclinetur affectu, humanitatem totam potius amittunt, quam ueram al- sequantur tranquillitatem.
Nō enim quia durum
aliquid, ideo re-
ctum, aut
quia
stupidum est, ideo sa-
num.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

An primos homines in paradiſo conſtitutos nullis perturbationib. prius quam deliquerint affectos ſuiſſe credēdum ſit. Cap. X.

Sed vtrum primus homo vel primi homines, (duorum erat quippe coniugij) habebant iſtos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore ſpirituali nō habebimus oīni purgato finitoq; peccato, nō immerito queritur. Si n. habebant, quomođo erant beati in illo memorabili beatitudi-

Lnis loco, i. in paradiſo? Quis tandem abſolute dici beatus potest, qui timore afficitur, vel dolore? Quid autem timere vel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valetudo, nec aberat quicquā, q; bona voluntas adipiſceretur, nec inerat quod carnem, animumve hominis foeliciter viuentis offendere? Amor erat imper turbatus in Deum, atque inter ſe coniugum fida & syncera societate viuetium, & ex hoc amore grande gaudium, non defiſte, quod amabatur ad fruendū. Erat deuitatio tranquilla peccati, qua manete nullum omnino aliunde malum, quod contristaret, irruerat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad vescendum contingere, sed mori metuebat: ac per hoc, & cupiditas, & metus iam tunc illos homines etiam in illo perturbat loco? Absit, vt hoc existimemus ſuisse, vbi nullum erat omnino peccatum. Neq; n. nullum peccatum eſt, ea quæ lex Dei prohibet concipiſcere, aq; que ab his abſtinere timore poenit, non amore iuſtitia. Absit, inquā, vt ante omnne peccatum, iam ibi fuerit tale peccatum, vt hoc de ligno admitterent, quod de muliere dñs ait: Si quis viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam moechatus eſt eam in corde ſuo. Quam igitur foelices erant primi homines, & nullis agitabantur perturbationib. animorum: nullis corporum læde-

Mabantur incōmodis: tam felix vniuersa ſocie tas eſſet humana, ſi nec illi malum, q; etiam in posteros traiicerent: nec quisquam ex eorum stirpe iniuitatem cōmitteret, quæ damnationem recipere. Atq; iſta permanente felicitate, donec per illam benedictionē, quæ dictum eſt, Crecite & multiplicamini: præ destinatorum ſanctorum numerus cōplere tur, alia maior daretur, quæ beatissimis ange

lis data eſt: vbi iam eſſet certa ſecuritas peccaturum neminem, moriturumq; neminem: & talis eſſet vita ſanctorum, poſt nullum la boris, doloris, mortis experimentum, qualis erit poſt hāc omnia incorruptione corporum, redditia reſurrectione mortuorum.

De lapsu primi hominiſ, in quo bene cōdita natura eſt, nec potest niſi a ſuo autho re reparati. Cap. XI.

Sed quia Deus cūcta p̄ſciuit, & ideo ho minem quoq; peccaturum ignorare non potuit: ſecundum id q; p̄ſciuit, atq; diſpoſuit, ciuitatem ſanctā debemus afferere, non ſecundum illud q; in noſtrā cognitionem vel religionem peruenire nō potuit, quia in Dei diſpositione non fuit. Nec n. homo peccato ſuo diuinū poſturbare consiliū, quaſi Deū q; ſtatuerat, mutare cōpulerit: cū Deus p̄ſciendo vtrunq; p̄euenere, i. & homo, quē bonum ipſe creauit, quām malus eſſet fu terus: & quid boni, ēt ſic de illo eſſet ipſe facturus. Deus. n. & ſi dī ſtatuta mutare: vnde tropica loquutione in ſcripturis ſanctis, etiā penitus legitur Deum: iuxta id dī, q; homo ſperauerat, vel naturalium cauſarum or do geſtabat: non iuxta id, q; ſe omnipotens faeturum eſſe p̄ſciuerat. Fecit itaq; Deus, ſicut ſcriptū eſt, hominem rectum: ac per hoc voluntatis bona. Non n. rectus eſſet, bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus eſt Dei: quum ea quippe ab illo factus eſt homo. Mala vero voluntas prima, qm̄ omnia mala opera p̄ceſſit in homine, defectus potius fuit quidam ab opere Dei, ad ſua opera, quam opus vllū. Et ideo mala ope ra, quia ſecundum ſe, non ſecundum Deum, vt eorum operum tanquam fructuū malorū, vt voluntas ipſa eſſet velut arbor mala: aut ipſe homo inquantum mala voluntatis. Porro mala voluntas, quamuis non ſit ſecundū naturam, ſed contra naturam, quia vitū eſt: tñ eius natura eſt, cuius eſt vitium, quod niſi in natura nō poſteſt eſſe, ſed in eam quā creauit ex nihilo, non quam genuit creator de ſemetiſpo, ſicut genuit verbū, per q; facta ſunt omnia. Quia & ſi de terra puluere Deus finxit hominem, eadem terra omnisq; terrena materies omnino de nihilo eſt, animamque de nihilo factam dedit corpori, cum factus eſt

Matt. 5.

Gen. 1.

Ieron.

Exo. 3.

3. Re. 1.

est homo. Usque adeo autem mala vincuntur à bonis, ut quamvis finantur esse, ad demonifstrandum, quam poscit & ipsis bene vti iustitia prouidentissima creatoris, bona tñ sine malis esse possunt, sicut Deus ipse verus & summus, sicut omnis super istum caliginosum aerē coelestis inuisibilis visibilisq; creatura mala vero sine bonis esse non possunt, quia natura, in quibus sunt inquantū naturae sunt vtiq; bonae sunt. Detrahitur porro malū nō aliqua natura, quæ acceſſerat, vel illa eius parte sublata, sed ea quæ vitiata ac depravata fuerat, sanata atq; correcta. Arbitrium igitur voluntatis tunc est vere liberum, cum vitijs peccatisq; non seruit. Tale datum est à Deo, quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit reddi nō potest. Vnde veritas dicit. Si vos liberauerit, tunc vere liberi eritis. Id ipsum est autem, ac si diceret. Si vos filius salvos fecerit, tunc vere salui eritis. Inde quippe liberator, vnde Saluator. Vndebat itaque homo secundum Deum in paradiſo, & corporali & spirituali. Neque enim erat paradiſus corporalis proprieſ corporis bona, & ppter mentis non erat spirituali. Aut vero erat

D spirituali, quo per interiores, & non erat corporalis, quo per exteriores sélus homo frueretur. Erat planè vtrunque propter vtrunque. Postea vero quam superbus ille angelus, ac per hoc iniudicatus, per eadēm superbiā a Deo ad semetipsum conuersus, & quodā quasi tyrannoſ fastu gaudere subditis, q; esse subditus eligens, de spirituali paradiſo cecidit, de cuius lapsu socrorumq; eius, qui ex angelis Dei angeli eius effecti sunt, in libris vndecimo & duodecimo huius operis satis quantū potui disputauit, male suaſa versutia in hominiſ ſenſum ſerpere affectans. Cui vtiq; ſtant, quoniam ipſe ceciderat, inuidet, colubrū in paradiſo corporali, vbi cum duobus illis hominibus maſculo & fœmina, animalia et̄ terrefria cetera ſubditā & innoxia verſabātur, animal ſcilicet lubricum & tortuosum anſ tractibus mobile, opeř ſuo congruum per quem loqueretur elegit, eoq; per angelicam præſentiam præstantioremq; naturā, spirituali nequitia ſibi ſubiecto, & tanquam instru-

Exo. 32. mento abutens fallaciā ſermocinatus est q; 3'Re. 11 mina, a parte, ſi inferiore illius humanae copulae incipiens, ut gradatim perueniret ad to-

errando posſe decipi, ſed dum alieno cedit errori. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolum fabricandum nō conſenſit inductus, ſed cefit obſtrictus: nec Salomonem credibile eſt errore putare idolis eſſe feruiendū, ſed blanditijs foemineis ad illa ſacrilegia ſuif fe cōpulſum, ita credendum eſt illum virum ſua foeminae vni vnum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legem transgre- diendam, non tanquam verum loquenti credi diſſe ſeduſtū, ſed ſociali neceſſitudine paruif se. Non n. fruſtra dixit Aſtrolus, Adam non

1.Tim. 2

eft ſeduſtū, mulier aut ſeduſta eſt, niſi quia illa q; ei ſerpens locutus eſt, tanquam verum eſſet accepit, ille aut ab vnicō noluit conſor- tio dirimi, nec in cōione peccati, nec ideo

minus reus, ſi ſciens prudensq; peccauit. Vnde & Aſtrolus non ait, nō peccauit, ſed nō

eft ſeduſtū. Nam vtiq; iſum peccafe often Rom. 5.

dit, vbi dicit. Per vnum hominē intravit pec- catum in mundū, & paulo post apertius, In ſimilitudinem, inquit, præuaricationis Adx.

Hos aut ſeduſtos intelligi voluit, qui id q; faciunt, non putant eſſe peccatum, ille au- tem ſciuit. Alioquin quomodo verum erit

Adam non eft ſeduſtū? Sed inexpertus diu- F

ne ſeu eritatis in eo falli potuit, ut veniale cre- deret eſſe commiſſum. Ac per hoc in eo qui

dem, quo mulier ſeduſta eſt, non eft ille ſeduſtū, ſed eum ſefellit, q; ſuerat iudicādum

quod erat dictū. Mulier quam dediſti mihi ſociam, iſpa mihi dedit, & manducaui.

Quid ergo opus eſt pluribus? Et ſi credendo non ſunt ambo decepti, peccādo tamen ambo capti ſunt, & diaboli laqueis implicati.

1.Tim. 2

De qualitate primi peccati per hominem admissi. Cap. XI I.

S I quem vero mouet, cur alijs peccatis ſic natura nō mutetur humana, quemadmo- dum illa duorū primorum hominum præua- ricatione mutata eſt, ut tātē corruptioni quā tam videmus, atq; ſentimus, & per hanc ſub iaceret & morti, ac tot & tantis tamq; inter fe contrarijs perturbaretur, & fluētuaret affe- ctibus, qualis in paradiſo ante peccatū licet in corpore eſſet animali vtiq; nō fuit. Si quis hoc mouetur ut dixi, non ideo debet exiſti- mare leue ac paruū fuīſſe illud cōmiſſum. Quia in eſca factū eſt. Nō quidem mala nec noxia,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

noxia, nisi quia prohibita. Neque enim quicquam mali Deus in illo tantæ felicitatis patradiso crearet atque plantaret. Sed obedientia est in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo est omnium custosq; virtutum, quandoquidem sic facta est, ut ei subditam esse sit vtile, pernitiosum autem suum, non eius à quo creata est, facere voluntatem. Hoc itaque de uno edendo, ubi aliorum tanta copia subiacebat, tam leue præceptum ad obseruandum, tam breve ad memoriam retinendum ubi præsertim nondum voluntati cupiditas resistebat, q; de peccata transgressionis postea subsecutum est, tanto maiore iniustitia violatum est, quanto faciliore posset obseruantia custodiri.

Quod in prævaricatione Adæ ad opus malum mala præcessit voluntas. Cap. XI 11.

In occulto autem mali esse cœperunt, ut in apertam inobedientiam laberetur. Non nam ad malum opus perueniretur, nisi præcesset mala voluntas. Porro mala voluntatis initium quid potuit esse, nisi superbia? Initium non omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia, nisi peruersæ celstitudinis appetitus? Peruersa non celstudo est, deferto eo cui debet animus inhærente principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc sit, cum sibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cù ab illo bono immutabilis deficit, q; ei magis placere debuit quam ipse sibi. Spontaneus est autem iste defectus, qm si voluntas in amore superioris immutabilis boni, a quo illustratur, ut videret, & accendebatur, ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum auerteretur, & ex hoc tenebresceret, & frigesceret, ut vel illa verum crederet dixisse serpentem, vel ille Dei mandato vxoris pponeret voluntatem, putaretque se venialiter transgressorum esse præcepti, si vita sua cōciam non desereret, et in societate peccati. Non ergo malum opus factum est, id est, illa transgressio, ut cibo prohibito vescerentur, nisi ab eis qui mali iam erant. Neque non fieret ille fructus malus, nisi ab arbore mala. Ut autem esset arbor mala contra naturam factum est, quia nisi virtus voluntatis quod contra naturam est, non utique fieret, sed virtus depravari nisi ex nihilo facta natura, non posset. Ac

per hoc ut natura sit, ex eo habet, q; a Deo facta est, ut autem ab eo² a quo facta est deficiat, ex hoc q; de nihilo facta est. Nec sic deficit homo, ut omnino nihil esset, sed ut inclinatus ad seipsum minus esset, quam erat, cū ei qui summe est inhærebat. Relicto itaque Deo, esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare. Vnde superbi secundum scripturas sanctas alio nomine appellantur, sibi placentes. Bonum est. n. sursum habere cor, non tñ ad seipsum, q; est superbie, sed ad dñm, q; est obedientia, quæ nisi humilium non potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro modo q; sursum faciat cor, & est aliquid elationis q; deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, ut elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori, nihil est autem superiorius Deo, & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo. Elatio autem, qua in vitio est, eo ipso quo respuit subiectionem, cadit ab illo, quo non est quicquam superiorius, & ex hoc erit inferius, & sic q; scriptum est: Deiecisti eos dum extollerentur. Non enim ait, cum elati fuissent: ut prius extollerentur, & postea deiijcerentur, sed cum extollerentur, tunc deiijci sunt. Ipsum quippe extolli, iam deiijci est. Quapropter quod nunc in ciuitate Dei, & ciuitati Dei in hoc seculo peregrinanti maxime commendatur humilitas, & in eius rege qui est Christus maxime prædicatur, contrariumq; huic virtuti elationis vitium, in eius adueratio, qui est diabolus, maxime dñari sacris literis edocetur, profecto ista est magna differentia, qua ciuitas, vnde loquimur, utrumq; discernitur, una, s. societas piorum hominum, altera impiorum, singula quaque cū angelis ad se pertinentib, in quibus præcessit hanc amor Dei, hac amor sui. Manifesto ergo aperioque peccato, ubi factum est, q; Deus fieri prohibuerat, diabolus hominem non cepisset, nisi iam ille sibi ipse placere cepisset. Hinc non & delectauit, q; dictum est. Eritis sicut dij, q; melius esse possent summo veroque principio cohaerendo per obedientiam, non suum sibi existendo principiu per superbiam. Dij enim creati non sua virtute, sed Dei veri participatione sunt dij: plus autem homo appetido, minus est, qui dū sibi sufficere delegit, ab illo qui ei vere sufficit, defecit. Illud itaque malum

Pre. 6.

Al. I. qd
perbi, s.
placens
tus voca
tur.

Al. I. S.
militat.
xaltat cur

Mat. 2.
Al. I. S.
perbi,
quando
rile in
liquid
peccare

Gene.

Gene.

Al. I. A
cusacion
non exc
satione e
pus eff
rbi diu
ni mand
ti spart
efftran
srefia.

malū, quo cum sibi homo placet, tanquā & ipse sit lumen, auerterit ab eo lumine q̄ ei si placet, & ipse sit lumen. Illud inquā malū præcesserat in abdito, ut sequeretur hoc malū, quod perpetratum est in aperto. Verum est enim quod scriptū est: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Illa prorsus ruina, quę fit in occulto, præcedit ruinā, quę fit in manifesto, dum illa ruina esse non putatur. Quis enim exaltationem ruinam patet, cum iā sit ibi defectus, quo est relictus ex celsus? Quis autem ruinam esse non videat, quando fit mandati euidens atq; indubitate transgressio? Propter hoc Deus illud prohibuit, quod cum esset admissum nulla defendi posset imaginatione iustitię. Et ideo audeo

Mat. 26. dicere, superbis esse vilē, cadere in aliquid apertū manifestumq; peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displacebat, quando fleuit, q̄ sibi placuit, quando presumpsit. Hoc dicit & sacer Psalmus: imple facies eorum ignomina, & querent nōmen tuū domine in id est, vt in eis placeas querentibus nomine tuū, qui sibi placerant, querendo suum.

D De superbia transgressionis, quę ipsa fuit trāsgressionē deterior. Cap. XIII.

S Ed est peior damnabiliorq; superbia, qua etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorū & illa dixit, Serpens seduxit me, & manducaui, & ille dixit. Mulier quam dedisti mihi, hęc mihi dedit de ligno, & edi.

Gene. 3. Nusquam hic lonat petitio venia, nusquam imploratio medicinæ. Nā licet isti non sicut Cain, quod commiserunt, negent, adhuc tamen superbia querit in aliū referre, quod perperam fecit: superbia mulieris in serpente, superbia viri in mulierē: Sed accusatio potius quā excusatio vera est, vbi mandati diuinī est aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non fecerunt, quia id mulier ferente suadente, vir muliere impertiente cōmisit, quasi quicquam Deo

Gene. 4. cui vel crederetur, vel cedereetur, anteponen- dum fuerit.

All. Ac-
cusatione
non excu-
satione o-
pus est,
vbi diui-
nī manda-
ti aperte
est trans-
gressio.

De iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt. Cap. X V.

Q Via ergo contemptus est Deus iubens, qui hominem creauerat, qui ad suam imaginem eū fecerat, qui ceteris animalib; præposuerat, qui in paradiſo cōstituerat, qui rerū omnīū copiā salutisq; præliterat, qui præceptis nec pluribus, nec grandibus, nec difficultibus onerauerat, sed vno breuissimo atq; leuissimo ad obediētia salubritatē ad miniculatus fuerat, quo super eam creaturā, cui libera seruitus expediret, se esse dominū commonebat, iusta damnatio subsecuta est, talis quidem damnatio. vt homo qui custodiendo mandatū futurus fuerat etiam carne spiritualis fieret etiam mente carnalis: & quia sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia sibi donaretur, nec sicut affectabat, in sua esset oī modo potestate, sed à seipso quoq; dissentiens, sub illo cui peccando consenſit, pro libertate, quam concupiuerat, duram miserāque ageret seruitutē, mortuus spiritu volēs, & corpore morituras inuitus: defector eterne vite, etiā eterna, nisi gratia liberaret: morte damnatus. Quisquis huiusmodi damnationem vel nimiam, vel iniustum putat, metiri prosector nescit, quāta fuerit iniquitas in peccando, vbi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abraham nō immerito magna obediētia prædicatur, quia vt occideret filiū, res difficultima est imperata: ita & in paradiſo tanto maior inobedientia fuit, quāto id q̄ præceptū est nullius difficultatis fuit. Et sicut obediētia secundi hoīs eo prædicabilior quia factus est obediēs vsq; ad mortē: ita inobediētia primi hominis eo detestabilior, quia factus est inobediens vsq; ad mortē. Vbi enim magna est inobedientię pena proposita, & res à creatore facilis imperata, quis nā satis explicet, quātū malū sit non obediēre in re facili, & tantę potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio? Denique vt breuiter dicatur, in illius peccati pena, quid inobedientię nō inobedientia retributa est? Nā quę hominis est alia miseria, nisi aduersus eum ipsum inobediētia eius ipsius, vt qm̄ noluit, quod potuit, quod non pōt, velit? In paradiſo n.e. tam non omnia poterat ante peccatū, quicquid tñ non poterat, non volebat, & ideo G

poterat

Gen. 22.
Al. 1. A-
brahe o-
bedientia.

Phil. 2.
Al. 1. Ino-
bedientie
pena.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

poterat omnia que volebat. Nunc vero sicut
in eius stirpe cognoscimus, & diuina scriptu-
ra testatur, homo vanitati similis factus est.

Pf. 143. Quis enim enumeraret, quæ multa quæ non po-
tent velit, dum sibi ipsi, id est, voluntati eius ip-

Al. l. V. o. se animus eius eoq; inferior caro eius nō ob-
luctari qd temperat? Ipso namq; inuita, & animus ple-
restitat. runque turbatur, & caro dolet, & veterascit

& moritur, & quicquid aliud patimur, quod
quod non pateremur inuiti, si voluntati no-
stræ nostra natura omnino atq; ex omnibus
partibus obediret. At n. aliquid caro patitur,
quo seruire non finitur. Quid interest, vnde
dū tamen per iustitiam dominantis Dei, cui
subdit seruire noluimus, caro nostra, quæ
nobis subdita fuerat, nō seruēdo molesta sit
quāuis nos Deo nō seruendo molesti nobis
potuerimus eē nō illi? Neq; n. sic ille nostro
vt nos seruio corporis indigemus, & ideo
nostra est, quod percipimus, nō illius pena,
quod fecimus. Dolores porro, qui dicuntur

H carnis, animæ sunt i carne, & ex carne. Quid
enim caro p seipsum sine anima, vel dolet,
al. l. quod vel cōcupiscit? Sed * cū concupiscere caro

dicitur vel dolere, aut ipse homo est, sicut dis-
seruimus, aut aliquid animæ quo carnis af-
ficit passio, vel alpera, vt faciat dolorē, vel le-
nis, vt voluptatē. Sed dolor carnis tantummo-
do offendit animæ ex carne, & quedā ab
eius passione diffensio, sicuti animæ dolor,
quæ tristitia nūcupatur, diffensio est ab his re-
bus, quæ nobis nolentibus acciderūt. Sed tri-
stitia plerunq; præcedit metus qui & ipse in
anima est nō in carne: Dolorē autē carnis nō
præcedit ullus quasi metus carnis, qui ante
dolorē in carne sentiatur. Voluptatem vero
præcedit appetitus quidā, qui sentitur in car-
ne quasi cupiditas eius, sicut fames & sitis, &
ea quæ in genitalib. visitatius libido nomina-
tur, cū hoc sit generale vocabulū omnis cu-
piditatis. Nā & ipsam irā nihil aliud esse quā

*Al. l. libi-
do, vox ge-
neralis ad
omnē cu-
piditatē.* vlciscendi libido veteres diffinierunt, quan-
uis nōnunquā homo vbi vindictæ nullus est
sensus, etiā rebus inanimis irascatur vt male
scribentē stylum collidat, vel calatum frā-
gat iratus. Verum & ista licet irrationabilior,
tamen quedam vlciscendi libido est, & ne-
scio quæ, vt ita dixerim, quasi vmbra retribu-
tionis, vt qui mala faciunt mala patientur.

I Est igitur libido vlciscendi, quæ ira dicitur,
est libido habendi pecuniam, quæ auaritia,

est libido quomodocunq; vincēdi, quæ per
uicacia, est libido gloriādi, quæ iactantia nū
cupatur. Sed multæ variæq; libidines, quarū
nonnullæ habent etiā vocabula propria, quæ
dam vero non habent. Quis enim facile di-
xerit, quid vocetur libido dominandi, quam
tamen plurimum valere in tyrannorum ani-
mis, etiam ciuilia bella testantur?

De libidinis malo cuius nomen cum mul-
tis vitijs congruat, proprietā motibus
obscenis corporis adscribitur.

Cap. XL.

*C*Vm igitur sint multarum libidines rerū
tamen cum libido dicitur, nec cuius rei
libido sit additur, non ferè assollet animo oc-
currere nisi illa, qua obscenæ partes corpo-
ris excitantur, Hęc autem sibi non solum to-
tum corpus, nec solum extrinsecus, verum
etiam intrinsecens vēdicat, toūq; commo-
uet hominē, animi simil affectū cum carnis
appetitu coniuncto atq; permixto. Vt ea vo-
luptatis sequatur, qua maior in corporis vo-
luptatibus nulla est, ita vt momento ipso té-
poris, quo ad eius p̄uenit extremū, penè
omnis acies & quasi vigilia cogitationis ob-
ratur. Quis autē amicus sapientię sanctorū
que gaudiorum, coniugalem agens vitam,
& sicut Apostolus monuit, sciens vas suum
possidere in sanctificatione & honore, non
in morbo desiderij sicut & gentes quæ igno-
rant Deum, non maller, si posset, sine hac li-
bidine filios procreare in hoc serende pro-
lis officio: sic eius menti, ea quæ ad hoc opus
creata sunt, quemadmodū cetera suis queq;
operibus distributa membra seruirent nutu
voluntatis acta non æstu libidinis incitata?
Sed neq; ipsi amatores huius voluptatis, si-
ue ad concubitus coniugales, siue ad immun-
ditias flagitorum cum voluerint commouē-
tur: sed aliquādo motus ille importunus est
nullo poscente, aliquando autem destitut in
hiantem, & cum in animo concupiscentia
ferueat friget in corpore: atq; ira mirū in mo-
dum non solum generandi voluntati, verum
etiam lasciendi libido non seruit: M
& cum tota plerunq; menti cohibenti aduer-
setur, nonnunquam & aduersus seipsum di-
uiditur, commotoq; animo in commouen-
do corpore se ipsa non sequitur.

*Al. l. ob-
ratur a
giatuum
acines.
Etu rum
revo.*

Gen.

Ibidem

Gene.

*Al. l. 1.
gnam se-
tiae bon-
& mal-
quid fig-
ficer.*

De

De nuditate primorum hominum, quā post peccatum turpem pudendamq; vide-
runt. Cap. XVII.

Gen. 3.

Merito huius libidinis maxime pudet, & ipsa mēbra quae suo quodā, vt ita dixerim, iure, non omnimodo ad arbitrium nostrum mouet, aut non mouet pudēda dicuntur, q̄ ante peccatum hominis non fuerunt. Nam sicut scriptum est, Nudi erant, & non confundebantur, non q̄ eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas nondū erat, quia nondum libido mēbra illa præter

Ibidem.

Abitrium cōmouebat, nondum ad hominis inobedientiā redarguendam sua inobedientiā caro quodāmodo testimonium perhibebat. Neq; n. cēci creati erant, vt imperitū vulgus opinatur, qñquidem & ille vidit animalia, quibus nomina imposuit, & de illa legitur: Vedit mulier quia bonum est lignum in escā & quia placet oculis ad videndum. Patebant ergo oculi eorū, sed adhuc non erant aperi, hoc est, non attenti, vt cognoscerent quid eis indumentū grātia p̄staretur, qñ membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, vt pena reciproca inobedientia plesteretur, extitit in motu corporis quādam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas & fecit atentes reddiditq; confusos. Hinc est q; posteaquam mā datum Dei aperta transgressione violarunt, scriptum est Gene. 3. de illis: Et aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt quia nudi erant, & consueverunt folia scī, & fecerunt sibi campestria. Aperti sunt, inquit, oculi amborū, non ad videndū, nam & antea videbant, sed ad discernendum

B inter bonum q̄ amiserant, & malum in q̄ ce-
cidérant. Vnde & ipsum lignum eo q̄ iftam faceret dignoscéntiam, si ad vescendū con-
tra vetitū tangeretur, ex ea re nomen acce-
& mali, pit, vt appellaretur lignum scientiæ boni &
mali. Experti morbi molestia, evidenter
fit ēt iucunditas sanitatis. Cognoverunt ergo
quia nudi erant, nudati scilicet ea gratia qua-
fiebat, vt nuditas corporis nulla eos lege pec-
cati menti corum repugnante confunderet.
Hoc itaq; cognoverunt, quod sc̄ilicet igno-
rarent, si Deo credentes & obedientes non
committérēt, quod eos cogeret experiri, in-
fidelitas & inobedientia quid nocerent. Pro-
inde confusi inobedientia carnis suæ tanquā

testa pœna inobedientiæ suæ, consuerunt fo-
lia scī, & fecerunt sibi campestria, id est, suc-
cinctoria genitalium. Nam quidam interpre-
tes succinctoria posuerunt. Porro autem cā-
pestria Latinum quidem uerbum est, sed ex
eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebā-
tur in campo, pudenda operiebant, vnde qui
ita succincti sunt, cāpestratos vulgus appelle-
bat. Quod itaque aduersus damnatam culpā
inobedientiæ voluntatem libido inobedien-
ter mouebat, verecundia pudenter tegebatur. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stir-
pe procreatae sunt, si quædeo tenet insitum
pudenda uelare, ut quidam Barbari illas cor-
poris partes nec in balneis nudas habeant,
sed cum earum tegumentis lauant. Per opa-
cas quoq; Indiæ solitudines, cū quidam nu-
di philosophentur, vnde gymno sophistæ no-
minantur, adhibent tñ genitalibus tegumen-
ta, quibus per cetera membrorum carent.

Al. I. P. 14
denda, &
à Barba-
ris tegi.

De pudore concubitus, non solum vulgari,
sed etiam coniugali. Cap. XVIII.

Opus uero ipsum q̄ libidine tali peragi-
tur, non solum in quibusq; stupris, ubi:
latebræ ad subterfugienda humana iudicia
requiruntur, uerum etiam in usu scortorum,
quam terrena ciuitas licitam turpitudinem
fecit, quamvis id agatur, quod eius ciuitatis
nulla lex uindicat, deuitat tamen publicum
etiam permissa atque impunita libido con-
spectum, & uerecundia naturali habent pro-
uisum lupanaria ipsa secretum, faciliusq; po-
tuit impudicitia non habere uincula prohibi-
tionis, quam impudentia remouere latibu-
la illius foeditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes
turpitudinem uocant, cuius licet sint amato-
res, ostentatores esse non audent. Quid con-
cubitus coniugalis, qui secundum matrimo-
nialium præscripta tabularum procreando-
rum fit causa liberorum? Nonne & ipse quā-
quam fit licitus & honestus, remotum ab ar-
bitris cubile conquirit? Nonne omnes famu-
los atque ipsos etiam paranympbos & quoſ-
cunque ingredi qualibet necessitudo permi-
ferat, ante mittit foras, quam uel blandiri cō-
iux incipiatur? Et quoniam sicut ait quidā Ro-
mani maximus author eloquij, omnia recte
facta in luce se collocari uolunt, id est, appe-
tunt sciri, hoc recte factum sic appetit sciri,

vt

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

vttamen erubescat videri. Quis n.nescit, vt filij procreetur, quid inter se coniuges agant? qñquidem vt id agatur, tanta celebritate ducentur vxores: & tñ cum agitur vnde filij nascatur, nec ipsi filij, si qui inde iam nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic n.hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum, vt tñ refugiat oculorum. Vnde hoc, nisi quia sic geritur, qñ deceat ex natura, vt etiā quod pudeat, comitetur ex poena?

Quod partes iræ atque libidinis tam virtutio se mouentur, vt eas necesse sit frenis sapientiae cohiberi, quæ in illa ante peccatum naturæ sanitatem non fuerunt. Cap. XIX.

Hinc est quod & illi Philosophi, qui veritati proprius accesserunt, iram atque libidinem vitiolas animi partes esse confessi sunt, eo quod turbide atq; inordinate mouerentur, ad ea etiam quæ sapientia perpetrari non vetat: ac per hoc opus habere moderatrice mente atque ratione. Quam partem animi tertiam velut in arce quadam ad istas regendas perhibent collocatam: vt illa impetrante istis seruientibus possit in homine iustitia ex omni animi parte conseruari. Hę igitur partes, quas & in homine sapiente ac temperante satentur esse vitiolas, vt eas ab his rebus ad quas iniuste mouentur, mens compescendo & cohibendo refrenet & reuocet, atque ad ea permittat, quæ sapientiae lege concessa sunt, sicut iram ad exercendam iustum coercionem: sicut libidinem ad propaganda prolixi officium: hę, inquam, partes in paradiſo ante peccatum vitiosa non erant. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid mouebantur, vnde necesse esset eas ratione tanquam frenis regentibus abstinere. Nam qñ nunc ita mouentur, & ab eis qui temperanter & iuste & pie viviūt, alias facilius, alias difficultius, tamen cohibendo & refrenando modificantur: non est vtique sanitas ex natura, sed languor ex culpa. Quod autem iræ opera aliarumq; affectionum in quibusque dictis atque factis non sic abscondit verecundia, vt opera libidinis quæ sunt genitalibus membris, quid cause est, nisi quia in ceteris membra corporis non ipsæ affectiones, sed cum eis consenserit, voluntas mouet, quæ in vsu eorum omnino dominatur? Nā quis-

quis verbum emittit iratus, vel etiam querit, quā percūtit, non posset hoc facere, nisi & lingua & manus iubente quodammodo voluntate mouerentur, quæ membra etiam cū ira nulla est, mouentur eadem voluntate. At vero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo do māncipauit, vt moueri non valeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa vel ultro vel excitata fūre xerit. Hę est quod pudet, hoc est quod intuentum oculos erubescendo deuitat: magisque fert homo spectandum multitudinem, quando iniuste irascitur homini, quam vel unius aspectum, quando iuste miscerit vxori.

De vanissima turpitudine Cynicorum.

Cap. XX.

Hoc illi canini philosophi, hoc est, Cynici non viderunt proferentes contra humanam verecundiam, quid aliud quam caninam, hoc est, immundam impudentemque sententiam, vt scilicet quoniam iustum est, quod fit in vxore, palam non pudeat id agere, nec in vico, nec in platea qualibet contingalem concubitum deuitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Nam & si perhibent hoc aliquando gloriosum fecisse Diogenem, ita putantem fætam suam nobiliorem futuram, si in hominum memoriam insignior eius impudentia figeretur: postea tamen à Cynicis fieri cestatum est, plusque valut pudor, vt erubescerent homines hominibus, quam error vt homines canibus esse similes affectarent. Vnde & illum vel illos qui hoc fecisse referuntur, potius arbitror concubencium motus dedisse oculis hominum nescientium quid sub pallio gereretur, quam humano premente cōspectu potuisse illam peragi voluptatem. Ibi enim Philosophi non erubescabant videri se velle concubere, vbi libido ipsa erubesceret surgere. Et nunc videmus adhuc esse philosophos Cynicos: hi enim sunt, qui non solum amiciuntur pallio, verum etiam clauam ferunt: nemo tamen eorum audet hoc facere, quod si aliqui ausi essent, vt non dicam iictibus lapidantium, certe conspiciunt saluis obruerentur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine illa dubitatione naturam, & merito pudet. In eins quippe inobe-

Gene. 1.

All. lib
do po
peccatum
verita.

All. Dio
geni ob
fecunda
tum.

L

All. Pa

dor na

rati.

Gene. 1.

Pj. 137.

inobedientia, quæ genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati voluntatis eripuit: satis ostenditur, quid sit hominis illi prima inobedientię retribuum, qđ in ea parte maxime oportuit apparere qua generatur ipsa natura, quæ illo primo & magno in deterius est mutata peccato, à cuius nexus nullus eruitur, nisi id, quod cum omnes in uno essent, in communem perniciem perpetratum est, & Dei iustitia vindicatum, Dei gratia in singulis expiatur.

De benedictione multiplicandæ fecunditatis humanæ ante peccatum, quam pteuaratio non adimeret, & cui libidinis morbus accesserit.

Cap. XXI.

Abit itaq; vt credamus illos coniuges in paradiſo constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse, quod in sua bene dictione Deus dixit: Crescite, & multiplicamini, & implete terram. Post peccatum quod post peccatum est hec libido, post peccatum eam natura nō impudens amissa potestate cui corpora ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa vero benedictio nuptiarū, vt coniugati crescerent, & multiplicarentur, & implerent terrā, quis & in delinquentiā māserit: in anteq; delinquerent data est vt cognosceret procreationē filiorū ad gloriā cōnubij, nō ad penā pīnere peccati. Sed nūc

Bhomines profecto illius, quæ fuit in paradiſo felicitatis ignari, nisi per hoc, quod experti sunt, id est, per libidinem, de qua videmus ipsam etiam honestatem erubelcere nuptiarum, non potuisse gigni filios opinantur: alij scripturas diuinās, vbi legitur post p̄ctū puduisse nuditatis, & pudenda esse contexta prorsus non accipientes, sed infideliter irridentes: alij vero quamuis eas accipient & honorent: illud tamen quod dictum est: Crescite & multiplicamini, non secundū carnalem fecunditatem volunt intelligi: quia & secundum animam legitur tale aliquid dictū. Multiplicabis in anima mea virtutem: vt id quod in Genesi sequitur. Et implete terrā & dominamini eius: terrā intelligent carnem, quam p̄sensia sua implet aīa eius, quæ maxime dominatur, cū in virtute multiplicatur.

Carnales autem fūtū sine libidine, quæ post peccatum exorta, inspecta confusa, velata est: nec tunc nasci potuisse, sicut neque nūc possint, nec in paradiſo futuros fuisse, sed foris, sicut & factum est. Nam postea quam dimissi sunt ad gignendos filios coierunt, C generunt.

De copula coniugalia Deo primitus instituta atq; benedicta. Cap. XXII.

Nos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere & multiplicari, & implere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculū & feminam: qui sexus euidens utiq; in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio subiuncta est, nam cum scriptura dixisset. Ma sculum & feminam fecit eos: continuo subdedit. Et benedixit eis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini eius: & cetera. Quæ omnia quan-

Gene. I.

**All. Se-
xūt crea-
tione di-
finitio.**

quā non inconuenienter possint etiam ad intellectum spiritalem referri: masculū tamē & feminam non sicut simile aliquid etiam in homine uno intelligi potest: quia videlicet in eo aliud est quod regit, aliud quod regitur: sed sicut euidentissime appetat in diversi sexus corporibus masculū & feminā ita cratos, vt prolem generando crescerent, & multiplicarent, & implerent terram. Cui sententia tam euidenti, magna absurditatis est reluctari. Neque enim de spiritu qui imperat, & carne, quæ obtemperat: aut de animo rationali qui regit, & irrationali cupiditate, quæ regitur: aut de virtute contemplativa, quæ excellit, & de actiua quæ subditur: aut de intellectu mentis, & sensu corporis, sed aperte de vinculo coniugalij, quo inueni sibi vterque sexus obstringitur, dominus interrogatus, vtrum liceret quacunque ex causa dimittere vxorem: quoniam propter duritiam cordis Israëlitarū Moyses dari libellum repudii permisit: respōdit atque ait. Nō legit̄s, quia qui fecit hominem ab initio, masculū & feminam fecit eos, & dixit: Propterea hoc dimittet homo patrē & matrem, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una. Itaq; iā non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, hō non separat

Gene. I.

**All. libi-
de post
peccatum
corpora**

orta.

Gene. I.

Pſ. 137.

Matt. 19.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

E separat. Certum est igitur masculum & femi-
nam ita primitus institutos, vt nunc homi-
nes duos diuersi sexus videmus, & nouimus.
Vnum autem dici, vel propter coniunctio-
nem, vel propter originem feminæ, quæ de
masculi latere creata est. Nam & Apostolus
Ephe. 5. per hoc primum quod Deo instituente pre-
cessit exemplum, singulos quoque admone-
net, vt viri uxores suas diligent.

An etiam in paradiſo generandum fuisset, si
nemo peccasset, vel utrum contra actum
libidinis pugnatura illic fuisset traditio ca-
stitatis. Cap. XXXIII.

F Visquis autem dicit non fuisse coitu-
ros, nec generaturos nisi peccasset, quid dicit nisi propter numerositatem san-
ctorum necessarium hominis fuisse peccatum? Si enim non peccando soli remanerent: q[uod]a-
sicut putant, nisi peccasset, generare nō pos-
sent: profecto vt non soli duo iusti homines
possent esse, sed multi, necessarium peccatum
fuit. Quod si credere absurdum est, illud po-
tius est credendum, quod sanctorum nume-
rus quantus complendæ illi sufficit beatissi-
me ciuitati, tātus existeret, & si nemo pecca-
set, quātus nūc per Deigratiā de multitudi-
ne colligitur peccatorum, quoq[ue]s filii huius
seculi generant & generantur. Et ideo illæ
nuptiæ digna felicitate paradisi: si peccatum
nō fuisset: & diligendam prolem gignerent,
& pudendam libidinem non haberent. Sed
quomodo id fieri posset, nunc nō est, quo de
monstretur exemplo. Nec ideo tamen in cre-
dibile deberi videri etiam illud vnu sine ista
libidine voluntati potuisse seruire, cui tot
membra nūc seruiunt. An vero manus & pe-
des mouemus cū volumus, ad ea quæ his mē-
bris agenda sunt sine vlo renisu tanta facil-
itate quanta & in nobis, & in alijs videmus,
maxime in artificib[us] quorūcunq[ue] operū
corporaliū: vbi ad exercenda infirmiorem
tardioremq[ue] naturam, agilior accessit indu-
stria: & non credimus ad opus generationis
filiorum si libido non fuisset, quæ peccato
inobedientiæ retributa est, obediente homi-
nis ad voluntatis nutum similiter vt cete-
ra potuisse illa mēbra seruire? Nōne Cicero
libris de Republica cū de impiorū differētia
disputaret, & huius rei similitudinē ex natu-

ra hominis assumeret, vt filiis dixit imperari
corporis mēbris propter obediendi facilita-
tā: vitiosas vero animi partes vt seruos à su-
periore imperio coerceri? Et vtq[ue] ordine na-
turali animus anteponitur corpori, & tamen
ipse animus imperat corpori facilius quam
sibi. Veruntamen hæc libido, de qua nūc dis-
serimus, eo magis erubescenda existit, quod
animus in ea, nec sibi efficaciter imperat, vt
omnino non libeat: nec omnimodo corpo-
ri vt pudenda membra volūtas potius quam
libido cōmoueat. Quod si ita esset pudenda
omnino non essent. Nūnc vero pudet animū
resistit sibi à corpore, quod ei natura inferio
re subiectum est. In alijs quippe affectionib[us]
cū sibi resistit, ideo minus pudet: quia cū à se
ipso vincitur, ipse se vincit: & si inordinate
atq[ue] vitiose: quia ex his partibus quæ rationi
subijci debent, tamen a partibus suis ac per
hoc, vt dictu est, seipso vincitur. Nam cum
ordinate se animus vincit: vt irrationales mo-
tus eius menti rationiq[ue] subdantur, si tamen
& illa Deo subdita est, laudis atq[ue] virtutis ē.
Minus tamen pudet cū sibi animus ex vitio-
sis suis partibus non obtemperat, quam cum
ei corpus, quod alterum ab illo, atq[ue] infra il-
lum est: & cuius sine illo vlla natura nō viuit,
volenti iubentiq[ue] non cedit. Sed cū alia mē-
bra retinentur voluntatis imperio, sine qui-
bus illa, quæ contra voluntatē libidine con-
citantur, id q[uod] appetūt, implere non possunt:
pudicitia cultodit, non amissa, sed nō per
missa delectatione peccati. Hunc renisu,
hanc repugnantiam, hanc voluntatis & libi-
dinis rixā, vel certe ad volūtatis sufficiētiā,
libidinis indigentiā, proculdubio nisi culpa-
bilis inobedientiæ penali inobedientiæ plece-
ref, in paradiſo nuptiæ nō hērent, sed volūta
mēbra illa vt cetera cūcta seruirēt. Ita ge-
nitale aru, vas i hoc opus creatū seminaret,
vt nūc terrā manus: & q[uod] mō de hac re nobis
volētib[us], diligētius disputare, verecūdia resi-
stit, & cōpellit veniā honore præfato à pudi-
cis auribus poscere, cur id fieret nulla causa
esset: sed in omnia, quæ de humī mēbris sen-
sum cogitantis attingerent, sine vlo timore
obscenitatis liber sermo ferre: nec ipsa ver-
ba essent, quæ vocarentur obscena, sed quic-
quid inde diceretur, tam honestum esset, quā
de alijs cum loquimur corporis partibus.
Quisquis ergo ad has literas impudicus ac-
cedit,

A. L. Ani- cedit, culpam refugiat, non naturam: facta
denotet suæ turpitudinis, non verba nostræ
necessitatis, in quibus mihi facillime pudi-
cūs & religiosus lector vel auditor ignoscet,
donec infidelitatē refellam: non de fide rerū
inexpertarum, sed de sensu expertarū argu-
Rom. 2. mentantem. Leget enim hoc sine offensio-
ne, qui non exhorret. Apostolum horrenda
feminarū flagitia reprehendentē, quæ immu-
tauerunt naturalem vsum, in eum vnum qui
est contra naturam, præcipue quia nos non
daminabilem obsecrātatem nunc sicut ille
commemoramus atque reprehendimus, sed
K in explicandis quantum possumus humanę
A. L. Affe- generationis* effectibus, verba tamen sicut
Ebus. ille obscena deuitamus.

Quod insontes homines & merito obedien-
tię in paradiſo permanentes, ita genitali-
bus membris fuissent vsluri ad generatio-
nem proliſ, sicut ceteris ad arbitrium vo-
luntatis. Cap. X I I I I.

S Eminaret igitur prolē vir, fusciperet fe-
mina genitalibus membris, quando id o-
pus esset, & quantum opus esset voluntate
motis, non libidine concitatis. Neq; enim ea
sola membra mouemus ad nutum, quæ com-
pactis articulata sunt ossibus: sicut pedes &
manus & digitos: verum etiam illa, quæ mol-
libus remissa sunt neruis, cum volumus, mo-
uemus agitando & porrigondo producimus
& torquendo flectimus & constringendo du-
ramus: sicut ea sunt, quæ in ore ac facie quā-
Mtum potest voluntas mouet. Pulmones deni-
que ipsi omnium nisi medullarum molliſi-
mi viscerum, & ob hoc antro pectoris com-
muniti, ad spiritum duendum, ac remitten-
dum vocemq; emittendam seu modificantem:
sicut folles fabrorum vel organorum,
flantis, respirantis, loquentis, clamantis, can-
tantis seruunt voluntati. Omitto quod ani-
malibus quibusdam naturaliter instum est:
vt tegmē, quo corpus omiae vestitur, si quid
in quo cunque loco eius senserint abigendū,
ibi tantum mouent, ubi sentiunt: nec solum
insidentes muscas, verum etiam harentes ari-
tas cutis tremore discutiant. Nunquid quia
id non potest homo: ideo creator, quibus vo-
luit animalibus, donare non potuit? Si ergo
& ipse homo potuit obedientiam etiam in-

feriorum habere membrorum, quam sua in-
obedientia perdidit. Neque enim Deo diffi-
le fuit sic illum condere, vt in eius carne eti-
am illud non nisi eius voluntate mouere-
tur, quod nunc nisi libidine non mouetur.
Nam & hominum quorundam naturas noui-
mus multum ceteris dispare, & ipsa raritate
mirabiles, nonnulla vt volunt de corpore
suo faciētum, quæ alij nullo modo possunt
& audita vix credunt. Sunt enim qui & au-
res moueant vel singulas, vel ambas simul.
Sunt qui totā cœſariem capite immoto quan-
tum capilli occupant deponunt ad frontem,

reuoçantq; cum volunt. Sunt qui eorū quæ
vorauerunt incredibiliter plurima & varia,
paululum præcordijs contractatis, tanquam
de sacculo quod placuerit, integrinū pro-
ferunt. Quidam voces autum, pecorumque
& aliorum quorumlibet hominum sic imi-
tantur atque exprimunt vt nū videantur, di-
scerni omnino non possint. Nonnulli ab imo-
sine* pudore vlo ita pro arbitrio sonitus **A. l. pu-**
zedunt, vt ex illa etiam parte cātare videātur.
dore.

Ipse sum expertus sudare hominem solere
cum vellet. Notum est quosdam flere cum
volunt, atque vbertim lachrymas fundere.
Iam illud multo est incredibilius, quod ple-
rique fratres memoria recentissima experti
sunt. Presbyter fuit quidam nomine Resti-
tutus in paroecia Calamensis ecclesiæ, qui
quando ei placebat, rogabatur autem vt hoc
faceret ab eis qui rem mirabilem coram lci-
re cupiebant, ad imitatus quasi lamentantis
cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat à
sensibus, & iacebat simillimus mortuo: vt nō
solum vellicantes atque pungentes minime
sentiret, sed aliquando etiam igne vreretur
ad moto, sine vlo doloris sensu: nisi postmo
dum ex vulnere: non autem obnidente, sed
non sentiendo non mouere corpus, eo prob-
abatur, quod tanquam in defuncto nullus
inueniebatur anhelitus: hominum tamen vo-
ces, si clarissi loquerentur, tanquam de lon-
ginquo le audisse postea referebat. Cum ita-
que corpus etiam nunc quibusdam licet in
carne corruptibili, hanc ærumno sam ducen-
tibus vitam, ita in plerisque motionibus &
affectionibus extra vstatum naturæ modum
mirabiliter seruat, quid cause est vt non cre-
damus ante inobedientiæ peccatum, corrui-
tionisque supplicium ad propagandam

A. l. Re-stitutus in
corporis
sensus re-
linquens.

Arg. Tomus Quintus. R pro-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

prolem sine villa libidine seruire voluntati
humanæ, humana membra potuisse? Dona-
tus est itaq; homo sibi, quia deseruit Deum,
placendo sibi: & non obediens Deo non po-
tuit obedire nec sibi. Hinc euidentior mis-
eria est, qua homo non viuit, vt vult. Nam si
vt vellet viueret, beatū se putaret: sed nec sic
tamen esset si turpiter viueret.

De vera beatitudine, quam tem-
poralis vita non obtinet.

Cap. XXV.

Q Vanquam, si diligentius attendamus,
nisi beatus, non viuit vt vult: & nullus
beatus nisi iustus. Sed etiam ipse iustus non
viuit vt vult, nisi eo peruererit vbi mori, fal-
li, offendi omnino non possit: eiq; sit certū,
ita semper saturum. Hoc enim natura expe-
tit. nec plene atq; perfecte beata erit, nisi ade-
pta quod expedit. Nunc vero quis hominū
potest, vt vult, viuere, quando ipsum viuere
non est in potestate? Viuere enim vult, mori
cogitur. Quomodo ergo viuit, vt vult, qui
non viuit, quandiu vult? Quod si mori vo-
luerit, quomodo potest, vt vult viuere, qui
non vult viuere: & si ideo mori velit, nō quo
nolit viuere, sed vt post mortem melius pos-
sit viuere: Nondum ergo, vt vult viuit, sed
quum ad id quod vult, moriendo peruen-
erit. Verum ecce viuat vt vult, quoniam extor-
sit sibi imperauit, non velle, quod non
potest: atque hoc velle, quod potest: sicut ait
F Terentius: Quoniam nō potest id fieri quod
vis, id velis quod possis: non tamen ideo bea-
tus est, quia patienter miser est. Beata quippe
vita si non amatur non habetur. Porro si
amatur, & habetur: ceteris omnibus rebus
excellentius necesse est ametur: quoniam
pr opter hanc amandum est, qui quid aliud
amat. Porro si tantum amatur, quan-
tum amari digna est: non enim
beatus est, a quo ipsa beata
vita non amatur, vt dia-
gna est fieri non
potest, vt
eam
qui sic amat, non eternam
velit. Tunc igitur bea-
ta erit, qn erit e-
terna.

Quod felicitas in paradiso viuetū, sine eru-
bescēdo appetitu generandi officiū credē-
da sit implere potuisse. Cap. XXVI.

V Iuebat itaq; homo in paradiso sicut vo-
lebat quandiu volebat, quod Deus ius-
serat: viuebat fruens Deo, ex quo bono erat
bonus: viuebat sine villa egestate, ita semper
viuere habens in potestate. Cibus aderat, ne
esuriret: potus, ne sitiaret: lignū vitę ne illum
fenecta dissolueret: nihil corruptionis in cor
pore: vel ex corpore illas molestias ullis eius
fensibus ingerebat. Nullus intrinsecus mor-
bus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. Su-
ma in carne sanitas, in anima tota tranquilli-
tas. Sicut in paradiſo nullus ictus, aut frigus,
sic in eius habitatore nulla ex cupiditate, vel
timore accedebat bona voluntatis offendio.
Nihil omnino triste, nihil erat inaniter lig-
atum: gaudium verum perpetuabatur ex Deo
in quem flagrabat charitas ex corde puro &
conscientia bona, & fide non ficta: atque in-
ter se coniugum fidax honesto amore so-
cetas, concors mentis corporisq; vigilias, &
mandati sine labore custodia. Non laſitudo
fatigabat ociosum, non somnus premebat in-
 uitum. In tanta facilitate rerum & facilitate
hominum, absit vt suspicemur non potuisse
prolem ſeri sine libidinis morbo: sed eo vo-
luntatis nutu mouerentur illa membra, quo
cetera, & fine ardoris illecebroſo stimulo
cum tranquillitate animi & corporis nulla
corruptione integratas infunderetur gre-
mio maritus vxoris. Neq; enim quia experie-
tia probari nō potest, ideo credendū nō est,
quando illas corporis partes non ageret turbidus
calor, sed spontanea potestas sicut o-
pus effet, adhiberet. Ita tūc potuisse vtero co-
iugis salua integritate ſeminei genitalis virile
femeni immitti: sicut nunc potest eadē inte-
gritate salua ex vtero virginis fluxus mēſtrui
cruoris emitte. Eadē quippe via posset illud
injici, qua hoc potest ejici. Vt enim ad pariē-
dum nō doloris gemitus, sed maturitatis im-
pulsus ſeminea vi ſcera relaxaret: sic ad ſoe-
randū & concipiendū non libidinis appeti-
tus, sed voluntarius vſus naturā utraq; con-
iungeret. De rebus loquimur nunc pudendis & 1. 7. 1.
ideo quamuis ante quā earū puderet,
quales esse potuissent, coniijciamus, vt pos-
sumus: tamen necesse est, vt noſtra disputa-
tio

tio magis frenetur ea, quæ nos reuocat vere-
 cundia: quām eloquentia, quæ nobis parum
 suppetit, adiuuetur. Nam cum id pro dico nec
 ipsi experti fuerint, qui experiri potuerunt:
 quoniam preoccupante peccato exilium de
 paradiso ante meruerunt, quam in opere se-
 rendæ propaginis tranquillo arbitrio conue-
 nirent: quomodo nunc cum ista conmemo-
 rantur sensibus occurrit humanis, nisi expe-
 rientialibidinis turbida, non coniectura pla-
 cidæ voluntatis? Hinc est quod impedit lo-
 quentem pudor, & si non deficiat ratio cogi-
 tantem. Verumtamen omnipotenti Deo summo,
 ac summe bono creatori omnium naturarū,
 voluntatum autem bonarum: adiutori ac re-
 muneratori, malarum autem reliectori & domi-
 natori, vtrarumque ordinatori: non defuit vi-
 que consilium, quo certum numerum ciuiū
 sua sapientia predestinatum, etiam ex dam-
 nato genere humano sua ciuitatis impleret:
 non eos inā meritis, quoniam quidem vniuersalē mal-
 fatanquam in vitiata radice damnata est, sed
 gratia discernens, & liberatis non solum de
 seipsuis, verum etiam de nō liberatis, quid eis
 largiatur ostendens. Non enim debita, sed
 gratuita bonitate tunc se quisque agnoscit er-
 rutum à malis, cum ab eorum hominum con-
 sortio sit immunis, cum quibus illi iusta es-
 set poena communis. Cur ergo non crearet
 Deus, quos peccaturos esse praesciuit: quan-
 doquidem in eis, & ex eis, & quideorū cul-
 pa mereretur, & quid sua gratia donaretur,
 posset ostendere: nec sub illo creatore ac di-
 spositore peruerter inordinatio delinquentiū
 rectum peruerteret ordinem rerum?

K De peccatoribus, & angelis, & hominibus,
 quorum perueritas non perturbat pro-
 uidentiam Dei. Cap. A XVII.

P Roinde peccatores, & angelii, & homi-
 nes nihil agunt quo impediatur magna
 opera dñi exquisita in omnes voluntates eius.
 Quoniam qui prouident, atque omnipoten-
 ter sua cuique distribuit, non solum bonis ve-
 rumēt malis bene vt nouit. Ac per hoc pro-
 pter meritū primæ malæ voluntatis ita domi-
 nato atque obdurato angelo malo, vt iam bonâ
 voluntatem vltierius non haberet, bene vtens
 Deus, cur non permitteret, vt ab illo primus
 homo, qui rectus, hoc est, bonæ voluntatis

creatus fuerat, tentaretur: quoniam quidem sic erat
 institutus, vt si de adiutorio Dei fideret, bo-
 nus homo malum angelum vinceret: si autē
 creatorem atque adiutorem Deum superbe si-
 bi placendo desereret, vinceretur: meritum
 bonum habens in adiuta diuinitus voluntate
 recta: malum vero in deserente Deum volun-
 tate peruersa: quia & ipsum fidere de adiuto-
 rio Dei, non quidem posset sine adiutorio
 Dei: nec tu ideo ab his diuinæ gratiæ benefi-
 cijs sibi placendo, recedere non habebatin
 potestate? Nam sicut in hac carne viuere sine All. Ho-
 adiumentis alimétorum in potestate nō est:
 nō autem in ea viuere in potestate est: quod
 faciunt, qui seipsuis necāt: ita bene viuere si-
 ne adiutorio Dei, etiam in paradiſo, nō erat
 in potestate: erat autem in potestate male vi-
 uere: sed beatitudine non permanſura, & pro
 na iustissima fecutura. Cum igitur huius fu-
 turi casus humani, Deus non effet ignarus,
 cur eum non fineret, inuidi angelii maligni-
 tate tentari nullo modo quidem, quod vin-
 ceretur, incertus, sed nihilominus praescius,
 quod ab eius semine adiuto sua gratia, idem
 ipse diabolus fuerat sanctorum gloria ma-
 iore vincendus? Ita factum est, vt nec Deum
 aliiquid futurorum lateret: nec praesciendo
 quenquam peccare compelleret: & quid in-
 teresset inter propriam cuiusque praesumptio-
 nem & suam tuitionem, angelicæ & huma-
 næ rationali creaturæ consequenti experien-
 tia demonstraret. Quis enim audeat crede-
 re aut dicere, vt neque angelus, neque homo ca-
 deret, in Dei potestate non fuisse? Sed hoc eo
 rum potestati maluit non auferre: atque ita
 quantum mali eorum superbia, & quantum
 boni sua gratia valeret, ostendere.

De qualitate duarum ciuitatum, terrenæ at-
 que cœlestis. Cap. X V I I I . A

F Ecerunt itaque ciuitates duas amores
 duo, terrenam, sanctam sui verisque ad conté-
 prum Dei: cœlestē vero amor Dei, verisque ad cō-
 temptū sui. Denique illa in seipsuis, habc in domino
 gloriatur. Illa enim querit ab hominibus, glos-
 riā, huic autem Deus conscientiæ testis
 maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat
 caput suum, habc dicit Deo suo: Gloria mea,
 & exaltans caput meum. Illi in principiis
 eius, vel in eis quas subiugat nationibus. domi-
 nandi

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

nandi libido dominatur : in hac seruunt in-
uicem in charitate, & prepositi consulendo,
& subditi obtemperando. Illa in suis poten-
tib. diligit virtutem suā, hæc dicit Deo suo :
Psal. 17. Diligam te domine virtus mea. Ideoque in il-
la sapientes eius secundum hominem viuen-
tes, aut corporis aut animi sui bona aut vtri-
usque sectati sunt : aut qui potuerunt cognoscere Deum, nō ut Deum honorauerunt, vel

B. gratias egerunt, sed eu anuerunt in cogitatio-
nibus suis, & obscuratum est insipies cor eo-
Rom. 1. rum. Dicentes enim se esse sapientes, idest,
dominante sibi superbia in sua sapientia sese extollentes, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē im-
aginis corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedum & serpentium. Ad huiuscmodi enim simulachra adoranda vel duces populorum, vel sectatores fuerunt, & coluerunt atque seruierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in secula. In hac autem nulla est hominis sapientia, nisi pietas qua recte colitur verus Deus, idest, expectātās prēmium in societate sanctorum: nō solum hominum, verum etiā angelorum, ut sit Deus omnia in omnibus. Amen.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER DECIMVS QVINTVS.

De duobus ordinibus generationis humanae
in diuersos fines ab initio procur-
rentis . Cap. I.

DE fœlicitate paradisi, vel de ipso paradiſo, & de vita ibi primorum hominum, eorumq; peccato, atque supplicio, multi multa senserunt, multa dixerunt, multa literis mandauerunt. Nos quoq; secundum scripturas sanctas, vel quod in eis legimus, vel q; ex eis intelligere potuimus, earum congruentes authoritati, de his rebus in superioribus libris diximus. Enucleatus aut si ista querantur, multiplices atq; multimodas pariunt disputationes quæ plurib; intexenda sunt voluminibus, quam hoc opus, tempusq; depositit. Quod non ita largū ha-

bemus, vt in omnib; quæ possunt requirere otiosi & scrupulosi, paratores ad interrogādum, quam capaciores ad intelligēdum, nos oporteat immorari. Arbitror tñ, satis nos iā fecisse magnis, & difficillimis questionibus de initio, vel mundi, vel animæ, vel ipsius generis humani, q; in duo genera distribuimus: vnum eorum qui secundum hominem, alterum eorum qui secundum Deū viuunt. Quas etiā mystice appellamus ciuitates duas: hoc est, duas societas hominum: quarū est vna, quæ prædestinata est in æternum regnare cū Deo: altera æternum supplicium subire cum diabolo. Sed iste finis est earum, de quo post loquendum est. Nunc autem, quoniam de exortu earum, sive in angelis, quorum numerus ignoratur à nobis, sive in duabus primis hominibus satis dictum est, iam mihi videatur earum aggrediendus excursus: ex quo illi duo generare coeperunt, donec homines generare cessabunt. Hoc enim vniuersum tēpus, sive seculum in quo cedunt morientes, succeduntque nascentes: istarum duarum ciuitatum de quibus disputamus, excursus est. Natus est igitur prior Cain ex illis duob; *Gen. 4.* generis humani parentibus, pertinens ad hominem ciuitatem. Posterior Abel ad ciuitatem Dei. Sicut enim in vno homine quod dixit *1. Cor. 1.* Apostolus experimur, quia non primum q; spiritale est, sed quod animale, postea spiritale, vnde vnuquisque quoniam ex * dānata *al. l. Ali* *nata.* propagine exoritur, primo fit necesse est ex Adam malus atq; carnalis, quod si in Christo renascendo proficerit, postea erit bonus & spiritualis. Sic in vniuerso genere humano cum primum duæ istæ coepérunt nascēdo atque moriendo procurrere ciuitates, prior est natus cuius huius seculi, posterior autem isto peregrinus in seculo & pertinens ad ciuitatem Dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuius sursum. Nam quantum ad ipsum attinet, ex eadem massa oritur, quæ originaliter est tota damnata: sed tanquam figulus Deus: *Hanc. n.* similitudinem prudenter introducit *Apostolus:* Ex eadem massa fecit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Prius autem factū *Rem. 9.* est vas in contumeliam, post vero alterum in honore, quia & in ipso vno sicut iā dixi homine prius est reprobū, vnde necesse est incipiamus, & ubi non est necesse ut remaneamus:

mus: posterius vero probum, quo proficien-
tes veniamus, & quo peruenientes manea-
mus. Proinde nō quidem omnis homo ma-
lus erit bonus, nemo tamē erit bonus qui nō
erat malus, sed quanto quisq; citius mutatur
in melius, hoc in se facit nominari quod ap-
prehēdit celerius, & posteriore cooperit vo-
cabulum prius. Scriptum est itaq; de Cain q̄
cōdiderit ciuitatē. Abel autem tanquam pe-
regrinus non cōdedit. Superna est enim fan-
ctorum ciuitas, quanvis hic pariat ciues, in
quib; peregrinatur, donec regni eius tempus
adueniat, cū cōgregatura est oēs in suis cor-
poribus resurgentes, quando eis promissum
dabitur regnū, vbi cum suo Principe rege se
culorum sine vlo temporis fine regnabunt.

De filijs carnis & filijs promissionis.

Cap. II.

Vmbra sanè quædam ciuitatis huius, &
imago prophetica ei significandæ po-
tius quam præsentādē seruuit in terris, quo
G eam tempore demonstrari oporebat, & di-
cta est etiam ipsa ciuitas sancta merito signi-
ficantis imaginis, non expressæ sicut futura
est, veritatis. De hac imagine seruiente, & de
illa quam significat libera ciuitate, sic Apo-
stolus ad Galatas loquitur: Dicite mihi, in-
quit, sub lege volentes esse legē auditiss? Scri-
ptū est enim, quod Abrahā duos filios ha-
buit vnū de ancilla, & vnū de libera. Sed ille
quidē qui de ancilla, secundum carnē natus
est, qui autem de libera, per re promissionē:
quæ sunt in allegoria. Hęc enim sunt duo te-
stamenta, vnū quidē à monte Sina in seruitu-
tē generans quæ est Agar: Sina enim est mōs
in Arabia, qui cōiunctus est huic, quæ nūc est
Hierusalem, seruit enim cū filijs suis. Quę au-
tē sursum est Hierusalē libera est, quę est ma-
ter nostra. Scriptū est enim, Lætare sterili, q̄
non paristerumpe, & clama quæ nō parturis
quoniam multi filij deserte magis quam e-
ius quæ habet virum: Nos autem fratres secū-
dum Isac promissionis filiū sumus. Sed si-
cūt tunc, qui secundum carnē natus fue-
rat, persequebatur eum qui secundum spiri-
tum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Ei-
ce ancillam & filiū eius. Non enim hēres e-
rit filius ancillæ, cum filio liberę. Nos autem
fratres nō sumus ancillæ filii, sed liberę: qua-

*Al. I. Ter
rene ciui-
tatis due
formæ.*

I.

libertate Christus nos liberauit. Hęc forma
intelligendi de apostolica authoritate descē-
dens locū nobis aperit, quemadmodum scri-
pturas duorum testamentorum veteris & no-
uii accipere debeamus. Pars enim quædam
terrenę ciuitatis imago cęlestis ciuitas effe-
cta est, non se significando, sed alterā, & ideo
seruiens. Neq; enim propter seipsum, sed p-
pter aliam significandā est instituta, & pre-
cedente alia significatione, & ipsa præfigurā
præfigurata est. Nanquę Agar ancilla Saræ,
eiusq; filius imago quædam huius imaginis
fuit. Et quoniam transiūrę erant vmbra lu-
ce veniente, ideo dixit, libera Saræ, quę si-
gnificabat liberam ciuitatem: cui rursus alio
modo significandē etiam illa vmbra seruie-
bat. Eiже ancillam & filium eius, non enim
hēres erit filius ancillæ, cum filio meo Isac,
quod ait Apostolus cū filio libera. Inueni-
mus ergo in terrena ciuitate duas formas, v.
*re ne ciui-
tatis due
formæ.*

I.

De sterilitate Saræ, quam Dei gratia secun-
davit. Cap. II.

Sara quippe sterilis erat & desperatione
prolīs saltem de ancilla sua concupisces
habere, quod de seipso nō se posse cernebat, *Gen. 16.*
dedit eam fētandam viro de quo parere vo-
luerat, nec potuerat. Exegit itaq; etiam sic
debitū de marito vtens iure suo in vtero alie-
no: Natus est ergo Ismael sicut nascitur ho-
mines permixtione sexus vtriusq; visitata le-
ge naturę. Ideo dictū est secundū carnē, non
quod ista beneficia Dei non sint, aut non il-
la operetur Deus, cuius opifex sapientia at-
Aug. Tomus Quintus. R 3 tin.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Sapien. tertingit, sicut scriptum est: à fine usque ad finē for-

ter teriter, & disponit omnia suauiter, sed vbi si-
guificandū fuerat Dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, sic
opportuit dari filiū quemadmodum naturem
non debebatur excursibus. Negat enim natu-

dam pro rebus infimis pacem: ad eam nonque
desiderat peruenire bellado. Quoniam si vi-

*Al. l. Pa-
terrena.*

cerit, & qui resistat, non fuerit, pax erit, quā
non habebant partes inuicem aduersantes,
& pro his rebus, quas simul habere non pote-

B

*Al. l. Ba-
num, non
verū, bel-
lido que-
ritur.*

rant infelici egestate certantes. Hanc pacem

requirunt laboriosa bella, hanc adipiscitur,

quam putabatur gloriama victoria. Quando au-

tem vincut qui causa iustiore pugnabat, quis

dubitet gratulandam esse victoriam, & pro-

uenisse optabilem pacem. Hac bona sunt, &

sine dubio Dei dona sunt: Sed si neglectis me-

lioribus quē ad supernam pertinet ciuitatem

vbi erit victoria in aeterna summa pace secu-

ra, bona ista sic concupiscuntur, vt vel sola

esse credantur, vel his quē meliora credun-

tur, amplius diligentur, necesse est miseria

consequatur, & quā incrat augeatur.

Cap. V.

De primo terrene ciuitatis authore fratici-
da, cuius impietati, Romana vrbis con-
ditor germani cede responderit.

De terrene ciuitatis vel concertatione vel
pace. Cap. IIII.

Terrena porro ciuitas, quā sempiterna
non erit, neque enim cū extremo sup-
plicio dānata fuerit iam ciuitas erit, hic ha-
bet bonum suum cuius societate latatur, qua-
lis esse de talibus rebus i&titia potest. Et quo-
niam non est tale bonum, vt nullas angustias
faciat amatoribus suis, ideo ciuitas ista aduer-
sus seipsam plerunque diuiditur litigando, bel-
lando atque pugnando, & aut mortiferas aut

Acertē mortales victorias requirendo. Non ex
quacunque sui parte aduersus alteram sui par-
tē bellando surrexerit, quērit esse victrix gen-
tium, cum sit captiuā vitiorū. Et si quidē cū
vicerit, superbius extollitur etiam sic morti-
fera. Si vero conditionem cogitans calusque
communes magis quā accidere possunt ad-
uersis angitur, quam eis quē prouenerunt
secundis rebus inflatur, tantummodo morta-
lis est ista victoria. Neque enim semper domi-
nari poterit parmanendo eis, quos potuerit
subiugare vincendo. Non enim recte dicun-
tur ea bona non esse, quā concupiscit hēc ci-
uitas, quando est & ipsa in suo genere huma-
no melior. Concupiscit enim terrenam quā

Primus itaque fuit terrene ciuitatis condi-
tor fraticida: nam suum fratrem ciuem
ciuitatis aeterne in hac terra peregrinantem,
inuidentia victus occidit. Vnde mirandum
est, quod tanto post in ea ciuitate condenda,
quē fuerat huius terrene ciuitatis, de qua lo-
quiniur caput futura, & tam multis gentibus
regnatura, huic primo exemplo, & vt Gr̄eci
appellant *χερτυτω*, quēdam sui generis ima-
go respondit. Nam & illic sicut ipsum faci-
nus quidam Poeta commemorauit illorum:

*Lucann
lb. I.*

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Sic enim cōdita est Roma, quando occisum
Remū a fratre Romulo Romana testatur hi-
storia: nisi quod isti terrene ciuitatis ambo ci-
ues erāt, & ambo gloriā de Romanna Reip.
institutione quērebant. Sed ambo eam tantā,
quantam si vnu esset habere non poterant.
Qui enim volebat dominando gloriari, mi-
nus vtique dominaretur, si eius potestas vi-
uo conforte minueretur. Ut ergo totam do-
minationem haberet vnu, ablatus est socius
& scelere crevit in peius, quod innocentia
minus esset in melius. Hi autem frates Cain
& Abel non habebant ambo inter se simili-
lem rerum terrenarum cupiditatē: nec in
hoc alter alteri inuidit, quod eius domina-
tus

tus fieret angustior qui alterum occidit, si ambo dominarentur. Abel quippe non querebat dominationem in ea ciuitate, quæ condebatur a fratre. Sed inuidentia illa diabolica, quæ inuident bonis mali, nulla alia causa est, nisi quia illi boni sunt, illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu permanente consorte possessio bonitatis: imo possessio bonitatis tanto fit latior, quanto con-

Dcordior eam individua sociorum possidet charitas. Non habebit denique istam possessionem, qui eam noluerit habere communem & tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum & Romulum exortum est, quemadmodum aduersus seipsum terrena ciuitas diuidatur, ostendit: quod autem inter Cain & Abel, inter duas ipsas ciuitates Dei & hominum inimicitias demonstravit. Pugnant ergo inter se mali & mali. Item pugnant inter se boni & mali. Boni vero & boni, si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt. Proficienes autem nondumque perfecti, ita possunt, ut bonus quisque ex ea parte pugnet contra alterum, qua etiam contra semetipsum. Et in uno quippe homine caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritus talis contra alterius potest pugnare carnalem, vel concupiscentia carnalis contra alterius spiritalem, sicut inter se pugnant boni & mali, vel certe ipsæ concupiscentiae carnales inter se duorum bonorum nondum viisque perfectorum, sicut inter se pugnant mali & mali, donec eorum qui curantur ad ultimam victoriam sanitas perducatur.

De languoribus, quos ex poena peccati etiam ciues ciuitatis Dei in huius vita peregrinatione patiuntur, & à quibus Deo medente sanantur. Cap. VI.

LAngor est quippe, id est, illa inobedientia, de qua in libro quartodecimo disserimus, primæ inobedientiæ supplicium, & ideo non natura, sed uitium est, propter quod dicitur proficiens bonis, & ex fide in hac peregrinatione uiuentibus: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Item alibi dicitur, Corripite in-

te infirmos, patientes estote ad omnes. Vide te ne quis malum pro malo alicui reddat. F

Item alio loco: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne & tu tenteris. Et

alibi, Sol non occidat super iracundiam vestram. Et in Euangeliō: Si peccauerit in te frater tuus,

Ephes. 4.
Mat. 18.

t. 7. 5.

corripe eum inter te & ipsum solum. Item de peccatis, in quibus multorum cauetur offendit, sic Apostolus dicit: Peccantes coram omnibus argue, ut & coeteri timorem habeant. Propter hoc & deuenia inuicem danda multa præcipiuntur. Et magna cura propter tenendam pacem, sine qua

nemo poterit uidere Deum, ubi ille terror est, quando iubetur seruus, decem millium talentorum reddere debita, quæ illi fuerant relaxata, quoniam debitum denariorum centum consérvo suo non relaxauit. Quia similitudine proposita, dominus Iesus adiecit atque ait, Sic & uobis faciet pater uester coelitis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Hoc modo curantur ciues ciuitatis Dei in hac terra peregrinantes, & paci supernæ patriæ suspirantes.

Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus, ut ualeat aliiquid medicina, quæ adhibetur extrinsecus. Alioquin etiam si Deus ipse uter

Heb. 12.

creatura sibi subdita in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, siue istos corporis, siue illos, quos istis simillimos habemus in somnis, nec interiore gratia in mente regat atque agat, nihil prodeat homini omnis prædicatio ueritatis. Facit autem hoc Deus

Mat. 13.

a uasis misericordia, ira uasa discernens, dispensatione, qua ipse nouit multum occulta, sed tamen iusta. Ispo quippe adiuuante mirabilibus & latentibus modis, cum peccatum, quod habitat in membris nostris, q[uod] sic peccatum est, ut sit etiam poena peccati sicut Apo-

Rom. 6.

stolus præcipit, Non regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, nec ei membra, uelut iniuriantis arma exhibeamus, conuertitur ad mentem non sibi ad mala Deo regente consentientem,

& eam regens tranquillus nunc habebit postea sanitatem perfectam atque immortalitatem percepta homo sine ullo peccato in aeterna pace regnabit.

Al. 1. Bo-
ni, inter
se diffide-
re neficiū:

Gal. 3.

E

Gal. 6.

De causa & p̄tinacia sceleris Cain, quem à facinore cōcepto nec Dei sermo reuocauit. Cap. VII.

Sed hoc ipsum q̄ sicut potuimus exposui mus, cum Deus locutus esset ad Cain eo modo quo primis hominib. per creaturam subiectam velut eorum socius forma cōgrua loquebatur, quid ei profuit? Nonne conceput scelus in necando fratre etiā post verbū diuine admonitionis impleuit? Nam cum sa crifia discrueisset amborū, in illum respiciens, huius despiciens q̄ non dubitandū est potuisse cognoscere signo aliquo attestante vi sibili, & hoc ideo fecisset Deus, quia mala e rant opera huius: fratris vero eius bona, con tristatus est Cain valde & cōcidit facies eius. Sic n. scriptum est. Et dixit dñs ad Cain: Quare tristis factus es, & quare cōcidit facies tua? Nonne si recte offeras, recte autem non diuidas statim in foribus peccatum aderit? Peccasti? quiesce, ad te n. conuersio eius, & tu dominaberis illius. In hac admonitione quam Deus protulit ad Cain, illud quidē quod dētum est: Nonne si recte offeras, recte autem nō diuidas, peccasti, quia non eluet cur vel unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum diuinarum scripturarū quis que tractator secundum fidei regulam id co natur exponere. Recte quippe offertur sacri ficiū, cum offertur Deo vero, cui vno tantū modo sacrificandum est. Non aut recte diuiditur, dum non discernuntur recte vel loca, vel tempora, vel res ipsae quæ offeruntur, vel qui offert, vel cui offeritur, vel hi quibus ad

All. Sa crifium rni Deo offerendū. **L**vescendū distribuitur, quod oblatum est, vt diuisionem intelligamus hic discretionē: siue cū offertur, vbi non oportet, aut q̄ nō ibi, sed alibi oportet: siue cum offertur q̄n non oportet, aut q̄ non tunc, sed alias oportet: siue cum id offertur quod nulquam & nūquā penitus debuit: siue cū electiora sibi eiusdem generis rerum tenet homo, quam sunt ea quæ offert Deo: siue cū eius rei quæ oblatā est, sit particeps prophanus, aut quilibet quē fas non est fieri. In quo aut horum Deo displicerit Cain, facile non potest inueniri. **I**Ioan. 3 Sed qm̄ Ioannes Apostolus cū de his fratrib. loqueretur: Nō sicut Cain, inquit, qui ex ma ligno erat, & occidit fratrem suum & cuius rei gratia occidit eum, quia opera illius ma-

ligna fuerunt, fratris aut eius iusta, datur intelligi, propterea Deū non respexisse in mu nera eius: quia hoc ipso male diuidebat, dās Deo aliquid suum, sibi autē seipsum. Quod omnes faciunt qui non Dei, sed sūa lectantes voluntatem, i. non recte sed peruerso corde viuentes offerunt Deo munus, quo putat cū redimi, vt eorū non opituletur sanandis prais cupiditatib. sed excellendis. Et hoc est pro. **A**ll. I. Ter priū terrena cīnitatis, Deū vel deos colere, quib. adiuātibus regnet in viētorijs & pace tatis officiā terrena, non charitate consalendi, sed dñan dicā cupiditate. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo: mali autē contra, vt M fruantur mundo vti volunt Deo, qui tñ eum vel esse, vel res humanas curare iam credūt. Sunt n. multo deteriores, qui nec hoc quidē credunt. Cogito itaq; Cain q̄ super eius ger mani sacrificiū, non super suum respexerat Deus, vtiq; fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit amulari. Sed quia contri status est & concidit vultus eius, hoc p̄ctū maxime arguit Deus, tristitia de alterius bonitate, & hoc fratris. Hoc quippe argundo interrogavit dicens: Quare contritatus es, & quare cōcidit facies tua? Quia n. fratri in uidebat, Deus videbat, & hoc arguebat. Nam hominibus quibus absconditū est cor alterius, esse posset an biguum, & prorsus incer tum, virum illa tristitia malignitatem suam in qua se Deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatem, quæ Deo placuit, cū in sacrificium eius aspexit. Sed rationē Deus reddens, cur eius oblationē accipere noluerit, vt sibi ipse potius merito, q̄ ei immerito frater displiceret, cū esset iniustus non recte diuidendo, hoc est, non recte uiuēdo, & indignus cuius approbaretur oblatio, quam es set iniustior, q̄ fratrem iustum gratis odisset, ostendit. Non tñ eum dimittens sine manda to sancto, iusto & bono. Quiesce, inquit, ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis illius. Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim. Peccasti: tum deinde addidit, Quiesce: ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi ad ipsum hominē conuersionem es se debere peccati, vt nulli alij quam sibi sciat tribuere debere, quod peccat. Hęc est n. salubris poenitentie medicina & veniae petitiō nō incongrua, vt vbi ait, ad te enim conuer sio

Gal. 5. *Si* eius, non subauditur erit, sed sit, præcipiē
tis videlicet, non prædicens modo. Tūc. n.
dñabitur quisq; peccato, si id sibi non defen-
dendo præprouerit, sed pénitendo subiece-
rit. Alioquin & illi feruiet dñanti, si patroci-
nium adhibuerit accidenti. Sed vt p̄ctm in-
telligatur concupiscentia ipsa carnalis, de
qua dicit Apostolus, Caro cōcupiscit aduer-
sus spiritū, in cuius carnis fructibus, & inui-
diā cōmemorat, qua vtiq; Cain stimulab-
tur, & accendebatur in fratribus exitium, bene
subauditur, erit, i.ad te enim conuersio eius
erit, & tu dñaberis illius. Cum. n. cōmota fue-
rit pars ipsa carnalis, quam peccatum appel-
lat Apostolus, vbi dicit: Non ego operor il-
lud, sed q; habitat in me peccatū, quam par-
tem animi ēt philosophi dicunt esse vitiosā,
non quē mentem debeat trahere, sed cui mēs
debeat imperare, eamq; ab illicitis operibus
ratione cohibere. cū ergo cōmota fuerit ad
aliquid perperam cōmittendū, si acquiesca-
tur & obtemperetur dicenti Apostolo: Ne ex-
hibeatis membra vestra arma iniquitatis pec-
cato: ad mentē domita & victa conuertitur,
vt subditā ratio dñeatur, hoc præcepit Deus
huic, qui facibus inuidiā inflammatatur in
fratrem, & quem debuerat imitari, cupiebat
auferre. Quiesce, inquit, i. manus à scelere cō-
tine. Non regnet p̄ctm in tuo mortali corpo-
re ad obediendū desiderijs eius, nec exhibeas
membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te
enim conuersio eius, dum non adiunatur re-
laxando, sed quiescendo frenatur. Et tu dñaberis
illius. Vt cum forinsecus non permittitur
operari, sub potestate mentis regentis &
benevolentis, assuecat ēt intrinsecus nō mo-
ueri. Diētū est tale aliquid in eodem diuinō
libro & de muliere, qn post peccatum Deo
interrogante, atq; iudicante damnationis sen-
tentias acceperunt, in serpente diabolus, &
in seipso illa & maritus. Cum. n. dixisset ei:

Gen. 4. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas &
gemutum tuū, & in tristitij paries filios: de-
inde addidit, Et ad virum tuū conuersio tua,
& ipse dominabitur tui. Quod dictum est ad
Cain de peccato vel de vitiola carnis concu-
piscentia, hoc isto in loco de peccatrice fœ-
mina: vbi intelligendū est virum ad regendā
vxorē animo carnē regenti similē esse opor-
tere. Propter q; dicit Apostolus: Qui diligit
vxorem suam leipsum diligit. Nemo. n. yn-

quam carnē suam odio habuit. Sananda sunt
enim hæc, sicut nostra: non sicut aliena dam-
nanda. Sed illud Dei præceptum, Cain sicut
prævaricator accepit. Inualecente quippe
iuidentia vitio, fratrem insidiatus occidit.
Talis erat terrenæ conditor ciuitatis. Quo-
modo autem significauerit ēt Cain Iudęos,
à quibus Christus occisus est pastor ouium D
hominū, quem pastor ouium peccorū prefigu-
rabat Abel: quia in allegoria, prophetica res
est, parco nunc dicere, & quædam hinc ad-
uersus Faustū. Manichq; dixisse me recolo,

contra
Faustum
li. 12. c. 9

Quæ ratio fuerit, vt Cain inter principia ge- Gen. 4.
neris humani conderet ciuitatem.

Cap. VIII.

Nunc autē defendenda videtur mihi hi-
storia, ne sit scriptura incredibilis, quæ
dicit, ædificatam ab uno homine ciuitatem
tempore, quo non plusquā viri quatuor, vel
potius tres, posteaquam fratrem frater occi-
dit, fuisse videntur in terra, i. primus homo
p̄ omniū, & ipse Cain & eius filius Enoch:
ex cuius nomine ipsa ciuitas ita nuncupata
est. sed hoc quos mouet, parum considerant
non omnes homines, qui tūc esse potuerūt,
scriptorem sacræ huius historiæ necessè ha-
buisse nominare: sed eos solos quos operis
suscepti ratio postulabat. Propositū quippe
scriptoris illius fuit, per quē sp̄iritus sanctus
id agebat, per successiones certarum genera-
tionum ex uno homine propagatarū peruen-
tire ad Abrahā: ac deinde ex eius semine ad
populum Dei: in quo distincto a ceteris gē-
tibus præfigurarentur & p̄nunciarentur omnia,
quæ de ciuitate, cuius æternum erit re-
gnum, & de rege eius, eodemq; conditore
Christo in sp̄itu præuidebantur esse, ventu-
ra, ita vt nec de altera societate hominū tace-
retur, quam terrenam dicimus ciuitatē, quan-
tum ei commemoranda satiſ esset, vt ciuitas
Dei ēt sive aduersariæ cōparatione clarescat.
Cum igitur scriptura diuina vbi & numerū
annorum, quos illi homines vixerunt, com-
memorat, ita concludat, vt dicat de illo de
quo loquebatur, & genuit filios & filias, &
fuerunt omnes dies illius uel illius quo vixit
auni tot, & mortuus est: nunquid quia, eos-
dem filios & filias non nominat, ideo intelli-
gere non debemus per tam multos annos,
quibus

Gen. 5.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

quibus tunc in seculi huius prima etate viuebant, nasci potuisse plurimos homines, quorum ceteris condicione possent esse plurimae ciuitates? Sed pertinuit ad Deum, quo ista inspirante conscripta sunt, has duas societates suis diuersis generationibus primitus digerere atque

Hueris generationib. primitus digerere atque
distinguiere ut seorsum hominū, hoc est, se-
cundū hominem viuentium, seorsum autem
filiorum Dei, i. hominum secundum Deum
viuentū generationes contexerentur vsq; ad
diluvium, vbi ambarū societatum discretio
concretioq; narrantur: discretio quidem, q;
ambarum separatim generationes cōmemo-

Gm.4. rantur vnius fratricidae Cain: alterius autem qui vocabatur Seth. Natus quippe fuerat & inse

Gen. 7. de Adam, pro illo quem frater occidit. **Con-**
cretio autem quia bonis in deterius declinanti-
bus tales vniuersi facti fuerant, ut diluvio de-
lerentur: excepto uno iusto cui nomen erat
Noe, & eius coniuge & tribus filijs totidec p-
nuribus, qui homines octo ex illa omnium
vastatione mortaliū per arcā euadere me-

Gen. 4. ruerunt. Quod igitur scriptū est. Et cognovit Cain vxorē suā, & cōcipiens peperit Enoch & erat ḥdificans ciuitatē in nomine filij sui Enoch: non est quidem consequens ut istum primum filiū genuisse credatur. Neq. n. hoc ex eo putandum est, quia dictus est cognovisse vxorem suā, quasi tunc se illi primitus cōcumbendo miscuisse. Nam & de ipso patre omnium Adam non tunc solum hoc dictum est, qn̄ conceptus est Cain, quem primogenitum v̄r habuisse, verum etiam posterius ea

Gen. 4. I dem scriptura, Cognovit, inquit, Adam uxori rem suam, & concepit & peperit filium, & nominauit nōmen illius Seth. Vnde intelligitur ita solere illā scripturā loqui, quamvis non semper, cū in ea legitur factos hominū fuisse conceptus, non tñ solum cum primū sibi sexus vterq; miscetur. Nec illud necessario argumento, vt primogenitū patri existimemus Enoch, q̄ eius nomine illa ciuitas nuncupata est. Non n. ab re est, vt propter alii quam causam cū & alijs haberet, diligenter

Gen. 4. nuncupata est. Non illa abire est, ut propter an-
quam causam cuius & alios haberet, diligenter
eum pater ceteris amplius: Neq; n. & Iudas
primogenitus fuit, à quo & Iudea cognomi-
nata est, & Iudei. Sed etiam si conditor ciui-
tatis illius iste filius primus est natus, non id-
eo putandum est tunc à patre conditæ ciuita-
ti nomen eius impositum, qñ natus est, quia
nec constitui tunc ab uno poterat ciuitas.

Quæ nihil est aliud quam hominum multitudine aliquo societatis vinculo colligata; sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret, ut haberet iam populi quantitatem, tunc potuit utique fieri, ut ei constitueret, & nomen primogeniti sui constituta imponeret ciuitati. Tam longa quippe vita illorum hominum fuit, ut illic memoratorum, quorum & anni taciti non sunt, qui minimum vivit ante diluvium ad septingentos quinquaginta tres perueniret. Nam plures nongentos annos et transierunt, quamvis nemo ad milie peruenirerit. Quis itaque dubitaverit propter unius hominis etatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, ut esset unde constitueretur, non una sed plurimæ ciuitates? Quod ex hoc coniici facillime potest, quia ex uno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebreorum gentis tanta procreata est, ut in exitu eiusdem populi ex Aegypto sexcenta millia hominum suis referantur bellicè iuuentutis, ut omittamus getem Iudaeorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau nepos Abraham, & alias getes natas ex semine ipsius Abraham, non per Sarah coniugem procreatam.

De longa vita hominum, quæ fuit ante diluvium, & de ampliore humanorū corporum forma. Cap. I X.

Q Vamobrem, nullus prudens existimat Gen. 4.
tor dubitauerit Cain non solum aliquam verum etiam magnam potuisse condere ciuitatem, quando in tam longum tempus protendebatur vita mortalium, nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate A annorum nobis ingrerat quæstionem, qua vixisse tunc homines, scriptum est in authoribus notis: & hoc neget esse credendum . Ita quippe non credunt etiā magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse , quam nunc sunt. Vide & nobilissimus eorum poeta Virgilius, de ingenti lapide, quem in agro rum limite infixum , & vir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intrusit, & immisit. Am. 13.

Qualia nunc hominū producit corpora tel-
lus. Significās, māiora tunc corpora pduce-

re solere tellurē. Quāto magis igitur tempore recentioribus mūdi ante illud nobile, diffamatūq; diltuiū. Sed de corporū magnitudine plerunq; incredulos nudata per vetustatē, siue per vim fluminū, variosq; casu se-pulchra conuincunt: vbi apparuerunt, vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis osfa mortuorū. Vidi ipse nō solus, sed aliquot cū in Uticensi litorē molarē hominis dentē ingentem, ut si in nostrorum dentium modis minutatim consideretur, centū nobis vi deretur facere potuisse. Sed illū gigantis ali-

Bcuius fuisse crediderim. Nā prēter quod erat omniū multo maiora, quam nostra tūc corpora, gigantes longe ceteris anteibant. Sicut alijs deinde nostrisq; temporibus rari quidē

A. I. Pliniij secundi authoritas apud August. sed nunquam fermē defuerunt qui modum aliorū plurimū excederent. Plinius secundus doctissimus homo, quanto magis, magisq; præterit seculi excursus, minora corpora na-turam ferre testatur. Quod etiam Homerum commemmorat sāpe carmine fuisse conque-stum, non hāc velut poetica figmenta deridens, sed in historicam fidem tanquam mira-culorū naturalium, scriptor assumens. Verū vt dixi, antiquorum magitudines corporum inuenta plerunq; ossa, quoniā diurna sunt etiam multo posteriorib. seculis produnt. An-norum autem numerositas cuiusq; hominīs, quā temporibus illis fuit, nullis nunc talib. documentis venire in experimentum potest: Nec tamen ideo fides sacrę huic historiae de-roganda est, cuius tanto impudentius narra-ta non credimus, q̄to impleri certius prænū-ciata cōspicimus. Dicit tū etiam Plinius, esse adhuc gentē, vbi ducentos annos viuitur. Si ergo humanarū yitarū diurnitates, quas ex-perti non suuīs, hodie habere creduntur in cognita nobis loca, cur non habuisse credan-tur & tempora? An vero est credibile alicui-bi esse, quod hic nō est, & incredibile est ali- quando fuisse, quod nunc non est?

De differentia qua inter Hebreos & nostros Codices videntur annorū numeri dis-fonare. Cap. X.

QVocirca & si inter Hebreos & nostros codices de ipso numero annorum nō nulla videat esse distantia, quod ignoror qua ratione sit factū, nō tñ tanta est, vt illos homi-

nes tam longeūos fuisse dissentiant. Nam ip- se homo primus Adā ante q̄ gigneret filiū q̄ appellatus est Seth, ducentos triginta annos F vixisse reperitur in codicibus nostris, in He-brēis autē cētū triginta phibet. Sed postea q̄ eū gennit septingētos vixisse legi in nostris, octingētos vero i illis. Atq; ita in vtrīsq; vniuersitatis summa cōcordat. Ac deinde per cō sequentes generationes antequā gignatur, q̄ gigni cōmemoratur, minus vixisse apud He-brēos pater eius inuenitur centū annos: sed posteaquā est genitus, idem ipse cētū mi-nus quā in Hebreis inuenitur in nostris. Atq; ita hinc & inde numeri vniuersitas cōsonat. In sexta autē generatione nusquā vtrīq; codi-ces discrepant. In septima vero vbi ille qui natus est Enoch non mortuus, sed quod Deo placuerit translatus esse narratur, eadem dis-sonantia est quē in superioribus quinq; de centum annis antequam gigneret eum qui ibi cōmemoratus est, filium, atq; ita in summa simili consonantia. Vixit enim annos an-tequām transferretur secundum vtrōsque co-dices ccclxv. Octaua generatio habet qui-dem nonnullam diueritatem: Sed minorem ac dissimilem ceteris. Mathusalem quippe quem genuit Enoch, antequam gigneret eū, qui in ipso ordine sequitur, secundum He-brēos non centum minus, sed viginti am-plius vixit annos: Qui rursus in nostris post-quā cum genuit, reperiuntur additi, & in vtrīsq; sibi summa vniuersi numeri occurrit. In sola nona generatione, id est, in annis La-mech filij Mathusalem, patris autē Noe, summa vniuersitas discrepat, sed non plurimū. Viginti enim & quatuor annos plus vixisse in Hebreis, q̄ in nostris codicib. inuenitur. Nam antequam gigneret filium qui vocatus est Noe, lex minus habet in Hebreis, quam in nostris: postea vero quam cum genuerit, tringita amplius in eisdem, quam in nostris. Vnde sex illis detractis, restat viginti qua-tuor: vt dictum est.

De annis Mathusalem, cuius etas quator-decim annis videtur diluvium excede-re. Cap. XI.

PEr hanc autē discrepantiam Hebreorum codicum atq; nostrorum, exoritur illa fa-mosissima quēstio: vbi Mathusalem quatuor decim

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

i. Pet. 3. decim annos vixisse post diluvium computatur, cum scriptura ex omnibus, qui in terra tunc fuerant solos octo homines in arca existitum cōmemoret euasisse diluvij, in quibus Mathusalem nō fuit. Secundū codices enim nostros Mathusale priusquam gigneret illū, quem vocauit Lamech, vixit annos centum sexaginta septē: deinde ipse Lamech antequā ex illo natus esset Noe, vixit annos centum octoginta octō, qui simul fiunt trecenti quin quaginta quinq;. His adduntur sexcēti Noe: quanto eius anno diluvii factū est: qui fiunt nongenti quinquaginta quinq;, ex quo Mathusalem natus est vsq; ad annū diluvij. Omnes autem anni vitæ Mathusale nōgenti sexāginta nouem computantur, quia cū vixisset annos centum sexaginta septē, & genuisset filium, qui est appellatus Lamech, post eum genitum vixit annos octingentos duos: qui omnes, vt diximus, nongenti sexaginta nouem fiunt. Vnde detractis nongentis quinquaginta quinq; ab ortu Mathusalem vsq; ad diluvium remanēt quatuordecim, qbus vixisse creditur post diluvium. Propter quod, cum nonnulli, eti nō in terra, vbi omnem carnē, quam viuere in aquis natura non sinit cōstat fuisse deletam, cum patre suo qui translatus fuerat aliquantū fuisse, atq; ibi donec diluvium præteriret, vixisse arbitrantur, nolentes derogare fidem codicibus, quos in autoritatem celebriorem suscepit ecclesia: & credentes Iudæorum potius, qd istos non habere, q verum est. Non enim admittunt, quod magis hic esse potuerit error interpretū, qd in ea linea esse falsum, vnde in nostrā per Græcam scripturā ipsa translata est. Sed inquiunt non esse credibile Septuaginta interpres, qui vno simul tempore, vnoq; seni interpretati sunt, errare potuisse: aut vbi nihil eorū intererat, voluisse mētiri: Iudeos vero, dū nobis inuidēt, quod lex, & Prophetæ ad nos interpretando, transierūt mutasse quedā in codicibus suis, vt in nostris minueretur autoritas. Hanc opinionē vel suspicionē accipiat quisq; vt putauerit, certum est tamen nō vixisse Mathusalem post diluvium, sed eodē anno fuisse desinactum, si verum est quod de numero annorum in Hebræis codicibus ineuntur. De illis autem septuaginta interpretibus quid mihi videatur suo loco diligentius differendum est, cum ad ipsa tempora quan-

Gen. 7.

K gua esse falsum, vnde in nostrā per Gen. 8. de ciui. Dei. cap. 42. & 43. lib. 8. de ciui. Dei. scripturā ipsa translata est. Sed inquiunt non esse credibile Septuaginta interpres, qui vno simul tempore, vnoq; seni interpretati sunt, errare potuisse: aut vbi nihil eorū intererat, voluisse mētiri: Iudeos vero, dū nobis inuidēt, quod lex, & Prophetæ ad nos interpretando, transierūt mutasse quedā in codicibus suis, vt in nostris minueretur autoritas. Hanc opinionē vel suspicionē accipiat quisq; vt putauerit, certum est tamen nō vixisse Mathusalem post diluvium, sed eodē anno fuisse desinactum, si verum est quod de numero annorum in Hebræis codicibus ineuntur. De illis autem septuaginta interpretibus quid mihi videatur suo loco diligentius differendum est, cum ad ipsa tempora quan-

tum necēsitas huius operis postulat cōmemorāda adiuvante domino venerimus. Presenti enim sufficit questioni secundūvtrōsq; codices tam longas habuisse vitas illius aui homines, vt possit eratē vnius, qui de duobus, quos solos terra tūc habuit, parentibus primus est natus ad constitutandam etiam ciuitatem multiplicari genus humānum.

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam lōgeuos quam scribitur fuisse non credunt.

Cap. XII.

*N*eque enim vlo modo audiendi sunt qui putant aliter annos illis temporibus computatos, idest, tantæ breuitatis, vt vnu annus noster decē illos habuisse credatur. Quapropter, inquiūt, cū audierit quisq; vel legerit nongentos annos quēquam vixisse, debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni, vnu est noster, & decē nostri, cētum illi fuerunt. Ac per hoc vt putant, virgini triū annorum fuit Adam quando genuit Seth, & ipse Sethi virginī agebat annos & sex menses, quando ex illo natus est Enos, quos M appellat scriptura ducētos, & quinq; annos. Qm sicut isti suspicantur quorum expōimus opinionem, vnum annum qualem nūc habemus in decem partes illi diūidebant, & easdem partes, annos vocabant. Quarum partium habet vna quadratum senarium, eo qd Deus sex diebus perfecit opera sua, vt in seprimo requiesceret. De qua re in libro undecimo sicut potui, disputauī. Sexies autem seni, qui numerus quadratum senarium facit, trīginta sex dies fiunt, qui multiplicati de cies, ad trecentos sexaginta perueniūt, idest, duodecim menses lunares. Propter quinque dies enim reliquos quibus solaris annus impletur, & diei quadrantem, propter quē quartū ductum eo anno quo bisextum vocant, vnu dies adiicitur, addebatur à veteribus postea dies, vt occurreret numerus annorum, quos dies Romani intercalares vocabāt. Proinde etiam Enos, quem genuit Seth, decem & nouem agebat annos, quando ex illo natus est filius Cainam, quos annos dicit scriptura centum nonaginta. Et deinceps per Gen. 5. omnes generationes in quibus hominum anni commemorantur ante diluvium, nullus fere

fere in nostris codicibus inuenitur, qui cum esset centum annorum vel infra, vel et centum viginti aut non multo amplius genererit filium, sed qui minima aetate genererunt, annorum centum sexaginta, & quod excurrit, fuisse referuntur, quia nemo inquit, decem annorum homo potest gignere filios, qui numerus certum appellabantur anni ab illis hominibus, sed in annis sexdecim est matura pubertas, & proli iam idonea procreandae, quos centum & sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Ut autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile, adiiciunt quod apud plerosque scriptores historiae reperitur Aegyptios

Lib. 7. c. 8 habuisse annum quatuor mensium, Acarnanas sex mensium, Lauiniros tredecim mensium. Plinius Secundus cum commemorasset relatum fuisse in literas quendam vixisse centum quinquaginta duos, alium decem amplius, alias ducentorum annorum habuisse vitam, alios trecentorum, quosdam ad quingentos, alios ad sexcentos, nonnullos ad octingentos etiam peruenisse, haec omnia propter inscitiam temporum accidisse arbitratus est. Alij quippe,

B inquit, aestate unum determinabant annum & alterum hyeme, alijs quadripartite temporibus, sicut Arcades inquit, quorum anni trimestres fuere. Adiecit etiam aliqui Aegyptios, quorum paruos annos quaternorum mensium fuisse supra diximus, longeque fine eorum limitasse annum. Itaque apud eos, inquit, ali qui & singula millia annorum vixisse produntur. His velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacra huius historiae, sed astruere nitentes, ne sit incredibile quod tam multos annos vixisse referuntur antiqui: persuaserunt sibi, nec se suadere imprudenter existimat, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, ut illi decem, sint unus noster, & decem nostri, centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento evidentissimo ostenditur. Quod antequam faciam, non mihi tacendum virum, quae credibilius possit esse suspicio. Poteramus certe haec asseuerationem ex Hebreis codicibus redarguere atque conuincere, vbi Adam non duceturum triginta, sed centum triginta annorum fuisse reperitur, quod tertium genuit filium, qui anni si tredecim nostri sunt, prouidubio primum genuit quod vel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac aetate generare

visitata ista nobisque notissima lege naturae? Sed hunc omittamus, qui fortasse etiam quod creatus est, potuit. Non enim eum tam parvum, quam infantes nostri sunt, factum fuisse credibile est. Sed filius eius non ducentorum quinque, sicut nos legimus, sed centum quinq; fuit, quod genuit Enos: ac per hoc secundum istos nondum habebat undecim annos aetatis. Quid dicam de Cainan eius filio, qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorum, apud Hebreos septuaginta legitur fuisse quod genuit Malalehel? quis generat homo septennis, si tunc anni septuaginta nuncupabatur, qui septem fuerunt?

An in dinumeratione annorum, Hebreorum magis quam septuaginta interpre-
tum sit sequenda autoritas.

Cap. XIII.

*S*ed cum hoc dixerim, continuo referetur illud Iudeorum esse mendacium: de quo superius satis actum est. Nam septuaginta interpres laudabiliter celebratos uiros potuisse mentiri difficile est. Vbi si queratur, quid sit credibilis, Iudeorum gentem tam longe lateque diffusam, in hoc conscribendum mendacium uno consilio conspirare potuisse: & dum alijs inuident authoritatem, sibi abstulisse veritatem: an septuaginta homines, qui etiam ipsi Iudei erant: in uno loco positos, quoniā rex Aegypti Ptolemus eos ad hoc opus asciuerat: ipsam ueritatem getibus alienigenis inuidisse, & coicato istud tunc fecisse consilio, quis non uideat quid proclivius faciliusque creditur? Sed absit ut prudens quis piam, uel Iudeos cuiuslibet peruersitatis atque malitia tantum potuisse credit in codicibus tam multis & tam longe lateque dispersis, uel septuaginta illos memorabiles uiros hoc de inuidenda gentibus ueritate unum comunicasse consiliū. Credibilis ergo quis dixerit, cum primum de bibliotheca Ptolemei describi ista coperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, scilicet primus inde descripto unde iam latius emanaret, ubi potuit quidem accidere et scriptoris error. Sed hoc in illa questione de uita Mathusalem non absurdum est suspicari: & in illo alio ubi superantibus 24. annis summa non conuenit. In his autem, in quibus continuatur ipsius

D. AVRÉLII AVG. DE CIVITATE DEI

ipsius mendositatis similitudo, ita ut ante generum filium qui ordini inseritur alibi super sint centum anni , alibi defint: post genitum autem vbi deerant, supersint: vbi supererant, defint, ut summa conueniat, & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, septima generatione inuenitur: videtur habere quandam, si dici potest, error ipse constantiam, nec casum redolet, sed industria. Itaq; illa diuersitas numerorum alter se habentium in codicibus Græcis & Latinis , aliter in Hebreis , vbi non est ista de centum annis prius additis, & postea detraictis per tot generationes continuata parilitas: nec malitia Iudeorum , nec diligentia vel prudentia septuaginta interpretū, sed scriptoris tribuatur errori , qui de bibliotheca supradicti regis codicem descri

G bendū primus accepit. Nam et nunc vbi numeri non faciunt intentum ad aliquid q̄ facile posuit intelligi , vel quod appareat vtiliter disci, & negligenter describuntur, & negligenter emendantur . Quis.n. existimet sibi esse discendum, quot millia hominum tribus Israel sigillatim habere potuerunt: quoniam pro desse aliquid non putatur: & quotus quisque hominum est, cui profunditas vtilitatis humis apparet. Hic vero vbi per tot contextas generationes centum anni alibi assunt, alibi defunt, & post natum qui cōmemorandus fuerat filium defunt vbi assuerunt, assunt vbi defuerunt, ut summa concordet: nimis cum vellet persuadere, qui hoc fecit, ideo numerosissimos annos vixisse anticos q̄ eos breuissimos nuncupabant: & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filii gignerentur , conaret ostendere , atq; ideo in illis centum annis decē nostros insinuādos putaret incredulis, ne homines tam diu vixisse recipere in fidem nollent: addidit centum vbi gignendis filiis habile non inuenit etatem: eodemque post genitos filios, vt congrueret summa detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idoneū generanda proli conuenientias etatū, vt in numero non fraudaret vniuersas etates viuentium singulorum. Quod aut in sexta gene

H ratione id non fecit, hoc ipsum est, q̄ magis mouet illū ideo fecisse, cū res quā dicimus, postulauit, quia non fecit, vbi nō postulauit. Inuenit namq; in eadē generatione apud Hebreos vixisse Iareth , ante q̄ genuisset Enoch centum sexaginta duos annos , qui secundum

illam rationem breuium annorū sunt anni sexdecim, & aliiquid minus quā mēses duo , quae iam etas apta est ad gignendum, & ideo addere centū annos breues ut nostri viginti sex fierent, necesse non fuit, nec post natum Enoch eos detrahere, quos non addiderat ante natum. Sic factum est, ut hinc nulla esset inter codices vtrisque varietas. Sed rursus mouet , cur in octaua generatione antequam de Mathusalem nascetur Lamech , cum apud Hebreos legantur centū 82. anni, viginti minus inueniuntur in codicibus nostris, vbi potius addi centum solent: & post genitum Lamech cōplendam restituuntur ad summam, quae in codicibus vtrisque non discrepat. Si enim centum septuaginta annos propter pueritatem maturitatē, decem & septem volebat intelligi, sicut nihil addere, ita nihil detrahere iā debebat, quia inuenierat etatem idoneā generationi filiorum , propter quam in alijs centum illos annos vbi eam nō inueniebat , addebat. Hoc aut de viginti annis merito pueritatem casu mendositatis accidere potuisse , nisi eos sicut prius detraxerat, restituere postea curaret, ut summae conueniret integritas. An forte astutius factum existimandū est, ut illa , qua centum anni prius solent adjici , & postea detrahi occultaret industria, cū & illuc vbi necesse non fuerat , non quidē de centum annis , verumq; de quantulocunque numero prius detraicto post reddito, tale qd fieret? Sed quomodolibet studiū accipiatur, siue creditur ita esse factum , siue non credat, siue postremo ita siue non ita sit, recte fieri nullo modo dubitauerim, ut cū diuersum aliquid in vtrisq; codicibus inuenitur , qnā quidem ad fidē rerum gestarum vtrung; esse nō potest verum, ei lingua potius creditur , unde est in aliā per interpretes facta translatio . Nam in quibusdam et codicibus Græcis tribus , & uno Latino , & uno etiam Syro inter se consentientibus inuentus est Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctum.

De parilitate annorum, qui ipsiē quib. nūc spatijs & in prioribus seculis cucurserunt. Cap. X I I I .

Nunc iā videamus, quonā modo euidenter posuit ostendi nō tam breues, ut illi decem vnum esset noster, sed tātē prolixitatē

*annos
Anni antiqui & quales in ou-
ratione, annis nostris*

Gene.

Gen. 5.

Gene.

Gene.

Gen. 2

anno quātē nunc habemus, quos vtiq; cir-
cumitus conficit solis, in illorum hominum
vlla prolixissima computatos. Sexcentesimo
nempe anno vitē Noe, scriptū est factum es-
se diluvium. Cur ergo ibi legitur: Et aqua di-
luij, facta est super terram sexcentesimo an-
no vitē Noe, secundi mensis, septima & vi-
cesima mensis, si annus ille minimus quales
decē faciunt vnu noſtrū trigesimā dies ha-
bebat? Tantillus quippe annus si antiquo mo-
re hoc nomen accepit, aut nō hēt mēses, aut
mēsis eius est triduum, vt habeat duodecim
menses. Quō igitur hic dictū est, sexcentesi-
mo anno secundi mensis, septima & vicesi-
ma mensis, nisi qā tales quales nūc sunt etiā
tunc erant menses? Nam quo pācto aliter vi-
cesimo & septimo die secundi mensis dicere
tur cēptum esse diluvium? Deinde postea in
fine diluvij ita legitur. Et sedit arca in mense
septimo septima & vicesima mensis super
montes Ararat. Aqua autem minuebatur vī
que ad vndecimū mensem in vndecimo au-
tem mense prima mensis apparuerunt capita
mōtiū. Si igitur tales menses erant, tales pro-
fecto & anni erant, quales nūc habemus. Mē-
ses quippe illi triduani viginti & septē dies
habere non poterant. Aut hī pars tricesimā tri-
dui tunc appellabatur dies vt omnia propor-
tione minuātur ergo nec toro qua triduo no-
stro factū est illud tam grande diluvium, quod
memoratur factū quadraginta diebus & qua-
draginta noctibus. Quis hanc absurditatē &
vanitatē ferat? Proinde remoueatur hic er-
ror, qui coniectura falsa ita vult astruere scri-
ptrurū nostrarū fidē: vt alibi destruat. Pror-
fus tantus etiā tunc dies fuit: quantus & nūc
est: quē viginti & quatuor horē diurno cur-
riculo nocturnoq; determinant. Tantus men-
sis, quantus & nūc est: quē Luna cēpta & fini-
ta concludit. Tantus annus, quantus & nūc
est: quē duodecim menses lunares additis p-
pter cursū solarē quinq; diebus & quadrā-
te consummat. Tantus anni sex centesimi vi-
tē Noe secundus erat mensis, eiusq; mēsis vi-
cesimus & septimus cēpit esse diluvii: i quo
dies quadraginta cōtinuata ingentes pluviæ
memorantur, qui dies nō binas ac paulo am-
plius horas habebat, sed vicinas & quater-
nas die noctuq; trāſactas. Ac per hoc tā ma-
gnos annos vixerunt illi antiqui vīq; amplius
nongentos, quantos postea vixit Abraham

centum septuagintaquinq; & post eum filius
eius Isaac centum octoginta, & filius eius La-
cob prope centū quinquaginta: & quātos in
terposita aliquanta ētate Moyses centum vi-
ginti, & quantos etiā nunc viuūt homines se-
ptuaginta vel octoginta, vel non multo am-
plius de quibus etiam dīctū est: Et amplius
eorū labor & dolor. Illa vero numerorum
varietas, qā inter codices Hebreos inueni-
tur & noſtrōs, neq; de hac antiquorū longe *psal. 89.*
uite dissentit: & si qd habet ita dīversum, vt
verum esse vtrungq; non possit, rerū gestarū
fides ab ea lingua repetēda est, ex qua inter-
pretatum est, quod habemus. Quā facultas
cum volentibus vbiique gentium pāsto sit,
non tamen vacat: quod septuaginta inter-
pretes in plurimis, quā diuerſa dicere vi-
dentur, ex Hebreis codicibus emendare au-
sus est nemo. Non enim est illa diuersitas pu-
tata mendositas: nec ego vlo modo putan-
dum existimo. Sed vbi non est scriptoris er-
ror aliquid eos diuino spiritu vbi sensus el-
set cōsentaneus veritati & pādicans verita-
tem, non interpretantiū * more, sed prophe-
tiū libertate aliter dicere voluisse credendū
est. Vnde merito non solum Hebreis, verum
etiam ipsis cum adhibet testimonia de scri-
pturis vti Apostolica inuenitur authoritas.
Sed hinc me opportuniore loco si Deus ad
iūuerit promisi diligentius locuturū, nūc q
inſlat expediā. Non enim ambigendū est ab
hoē qui ex primo homine natus est primus
quando tā diu viuebat, potuisse constitui ci-
uitatē sanē terrenā, non illam, quā dicitur ci-
uitas Dei: de qua vt scriberemus laborem tā
ti huius operis in manus sumfsumus.

An credibile sit primi seculi vires vīque ad C
ēā ētatem, qua filios generasse referū-
tur à concubitu continuisse.

Cap. XV.

D Icetergo aliquis: Itane credendum est
hominē filios incessanter generaturū,
nec habentē propositū continentia centū &
amplius, vel secundū Hebreos nō multo mi-
nus, idest octoginta, septuaginta, sexaginta
annos à concumbendi opere vacauisse: aut
si non vacaret, nihil prolis gignere posui-
sse? Hęc quęſtio duobus modis soluitur.
Aut enim tanto ſerior ſuit proportionē pu-
bertas,

*Gene. 7.**Gene. 8.**Gene. 7.**Gen. 25.**Den. 4.**B*
*Al. l.mis
nere.**Al. i. Con
tinuare
proposi: il*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

bertas, quanto vite totius maior annositas: aut quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut perueniret ad Noe, a quo rursus ad Abrahā videmus esse peruentū. ac deinde usq; ad certū articulū temporis quantum oportebat signari etiā generationibus commemoratis cursum glorio-silīsimā ciuitatis in hoc mundo peregrinatis & supernam patriam requirentis. Quod enim negari non potest prior oīno Cain ex cō-i. Sicut etiā fuit etiam postea N.

Gene. 4.

Acquiuui homine per Deū: nū illis duobus
ipse fuisset homo nascendo additus primus.
Hunc secutus Abel, quē maior frater occidit,
præfiguratione quadā peregrinantis ciuitatis
Dei, q. quod esset ab impijs & quodam
modo terrigenis, i. terrenā originē diligen-
tibus, & terrenā ciuitatis terrena felicitate
gaudentibus, persecutiones iniquas passura,
primus ostendit. Sed quot annorum erat
Adam cum eos genuit, non apparet. Exin-
de digerūtur generationes alia de Cain, alia
de illo quē genuit Adam in eius successio-
ne quem frater occidit, & appellavit nomē
illius Seth, dicens vt scriptū est, Suscitauit e-
nī mihi Deus semen aliud pro Abel, quem
occidit Cain. Cum itaq; illę duæ series ge-
nerationū, vna de Seth, altera de Cain, has
duas de quibus agimus distinctis ordinibus
insinuat ciuitates: vñā cęlestem in terris pere-
grinantem, alteram terrenam terrenis tāquā
folia finit, gaudijs inhęrentem vel inhiantem:
nullus de progenie Cain: cum dinumerata
sit cōnumerato Adā vsq; ad octauam gene-
rationē, quot annorum fuisset, expressus est,
quādo genuit eū, qui cōmemoratur post eū.
Noluit enim spiritus Dei in terrene ciuitatis

E generationibus tempora notare ante diluuiū fed in cœlestis maluit, tanquā essent memoria digniores. Porro autem Seth, quando natus est, non quidē taciti sunt anni patris eius sed iam genuerat alios, & vtrū solos Cain & Abel infirmare quis audeat? Non enim quia soli nominati sunt propter ordines generationū, quas commemorare oportebat, ideo consequens videri debet solos fuisse tunc generatos ex Adā. Cum enim silentio cooperatis omnīū nominibus ceterorū, legatur eum genuisse filios & filias, quota fuerit ista pro-

les eius, quis psumat asserere, si culpā temeritatis euita? Potuit quippe Adam diuinitus admonitus dicere postea quā Seth natus est, Suscitauit.n. mihi Deus : lēmē aliud p Abel qn̄ talis futurus, qui implet illius sanctitatē; nō quod ipse prior post eum tēporis ordine nasceretur. Deinde quod scriptū est, Vixit autem Seth quinq; & ducentos annos: vel secundum Hebreos quinq; & centū annos, & genuit Enos, quis possit nisi inconsideratus asseuerare hunc eius primogenitū fuisse, vt admirantes merito requiramus, quomodo per

Gene 5

tot annos immunis fuerit à connubio sine vi-
lo proposito continentie, vel non genuerit
coniugatus: quandoquidē etiam de ipso legi-
tur: Et genuit filios & filias, & fuerūt omnes
dies Seth duodecim & nōgenti anni & mor-
tuus est? Atq; ita deinceps, quorū anni cōme-
morantur, nec filios filiasq; genuisse recite-
tur. Ac per hoc non appetit omnino, vtrum
qui nominatur genitus, ipse fuerit primoge-
nitus: immo vero quoniam credibile non
est, patres istos aetate tā longa aut impuberes
fuisse, aut cōiugib; caruisse vel s̄cib;: nec
illos eorum filios primos eis natos fuisse cre-
dibile est. Sed cū sacre scriptor historiæ ad
ortū vitamq; Noe, cuius tempore diluvium
factū est per successionē generationū nota-
tis temporibus intēderet peruenire, eas vtiq;
commemorauit, non quę primę suis paren-
tibus fuerunt, sed quę in propagationis ordi-
nem venerint. Exempli gratia, quo id fiat a-
pertius aliquid interponam, vnde nullus am-
bigat fieri potuisse quod dico. Euangelista
Matthæus generationē dominicæ carnis per
seriem parentū volens cōmendare memo-
riæ, ordiens à patre Abraham atq; ad Dauid
primitus vt pueniret intēdens, Abraham, in-
quit, genuit Isaac, cur nō dixit Iſmahel, quę
primitus genuit? Isaac autē, inquit, genuit Ia-
cob, cur non dixit Esau, qui eius primogeni-
tus fuit? Quia scilicet per illos ad Dauid per-
uenire non posset. Deinde sequitur: Iacob
autem genuit Iudā & fratres eius, nūquid Iu-
das primogenitus fuit? Iudas, inquit, genuit
Phares & Zarā: nec istorū geminorū aliquis
fuit primogenitus Iudæ, sed ante illos iā tres
genuerat. Eos itaq; tenuit in ordine genera-
tionū, p quos ad Dauid, atq; inde quo intēde-
rat, perueniret. Ex quo intelligi potest, vete-
res quoq; homines ante diluvium non primo:
genitos,

genitos, sed eos fuisse cōmemoratos, p quos succedentū ordo generationū ad Noe patriarcham ducere, ne serē pubertatis illorū obscura & nō necessaria quāstio nos fatiget.

De iure cōiugiorum, quod dissimiliter a subsequentibus matronis habuerint prima connubia. Cap. XVI.

15. q. 1.
Cap. Cum
igitur.

CVM igitur genus humanum, post primā copulam viri facti ex puluere & coniugis eius ex viri latere, marium fēminarūq; coniūctione opus haberet, vt gignendo multiplicaret, nec esset vlli hoīes, nisi qui ex illis duob. nati fuissent, viri sorores suas cōiuges acceperūt, qđ profecto quāto est antiquius, compellente necessitate, tanto postea factū est dānabilius, religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines quib. esset vtilis atq; honesta concordia, diuersarū necessitatū dinum vinculis nectenterunt, nec vnius in vna multas haberet, sed singula sparerent in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentissimū colligandū, plurimę plū rimos obtinerent. Pater quippe & sacer dua

Ob numerum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo rofōrem, alium quisque habeat patrem, alium sacerū, *charitatis* numerosius se charitas porrigit. Vtrunq; autē copulam, vnu Adam esse cogebatur, & filii & filiabus suis, quando fratres sororesq; connubio iungebant. Sic & Eua vxor eius vtriq; sexui filiorum, fuit & socrus & mater. Qua si dux fēmina fuissent mater altera, & socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique iam foror qđ etiā vxor siebat, duas tenebat vna necessitudines, qb. p singulas distributis, vt altera esset foror, altera vxor, hoīum numero socialis propinquitas augere. Sed hoc vnde fieret tunc non erat, qñ nisi fratres & sorores ex illis duob. primis nulli hoīes erant. Fieri ergo debuit, qñ potuit, vt existente copia inde ducerent vxores, quæ non erant iam sorores. Et non solum istud vt fieret nulla necessitas esset, Verumetiam si fieret nefas esset. Nam & si nepotes primo rum hominum qui iā consobrinas poterant accipere coniuges, fororibus matrimonio iungerentur, non iam due, sed tres in homine uno necessitudines fierēt, quæ ppter charitatem numerosiore propinquitate nectendā diffeminari per singulos singulæ debue-

runt. Esset enim unus homo filiis suis fratri. s. fororiq; coniugib. & pater & sacer & aunculus, ita & vxor eius, eisdem coniugib. filius & mater & amita & socrus. Idemq; inter se filii eorum non solum essent fratres atq; coninges, verumetiam consobrini, quia fratum filii. Omnes autem ista necessitudines, quæ vni homini tres hoīes connectebant, nouem connecterent, si essent in singulis singulæ, vt unus homo haberet alteram fororem, alterā vxorem, alteram consobrinam, alterum patrem, alterum auūculum, alterum sacerum, alteram matrem, alteram amitam, alteram socrum, atq; ita in se non paucitate coartatum, sed latius atque numerosius propinquitatib. crebris vinculum sociale diffundere. Quod humano genere crescente & multipliato, etiam inter impios deorum multorum falsorumq; cultores sic obseruari cernimus, vt etiam si peruersis legib. permittantur fraternali cōiugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrire licetiam. Et cum forores accipere in matrimonium primis humani generis tēporib. omnino licuerit, sic auctoretur, quasi nunquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum vel alliciendum, vel offendendum, mos valet plurimum. Qui cū L in hac causa immoderationem concupiscentia coerceat, eum designari atque curzumpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim iniquum est auditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius libidine concubandi subuertere limitem morum? Experti autem sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporib. propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum quam raro per mores siebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec diuina prohibuit & nondum prohibuerat lex humana. Veruntamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, & quod fierbat cū consobrina, penē cū forore fieri videbatur, quia & ipsi inter se propter tā propinquam consanguinitatem fratres vocantur, & penē germani sunt. Fuit autem antiquis patribus religiosę curę, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimēs longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam nondum longe positam rursum matrimonii vinculo colligare & quodā modo reuocare fugientem. Vnde iam pleno

Aug. Tomus Quintus. S homini-

Quare lex propinquus coniugium per misericordiam.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

M hominibus orbe terrarum, non quidem so-
tores ex patre vel matre, vel ex ambob. suis
parentib. natas, sed tñ amabant de suo genere
ducere vxores. Veruntñ qs dubitet honefius
Genes. 11.

Gene. 17 **A**n regen-
nerationib., ante diluvium
fuerit?

Gene. 4. **A**braha circuncisio postea est imperata, sa-
cra historia tacet. Sacrificasse tñ Deo, etiam
illos antiquissimos homines nō tacet, quod
& in duob. primis fratribus claruit, & Noe
post diluvium cum de arca fuisse egreditus, ho-
mias Deo legitur immolasse. De qua re in p̄
cedentib. libris iam diximus, nō ob aliud dæ
mones arrogantes sibi diuinitatem deosque
se credi cupientes sibi expetere sacrificiū, &
gaudere huiusmodi honoribus, nisi quia ve-
rum sacrificium vero Deo deberi sciunt.

De duobus ex uno procreatis patribus atq;
principibus. Cap. XVII.

Gene. 4. **C**VM ergo esset Adam vtriusque generis
pater, idest, & cuius series ad terrenā,
& cuius series ad cœlestē pertinet ciuitatem; occiso Abel atque in eius interfectione
commendato mirabili sacramento, facti sūt
duo patres singulorū generū, Cain & Seth,
in quorum filiis, quos commemorari oportebat duarum istarum ciuitatum, in genere
mortaliū evidentius indiciaclarere cepe-
runt. Cain quippe genuit Enoch, in cuius no-
mine condidit ciuitatem terrenam. s. non pe-
regrinantem in hoc mundo, sed in eius tem-
porali pace ac fœlicitate quiescentem. Cain

Ibidem.

*Cain, pos-
fessio.*

autem interpretatur possessio, vnde dictum
est, qn natus est, a patre, siue a matre eius: Ac
quisiui hominem per Deum. Enoch vero ip-
terpretat dedicatio, hic enim dedicatur ter-
rena ciuitas, vbi conditur, quoniam hic hēt die aia.
enim, quem intendit, & appetit fineam. Porro ille Seth resurrectio interpretatur, & Enos filius eius interpretatur homo, nō sicut Adā: Et ipsum enim nomen interpretatur homo, sed commune perhibet esse in illa lingua. i. Hebreæ, masculo & foemina. Nam sic de illo scriptum est: Masculum & foeminam fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit no-
men eorum Adam. Vnde non ambigitur sic appellatam fuisse foeminam Euam proprio nomine, vt tñ Adam quod interpretatur ho-
mo, nomen esset amborum. Enos autem sic interpretatur homo, vt hoc non posse foemi-
nam nūcupari periti linguae illius asseuererēt, tanquam filius resurrectionis, vbi nō nubet, neque vxores ducent. Non n. erit ibi genera-
tio, cum illuc perduxerit regenerationis Quare & hoc non incassum notandum arbitror qd in his generationib. quæ propagantur ex illo, q. est appellatus Seth, cu genitile filios filiasq; dicat, nulla ibi genita noiatim, foemina expressa est. In his aut q propagant ex Cain, in ipso fine quo uisq; protendunt nouissima foemina genita nominat. Sic n. legi Mathu- D

sael genuit Lamech, & sumpfit sibi Lamech *Gene. 4.* duas vxores, nomen vni Ada, & nomen secū-
da Sella: & peperit Ada Iohel. hic erat pa-
ter habitantium in tabernaculis * pecorario-
rum. Et nomen fratri eius Iubal, hic fuit
qui ostendit psalterium & citharam. Sella
autem peperit & ipsa Tobel, & erat æra-
rius & malleator armamenti & ferri. Soror au-
tem Tobel Noema. Hucusque porrectæ sunt
omnes generationes Cain, qua sunt omnes ab Adam octo, annumerato ipso Adam, se-
p̄tem scilicet usque ad Lamech, qui duarum maritus vxorum fuit, & octaua est generatio in filiis eius, in quibus commemoratur & se-
mina. Vbi eleganter significatum est, terrenā ciuitatem usque in sui finem carnales habitu-
ram generationes, que marium, foeminaū que coniunctione proueniunt. Vnde & ip-
sa, quod præter eas nūquam reperitur ante diluvium, nominibus propriis exprimitur
vxores illius hominis, qui nominatur hic no-
uisimus pater. Sicut autem Cain, qui inter-
pretatur

Gene.

Abel
Seth

Rom.

Gene.

E pretatur possessio, terren⁹ conditor ciuitatis, & filius eius, in cuius nomine condita est Enoch, qui interpretat dedicatio, indicat ista ciuitatem, & initium, & finem h̄e terrenū, ubi nihil sperat amplius, quād quod in hoc seculo cerni potest. Ita Seth interpretatur resurrectio, qui cum sit generationum seorsū commemorationum pater, quid de filio eius sacra hac historia dicat inueniendum est.

Quid significatū sit in Abel, & Seth, & Enos, quod appareat ad Christū & corpus eius, id est, ecclesiam, pertinere. Cap. XVIII.

Gene. 4. **E**t Seth, inquit, natus est filius, & nominavit nomen eius Enos. Hic sperauit in-

uocare nomen dñi Dei. Nempe clamat attestatio veritatis. In spe igitur viuit homo, filius resurrectionis in spe viuit, quandiu peregrinat hic ciuitas Dei, quæ gignit ex fide resurrectionis Christi. Ex duob. namq; illis hominib. Abel, qui interpretatur luctus & eius frater Seth, qui interpretat resurrectio, mors Christi & vita eius ex mortuis præfiguratur. Ex qua fide gignit hic ciuitas Dei. i. homo, q; sperauit inuocare nomen dñi Dei. Spe enim salui facti sumus, ait Apostolus. Spes autem quæ vñ, non est spes. Quod n. videt quis, quid sperat? Si aut quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacrameti? Nū quid. n. Abel non sperauit inuocare nomen dñi Dei, cuius sacrificiū scriptura tam acceptum Deo fuisse commemorat? Nunquid ipse Seth nō sperauit inuocare nomē dñi Dei? de quo dictum est: Suscitauit. n. mihi Deus sēmen aliud pro Abel. Cur ergo huic proprietribuitur, quod piorum omnium intelligit esse commune, nisi quia oportebat in eo qui de patre generationem in meliorem partē, hoc est, supernę ciuitatis separatarum, pri-

Gene. 4. **G**enus commemoratur exortus, præfigurari hominem. i. hominum societatem, quæ non secundum hominem in re terrenę felicitatis, sed secundum Deum viuit in spe felicitatis eternæ. Nec dictum est, hic sperauit in dominum Deum: aut, hic inuocauit nomē dñi Dei, sed hic sperauit, inquit, inuocare nomē domini Dei. Quid sibi hoc vult, sperauit inuocare, nisi quia propheta est, exorturū populum qui secundum electionem gratiæ in-

uocaret nomen domini Dei. Hoc est quod per alium prophetam dictum, Apostolus de hoc populo intelligit Dei gratiam pertinere. Et erit, omnis quicunque inuocauerit nō

*Rom. 10.
Ieclis. 1.
Enos.*

men domini, saluus erit. Hoc. n. ipsum quod dī: Et nominauit nomen eius Enos: quod interpretatur homo, ac deinde additur. Hic sperauit inuocare nomen domini Dei, satis ostenditur, quod non in ipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis, sicut alibi legitur, qui spem suam ponit in homine, ac per hoc, nec in se, vt sit ciuius alterius ciuitatis, quæ non secundum filium Cain de H. dicat hoc tempore, hoc est, mortalis huius seculi labente transcursum, sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternæ.

De significatione quæ in Enoch translatione monstratur. Cap. XIX.

Nam & ista propago, cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen, quæ septima est ex Adā annumerato Adam, septimus. n. ab illo natus est Enoch, quod interpretatur dedicatio, sed ipse est ille qui translatus, placuit Deo, & insigni numero in ordine generationum, quo sabbatū cōfiscratū est, septimo. f. ab Adam. Ab ipso aut patre istarum generationum, quæ discernuntur a propagine Cain. i. Seth sextus est quarto die factus est homo, & consummavit Deus I

oia opera sua. Sed huius Enoch translatio nostra dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidem iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt nō moriatur ulterius, sed etiam ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio vniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamentum, quæ differunt in finem, quando erit omnium resurrectio, non morituroruim amplius. Siue autem domus Dei dicatur, siue templum Dei, siue ciuitas Dei, id ipsum est, nec abhorret a Latinis eloqui consuetudine. Nam & Virgilius imperiosissimam ciuitatem domum appellat Assaraci, Romanos volens intelligi, qui de Assaraco per Troianos originem ducunt, & domum Aeneæ eisdem ipios, quia eo duce Troiani cū in Italiam venissent, ab eis condita est Roma. Imitatus nāque est poeta ille sacras literas, in quibus dicit domus Jacob tam ingens populus Hebreorum.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De eo quod Cain successio in octo ab Adā generationis clauditur, & posteris ab eodem patre Adam Noe decimus inuenitur. Cap. XX.

Dicit aliquis: Si hoc intendebat scriptor huius historiae in commemorandis generationib. ex Adam per filium eius Seth, vt per illas perueniret ad Noe, sub quo factum est Diluvium, à quo rursus contexerēt ordo nascentium, quo perueniret ad Abraham, à quo Matthaeus Euangelista incipit generationes, qb. ad Christum peruenit aternū regnum ciuitatis Dei, quid intendebat in generationibus ex Cain, & quo eas perducere volebat? R̄sūdetur, vsque ad Diluvium, quo totum illud genus terrenæ ciuitatis absūmptum est, sed reparatū ex filiis Noe. Neq; enim deesse poterit hæc terrena ciuitas, societasq; hominum secundum hominem viuentium vsque ad huius seculi finem. De quo Dñs ait: Filii huius seculi generant, & generantur. Ciuitatem vero Dei peregrinantem in hoc seculo regeneratio perducit ad alterū seculum, cuius filii nec generant nec generantur. Hic ergo generari & generare ciuitati utriusque cōmune est, quanuis Dei ciuitas habeat etiam

Exo. 20.

L

Mas. 22.

Celibat⁹, in conflitu¹⁰ ciuitatis, Dei.

Gymnosophiste.

M Nam si non intendebat author libri huius, aliquem ad quæ necessario perduceret serię

generationum, sicut in illis quæ veniunt de semine Seth: intendebat peruenire ad Noe, à quo rursus ordo necessarius sequeret, quid opus erat prætermittere primogenitos filios, vt perueniret ad Lamech, in cuius filiis finit illa connexio octaua generatione. S. ex Adā, septima ex Cain: quasi esset inde aliquid deinceps cōnectendum, vnde perueniretur, vel ad Israeliticum populum, in quo cœlesti ciuitati etiā terrena Hierusalem figuram propheticam præbuit, vel ad Christum secundū carnē, qui est super oīa Deus benedictus in secula, superne Hierusalem fabricator, atque regenerator, cum tota progenies Cain diluvio sit deleta? Vnde videri potest in eodem ordine generationū, primogenitos suisse cōmemoratos. Cur ergo tam pauci sunt? Non enim vsque ad Diluvium tot esse potuerunt, non vacantib. vsque ad centenariam pubertatem patrib. ab officio generādi, si non erat tunc propterea longævitatis illius etiā sera pubertas. Ut enim per æque tringita annorum fuerint cum filios generare cōperunt, octies triceni, quoniam octo sunt generationes cum Adam, & cum eis quos genuit Lamech, ducenti & quadraginta sunt anni, nū itaque toto deinde tempore vsque ad Diluvium non generauerunt? Quia tandem causa qui hæc scripsit, generationes commemorare noluit, quæ sequuntur. Nam ex Adam vsque ad Diluvium computant anni secundum codices nostros duo milia ducenti sexaginta duo, sīn Hebreos aut, mille sexcenti q̄nqua-ginta sex. Ut ergo istum numerum minorem credamus esse veriorem, de mille sexcentis quinquaginta sex annis, ducenti quadraginta detrahant, nūquid credibile est, per mille quadringtones, & qd̄ excurrit, annos, qui restant vsq; ad Diluvium, pgeniem Cain, à generationib. vacare potuisse? Sed qui ex hoc mouet, meminerit, cum quaererem, quō cōdēdum sit, antiquos illos homines, per tam multos à gignēdis filiis cessare potuisse, duo bus modis istam solutam esse questionem, aut de sera pubertate, proportione tam longæ vitæ, aut de filiis, qui commemorantur in generationibus, quod non fuerint primogeniti, sed hi per quos ad eum, quem intendebat author libri, poterat peruenire, sicut ad Noe in generationibus Seth. Proinde in generationibus Cain, si non occurrit qui debaret

Gene. 4.

A

B

deberet intendi, ad quem prætermis sit primogenitus, per eos qui commemorati sunt, perueniri oportebat, sera pubertas intelligentia restabat, ut aliquanto post centum annos, puberes, habilesque; ad gignendum facti fuerint, ut ordo generationum per primogenitos curreret, & vsque ad diluvium ad numerum annorum tantæ quantitatis occurreret. Quais fieri posit, ut pp aliquam secretiorem causam, quæ me latet, vsque ad Lamech & eius filios generationum perueniente contextu, commendaretur hec ciuitas, q̄ dicimus esse terram, ac deinde cestaret scriptor libri commemmorare cæteras, quæ vsque ad diluvium esse potuerunt. Pot & illa esse causa, cur non ordo generationum per primogenitos duceretur, vt necesse non sit in illis hominibus tam seram credere pubertatem, quod s. eadem ciuitas, quæ Cain in nomine Enoch filii sui condidit, longe lateque; regnare potuerit, & reges hinc non simul plures, sed suis statib. singulos, quos genuissent sibi successores quicunque regnarent. Horum regum primus esse potuit ipse Cain: secundus filius eius Enoch, in cuius nomine, vbi regnaret, condita est ciuitas, tertius Gaius quem genuit Enoch: quartus Manihel quem genuit Gaius quintus Mathusael, quæ genuit Manihel: sextus Lamech, quem genuit Mathusael, qui septimus est ab Adam per Cain. Non autem erat consequens, ut primogeniti in regnum regnantiibus successerent patribus, sed quos regnandi meritum propter virtutem terrena utilem ciuitati, vel fors aliqua reperiret, vel ille potissimum succederet patri hereditario quodam iure regnandi, quæ præ cæteris filiis dilexisset. Potuit autem viuēte adhuc Lamech atque regnante fieri diluvium, ut ipsum cum aliis omnibus hominibus exceptis qui in arca fuerint, quem perderet, inueniret. Neque n. mirandum est, si varia quantitate numerositas annorum interposita, per tam longam statem ab Adam usque ad diluvium non æqualis numeri generationes habuit utraque progenies, sed per Cain septem, per Seth autem dedem, septimus est enim, ut iam dixi, ab Adâ Lamech, decimus Noe, & iō non unus filius Lamech, sicut in cæteris superius, sed plures commemorati sunt, quia incertum erat qd ei fuisset mortuo successurus, si regnandi tempus inter ipsum & diluvium remansisset. Sed quo-

Eph. 1. 10.

Exo. 1. 61.

F

Qua ratione commemorato Enoch, qui fuit filius Cain, totius generationis eius usque ad diluvium sit continua narratio, commemorato autem Enos, qui fuit filius Seth, ad conditionis humanae principium sit reditum. Cap. XXL

Primo autem intuendum est, quemadmodum cum ex Cain generationes enumerantur, commemorato, ante ceteros posteros eius, illo in cuius nomine condita est civitas Enoch, contexti sunt ceteri usque ad illum finem, de quo loquutus sum, donec illud genus, atque illa vniuersa propago diluvio deleretur, cum vero filius Seth unus commemoratus fuisset Enos, nondum usque ad diluvium additis ceteris, articulus quidem interponit, & dicitur: Hic liber nativitatis hominum, qua die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & foeminae fecit eos, & benedixit illos, & cognominavit nomen eorum Adam, qua die fecit illos. Quod mihi vir ad hoc interpositum, ut hinc rursus inciperet ab ipso Adam dinumeratio temporum, non noluit facere, qui hec scriptis in civitate terrena, tanquam eam Deus sic commemoraret, ut non coparetur. Sed quare hinc rediit ad istam recapitulationem, postea quod commemoratus est

Gen. 5. filius Seth homo, qui sperauit inuocare nomen domini Dei, nisi quod oportebat istas duas præponere civitates, unam per homicidam usque ad homicidam: nam & Lamech duabus uxoriis suis se perpetrasse homicidium confessus alteram per eum, qui sperauit inuocare nomen domini Dei? Hoc est quippe in hoc mundo peregrinantibus civitatis Dei totum atque summum in hac mortalitate negocium, quod per unum hominem, quem sane occisis resurrexit genuit, commendandum fuit. Homo quippe ille unus totius supernae civitatis est unitas, nondum quidem completa, sed præmissa ista prophetica præfiguratione complenda. Filius ergo Cain, hoc est filius possessionis cuius nisi terrena civitatis habet nomen in civitate terrena, que in eius nomine condita est?

Psalm. 48. De his nam de quibus cantatur in Psalmo: Inuocabunt nomina eorum in terris ipsum, propter quod sequitur eos quod in alio Psalmus scriptum est: Domine in civitate tua imaginem horum ad nihilum rediges. Filius autem Seth, hoc est, filius resurrectionis, speret inuocare

nomen domini Dei. Eam quippe societatem, hominum præfigurat, quod dicit: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speratus in misericordia Dei. Vanas autem glorias fūmosi, in terra nominis non requirat. Beatus n. vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates, & infanias falsas. Propositum itaque duabus civitatibus una in re huius seculi, altera in spe Dei, tanquam ex communi, quæ aperta est in Adam ianua mortalitatis egredi, ut percurrent, & excurrent ad discretos proprios & debitos fines, incepit dinumeratio temporum, in qua & aliæ generationes adiiciuntur, facta recapitulatione ex Adam, ex K cuius origine dānata, veluti massa una merita dānationi tradita, fecit Deus alia in contumeliam vasa iræ, alia in honorem vasa misericordiæ, illis reddens, quod debet in pena, istis donans, quod non debet in gratia, ut ex ipsa etiam comparatione vasorum ire, supernumeraria civitas dicat, quæ peregrinatur in terris, non fidere libertate arbitrii sui, sed speret inuocare nomen domini Dei, quoniam voluntas in natura, quæ facta est bona a bono Deo, sed mutabilis ab immutabili, ex nihilo ab eo qui est, & a bono potest declinare, ut faciat malum, quod fit libero arbitrio, & a malo, ut faciat bonum, quod non fit sine diuino adiutorio.

De lapsu filiorum Dei alienigenarum mulierum amore captorum, unde & omnes exceptis octo hominibus diluvio perire miserunt. Cap. XXIL

Hoc itaque libero voluntatis arbitrio generare humano progrediente atque crescente, facta est permixtio, & iniquitate participata quædam virtusque confusio civitatis, quod malum a sexu foemineo causam rursus inuenit, non quidem illo modo quo ab initio. Non enim cuiusquam est tunc fallacia seductæ illegitimæ persuaserum peccatum viris, sed ab initio quod prauis morib. fuerant in terrena civitate, id est, in terrigenarum societate, amata sunt a filiis Dei, ciubus. s. peregrinantibus in hoc seculo alterius civitatis, propter pulchritudinem corporum, quod bonum Dei quidem donum est, sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. Deserto itaque magno bono & bonorum proprio, lapsus est factus ad bonum minimum

minimum, non bonis proprium, sed bonis malisq; commune, ac sic filii Dei, filiarum hominum amore sunt capti, atque ut eis cōiugib. fruerentur in amorem societatis terri- genae defluxerunt, deserta pietate, quam in iuncta societate seruabant. Sic n. corporis pul chritudo a Deo qđem factum, sed tempora le, carnale, infimum bonum, male amā post posito Deo aeterno, interno, & emperno bo no, quemadmodum iustitia delata & aurū amatur ab avaris, nullo peccato auri, sed ho minis, ita se habet omnis creatura. Cū enim bona sit, & bene potest amari & male, bene scilicet ordine custodito, male autem ordine perturbato. Quod in laude * quidam crea- ris breuiter versibus dixit :

a.l. laude quadam, cerei bre uiter di si.

Hæc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.

Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes.

Ordine neglecto pro te qđ conditur abs te. Creator aut si veracriter amet, hoc est, si ipse nō aliud pro illo quod nō est ipse amet, ma le amari non pōt. Nam & amor ipse ordina te amādus est, quo bene amā quod amandū est, vt sit in nobis virtus, qua vivitur bene. Vñ mihi vñ, quod dissimilitio breuis & vera virtus, ordo est amatoris, propter quod in sācto Canticō cantorum cantat sponsa Christi,

Gen. 2. i. ciuitas Dei: Ordinate in me charitatē. Huius sigif charitatis, hoc est, dilectionis & amoris A. ordine perturbato, Deū filii Dei neglexerūt, Gene. 6. & filias hominum dilexerunt. Quib. duobus nominibus latius ciuitas vraque discernitur. Neque n. & illi non erant filii hominum per naturam, sed aliud nomen habere coepérant per gratiam. Nā in eadem scriptura vbi dicti sunt dilexisse filias hominum filii Dei, iidem dicti sunt etiam angeli Dei. Vnde illos multi putant non homines fuisse, sed angelos.

An credendum sit angelos substantia spiritu lis amore speciōrum mulierum captos earundem inisse coniugium, ex quibus gigantes sint creati. Cap. XXIII.

*Q*uam questionem nos transeuntes cō memoratā in tertio hui⁹ operis libro reliquimus insolutā. Vtrū possint angeloi cum spūs sint, corporaliter coire cum fœminis. Scriptum est n. Qui facit angelos suos spūs. i.

eō qui natura spūs sunt, facit esse angelos suos, iniungendo eis officiū nunciandi. Qui enim Græce dī ἀγγελος, quod nomē Latina declinatione angelus perhibetur, Latina lingua nūcius interpretatur. Sed vtrum eorum corpora consequenter adiunxerit, dicendo, Et ministros suos ignē ardētē, an quod charitate tanquam igne spirituali seruere debeat ministri eius, ambiguum est, apparuisse tñ hominib. angelos in talib. corporib. vt nō solum videri, verum etiam tangi possent, et adem verissima scriptura testatur. Et qm̄ c̄ berrima fama est, multiq; se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorū fide dubitā dum non est, audisse cōfirmant, Siluanos & Faunos, quos vulgo incubos vocant, impro- bōs sepe extirisse mulierib. & earū appetitū, ac peregisse cōcubitum. Et quodam demōnes, quos Dufios Galli nuncupant, hanc assūtū immundiciam, & tentare, & efficere, plures, talesq; asseuerant vt hoc negare, impudentię videatur. Non hic * aliqd audeat temere diffinire, vtrum aliqui spūs elemēto acreo corporati (nam hoc elementum etiam cum agitat flabello, sensu corporis tactuq; sentit) polsint etiam hanc patil ibidinē, vt quō pñs, sentientib. fœminis misceantur? Dei tñ ange los sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim, nec de his dixisse Apo- stolum Petrum: Si. n. Deus angelis peccatiib. non pepercit, sed carcerib. caliginis inferi re trudens tradidit, in iudicio puniendo reseruari, sed potius de illis qui primum apostalantes a Deo cum diabolo principe suo ce- ciderunt, qui primum hominem per inuidiam serpentina fraude decepit. Angelos aut suis etiam Dei hoēs nuncupatos, eadē scriptura sancta locupletissimā testis est. Nā & de Ioāne scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuā, qui preparabit viam tuā. Et Malachias propheta, propria quadam, id est, sibi proprie imperita gratia, dictus est angelus. Verum hoc mouet quodam, quod D ex illis qui dicti sunt angeli Dei, & ex mulieribus, quas amauerunt, non quasi homines generis nostri, sed gigantes legimus esse natos, quasi vero corpora hominum modū nostrum longe excedētia, quod etiam supra commemorauit, non etiam nostris temporibus nata sint. Nonne ante paucos annos cum Romane verbis, quod à Goshis fa-

Ibidem.

a.l. hinc.

z. Pet. 2.

Gene. 2.

Matt. 11.

Matt. 4.

Gen. 4.

S 4 Etum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Etum est appropinquaret excidium , Rome
suit foemina cū suo patre & sua matre , qua
corpo quodammodo giganteo longe cæ-
teris præmineret , Ad quam visendam mira-
bilis siebat vsquequa; cō cursus? Et hoc erat
maxima admirationi , quod ambo parentes
eius nec saltem tam longi hoīes erant , q̄ lon-
gissimos videre consueuimus . Potuerunt ergo
gigantes nasci , & prius q̄ filii Dei , qui &
angeli Dei dicti sunt , filiab. hoīum , hoc est ,
secundum hoīem viuentium miscerentur , si
Gene. 6. lii. f. Seth , filiab. Cain . Nam & canonica scri-
ptura sic loquitur , in quo libro hēc legimus
cuius verba ista sunt : Et factum est postquam
coeperunt hoīes multi fieri super terram , &
filia nat̄ sunt illis , videntes angeli Dei filias
hoīum , quia bona sunt , sumpserunt sibi vxo-
res ex omnibus , quas elegerant . Ex dixit dñs
Deus . Non permanebit sp̄us meus in homi-
nib. his in æternum , pp̄ quod caro sunt . Erūt
aut̄ dies eorum centum viginti anni : Gigātes
aut̄ erant super terram in dieb. illis . Et post il-
lud cum intrarent filii Dei ad filias hoīum , &
generarent sibi , illi erant gigantes , a seculo
hoīes nominati . Hac libri verba diuini satis
indican , iam illis dieb. fuisse gigantes super
terram , q̄n filii Dei acceperunt vxores filias
hominū , cum eas amarent bonas . i. pulchras .
Consuetudo quippe scripture huius est etiā
speciosos corpor̄ , bonos vocare . Sed & post
quam hoc factum est , nati sunt gigantes . Sic
enim ait . Gigantes autem erant super terram
in diebus illis . Et post illud , cum intrarent fi-
lii Dei ad filias hominū . Ergo & ante in il-
lis diebus , & post illud . Quod autem . Et gene-
rabant sibi , satis ostendit , quod prius ante q̄
sic caderent filii Dei , Deo generabant , non
sibi . i. non dominante libidine coeundi , sed
seruiente officio propagandi , non familiam
fastus fui , sed ciues ciuitatis Dei , quibus an-
nunciarent tanquam angeli Dei , vt ponerent
in Deo spem suā , similes illius , qui natus est
de Seth , & filius resurrectionis , & sperauit
in uocare nomen domini Dei , in qua spe ef-
fent cum suis posteris coheredes æternorū
bonorum , & sub Deo patre fratres filiorum .
Non autem illos ita fuisse angelos Dei vt ho-
mines non essent , sicut quidam putant , sed
homines proculdubio fuisse scripture ipsa
sine villa ambiguitate declarat . Cū enim præ-
missum esset , quod videntes angeli Dei filias
hominum , quia bona sunt , sumpserunt sibi
vxores ex omnib. quas elegerant , mox adiun-
ctum est . Et dixit dñs Deus , Nō permanebit
spiritus meus in hominib. his in æternum , pp̄
quod caro sunt . Sp̄u Dei quippe fuerant facti
angeli Dei , & filii Dei , sed declinando ad in-
feriora , homines dicuntur nomine naturæ ,
non gratiæ , dicuntur & caro desertores spi-
ritus , & deferendo deserti . Et septuaginta qui-
dem interpretes & angelos Dei dixerūt istos
& filios Dei , quod quidem non omnes codi-
ces habent , nam quidam nisi filios Dei non
habent . Aquila autem quem interpretem Iu-
dæi cæteris anteponunt , nō angelos Dei , nec
filios Dei , sed filios deorum interpretatus est .
Vtrunque autem verum est . Nam & filii Dei
erant , sub quo patre suorum patrum etiam
tres erant , & filii deorum , quoniam a diis ge-
niti erant , cum quib. etiam ipsi dii erant , iux-
ta illud Psalmi , Ego dixi dii estis , & filii ex
celsti omnes . Merito enim creduntur septua-
ginta interpretes accepisse propheticum spi-
ritum , vt si quid eius autoritate mutarent ,
atque aliter quām erat , quod interpretabantur
diceret , neque hoc diuinitus esse dictum
dubitaretur . Quanuis hoc in Hebreo esse
perhibetur ambiguum , vt & filii Dei , & fi-
lii deorum , posset interpretari . Omittamus
igitur earum scripturarum fabulas , quæ apo-
crypha nuncupantur , eo quod earum occul-
ta origo non claudit patribus , a quibus usque
ad nos authoritas veracium scripturarum
certissima & notissima successione puenit .
In his autē apocryphis , etiā inuenitur aliqua
veritas , tamen propter multa falsa nulla est
canonica authoritas . Scriptisse quidem non
nulla diuina Enoch illū septimum ab Adā , Iude. 1.
negare non possumus , cum hoc in epistola H
canonica Iudas Apostolus dicat . Sed nō fru-
stra non sunt in eo canone scripturarum , qui
seruabatur in templo Hebræi populi suc-
cedentium diligentia sacerdotum . Cur autem
hoc , nisi quia ob antiquitatem suspectæ fi-
dei iudicata sunt . nec vtrum hæc essent , que
ille scriptisset , poterat inueniri , num talibus
proferentibus , qui ea per seriem succes-
sionis reperirentur rite feruasse ? Vnde illa , quæ
sub eius nomine proferuntur , etiam conti-
net istas de gigantibus fabulas , quod non ha-
buerint homines patres , recte à prudentibus
iudicantur non ipsius esse credenda , sicut
multa

Angeli fi-
ly Seth,
myfice
dicti.

multa sub nominibus & aliorum Propheta-
rum, & recētiora sub nominib. Apostolorū
ab hæreticis proferuntur, quæ omnia sub no-
mine apocryphorum autoritate canonica
diligenti examinatione remota sunt. Igitur
secundum scripturas canonicas Hebræas at-
que Christianas, multos gigantes ante Dilu-
uiū fuisse dubium non est, & hos fuisse ciues
terrigenæ societatis hoium, Dei aut̄ filios, q.
secundum carnem de Seth propagati sunt,
in hāc societatem deserta iustitia declinasse.
I Nec mirandum est, quod etiam de ipsis gi-
gantes nasci potuerunt. Neque. n. o. ēs gi-
gantes fuerūt, sed magis multi vtiq; tunc fuerūt,
quām post Diluuiū temporib. ceteris. Quos
propterea creare placuit creatori, vt etiam
hinc ostenderetur non solū pulchritudines,
verum etiam magnitudines & fortitudines
corporum non magni pendendas esse sapie-
ti, qui spiritualib. atque immortalib. longe me-
liorib. atque firmioribus & bonorum pro-
priis, non bonorum malorumque commu-
nib. beatificator bonis. Quam rem alias Pro-
pheta commendans ait, Ibi fuerunt gigantes
illi nominati, qui ab initio fuerunt statuosi,
scientes prælium. Non hos elegit Dominus,
nec viam scientiæ dedit illis, sed interierunt,
quia non habuerunt sapientiam, perierunt
propter inconsiderantiam.

Quomodo intelligendum sit, quod eis qui
Diluuiō perdendi erāt Dominus dixerit:
Erunt dies eorum centum viginti anni:
Cap. XXIII.

B Vod autem dixit Deus, Erunt dies eorū
centum viginti anni, non sic accipien-
dum est, quasi prænuntiatum sit, post hēc ho-
mines centum viginti annos viuendo, non
transgredi, cum & post Diluuium etiam quin-
gentos excessisse inueniamus. Sed intelligen-
tia dum est hoc Deum dixisse, cum circa finem
quincentorum annorum esset Noe. i. qua-
dringētos octoginta vita annos ageret, quos
more suo scriptura quingentos vocat, nomi-
ne totius maximam partem plerunque signi-
ficans, sexcentesimo quippe anno vita Noe
secundo mense factum est Diluuium, ac sic
centum viginti anni prædicti sunt futuri vite
hominum periturorum, quib. transactis Di-
luuiō delerentur. Nec frustra creditur sic fa-

ctum esse diluuium, iam non inuentis inter-
ra, qui nō erāt digni tali morte defungi, qua
in impios vindicatum est, non quod hic qc
quam bonis quādoque morituris tale genus
mortis faciat aliquid quod eis possit obesse
post mortem. Veruntamen nullus eorum di-
luiuo mortuus est, quos de semine Seth pro-
pagatos sancta scriptura commemorat. Sic C
autem diuinitus diluuii causa narrat. Vidēs, Diluuij
inquit, Dominus Deus, quia multiplicatè sūt
malitiæ hominū super terram, & quod vnu-
quisque cogitat in corde suo diligenter su-
per maligna omnes dies, & cogitauit Deus,
quia fecit hominem super terram, & recogi-
tauit, & dixit Deus, Delebo hominem quem
feci à facie terræ ab homine usque ad pecus,
& a repertibus usque ad volatilia celi, quia
iratus sum quoniam feci eos.

De ira Dei, quæ incommutabilem tranqui-
litatem nulla inflammatione perturbat.
Cap. XXV.

I Ra Dei non perturbatio animi eius est, sed D
est iudicium, quo irrogatur poena pecca-
to. Cogitatio vero eius & recognitio, muta-
darium rerum est immutabilis ratio. Neque
enim sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti Dei pre-
sui pœnitit, cuius est de omnib. omnino reb. scientia
tam fixa inīia, q. certa præscientia. Sed si non certa, &
vtatur scriptura talib. verbis, non se quodam
modo familiarius inīiuabit omni generi ho-
minum, quib. vult esse consultum, vt & per-
terreat superbientes, & excitet negligentes,
& exerceat querentes, & alat intelligentes.
Quod non saceret si non se prius inclinaret,
& quodammodo descenderet ad iacentes.
Quod autem etiam interitum omnium ani-
malium terrenorum volatiliumque denun-
ciat, magnitudinem futuræ clavis effatur, nō
animantibus rationis expertibus, tanquam &
ipsa peccauerint minatur exitum.

Quod Arca quam Noe iussus est facere, in
omnibus Chistum Ecclesiamq; significet.
Cap. XXVI.

I Am vero quod Noe homini iusto, & sicut Gene. 6,
de illo scriptura veridicaloquitur, in sua
generatione perfecto, non vtique sicut per-
ficiendi sunt ciues ciuitatis Dei in illa im-
mortali-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mortalitate, qua equeabuntur angelis Dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti, imperat Deus, ut arcum faciat, in qua cum suis i. vxore, filiis, & nurib. & cum alib. quæ ad illum ex Dei præcepto in arcâ in gressu sunt, liberaref a diluuii vastitate, pcul- dubio figura est peregrinantis in hoc seculo ciuitatis Dei, hoc est, Ecclesia, que fit salua per lignum, in quo pepedit mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Nam & mē suræ ipsæ lôgitudinis, altitudinis, latitudinis que eius, significant corpus humanum, in cu

1. Tim. 2.

contra Faustum
hb. 12.
cap. 14.

ius veritate ad homines prænunciatus est vē turus, & venit. Humani quippe corporis lô- gitudo a vertice vñque ad vestigia sexies tan- tum habet, quâm latitudo, quæ est ab uno la- tere ad alterum latus, & decies tantū, quâm altitudo, cuius altitudinis mensura est in la- tere à dorso ad ventrem, velut si iacentem hominem metriaris supinū, seu pronum, sexies tantum longus est a capite ad pedes, quâm latus a dextera in sinistrâ, vel a sinistra in dex teram, & decies, quâm altus a terra. Vnde sa- eta est arca trecentorum in longitudine cu- bitorum, & quinquaginta in latitudine, & tri ginta in altitudine. Et quod ostium in latere accepit, profecto illud est vulnus quando la tus crucifixi lancea perforatum est. Hanc q̄ pe ad illum venientes ingrediuntur, quia in de sacramenta manarunt, quibus credentes initiatur. Et quod de lignis quadratis fieri iu- betur, vndique stabilem vitam sanctorum si gnifcat. Quacūque enim vteris quadratū, stabit. cetera, quæ in eiusdem arce constru- ctione dicuntur, ecclesiasticarum signa sunt rerum. Sed ea nunc perseguī longum est, & hoc iā fecimus in opere, quod aduersus Fa- sum Manichæum scripsimus, negantem in

Contra Faustum
hb. 12.
Cap. 8. &
39.

libris Hebræorum aliiquid de Christo esse prophetatum. Et fieri quidem potest, vt & nobis quispiam, & alius alio exponat hæc aptius, dum tamen ea quæ dicuntur, ad hanc de qua loquimur, Dei ciuitatem in hoc secu lo, maligno tanquam in diluicio peregrinante, omnia referantur, si ab eius sensu, qui ista conscripsit, non vult longe aberrare, qui ex ponit. Exempli gratia. Velut si quispiam qđ hic scriptum est. Inferiora bicamerata & tri camerata facies. non quod ego in illo ope re dixi, velit intelligit quia ex omnibus gen- tibus Ecclesia congregatur, bicameratam

dictam, propter duo genera hominum, cir- cunctionem scilicet, & præputium, quos Rom. 3. Apostolus & alio modo dicit Iudeos, & Græcos. Tricameratam vero, eo quod om- nes gentes de tribus filiis Noe post diluuiū reparate sunt, sed alius dicat aliquis, quod a fidei regula non sit alienum. Nam quoniam non solum inferioribus mansiones habere arcum voluit, verum etiam in superioribus, & hæc dixit bicamerata, & in superioribus superioriorum, & hæc appellavit tricamerata, vt ab imo, sursum versus, tertia consurgeret habitatio. Possunt hæc intelligi, & illa tria, quæ commendat Apostolus: fides, spes, cha- ritas. Possunt etiam multo conuenientius tres illæ vberates Euangelicæ tricena, sexa- gena, cœtena, vt in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra vidualis, atque hac su- prior virginalis, & si quid melius secundum fidem ciuitatis huius intelligi, & dici potest. Hoc etiam de ceteris, quæ hic exponenda sunt dixerim, quia & si non differuntur mo- do, ad vnam tamē catholicae fidei concor- diam reuocanda sunt.

Dearca atque diluicio, nec illis esse cōsen- dum, qui solam historiam recipiunt si- ne allegorica significatione, nec illis qui solas figuræ defen- dunt, repudiata hi-

storica verita- te. Caput.

XXVII.

Acto. 1. Co. 13. Mat. 13. Gene. 1.1. fol. me. 13.

N

On tamen quisquam putare debet, aut frustra hæc esse conscripta, aut tantum rerū gestarū veritatē sine vllis allegori- cas significationib. hic esse querendā, aut ecō trario hæc oīno gesta non esse, sed solas esse verborū figuræ, aut quicquid illud est, ne- quaquā ad prophetiam ecclesie pertinere. Quis enim nisi mente peruersis inaniter cri- pos esse cōtendat, libros per aurorū millia tanta religione, & tā ordinatæ successionis obseruatiā custoditos, aut solas res gestas il- lic intuēdas, vbi certe vt alia omittā, si nume rositas aīalium cogebat arcē tantam fieri ma- gnititudinē immunda bina, & munda septena intromitti aīalia, quid cogebat, cum ē quali numero possent vtraque seruari? Aut vero Deus, qui pp reparandum genus seruanda

præce-

X præcepit, eo modo illa quo instituerat, resti-
 tuere non valebat? Qui vero non esse gesta, sed
 solas rerum significandarū figurās esse con-
 tendunt primum opinant tam magnum fieri
 non potuisse diluvium, vt altissimos montes
 q̄decim cubitis aqua crescendo transcende-
 ret, pp Olympi verticē montis, supra quem
 perhibent nubes non posse consendere, qd
 tam * sublimis q̄ cœlum sit, vt non ibi sit aer
 iste crassior, ybi venti, nebulae imbræq; gi-
 gnunt, nec attendunt oīum elementorū cras-
 siam terram ibi esse potuisse. An forte ne-
 gant esse hanc terram verticem montis? Cur
 igit̄ vsque ad illa cœli spatiæ terris exaltari li-
 cuisse, & aquis exaltari non licuisse conten-
 dunt, cum isti mensores & pensores elemen-
 torum, aquas terris perhibeant superiores at
 que leuiores? Quid itaque rōnis afferūt, qua-
 re terra grauior & inferior locum cœli tran-
 quillioris inuaserit per volumina tot annorum,
 & aqua leuior ac superior permissa nō
 sit hoc facere, saltem ad tempus exiguum? Di-
 cunt etiam nō potuisse capere arcę illius q̄-
 titatem aīalium genera tam multa in vtroq;
 sexu bina de immundis, septena de mundis.
L Qui mihi vident̄ nō computare nisi trecenta
 cubita longitudinis, & latitudinis quinqua-
 ginta, triginta altitudinis, nec cogitare aliud
 tantum esse in superiorib. itemq; aliud tantū
 in superiorib. superiorum, ac per hoc ter du-
 eta illa cubita fieri nongenta per longum, cē-
 tum quinquaginta per latum, nonaginta per
 latum. Si aut̄ cogitemus quod Origenes non
 inelegāter astruxit, Moylen. s. hominem Dei
 eruditū, sicut scriptū est, omni sapientia Ae-
 gyptiorū qui Geometricam dilexerūt, Geo-
 metrica cubita significare potuisse, vbi vñi
 quantum lex nostra valere afferant, quis
 non videat, quantum rerum capere potuit il-
 la magnitudo? Nam illud quod disputant tan-
 ta magnitudinis arca non potuisse cōpin-
 gi, inceptissime calunniant, cum sciant im-
 mensas vrbes fuisse constrūtas, nec attendūt
 centum annos, quib. arca illa est fabricata, ni
 si forte lapis lapidi adharrere potest sola cal-
 ce coniunctus, vt murus per tot millia circū
 agatur, & lignum ligno per subscudines epi-
 nos, clavos & glutem bituminis non potest
 adharrere, vt fabricet arca, non curuis sed re-
 ctis lineis longe lateq; porrecta, quam vn-
 de nullus in mare mitat conatus hominum,
 sed leuet vnda cum venerit naturali ordine
 ponderum, magisque diuina prouidentia, q̄
 humana prudentia natūrem gubernet, ne in-
 currat vbi cunque naufragium. Quod autem
 scrupulosissime quari solet de minutissimis
 bestiolis, nō solum quales sunt mures & stel-
 liones, verum etiam quales locustæ, scarabei,
 muscæ deniq; & pulices, vtrum non amplio-
 ris numeri in arca illa fuerint, quām qui est
 definitus, cum hoc imperaret Deus: prius ad
 monendi sunt, quos hēc mouent, sic accipiē-
 dum esse quod dictum est, Quę repunt super **Gene. 7.**
 terram, vt necesse non fuerit cōseruari in ar-
 ca, quę possunt in aquis viuere, non solum
 merita, sicut pisces, verum etiam supernatura-
 tia, sicut multæ alites. Deinde quum dī, Ma-
 sculus & foemina erunt, profecto intelligi-
 tur ad reparādum genus dici, ac per hoc nec
 illa necesse fuerat ibi esse, quę possunt sine
 concubitu, de quibusque rebus, vel rerū cor-
 ruptionibus nasci: vel, si fuerunt, sicut in do-
 mibus esse confuerunt, sine vlo numero
 definito esse potuisse: aut, si mysterium sacra-
 tiſſimum quod agebatur, & tantæ rei figura
 etiam in veritate facti aliter non posset im-
 pleri, nisi vt omnia ibi certo illo numero
 essent, quę viuere in aquis natura prohiben-
 te non possent, non sicut ista cura illius homi-
 nis, vel illorum hominum, sed diuina. Non
 enim ea Noe capta intronmittebat, sed venien-
 tia & intrantia permittebat. Ad hoc enim ya-
 let, quod dictum est, Intrabunt ad te, non sci-
 licet hominis actu, sed Dei nutu, ita sanè, vt
 non illic suis credenda sint, quę sexu carēt.
 Præscriptum est enim atque definitum, ma-
 sculus & foemina erūt. Alia sunt quippe, que
 de quibusque rebus sine concubitu ita nascū-
 tur, vt postea concubant, & generent, sicut
 mulc̄, alia vero in quibus sit maris, & foemi-
 ne, sicut apes: Ea porrò quae sic habent sexū,
 vt non habeant foetum, sicut muli & mulæ,
 mirum si ibi fuerunt, ac non potius parentes
 eorum ibi fuisse sufficerit, equinum videlicet,
 atque asinum genus, & si aliqua alia
 sunt, quę commixtione diversi generis, ge-
 nus ali quod gignunt. Sed & si hoc ad myste-
 riū pertinebat, ibi erant. Habet enim &
 hoc genus masculum & foeminam. Sole-
 etiani mouere nonnullos genera escarum,
 quę illic habere poterant animalia, que
 non nisi carne vesci putantur, vtrum pre-
 ter

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ter numerum ibi fuerint fine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necesitas illuc coegeret includi, an vero, quod potius est credendum, præter carnes aliqua alimēta esse potuerunt, quæ omnib. conuenirent. Non uimus enim quām multa animalia, quib. caro cibus est, frugib. pomisq; vescātur, & maxime fico, atque castaneis. Quid ergo mirū, si vir ille sapiens, & iustus, etiam diuinitus admonitus, quid cuique congrueret sine carnis aptam cuiq; generi alimoniam præparauit, & recondidit? Quid est autem, quo vesci non cogeret fames? aut quid non suave ac salubre facere posset Deus, qui etiam, vt sine cibo viuerent, diuina facilitate donaret, nisi vt pascuntur etiam hoc implendæ figurae tanti mysterii conuenire? Non autem ad præfigurandam ecclesiam pertinere tā multiplicia rerum signa gestarum, nisi fuerit contenter, nemo permittitur opinari. Iam enim gentes ita ecclesiam repleuerunt, mundique, & immundi, donec certum perueuiatur ad finem, ita eius uinitatis quadam compagine continēt, vt ex hoc uno manifestissimo etiam de ceteris, quæ obscurius aliquanto dicta sunt, & difficilius agnoscī queunt, dubitari phas nō sit. Quæ cum ita sint, si nec inaniter ista conscripta esse putare quisquā, vel durus audebit, nec nihil significare cum gesta sint, nec sola dicta esse significativa nō facta, nec aliena esse ab ecclesia significanda probabilitate dici potest, sed magis credendum est, & sapienter esse memorie literisq; mandata, & gesta esse, & significare aliiquid, & ipsum aliquid ad præfigurandam ecclesiam pertinere. Iam vñq; ad hūc articulum pdu-
etus liber
ite
claudendus est, vt amborum ciuitatum cursus, terrenæ, sci-
licet secundum hominem uiuentis, & cœlestis secundum Deum post diluuium, & deinceps in rebus consequentibus requiri-
tur.

D. AVRELII AVGUSTINI
Episcopi De Ciuitate Dei
ad Marcellinum.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

An post diluuium à Noe usque ad Abraham aliquæ familiae secundum Deum uiuentū reperiantur. Cap. I.

POST diluuium procurrentis sanctæ vestigia ciuitatis, utrum continuata sint, an intercurrentib. impietatis interrupta temporibus, ita ut nullus hominum veri vnius Dei cultor existeret ad liquidum scripturis loquentib. inuenire difficile est, propterea q; in canonicis libris post Noe q; cū cōiuge, ac trib. filiis, cotidēq; nurib. suis meruit per arcā a vastatione diluuii liberari, non inuenimus vñq; ad Abraham cuiusquam pietatem euidenti diuino eloquio prædicatam, nisi quod Noe duos filios suos Sem & Iaphet prophetica benedictione commendat, intuens & præuidens, quod longe fuerat post futurum. Vnde factum est etiam illud, ut filium suum medium, hoc est primogenito minorem, ultimumq; maiorem, qui peccauerat in patrem, non in ipso, sed in filio eius suo nepote malediceret his verbis: Maledici- Gene. 9.
etus Chanaan puer, famulus erit fratrib. suis. Chanaan porro natus fuerat ex Cham, qui patris dormientis nec texerat, sed potius prodiderat nuditatem. Vnde & confectus adiungit benedictionem duorum maximi & minimi filiorum dicens: Benedictus dominus Deus Sem & erit Chanaan puer illius, laetificet Deus Iaphet, & habitet in domib. Sē: sicut ipsa eiusdem Noe & vineæ plantatio, & ex eius fructu inebriatio, & dormiētis nudatio, & quæ ibi cetera facta atque conscripta sunt propheticis sunt grauidata sensibus, & velata tegminibus.

Quid in filiis Noe prophetice fuerit præfiguratum. Cap. II.

Sed nunc rerum effectu iam in posteris cōsecuto quæ opera fuerant, satis aperta sunt. Quis enim hæc diligenter & intelligenter aduertens, non agnoscat in Christo K Sem

Sem quippe de cuius semine in carne natus est Christus, interpretatur nominatus. Quid autem nominatus Christo, cuius nomen ubique iam fragrat, ita ut in Catico cantorum, etiam ipsa praecinente propheta, vnguento compararet effuso, in cuius domib. idest, Ecclesiis habitat gentium latitudo? Nam Iaphet latitudo interpretat. Cham porro qui interpretat calidus, medius Noe filius tanquam se ab utroque discernens, & inter utrumque remanet, nec in primitiis Israelitarum, nec in plenitudine gentium, quod significat nisi haereticorum genus calidum, non spiritu sapientiae, sed spiritu veritatis astutiae, quod solent haereticorum seruere praecordia, & pacem perturbare sanctorum? Sed haec in usum cedunt proficietum, iuxta illud Apostoli: Oportet haereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis. Vnde etiam scriptum est, filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vetetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum haereticorum calida inquietudine exagitantur, ut aduersus eos defendi possint, & considerant diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius praedicant, & ab aduersario mota quaestio, discendi existit occasio, quamvis non solum qui sunt apertissime separati, verum etiam omnes qui Christiano vocabulo gloriatur, & perdite viuunt, non absurdè potest videri medio Noe filio figurari, passionem proprie Christi, quae illius hois nuditate significata est, & annunciant profitendo, & male agendo exhortantur. De talib. ergo dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ideo Cham in filio suo maledictus est tamen in fructu suo, in corpore suo. Vnde conuenienter & ipse filius eius Chanaan interpretat motus eorum, quod aliud quid est pro opus eorum? Sem vero & Iaphet tanquam circuncisio, & prepucium, vel sicut alio modo eos appellat Apostolus, Iudei, & Graeci, sed vocati, & iustificati, cognita quoquo modo nuditate patris, qua significabatur passio redemptoris, sumentes vestimentum, posuerunt supra dorsa sua, & intrauerunt auersi, & operuerunt nuditatem patris lui, nec viderunt quod reverendo texerunt. Quodam enim modo in passione Christi, & quod pro nobis factum est honoramus, & Iudeorum facinus auersamur. Vestimentum significat sacramentum, dorsum memoriam preteritorum, quia passionem Christi eo siam tempore quo habitat Iaphet in domib. Sem, & malus frater in medio eorum transactam celebret ecclesiam, non adhuc prospicit futuram. Sed malus frater in filio suo, hoc est, in opere suo, puer. Iseruus est fratum bonorum, cum ad exercitationem patientie, vel ad profectum sapientiae scienter vntur malis boni. Sunt nam telle Apostolo quod Christum annunciant non casta. Sed siue occasione, inquit, siue veritate Christus annuntietur, in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Ipse quippe plantauit vineam, de qua dicit Prophet: Vinea domini sabaoth domus Israel est, & bibit de vino eius. Siue ille calix hic intelligatur, de quo dicit. Potestis bibere calicem, quem ego bibitur sum, & Pater, si fieri potest transfeat a me calix iste, quo suam fine dubio significat passionem. Siue quia vinum fructus est vineae, hoc potius illo significatum est, quod ex ipsa vinea, hoc est ex genere Israelitarum carnem pro nobis & sanguinem ut pati posset, assumpsit, & inebriatus est. I. passus est & nudatus. Ibi namque nudatus est. I. apparuit eius infirmitas, de qua dicit Apostolus: Et si crucifixus est ex infirmitate. Vnde item dicit, Infirmitum Dei fortius est hominibus. & stultum Dei sapientius est hominibus. Quod vero cum dictum esset, & nudatus est, addidit scriptura, in domo sua: eleganter ostendit, quod a fratre carnis gente, & domesticis sanguinis sui, virisque a Iudeis fuerat crucem mortemque passus. Hanc passionem Christi foris in sonno tam vocis reprobi annunciant. Non nam quod annunciant intelligunt. Probi autem in interiori homine habent tam grande mysterium atque honorant intus in corde infirmitum & stultum Dei, quia fortius est, & sapientius hominibus. Huius rei figura est, quod Cham exierat hoc nunciauit foris: Sem vero & Iaphet, ut hoc velarent, id est, honoraret ingressi sunt, hoc est, interioris id egerunt. Haec scriptura secreta diuinæ indagamus ut possumus, alias alio magis minusve congruenter, veruntamen fideliter: certum tenentes non ea sine aliqua præfiguratione futurorum gesta atque conscripta: neque nisi ad Christum & eius ecclesiam, quae ciuitas Dei est, esse referenda, cuius ab initio generis humani non defuit prædictio, quam per omnia videmus impleri. Benedictis igitur duobus filiis Noe, atque uno in medio eorum maledicto, deinceps

*Philip. 1.**Esa. 5.**Mat. 20.**Mat. 26.**2. Co. 13.**2. Co. 1.**B*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Incepit usque ad Abrahā de iustorū aliquotum, qui pie Deum colerent commemorationē silitum est per annos amplius q̄ mille. Nec eos desuisse crediderim, sed si omnes commemorarent, nimis longum fieret, & esset h̄c magis historica diligentia, q̄ xp̄hetica prouidētia. Illa itaq; exequī literarum sacrarū scriptor istarū, vel potius per eū Dei sp̄s, quib. non solum narrentur pr̄terita, verum etiam pr̄nūciantur futura, quæ tñ pertinent ad ciuitatem Dēi, quia & de homi nib. qui non sunt ciues eius, qui c̄quid hic d̄, ad hoc d̄, vt illa ex comparatione cōtraria, vel proficiat, vel emineat. Non sanè omnia, quæ gesta narrantur aliquid eriam significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, at texuntur.

Colo enim vomere terra proscindit, sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri mēbra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptant ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & c̄ tera in compaginib. organorum, quæ nō percutiuntur a canentib. sed ea, quæ percussa resonant, his connectuntur. Ita in propheticā historia dicuntur & aliquā, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant, quæ significant & quodammodo religentur.

De generationibus trium filiorum Noe.

Caput III.

DGenerationes ergo filiorum Noe deinceps intuendit, & quod de his dieendū vī attexendum est huic operi, quo ciuitatis vtriusque terrena, & coelestis per tempora proculsus ostendit. Coepit fuit autē commemorari a minimo filio, q̄ vocatus est Iaphet, cuius filii octo nominati sunt, nepotes autē septem de duob. filiis eius, tres ex uno, quatinus ex altero: sunt itaq; omnes quindecim. Filii autem Cham, hoc est, medii filii Noe, quatuor, & nepotes quinque ex uno eius filio, prænepotes duo ex nepote uno, fit eorū summa vndecim. Quib. enumeratis redditur tanquam ad caput & dicitur, Chus autem genuit Nemroth: hic coepit esse gigas super terram. Hic erat gigas venator contra dominum Deum. Propter hoc dicunt: Sicut Nemroth gigas venator cōtra dominum. Et factum est initium regni eius Babylon, Oreg, Archad & Chalâne in terra Senaaf. De terra illa exiit Assur, & ædificauit Ninuem, & Robooth ciuitatē, & Calach, & Dasein inter mediū Niniues & Calach, h̄c ciuitas magna. Ille porro Chus pater gigantis Nemroth primus no minatus est in filiis Chā cuius quinq; filii ī fuerant computati, & nepotes duo. Sed istū gigātem, aut post nepotes suos natos genuit, aut quod est credibilius, seorsum de illo pp̄ eius eminentiam scripture locuta est, quādo quidem & regnum eius commemoratū est. Cuius initium erat illa nobilissima Babylon ciuitas, & quæ iuxta commemoratæ sunt, siue ciuitates, siue regions. Quod vero dictū est, de terra illa, i.e. de terra Sennaar, quæ pertinebat ad regnum Nemroth, exiit Assur, & ædificasse Ninuem, & alias quas contexit ciuitates, longe poste factum est, quod ex hac occasione perstrinxit, propter nobilitatem regni Assyriorum, quod mirabiliter dilatauit Ninus, Beli filius, conditor Niniue ciuitatis magnq; , cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum est, vt a Nino Niniue vocaretur. Assur autem vnde Assyrii, non sicut in filiis Cham medii filii Noe, sed in filiis Sem reperitur, qui sicut Noe maximus filius. Vnde apparet de progenie Sem exortos suis, qui postea regnum gigantis illius obtinerent, & inde procederent, atque alias conderent ciuitates, quarum prima est à Nino appellata Ni niue. Hinc reddit ad alium filium Cham, qui vocabatur Mefram, & commemorantur quos genuit, non tanquam singuli homines, sed nationes septem. Et de sexta velut de sexto filio gens commemoratur exiisse, quæ appellatur Philistium, vnde sunt octo. Inde iterum ad Chanaan redditur, in quo filio maledictus est Cham, & quos genuit vndecim nominantur. Deinde usque ad quos fines peruerenter commemoratis quibusdam ciuitatibus dicitur. Ac per hoc filios, ac nepotibus computatis de progenie Cham, tringinta unus geniti referuntur. Restat commemorare filios Sem maximi filii Noe. Ad eū quippe gradatim generationum istarum peruenit a minino exorta narratio. Sed vnde incipiunt commemorari filii Sem, habet quidam obscuritatis, quod expositione illustrandum est, quia & multum ad rem pertinet quam requirimus. Sic enim legitur: Et Sennatus est etiā ipsi patri omnium filiorum Heber

Indida
aduera
j. ex e
locu. e
de &

Gene.

Ibidem

Gene.

ber fratri Iaphet maiori. Ordo verborum est: Et Sem natus est Heber, etiam ipsi. ipsi Sem natus est Heber, qui Sem pater est omnium

G filiorum. Sem ergo patriarcham intelligi voluit oīum qui de stirpe eius exorti sunt, quos aduerbiū s. ex eodē loco, ex in de idē. Inidem, commemoraturus est, siue sint filii, siue sunt nepotes, & pronepotes, & deinceps inidē exorti. Non sanè istum Heber genuit Sē, sed ab illo quintus in progenitorum serie repetit. Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Cainam, Cainā genuit Sala, Sala genuit Heber. Non itaq; fru-

stra ipse primus noīatus est in progenie veniente de Sēs; & prælatus est ē filii, cū sit qn̄tus nepos, nisi quia verum est quod traditur ex illo, Hebraeos esse cognominatos tāquam Hebraeos, cū & alia positis esse opinio, vt ex Abraham tanq; Abrahā dicti esse videātur. Sed nimur hoc verum est, quod ex Heber Heberci appellati sunt, ac deinde vna detracita litera, Hebrei, quā lingua solus Israel populus potuit obtinere, in quo Dei ciuitas, & in sanctis peregrinata est, & in omnib. sacramento adumbrata. Igitur filii Sem prius sex nominantur, deinde ex uno eorum nati sunt quatuor nepotes eius. Itemq; alter filiorum Sem genuit eius nepotem, atque ex illo itidē pronepos natus est, atque inde abnepos, qui est Heber. Genuit aut̄ Heber duos filios, quorum unum appellauit Phalec, quod interpretat diuidēs. Deinde scriptura subiūgens, rōnemq; huius nominis reddens, quia in diebus eius diuisa est terra. Hoc aut̄ quid sit postea

H apparebit. Alius vero, qui nat⁹ est ex Heber, Gene. 10 genuit duodecim filios, ac per hoc sunt oēs progeniti de Sem viginti septē. In summa igitur oēs progeniti de trib. filii Noe. i. quindicim de Iaphet, & triginta unus de Cham, vi-gintiseptem de Sem, sūn: septuaginta tres. Deinde sequit̄ scriptura dicens: Hi filii Sem in tribub. suis secundum linguas suas, in regionib. suis, & gentib. suis. Itemq; de omnib. Haec, inquit, trib. filiorum Noe secundum generationes eorum, & secūdum gentes eoru. Ab his dispersae sunt insulae gentium super terrā post diluvium. Vnde colligitur septuaginta tres, vel potius quod postea demonstrabitur, septuaginta duas gentes tūc fuisse, non homines. Nam & prius cum fuissent cōmemorati filii Iaphet ita conclusum est: Ex his segregatae sunt insulae gentium in terra sua, vnuſ-

quisque secundum linguam suam in tribub. suis, & in gentib. suis. Iam vero in filiis Chā quodā loco apertius gentes commemoratae sunt, sicut superius ostendit. Mesraim genuit eos, qui dñr Ludieum, & eodem modo cetera vsq; ad septē gentes. Et enumeratis oīb. postea concludens: Hi filii Cham, inquit, in tribub. suis secundum linguas suas in regionib. suis, & in gētib. suis. Propterea ergo mulierum filii non sunt cōmemorati, quia gentib. aliis nascendo accesserunt, ipsi autē gentes facere nequiuierunt. Nam qua alia caula cum filii Iaphet octo enumerantur, ex duob. eorum tantum filii nati commemorantur, & cum filii Cham quatuor nominantur, ex tribus tantum, qui nati sunt adiiciuntur, & cum filii Sem nominantur sex, duorum tantum posteritas attexitur, nunquid ceteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere, sed gentes propter quas commemorari digni essent, nō utique fecerunt, quia sicut nascebantur, aliis gentibus ad debantur.

Gene. 10

De diuersitate linguarum, principioque Ba- M bylonis. Cap. III.

C Vm ergo in suis linguis istae gētes fuisse Gene. 11 referatur, redit tñ ad illud tempus narrator, qn̄ vna lingua omnium fuit & inde iam exponit, quid acciderit vt linguarum diuersitas nasceret. Et erat, inquit, omnis terra labium vnum, & vox vna omnib. Et factū est, cum mouerent ipsi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar & habitauerūt ibi. Et dixit homo proximo suo: Venite faciam lateres, & coquamus illos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, & bitumen erat illis lutum, & dixerunt: Venite ædificemus nobismet ipsis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit usque ad cœlum, & faciamus nobis nomen antequam dispergamur in faciem omnis terræ. Et descendit dominus videre ciuitatem & turrim, quam ædificauerunt filii hominum. Et dixit dominus: Ecce genus vnum labium vnu omnium, & hoc inchoauerunt facere, & nunc non deficient ex illis omnia, quæ conati fuerint facere: venite, & descendentes confundamus ibi linguā eorum, vt non audiat vnu quisque vocem proximi sui. Et dispersit eos dominus inde super A faciem omnis terræ, & cessauerunt ædificantes

Gene. 10

tes

D.AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tes ciuitatem & turrim. Propter hoc appellatum est nomen illius confusio, quia ibi confudit Dñs labium omnis terræ, & inde dispersit illos Dñs Deus super faciem omnis terræ. Ista ciuitas quæ appellata est confusio, ipsa est Babylon, cuius mirabilem constructionem gentium etiā commendat historia. Babylon quippe interpretatur confusio. Vnde colligitur gigantem illum Nemroth fuisse illius cōditorem, qđ superius breuiter fuerat intitulatum, vbi cum de illo scriptura loqueref, ait:

Gene. 10. Initium regni eius fuit Babylon i.e. quia ciuitum cæterarum gereret principatum, vbi esset tanquā in Metropoli habitaculum regni, quanvis perfecta non fuerit vsq; in tantū modum, quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebat altitudo, que ducta est vsq; in cœlum risue vnius turris, eius, quā præcipuum moliebant inter alias, siue oium turrium, que per numerum singularem, ita significare sunt, ut dicitur miles, & intelliguntur millia militum, ut rana, & locusta, sic n. appellata est multitudo ranarum, & locistarum in plagis, quibus Aegyptij percussi sunt.

Psa. 104. per Moyser. Quid autem factura fuerat humana, & vana præsumptio? Cuiuslibet, & quantumlibet in cœlum aduersus Deum altitudinem molis extolleret, quando montes transcederet vniuersos, quando spatium nebuloſi aeris huius traduceret? Quid denique noceret Deo, quantacunque, vel spiritualis, vel corporalis elatio? Tum veramque in cœlum viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad Dominum, non contra Dominum, si cut dictus est gigas iste venator contra Dominum. Quod non intelligentes nonnulli, ambiguo Greco decepti sunt, vt non interpretarentur contra Dominum, sed ante Dominum ēvar̄t̄oy quippe & ante & contra significat. Hoc enim verbum est etiam in Psal-

Iob. 15. mo, Et ploremus ante Dominum qui fecit nos. Et hoc verbū est etiam in libro Iob, vbi scriptum est: In furorem erupisti contra Dominum. Sic ergo intelligentius est gigas ille venator contra Dominum. Quid autem significatur hoc nomine, quod est venator, nisi animalium terrigenarū deceptor, oppressor, extinguitor? Erigebat ergo cum suis populis turrim contra Dominum, qua est impia significata superbia. Merito autem malus punitur affectus, etiam cui nō succedit effectus.

Genus vero ipsum poenæ quale fuit? Quoniam enim dominatio imperantis in lingua **Gene. 11** est, ibi damnata est superbia, vt non intelligetur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti. Sic illa conspiratio dissoluta est, cum quisque ab eo, quem non intelligebat abscederet, nec se nisi ei, cū quo loqui poterat, aggregaret, & per linguas diuisive sunt gentes, dispersę; per terras, sicut Deo placuit, qui hoc, in modis occultis nobilisque incomprehensibilibus fecit.

De descensione Domini ad confundendam **E** lingua ædificantium turrim.
Caput. **V.**

Q uod autem scriptum est, Et descendit **Gene. 11** Dominus videre ciuitatē, & turrim, quam ædificauerunt filii hominum, hoc est, non filii Dei, sed illa societas secundum hominem viuens, quam terrenam dicimus ciuitatem, non loco mouetur Deus, qui semper **Denuo hoc nō mutat** ubique est totus, sed descendere dī, cum aliiquid facit in terra, quod præter visitatum naturę cursum mirabiliter factum præsentiam quadammodo eius ostendat. Nec videndo discit ad tempus, qui nunquam potest aliqd ignorare, sed ad tempus videre & cognoscere dī, quod videri & cognosci facit. Non sic ergo videbatur illa ciuitas, quomodo eam Deus videri fecit, quando sibi quantum displiceret, ostendit. Quanvis possit intelligi Deus ad illam ciuitatem descendisse, quia descendedunt angeli eius in quibus habitat, vt quod adiunctum est, Et dixit Dominus Deus: **Ibidem.** Ecce genus vnum & labium vnum omniū, & cætera, ac deinde additum: Venite & descendentes confundamus ibi linguam eorū, recapitulatio sit, demonstrans quemadmodum factum sit, quod dictum fuerat, descendit Dominus. Si enim iam descendederat, quid sibi vult, venite & descendentes confundamus ibi linguam eorum, quod intelligit angelis dictum, nisi quia per Angelos descendebat, qui in Angelis descendentibus erat? Et bene non ait, Venite & descendentes cōfundite: sed, confundamus ibi linguam eorum: ostendens ita se operari per ministros suos, vt sint etiam ipsi cooperatores Dei: sicut Apostolus dicit, Dei enim sumus cōoperarij.

Qualis

I. Co. 3.

All.
bus m
loquis
Deus

Qualis intelligenda sit locutio, qua Deus Angelis loquitur. Cap. VI.

Gene. i. Poterat & illud quando factus est homo de Angelis intelligi, quod dictum est, Faciamus hominem: quia non dixit, faciat: sed quia sequitur, ad imaginem nostram: nefas est credere ad imaginem Angelorum hominem factum, aut eadem esse imaginem Angelorum & Dei. Et ideo recte illic intelligitur pluralitas Trinitatis. Quae tamen Triuitas, quia unus est Deus, etiam cum dixisset faciamus, & fecit, inquit, Deus hominem ad imaginem Dei: non dixit, fecerunt Dij: aut, ad imaginem Deorum.

Gen. xi. Poterat & hic eadem intelligi Trinitas, tanquam pater dixerit ad filium & spiritum sanctum, Venite descendentes confundamus ibi linguam eorum: si aliquid esset, quod Angelos prohiberet intelligi: quibus potius conuenit venire ad Deum motibus sanctis, hoc est cogitationibus pijs, quibus ab eis consuluntur incommutabilis veritas, tanquam lex aeterna in illa eorum curia superna. Neque enim sibi ipsi sunt veritas, sed creatricis participes veritatis, ad illam mouentur tanquam ad fontem viet: ut quod non habent ex seipsis, capiant ex ipsa: & ideo eorum stabilis est iste motus, quo veniunt, qui non recessunt. Nec sic loquitur Angelis Deus, quomodo nos iniucem loquimur nobis, vel Deo, vel Angelis, vel ipsis Angelis nobis, siue per illos Deus nobis, sed ineffabili suo modo, nobis autem hoc indicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum locutio, ipsis sui facti est immutabilis ratio, que non habet sonum strepantem atque transeunte, sed vim semperne manente, &

All. tribus modis loquitur Deus. H temporaliter operante. Hac loquitur Deus Angelis sanctis, nobis autem aliter longe positis. Quando autem etiam nos aliquid tale locutionis interioribus auribus capimus, Angelis propinquamus. Non itaque mihi assidue reddenda est ratio in hoc opere de locutionibus Dei: Aut enim veritas incommutabilis per seipsum ineffabiliter loquitur, rationalis creature mentibus, aut per mutabilem creaturam loquitur, sine spiritualibus imaginibus nostro spiritui, sine corporalibus vocibus corporis sensui. Illud sane quod dictum est, & nunc non deficiet ex illis omnia, que conati fuerint facere: non dictum est confirmatio, sed tanquam interrogando, sicut solet a

comminantibus dici, quemadmodum ait quidam: Non arma expedient, totaque ex urbe sequentur? Sic ergo accipiendum est tanquam dixerit: Nonne omnia deficient ex illis, quae conati fuerint facere? Sed si ita dicatur, non exprimit comminatorem. Verum propter tardiusculos adjicimus particulam, id est, ne: ut dicceremus, nonne: quoniam voce pronunciantis scribere non possumus pro ne non, & pro nisi scribere solemus. Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis septuagintatres, vel potius ut ratio declaratura est, septuaginta duodecim gentes totidemque; linguas per terras esse ceperunt, quae crescendo, & insulas impleuerunt. Autem est autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam & in Aphrica Barbaras gentes in una lingua plurimas nouimus, & homines quidem multiplicato genere humano, ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse, quis ambigat?

An omnem bestiarum genus etiam remotissimum a terra insula ex eo numero accepunt, qui in Arca Diluvii inundatione seruatus sit. Cap. VII.

Sed quæstio de omni genere bestiarum est, quæ sub cura hominum non sunt, nec sicut ranæ nascentur ex terra: sed sola commixtione maris & feminæ propagantur, sicut lupi & huiusmodi cetera, quo post Diluvium quo ea, quæ in Arca non erant cuncta deleta sunt, etiam in insulis esse potuerunt, si reparata non sunt, nisi ex his, quorū genera in vitroque lexi Arca seruauit. Possunt quidem credi ad insulas natando transisse, sed primas. Sunt autem quædam tam longe posita à continentibus terris ut ad eas nulla videatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas fecerunt adduxerunt, & eo modo ubi habitant earum genera instituerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est: quāuis iuslū Dei siue permisso est opere Angelorum negandum non sit potuisse transferri. Si vero est terra exortæ sunt secundum originē primam, quando dixit Deus: Producat terra animam vivam: multo clarius apparet non tam reparandorum animalium causa, quam figurandarum variatuum gentium propter Ecclesiæ sacramentum in Arca fuisse omnia genera, si in insulis, quod transire non possent multa animalia terra produxit.

Gene. 2.

Aug. Tomus Quintus. T An

An ex propagine Adam vel filiorum Noe
quædam genera hominum mon-
struosa prodierint.
Cap. VIII.

Quæ ritur etiam, vtrum ex filijs Noe, vel potius ex illo uno homine, vnde etiam ipsi extiterunt, propagata esse credendum sit quædam monstruosa genera, quæ gentium narrat historia: sicut perhibetur quidam vnum habere oculum in fronte media, quibusdā plantas versas esse post crura, quibusdā vtriusq; sexus esse naturā, & dexteram mammam virilem, sinistram muliebrem vicibusq; alternis coeundo & gignere & parentalijs ora non esse, eosq; per nares tantummodo suscepito & emissio halitu viuere: alios statuta esse cubitales: quos pygmæos à cubito Græci vocant: alibi quinquennes conceper e feminas, & octauæ in vita annū non excedere. Item ferunt esse gentein, vbi singula crura in pedibus habent: nec poplitem flectunt: sunt mirabilis celeritatis, quos Scopodas vocant, quod per cestum in terra iacentes relupini umbra se pedum protegant: quod dā sine ceruice oculos habere in humeris, & cetera hominum, vel quasi hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musuo pietæ sunt ex libris de prompta velut curiosioris historiæ. Quid dicam de Cynocephalis, quorū canina capita atq; ipse latratus magis bestias quā homines confitetur? Sed omnia genera hominum, quæ dicuntur esse, esse credere non est necesse. Verum quisquis vspiam nascitur homo, id est, animal rationale mortale, quemlibet nostris inusitatū sensibus gerat corporis formam seu colorem, siue motū, siue sonū, siue qualibet vim, qualibet parte, qualibet qualitate naturæ, ex illo protoplasto uno originem ducere nullus fidelius dubauerit. Apparet tamen quid in pluribus natura obtinuerit, & quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio redditur & monstruosis apud nos hominum partibus, talis de modo monstruosis quibusdā gētibus reddi potest. Deus enim creator est omnium, qui vbi, & quando creari quid oporteat, vel oportuerit, ipse nouit: sciens vniuersitatis pulchritudinem, quarum partium vel similitudine, vel diueritate contexat. Sed qui totum inspicere non A potest tanquam deformitate partis offendit-

tur: quoniam cui congruat, & quo referatur, ignorat. Pluribus quam quinis digitis in manibus, & pedibus nasci homines nouimus: & hæc leuior est, quam illa distanta: sed tamē absit, vt quis ita desipiat, vt existimet in numero humanorum digitorum errasse creatorē. quasi nesciens cur hoc fecerit. Ita & si maior diueritas oriatur, scit ille quid egerit, cuius opera iuste nemō reprehendit. Apud Hippo nem̄ natus est homo quasi lunatas habens plantas & in eis binos tantummodo digitos, similes & manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiosæ atq; mirabili adderetur historiæ. Nū igitur iustū propter hoc negabimus ex uno illo qui primus creatus est, esse propagatū? Androgyni quos etiā hermaphroditos nuncupant, quoniam admodū rari sunt, difficile est tamen, vt temporibus desint, in quibus sic veteri, sexus appetat, vt ex quo potius debeat accipere nomen incertum sit: à meliore tamen, hoc est, à masculino, vt appellarentur, loquendi consuetudo prævaluit. Nam nemo vñquam * androgynas, aut Hermaphroditas nuncupavit. Ante annos aliquot nostra certe memoria, in Oriente duplex homo natus est superiorib. membris, inferioribus simplex. Nā duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, vēter autem vñus, & pedes duo sicut viii homini: & tam diu vixit, vt multos ad eum videndum fama contraheret. Quis autem omnes commemorare posit humanos fetus longe dissimiles his, ex quibus eos natos esse certissimum est? Sicut ergo hac ex illo uno negari non possunt originem duce re, ita quæcumq; gentes in diueritatibus corporum ab vñtato naturæ cursu, quem plures & propè omnes tenent, velut exorbiasset tranduntur, si diffinitione illa includuntur, vt rationalia animalia sint atq; mortalia, ab eodē ipso uno primo patre omnium stirpe in trahere confitendū est: si tamen vera sunt, quæ de illarū nationum varietate, & tanta inter se atq; nobiscum diueritate traduntur. Nam & simias, & cercopithecos, & sphingas, si ne sciremus nō homines esse, sed bestias, possent illi historici de sua curiositate glorian tes, velut gentes aliquas hominum nobis impunita vanitate mentiri. Sed si homines sunt, de quibus illa mira conscripta sunt, quid si propterea Deus voluit etiā nonnullas gentes ita creare, ne in his monstris, quæ apud nos

A. I.
derne
auda
perie
huic
nioni
ponit

Gen

nos patet ex hominibus nasci, eius sapientiam quæ naturam fingit humanam, velut artem cuiuspiam minus perfecti opificis putaremus errasse? Non itaque nobis videri absurdum debet, ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quædam monstralia sunt hominum, ita in uniusculo genere humano quædam monstra sunt gentium. Quapropter ut istam questionem pederentim cauteque concludam, mire quidem de monstris omnibus definitum: aut illa, quæ talia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt: aut si sunt, homines non sunt: aut ex Adam sunt, si homines sunt.

H An inferiorem partem terræ, que nostra habitationi contraria est, antipodas habere, credendum sit. Cap. IX.

Q Vod vero & antipodas esse fabulatur, id est, homines à contraria parte terræ, vbi Sol oritur, qn̄ occidit nobis aduersa pedibus nostris calcare vestigia, nulla ratione credendum est. Neq; hoc vlla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi rationi coniectant, eo quod intra conuexa cœli terra suspensa sit, eundemq; locū mundus habeat, & infimum, & medium: & ex hoc opinantur alteram terra partem, quæ infra est, habitatione hominum carere non posse. Nec attendunt etiam, si figura congregata & rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur: nō tamen esse consequens, vt etiam ex illa parte ab aquarū congerie nuda sit terra. Deinde etiam si nuda sit, neque hoc statim necesse est, vt homines habeat: qn̄ nullo modo scriptura ista mentitur, quæ narratis præteritis, facit fidem: eo quod eius prædicta complentur. Nimisque absurdum est, vt dicatur, aliquos homines ex hac in illam partem Oceani immensitate traiecta navigare, ac peruenire potuisse, vt etiam illic ex uno illo primo homine genus insti-tueretur humaum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes, & totidem linguas colliguntur fuisse diuisi, quæramus, si possimus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem Dei, quæ usque ad diluvium, arcamque perduta est: atq; in filios Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur: maxime

in maximo, qui est appellatus Sem: quandoquidem Iaphet ita benedictus est, vt in eiusdem fratri sui domibus habitatet.

De generatione Sem, in cuius progenie tendens ad Abraham ciuitatis Dei ordo dirigitur. Cap. X.

T Enenda est igitur series generationū ab ipso Sem, vt ipsa ostendat post diluvium ciuitatem Dei: sicutē series generationum ab illo, qui est appellatus Seth, ostendebat ante diluvium. Propter hoc igitur scriptura diuina cum terrenā ciuitatem in Babylone, hoc est, in confusione esse monstrasset, ad Patriarcham Sem recapitulando reuertitur, & ordinatur inde generationes usq; ad Abraham, cōmemorato etiam numero annorum quanto quisque ad hanc seriem pertinentem filium genuisset, quantoq; vixisset. Vbi certe agnoscendum est, q; ante promiseram, vt apparat quare sit dictum de filiis Heber nomen vnius Phalec: quia in diebus eius diuisa est terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse diuisam, nisi diuersitatem linguarū?

Omisis igitur ceteris filiis Sem, ad hāc rem non pertinentibus illi connectuntur in ordine generationum, per quos possit ad Abraham perueniri: sicut illi connectebantur ante diluvium, per quos perueniretur ad Noe generationibus, quæ propagata sunt ex illo Adam filio, qui appellatus est Seth. Sic ergo incipit generationuni ita contextio: Et haec generationes Sem. Sem filius Noe centū erat annorum cum genuit Arphaxat secundo anno post diluvium. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxat quingentos annos, & genuit filios & filias, & mortuus est. Sic exequitur ceteros, dicens: Quoto quisque anno vite sua filium genuerit ad istum generationum ordinem pertinentē, qui pertendit ad Abraham: & quot annos postmodum vixerit, intimans eum filios filiasq; genuisse: vt intelligamus vnde potuerint populi accrescere, ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter hæsitemus, vnde tanta spatha terrarum atq; regnorum reperi potuerint de genere Sem, maxime propter Assyriorum regnum, vnde Ninus ille Orientalis dominator usquequaq; populorum ingenti prosperitate regnauit, & latissi-

M

Gen. 10.

Gen. 11.

A

I illuc ex uno illo primo homine genus insti-tueretur humaum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes, & totidem linguas colliguntur fuisse diuisi, quæramus, si possimus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem Dei, quæ usque ad diluvium, arcamque perduta est: atq; in filios Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur: maxime

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mum ac fundatissimum regnum , q̄ diuturno tempore duceretur , suis posteris propagauit. Sed nos ne diutius quam opus est, immoremur: non quot annos quisq; in ista generationū serie vixerit, sed quanto anno vita suæ genuerit filium , hoc ordine memorandum tantummodo ponimus, vt & numerū annorum à transacto diluvio vsq; ad Abraham

Gen. 11.

B colligamus: & præter illa in quibus nos cogit necessitas immorari , breuiter alia , cursimq; tangamus. Secùdo igitur anno post diluvium, Sem cū esset centum annorū, genuit Arphaxat. Arphaxat autem cum esset centum triginta quinq; annorū genuit Cainam , qui cū esset centū triginta annorū genuit Sala. Porro etiam ipse Sala totidem annorum erat, qñ genuit Heber. Centū vero & triginta, & quatuor agebat annos Heber , cum genuit Phalech, in cuius diebus diuisa est terra. Ipse autem Phalech vixit centū triginta annos, & genuit Ragau. Et Ragau centum triginta duos, & genuit Seruch. Et Seruch centum triginta,

Gen. 10.

C & genuit Nachor. Et Nachor septuagintanō uem, & genuit Thara. Thara autē septuaginta, & genuit Abram: quem postea Deus mutato vocabulo, vocavit Abraham. Fiunt itaq; anni à diluvio vsq; ad Abraham nille septuaginta & duo, secundum vulgatā editionem, hoc est, interpretum septuaginta. In Hebreis autē codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri: de quib. rationem, aut nullam, aut difficillimam reddunt. Cum ergo querimus in illis septuagintā duabus gentibus ciuitatem Dei, non possumus affirmare illo tempore, quo erat illis labiū vnum, i.lo quela vna, tunc iam genus humanum alienatū fuisse a cultu veri Deitatis vt in solis istis generationibus pietas vera remaneret, qua descendunt de semine Sem per Arphaxat, & redunt ad Abraham: sed ab illa superbia edificandae turris vsq; in celum, qua impia significatur elatio, terrena apparuit ciuitas, hoc est societas impiorum. Vtrum ista ante non fuerit, an latuerit, an potius vtraq; permanerit pia, s. in duobus filiis Noe , qui benedicti sunt eorumq; posteris: impia vero in eo qui maledictus est, atq; eius progenie, vbi etiam exortus est gigas venator contra dñm , non est diuidatio facilis. Fortassis enim, quod profecto credibilius est, & in filiis duorum illorum iā tunc antequam Babylonia coepisset institui,

suerunt contemptores Dei, & in filiis Chant cultores Dei: vtrunque tamen hominum genus terris nunquam defuisse credendum est. Siquidem & quando dictum est: Omnes de- *Psal. 13.* clinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum , non est usque ad vnum: in utroq; Psalmo, vbi haec verba sunt, & hec leguntur, Nōne cognoscunt omnes, qui operantur iniuriam, qui deuorant plebē meā in cibo panis? Erat ergo etiam tunc populus Dei: vnde illud quod dictum est: Non est qui faciat bonum , non est usque ad vnum: de filiis hominum dictum est, non de filiis Dei. Nam præmissum est: Deus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videret, si est intelligens, aut requires Deum . Ac deinde illa subiuncta , que omnes filios hominum , idest, ad ciuitatem pertinentes, que viuit secundum hominem, & non secundum Deū, reprobos esse demonstrat.

Ibidem.

D

Quod ea primitus lingua in usu hominum fuerit, quæ postea Hebreæ ab Heber nomine nuncupata est: & in cuius familia remansit, cum diuersitas esset facta linguarum . *Cap. XL.*

Q Vamobrem sicut lingua una cum esset omnium, non ideo filii pestilentiae defuerunt: nam & ante diluvium una erat lingua, & tñ omnes præter vnam Noe iusti domum deleri diluvio meruerunt: ita qñ merito elatioris impietatis gentes linguarum diuersitate punite, atque diuisæ sunt, & ciuitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon. Nō defuit dominus Heber: vbi ea quæ ante fuit omnium lingua remaneret. Vnde sicut supra commemo rauit, cum coepissent enumerari filii Sem, qui singuli gentes singulas procrearunt, primus est commemoratus Heber, cum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inueniatur ex ortus. Quia ergo in eius familia remansit haec lingua diuisis per alias linguas ceteris gentibus: quæ lingua prius humano generi nō im merito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebreæ est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab alijs linguis nomine proprio; sicut aliae quoq; vocate sunt nominibus proprijs. Quando autem erat vna, nihil aliud quam humana lingua, vel huma-

Gen. 11.

Gen. 10.

*Al. He
breæ lin
guæ.
Infra lib.
18. 4. 39.*

na

Gen. 10. na locutio vocabatur, qua sola vniuersum genus humanū loquebatur. Dixerit aliquis. Si in diebus Phalech filij Heber diuisa est terra per linguas, id est, homines, qui tunc erant in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendū est ipsum Heber & pterea tale nomen imposuisse filio suo, vt vocaretur Phalec, quod interpretatur diuisio: quia tunc ei natus est, quando per linguas terra diuisa est. i. ipso tempore, vt hoc sit quod dicitur: In diebus eius diuisa est terra. Nā nisi adhuc Heber viueret, quando linguarū facta est multitudo: non ex eius nomine nomē acciperet lingua, quæ apud illū potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima, illa communis: quoniam de pena venit illa multiplicatio mutationē; linguarū: & utique prēter hanc penam esse debuit populus Dei. Nec frustra linguam istā, hoc est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum, qui propagati per Iacob: & insignius atq; eminentius in Dei populum coalescentes, Dei testamēta & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eadem linguā in vniuersam progeniem suam refudit: sed in eam tantum, cuius gēnerationes perducuntur ad Abraham. Quapropter etiam si non euidenter expressum est fuisse aliquid plium genus hominū, quando ab impijs Babylonia condebatur, nō ad hoc valuit hęc obscuritas, vt querētis fraudetur, sed potius vt exerceretur intentio. Cū. n. legitur vñā fuisse linguā primitus omnī, & ante omnes filios Sem commendatur Heber, quanvis ab illo quintus oriatur: & Hebræa vocatur lingua, quām Patriarcharū & Prophetarū: nō solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris custodiuit autho ritas. Profecto itaq; cum queritur in diuisione linguarum, vbi lingua illa reuinare potuerit, quę suit ante communis: quæ sine villa dubitatione, vbi remanet, non ibi fuit illa pena, quę facta est mutatione linguarū, quid aliud occurrit, nisi quod in huius gēte remāserit, à cuius nomine nomen accepit. & hoc iusticie gētis huius non parvū apparuisse veligū, quod cū aliꝝ gentes plectērēt mutatione linguarum, ad istam non peruenit tale supplicium. Sed adhuc illud mouet, quomodo potuerunt singulas gentes facere. Heber, & filius eius Phalec, si vna lingua permāsit ambobus? Et certe vna est Hebræa gens ex Heber propagata vsq; ad Abrahā, & per eū deinceps donec magnus fieret popul⁹ Israel. Quomodo igitur omnes filij qui cōmemorati sunt trium filiorū Noe fecerunt singulas gentes, si Heber & Phalec singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius, quod gigas ille Nemroth fecerit etiam ipse gentē suā: sed propter excellentiam dominatio nis & corporis seorsum eminentius nominatus est, vt maneat numerus septuaginta duarum gentium atq; linguarū. Phalec autē propterea commemoratus est, nō q̄ gentem fecerit: nam eadem ipsa est eius gens Hebræa eademq; lingua sed propter tempus insigne, quod in diebus eius terra diuisa est. Nec mouere nos debet, quomodo potuerit gigas Nē roth ad illud ætatis occurrere, quo Babylon condita est, & confusio facta linguarū, atque ex hac diuisio gentium. Non enim quia Heber sextus est a Noe, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire viuendo. Hoc n. contigit cum plus viuerent, vbi pauciores sunt generationes: minus vbi plures, aut serius nati essent, vbi pauciores, matrius vbi plures. Sanè intelligendum est, quādo terra diuisa est: non solum iam natos fuisse ceteros filios filiorum Noe, qui cōmemoran tur patres gentium, sed et eius ætatis fuisse vt iam vniuersi familias haberent suas, quæ dignæ fuissent nominibus gentium. Vnde nequaquam putandum, quod eo fuerint ordine geniti, quo cōmemorari legunt. Alioquin duodecim filii lechtan, qui erat filius alijs Heber, frater Phalec, quo poterunt iam gētes facere, si post Phalec fratrem suū lechtan natus est, sicut post eum cōmemoratus est, quando quidē tempore quo natus est Phalec, diuisa ast terra. Prōinde intelligendū est, priore quidē Phalec nominatum, sed longe post fratrem suū lechtan fuisse natū, cuius lechtā duo decim filij tam grandes iam familias habere nt, vt in linguas proprias diuidi possent. Sic enim potuit prior cōmemorari, qui erat ætate posterior; quemadmodum prius cōmemorati sunt ex tribus filijs Noe procreati filij Iaphet, qui erat minimus eorum, deinde filij Cham, qui erat medius: postremo filij Sem, qui erat primus & maximus. Illarum autem gentium vocabula partim māserunt, ita

Aug. Tomus Quintus. T 3 vi

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

vt hodie quæ appareat vnde fuerint deriuata: sicut ex Assur Assyri: ex Heber Hebrei, partim temporis vetustate mutata sunt: ita vt vix homines doctissimi antiquissimae historias perscrutantes: nec omnium, sed aliquarum ex ipsis origines gentium potuerint reperire. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur Mistaim, Aegypti perhibentur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli; sicut nec Aethiopum, qui dicuntur ad eum filium Chā pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur plura mutata, quam manētia nomina apparent.

De articulo temporis in Abraham, à quo sanctæ successionis nouus ordo contexitur. Cap. XII.

Nunc iā videamus procursum ciuitatis Dei, etiam ab illo articulo temporis, qui factus est in patre Abrahā vnde incipit esse notitia eis evidenter, & ubi clariora leguntur promissa diuina, quæ nūc in Christo videmus impleri. Sic ergo scriptura sancta in dicāte didicimus: In regione Chaldeorū natus est Abraham: quæ terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldeos autem iam etiā tunc superstitiones impie præualebant, quemadmodū per ceteras gentes. Vna igitur Thara domus erat, ex qua natus est Abrahā, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in qua iam sola etiam Hebreæ lingua remanserat: quāvis & ipse, sicut iam manifestior Dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia seruisse Dijs alienis Iesu Nauue narrat̄e resertur: ceteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias, & in nationes alias defluentibus, Proinde, sicut per aquarum Diluuiū vna domus Noe remanserat ad reparandum genus humanū, sic in Diluvio multarum superstitionum per vniuersum mundū vna remanserat domus Thara, in qua custodita est plantatio ciuitatis Dei. Denique, sicut illic anumeratis supra generationibus ab Adam usq; ad Noe simul cū annorum numeris, & exposita Diluuij causa, priusquam Deus inciperet de Arca fabricanda loqui, ad Noe dicitur: Hæ autem generationes Noe: ita & hic enumeratis generationibus ab illo, qui est appellatus Sem, filio, Noe, usq; ad Abraham. Deinde insignis arti-

cus similiter ponitur, vt dicatur: Hæ sunt generationes Thara. Thara genuit Abrā & Nachor & Arā: & Arā genuit Loth. Et mortuus est Aram corā Thara patre in terra, in qua natus est in regione Chaldeorū. Et sum p̄ferunt Abram & Nachor sibi vxores nomen mulieris Abram Sara, & nomē mulieris Nachor Melcha, filia Aram. Iste Arā pater Melchaz fuit & pater Iesç, quæ Iesca creditur ipsa esse etiam Sara vxor Abrahæ.

Quæ ratio fecisse videatur, vt in transmigratione Thara, qua Chaldeos de ferens in Mesopotamiam transiuit, nulla filij eius Nachor facta sit mentio. Cap. XIII.

Deinde narratur, quemadmodum Thara cum suis regionē deliquerit Chaldeorū, & venerit in Mesopotamiam, & habitauit in Charram. Taceatur aut de uno filio eius, qui vocabatur Nachor, tanquā eum nō duxerit secum. Nā ita narratur: Et sum p̄fuit Thara Abraham filium suū, & Loth filium Aram, filium sui, & Sarā nurum suam vxorē Abrahā, filij sui, & eduxit illos de regiōe Chaldeorū in terrā Chanaan, & venit in Charrā, & habitauit ibi. Nusquam hic nominatur Nachor, & vxor eius Melcha. Sed inuenimus postea cum seruum suum mitteret Abraham ad acepiendam vxorem filio suo Isaac, ita scriptū: Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui, & de omnibus bonis domini sui secū, & exurgēs profectus est in Mesopotamia in ciuitatē Nachor. Isto & alijs sacra huius historia testimonij, ostendit ēt Nachor frēm Abrahē exisse d' regione Chaldeorū, sedesq; constituisse in Melopotamia, ubi cū p̄e suo habitauerat Abrahā. Cur ergo scriptura eū non cōmemorauit, quando ex gente Chaldeorū cū suis pfectus est Thara, & habitauit in Mesopotamia, ubi nō solū Abrahā filius eius, verūtiā Sara nurus eius & Loth nepos eius cōmemorātur, q̄ eos duxerit secū? Cur putamus, nisi forte q̄ à paterna & fraterna pietate desciuerat, & superstitioni adhæserat Chaldeorū, & postea inde, sine penitendo sive perlectionē passus, quod sive speclus haberetur, & ipse emigravit: In libro enim qui inscribitur Iudith, cum quereret Holofernes hostis Israelitarum quæ nā gens illa esset, vtrum aduersus eam bellandum

Gen. 11.

Ioseph 14.

Gen. 7.

Gen. 5.

Gen. 6.

Ibidem.

Gen. 11.

Gen.

Al.
Char.

Iudith 5

dum fuisse, sic ei respōdit Achior dux Ammonitarum, Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, & referam tibi veritatem de populo, qui habitat iuxta montana hæc, & non exhibet mendacium de ore servitui. Hæc enim progenies populi est Chaldeorum & antea habitauerunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldeorum glorioſi, sed declinauerunt de via parentum suorum, & adorauerunt Deum coeli, quem cognouerunt, & proiecerunt eos à facie deorum suorum, & fugerunt in Mesopotamiam, & habitauerunt ibi dies multos. Dixitque illis Deus eorum, ut exirent de habitatione sua, & irent in terram Chanaan, & habitauerunt ibi, & coetera quæ narrat Achior Ammonites. Vnde manifestum est, domum Thara persecutionem passam fuisse a Chaldeis pro vera pietate, qua unus & verus ab eis colebatur Deus.

De annis Tharae, qui in Charra vitæ tempus impleuit. Cap. XIII I I.

Gen. 11. **D**efuncto autem Thara in Mesopotamia vbi vixisse perhibetur ducentos & quinque annos, iam incipiunt indicari facta ad Abraham promissiones Dei, quod ita scriptum est: Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque & ducenti anni, & mortuus est in Charra. Non sic autem accipendum est, quia si omnes hos dies ibi egerit, sed quia omnes dies vitæ suæ, qui fuerūt anni duceti & quinque ibi compleuerit, alioquin nesciretur, quot annos vixerit Thara, * quoniam non legitur quo anno vita suæ in Charam venerit: & absurdum est existimare in ista serie generationum, vbi diligenter commemoratur, quot annos quisque vixerit, huius solius numerum annorum vitæ non commendatum esse memoriar. Quod enim quorundam quos eadem scriptura commemorat, tantum annis, non sunt in hoc ordine, in quo temporum dinumeratio decessione gignentium, & genitorum successione contexitur. Iste autem ordo qui dirigitur ab Adam usque ad Noe, & inde usque Abraham, sine numero annorum vitæ suæ neminem cōtinet. *All. In Charra.*

Quod vero cōmemorata morte Tharae patris Abrahā, deinde legitur, Et dixit dñs ad Abrahā: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & cetera: non quia hoc sequitur in sermonē libri, hoc ēt in rerum gentiarum tempore sequi existimandū est. Erit quippe si ita est indissolubilis quæſio. Post hæc n. verba Dei, quæ ad Abraham facta sunt, scriptura sic loquitur: Et exiit Abraham quemadmodū locutus est illi dñs, & abiit cum illo Loth. Abraham autem erat quinq; & septuaginta annorum cū exiit de Charra. Quō potest hoc verum esse, si post mortem patris sui exiit de Charra? Cū enim esset Thara septuaginta annorum, sicut supra intimatū est, genuit Abraham. Cui numero additis septuaginta quinq; annis, quos agebat Abraham, qm egressus est de Charra, fiunt anni centum & quadraginta quinque. Tot igitur annorum erat Thara, quādo exiit Abraham de illa Mesopotamia ciuitate. Agebat enim annum ætatis suæ septuagesimum quintum, ac per hoc pater eius, qui eum septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, agebat, ut dictum est, centesimum & quadragesimum G quantum annum. Non ergo inde post mortem patris, id est, post ducentos quinque annos quibus pater eius vixit, egressus est, sed annus de illo loco progressionis eius, quoniam ipsius septuagesimus quintus erat, præculdubio patris eius, qui eum septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, centesimus quadragesimus quintus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est, more suo scripturam rediſſe ad tempus, quod iam narratio illa trāfierat, sicut superius cum filios filiorum Noe commemorasset, dixit illos fuisse in gentib. & linguis suis, & tamen postea, quasi hoc ēt in ordine temporum sequeretur. Et erat, in- *Gen. 12.* quid, omnis terra labium unum, & vox una omnibus. Quomodo ergo secundū suas gentes, & secundū suas linguas erant, si una erat omnibus, nisi quia ad illud quod iam transierat, recapitulando est reuersa narratio? Sic ergo & hic cum dictum esset, Et fuerūt dies Tharae in Charra quinq; & ducenti anni, & mortuus est Thara in Charra. De-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Hinde scriptura redeundo ad id q̄ ideo prætermiserat, vt prius de Thara in quod inchoatum fuerat completeretur. Et dixit, inquit, dñs ad Abraham: Exi de terra tua, &c. Post quæ Dei verba subiungitur, Et exiit Abrahā: quē admodū locutus est illi dñs, & abiit cum eo Loth. Abraham autē erat quinque & septuaginta annorū, cum exiit ex Charra. Tunc itaque hoc factum est, qn̄ pater eius centesimū quadragesimum & quintū annum agebat ætatis. Tunc n̄. fuit huius septuagesimus quintus. Soluta est aut̄ quæstio ista, & aliter, vt septuaginta quinque anni Abrahæ qn̄ egressus est de Charra ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldeorum liberatus est, non ex quo natus est, tanquam tunc potius natus habendus sit. Sed beatus Stephanus in Actibus Apostolorū cum ista narraret: Deus, inquit, gloriæ apparuit Abrabæ patri nostro cū esset in Mesopotamia, prius quam habitaret in Charra. Et ait ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā tibi demonstrabo. Secundū hæc verba Stephani non post mortem patris eius locutus est Deus Abrahæ, qui utique in Charra mortuus est, vbi cū illo, & ipse filius habitauit, sed prius quam habitaret in eadem ciuitate, iam tñ cum esset in Mesopotamia.

AET. 7. Iam ergo exierat à Chaldeis. Quod itaq; adiungit Stephanus: Tūc Abraham egressus est de terra Chaldeorum, & habitauit in Charra, non demonstrat, quid sit factum postea: quam locutus est illi Deus. Neque n̄. post illa Dei verba egressus est de terra Chaldeorum, cum dicat ei locutum Deum esse in Mesopotamia, sed ad totum illud tempus pertinet quod ait: Tunc, idest, ex quo egressus est à Chaldeis, & habitauit in Charra. Item q̄ sequitur: Et inde postquam mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac, in qua vos nunc habitatis & patres vestri: non ait, postquā mortuus est pater eius exiit de Charra, sed inde postquā mortuus est pater eius hic eum collocauit. Intelligendum est igitur locutū Deum fuisse cum Abraham, cū esset in Mesopotamia, prius q̄ habitaret in Charra, sed eum in Charam peruenisse cum patre retento apud se præcepto Dei, & inde exiisse septuagesimo & quinto suo, patris aut̄ sui centesimo quadragesimoquinto anno. Collocatum est vero eius in terra Chanaan non

profectionē de Charra post mortem patris eius factam esse dixit, quia iam mortuus erat pater eius, qn̄ emit terram, cuius ibi iam suæ rei cepit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldeorum, dixit Deus: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: non vt corpus inde eijceret, q̄ iam fecerat, sed vt animam euelleret, dicitur. Nō enim exierat inde animo, si spe redeundi, & desiderio tenebatur, quæ spes & desiderium Deo iubente, ac iuuante, & illo obediēt fuit imputanda. Non sanè incredibiliter existimatur, cū postea secutus esset Nachor patrem suum, tunc Abraham præceptum domini impleuisse, vt cum Sara coniuge sua & Loth filio fratri sui exiret de Charra.

Gen. 11.

Gen. 12.

Gen. 21.

AET. 7.

I Am considerandæ sunt promissiones Dei factæ ad Abraham. In his. n̄. apertiora dñi nostri Iesu Christi, hoc est, Dei veri oracula apparere cœperū de populo * piorum, quē propheticā prænuntiavit authoritas, harum piorum, prima ita legitur: Et dixit dñs ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam tibi demonstrauero, & faciam te in gentē magnam, & benedicā te, & magnificabo nōmen tuum, & eris benedictus, & benedicātētes te, & maledicātētes te, & benedicētūr in te omnes tribus terræ. Aduertendum est igitur duas res promissas Abrahæ, vnam scilicet, q̄ terram Chanaan possessorum fuerat semen eius, q̄ significatur vbi dictum est: Vade in terram, quam tibi demonstrauero, & faciam te in gentem magnam: aliā vero longe prestantiorem, nō de carnali, sed de spirituali semine, per q̄ pater est non vnius gentis Israeliticæ, sed omnium gentiū, quæ fidei eius vestigia consequuntur, q̄ promitti cœpit his verbis: Et benedicētūr in te omnes tribus terræ. Hanc promissionē factā arbitratur Eusebius septuagesimoquinto anno ætatis Abrahæ, tanquam mox vt facta est, de Charra exierit Abraham, quoniā scripturæ contradicunt non potest, vbi legitur, Abraham erat quinque & septuaginta annorum, cum exiit de Charra. Sed si eo anno facta

M

De ordine & qualitate promissionum Dei, quæ ad Abraham factæ sunt. Cap. X VI.

A
Eusebius
chronicon.
Gen. 12.

Aet. 7. Cta est ista promissio, iam vtique in Charra cum patre suo demorabatur Abraham. Neque enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset. Nunquidnam ergo cōtradicit Stephano dicenti. Deus gloria apparuit Abraham patri nostro cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra? Sed intelligendum est, quod eodem anno facta sunt omnia, & Dei promissio, antequam in Charra habitaret Abraham: & in Charra habitatio eius, & inde profectio, non solum quia Eusebius in chronicis ab anno huius promissionis computat & ostendit post quadringentos & triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est: verum etiam, quia id commemorat Apostolus Paulus.

Gal. 3. De tribus excellentiorib. gentiū regnis, quo rū vnum, i. Affyriorum, iam tēpore Abraham sublimius eminebat. Cap. XVII.

Gen. 10. **C** Er idem tempus eminentia regna erant gentiū, in quibus terrigenarum ciuitas, hoc est, societas hominum secundū hominē viuētium sub dñatu angelorum desertorum insignius excellebat, regna videlicet tria Sycyoniorum, Aegyptiorum, Affyriorum. Sed Affyriorum multo erat potentius atq; sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius excepta India, vniuersa Asia populos subiugauerat. Asiam vero dico, non illam partem, quæ hu- ius maioris Asia vna prouincia est, sed eam, quæ vniuersa Asia nuncupatur, quam quida in alteram duarum, pleriq; autem in tertiam totius orbis partem posuerūt, ut sint omnes, Asia, Europa, & Aphrica, q; nonnulli æquali diuisione fecerunt. Nanque ista, quæ Asia nū cupatur a meridie per Orientem vsq; in Septētrione vsq; ad Occidentem, atq; inde Aphrica ab Occidente vsq; ad meridiem. Vnde vi dentur orbem dimidiū due tenere Europa, & Aphrica: aliud vero dimidiū sola Asia. Sed ideo illę due partes facte sunt, quia inter vtrāque ab Oceano ingreditur, quicquid aquarum terras interluit, & ab hoc mare magnum nobis facit. Quapropter si in duas par tes orbem diuidas Orientis & Occidentis, Asia erit in vna, in altera vero Europa & Aphrica. Quam ob rem vnum trium regnum, quæ tunc præcelebant, regnum scili-

cet Sycyoniorum non erat sub Affyrijs, quia in Europa erat. Aegyptiorum autem quomo- do eis non subiacebat, à quibus tota Asia tenebatur, solis Indis vt perhibetur exceptis. In Affyria igitur præualuerat dominatus impiæ ciuitatis: huius caput erat illa Babylon, cuius terrigenæ ciuitatis nomen aptissimum est, idest, confusio. Ibi autem Ninus regnabat post mortem patris sui Beli, qui primus illuc regnauerat sexaginta quinque annos. Filius vero eius Ninus, qui defuncto patre successit in regnum, quinquaginta duos regnauit annos, & habebat in regno quadragintatres annos, quando natus est Abraham, qui erat annus circiter millesimus ducentesimus ante conditam Romanam, veluti alte- ram in occidente Babyloniam.

De iterato alloquio Dei ad Abraham, quo ei & semini eius Chanaan terra promittitur. Cap. XVIII.

E Gressus est ergo Abraham de Charra septuagesimo quinto anno ætatis sua, centesimo autē quadragesimo & quinto pa- tris sui, cum Loth filio fratris sui, & Sara cō- iuge sua, & perrexit in terrā Chanaan, & per uenit usque ad Sychem, vbi rursus accepit G diuinum oraculum, de quo ita scriptum est. Et apparuit dominus Abraham, & dixit illi, Se mini tuo dabo terram hāc. Nihil hic de illo semine ei promissum est, in quo pater factus est omnium gétiū, sed de illo solo, de quo pater est vnius Israëlitice gentis. Ab hoc enim semine terra illa possessa est.

De Saræ pudicitia in Aegypto per dominū custoditam, quam Abraham non vxore suam esse dixerat, sed sororem.

Cap. XIX.

D Einde adiūcato ibi altari, & invocato Deo Abraham profectus est inde, & habitauit in eremo, atq; inde ire in Aegyptū fatmis necessitate compulsus est. Vbi vxorē suam dixit sororem suam, nihil méitus. Erat enim & hoc quia propinqua erat sanguine, sic ut etiam Loth eadem propinquitate, cum fratri eius esset filius, frater eius est dictus. Itaque vxorem tacuit, non negauit, coniu- gis tuendam pudicitiam committēs Deo, & humanas

22. q. 3.
c. que
tur.

ris
rat
ux
in
es-
er-
pa-
um
Nō
&
um
fue
xi-
pa-
o-
&
M
ei,
I.
ei
ni
la
ué All. m.
m piorum,
n:
de Gen. 11.
ti-
a-
o-
m
m
tes
ræ.
las
an
ra-
bi
ha-
de
ter
m
m
m
n
A
Eusebius
chronica
Gen. 12.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

L. 22. cōtra Faū. **humanas infidias cauens ut homo: quoniam si periculum quantum cauere poterat, non caueret, magis tentaret Deum, quam speraret in Deo. De qua re contra calumniantem Faustum Manichēum multa diximus. Denī *Hl. c. 35* que factum est, quod de domino presumpſit *¶ 36.* Abraham. Nam Pharao rex Aegypti, qui eā sibi vxorem acceperat, grauiter afflictus marito reddidit. Vbi abſit ut credamus alieno concubitu fuisse pollutā, quia multo est creditibius hoc Pharaonem facere afflictionib. magnis non fuisse permissum.**

I De ſecfione Loth & Abraham, quae illis ſalua charitate complacuit. Cap. XX.

Gen. 13.

Reuero igitur Abraham ex Aegypto in locum unde venerat, tunc Loth fratri filius ab illo in terram Sodomorū, ſalua charitate diſcesit. Diuites quippe facti erant, paſtoresque multos pecorum habere cęperat, quibus inter ſe rixantibus, eo modo familiarium ſuarum pugnacem discordiam vitaue-runt. Poterat quippe hinc, ut ſunt humana etiam inter iplos aliqua rixa conſurgere. Pro inde hoc malum precauentis Abraham verba ſunt ad Loth: Non ſit rixa inter me & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, quia homines nos fratres ſumus. Nonne ecce tota terra ante te eſt? Diſcede à me. Si tu in finitram, ego in dexteram, vel ſi tu in dextram, ego in finitram. Hinc fortassis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum eſt, maior diuidat, minor eligat.

Ibidem.

De tertia promiſſione Dei, qua terram Chanaan Abraham & ſemini eius in perpetuum pollicetur. Cap. XXI.

Gen. 13.

Cum ergo digreſſi eſſent ſeparatiq; habitarent Abraham & Loth neceſſitate iuſtentandæ familiæ, non foeditate diſcordiæ, & Abraham in terra Chanaan, Loth autem eſſet in Sodomis, oraculo tertio dominus dixit ad Abraham: Respiſiens oculi tuis vide à loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, & Aphricum, & Orientem & mare, quia omnem terram quam tu vides tibi dabo, & ſemini tuo uſq; in ſeculum, & faciam ſemen tuum tāquam arenam terræ. Si potest aliquis dinumerare arenam terræ, ſemen tuū dinumerabitur. Surgēs perambula terram in longitudinem eius, & in latitudinem, quia tibi dabo eam. In hac promiſſione vtrum sit etiam illa, qua pater factus eſt omnium gentium, non euidenter appetat. Poteſt enim vi-deri ad hoc pertinere. Et faciam ſemen tuum tanquam arenam terræ: quod ea locutione dictum eſt, quam Græci dicunt Hyperbolem, quæ vtq; tropica eſt non propria. Quo tamen modo, ut ceteris tropis vt ſolere lcri pturam nullus qui eam didicit, ambigit. Iſte autem tropus, iedict, modus locutionis eſt, quando id quod dicitur, longe eſt amplius, quam quod eo dicto significatur. Quis enim non videat, quod ſit incomparabiliter amplior arenæ numerus, quam potest eſſe omnium hominum ab ipſo Adam uſque ad terminum ſeculi? Quanto ergo magis quam ſemen Abraham, non ſolum quod pertinet ad Israeliticam gentem, verum etiam quod eſt & futurum eſt, ſecundum imitationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus. Quod ſemen in comparatione multitudinis impiorum, profecto in paucis eſt: quamuis & ipſi pauci faciant innumerabilem multitudinem ſuam, quæ significata eſt ſecundum hyperbole, per arenam terræ. Sanè iſta multitudine, quæ promittitur Abraham, non Deo eſt innumerabilis, ſed hominibus: Deo aut̄, nec arenæ terre. Proinde quia non tantum gens Israelitica, ſed vniuerſum ſemen Abraham, vbi eſt expreſſa promiſſio, non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiri-tum plurimorum filiorum, cōgruentius arenae multitudini comparatur: potest hinc in-telligi utriusque rei facta promiſſio. Sed id eo diximus, quod non euidenter appetat, quia & illius gentis vnius multitudine, quæ ſe-cundū carnem nata eſt ex Abraham per eius nepotem Iacob in tantū creuit, ut penè omnes partes orbis impleuerit. Et ideo potuit & ipſa ſecundum hyperbole arenæ multitudini cōparari: quia & hæc ſola innumerabili homini multitudine: terrā certe illam ſolam ſignificatam, quæ appellata eſt Chanaan, ne-mo ambigit. Sed quod dictum eſt: Tibi da-bo eam & ſemini tuo uſque in ſeculum: po-teſt mouere nonnullos, ſi uſque in ſeculum intelligent in æternum, ſi autem ſeculū hoc loco ſic accipient, quemadmodum fideliter tenemus,

Gen.

Hebr.

Pſ. 1

Al. 1

criftici

Melc

dech

nis

ni m

riæ fig

bat

ficij

flian

Gen.

Gen.

tenemus, initio futuri seculi, à fine presentis ordiri, nihil eos mouebit, qd et si expulsi sunt Israelitæ de Hierosolymis: manent tamen in alijs ciuitatibus terra Chanaā, & vsq; in finē manebūt, & vniuersa terra illa cū à Christia nis inhabitatur, etiā ipsum semē est Abrahæ.

De superatis ad ab Abraham hostibus Sodomorum quando Loth de captiuitate eripuit, & à Melchisedech sacerdote benedictus est. Cap. XXII.

Hoc responso promissionis accepto, migravit Abraham, & reniansit in alio eiusdem terren loco, id est, iuxta querū Mēbræ, quæ erat in Chebron. Deinde ab hostibus, q; Sodomis irruerunt, cum quinq; reges aduersus quatuor bellum gererent, & vicitis Sodomitis etiam Loth captus esset, liberauit eum Abraham, adductis secū in prelium trecentis decem & octo vernaculis suis & victoriā fecit de regibus Sodomorum, nihilq; spoliiorū auferre voluit, cū rex cui vicerat, obculisset. Sed planè tūc benedictus est a Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi, de quo in epistola quę inscribitur ad Hebræos quā plures Apostoli Pauli esse dicunt, quidā vero negant: multa & magna conscripta sunt. Ibi quippe primū apparuit sacrificiū, quod nūc à Christianis offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud quod longe post hoc factū, per Prophetā dicitur ad Christū, Al. Sa. qui fuerat venturus in carnē: Tu es sacerdos sacrificiū in aternū secundum ordinē Melchisedech. Non scilicet secundum ordinem Aaron: qui dech patrē fuerat auferendus, illucescentibus rebus, quæ illis vmbbris prænotabantur.

Pf. 109. De verbo domini ad Abraham, quo ei promittitur secundum multiitudinem stellarum multiplicanda posteritas: quod credens iustificatus est adhuc in præputatio constitutus. Cap. XXIII.

Gen. 15. **E**tiam tunc factū est verbum domini ad Abraham in visu. Qui cū ei profectio- nē, mercedemq; promitteret valde multā, ille de posteritate sollicitus, quandam Elizer vernaculum suum futurum sibi hæredem dixit continuo quę illi promissus est hæres: nō ille vernaculus, sed qui de ipso Abrahā fue-

rat exiturus: rursusq; semen innumerabile, nō sicut arena terra, sed sicut stellæ celi, vbi mihi magis videtur promissa posteritas celesti felicitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellæ celi ad arenam terræ, nisi quis & istam comparationē instantū esse similem dicat, inquantū etiā stellæ dinumerari non valent? Quia nec omnes eas videri posse credendum est: Nā quanto quisq; acutius intuetur tāto plures videntur. Vnde & acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus, quæ in alia parte orbis nobis remotissima oriri & occidere prohibentur. Postremo quicūq; vniuersum stellarum numerum comprehendens & conscripsisse iactantur, sicut Aratus vel Eudoxus vel si qui alij sunt, eos libri huius contemnit authoritas. Hic sanè illa sententia ponitur, cuius Apo-

Rem. 8.

stolus meminit propter Dei gratiam commendandam: Credidit Abraham Deo, & deputatum est illi ad iustitiam, ne circuncisio gloriarēt, gentesq; incircuncis ad fidē Christi nollet admitti. Hoc enim quando factū est, ut credenti Abrahā deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circuncisus.

De significatione sacrificij, quod Abrahā offerre præceptus est, cū poposcisset ut de his quę crederet doceretur.

Cap. XXIV.

In eodem visu cum loqueretur ei Deus, Gen. 15. etiam hoc ait ad illum: Ego Deus qui te eduxi de regione Chaldaeorum, ut dem tibi terram hanc, ut hæres eius sis. Vbi cum interrogasset Abraham secundū quid sciret, q; hæres eius erit, dixit illi Deus. Accipe mihi iuuenciam trimam, & caprā trimam, & arietem trimum, & turarem, & columbam. Acceptip autem ille hęc omnia, & diuisit illa media, & poluit ea contra faciem alterum alteri. Aues autem non diuisit & descenderunt sicut scriptum est, aues, & federunt super corpora, quę diuisa erant, & non sedit illis Abraham. Circa solis autem occasum, pauperrimus magnus incidit ei, & dictum est ad Abraham: Sciendo scias, quia peregrinum erit semē tuū in terra nō propria, & in servitute redigent eos, & affligēt eos quadringentis.

Gen. 15.
H

Gen. 3.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tis annis: ḡētem autem, cui seruierint iudicabo ego. Post hēc vero exibūt cū supplectili multa. Tu aut̄ ibis ad patres tuos cū pace nutritus in senecta bona. Quarta vero generatione conuerterent se huc. Nōdū enim impleta sunt peccata Amorrēgorū vñq; adhuc. Cū autē iam Sol erat ad occasum, facta est flamma & ecce fornax fumabunda & lampades ignis, quę transierunt per media diuisa illa. In die illa dispositus dominus Deus testamē tum ad Abrāhā dicens: Semini tuo dabo terrā hāc, à flumine Aegypti, vñq; ad flumen magnum Eufraten, Ceneos, & Genezeos, & Cedronēeos, & Cerhēeos, & Phereſeos, & Raphaim, & Amorrēeos, & Chananeos, & Ezeos, & Gergesēeos, & Hiebuseos. Hac omnia in vñtu facta diuinitus atq; dicta sunt, de quibus singulis enucleate differere longum est, & intentionē operis huius excedit.

Illi ergo latē est, nosse debemus: postea quam dīctū est, credidisse Abraham Deo, deputatū esse illi ad iustitiam: non eum in fide defecis se vt diceret. Dominator domine secundum quid sciam, quod hāres eius ero? Terrę quippe promissa erat hāreditas. Non enim ait, vñ de sciam, quasi adhuc non crederet: sed ait, Secundum quid sciam: vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modis agnoscereatur. Sicut non est virginitas Mariæ dissidentia, quod ait: Quomodo fieri istud, quoniā virum non cognosco? Qđ enim futurū esse certa erat, modū quo fieret, inquirebat. Et hoc cū quāsisset, audiuit. Spūs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Denique & hic similitudo data est de tribus animalibus, iuuenia: capra & ariete, & duabus volucribus, turture, & columba, vt secundum hēc futurū sciret, qđ futurū esse iam non ambigeret. Sicut ergo per iuueniam significata sit plebs posita iub iugo legis, per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs regnatura: Quae animalia propterea trima dicuntur, qā cū sint insignes articuli temporum ad Adam vñq; ab Noe; & inde vñq; ad Abraham: & inde vñque ad Dauid, qui reprobatō Saule, primus in regno gentis Israeliticę est domini voluntate fundatus: in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abraham vñque ad Dauid, tanquam tertiam ætatem gerens ille populus adoleuit: sive. aliquid aliud conuenientius

ista significant. Nullo tamē modo dubitauē rim, spiritales ī eo præfiguratos additamēto turris & columba. Et ideo dīctū est: Aues Gen. 15.

autem non diuisi: quoniā carnales inter se diuiduntur, spiritales autem nullo modo: siue à negociosis conuersationibus hominū se remoueāt, sicut turtur: sive iter illas degat, sicut columba, vñtraq; tamen auis est simplex & innoxia: significans & in illo Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuro s̄indiuiduos filios promissionis, & hāredes regni in eterna felicitate mansuros. Aues autē descendentes super corpora, quę diuisa erant: non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris huius, pastum quendā suum de carnalium diuisione quārentes. Quod autem illis confedit Abraham, significat etiā inter illas carnalium diuisiones, veros vñq; in fine seculi perseveraturos fideles. Et circa solis o-

casum quod paucorū irruit in Abraham & timor tenebrosus magnus, & significat circa huius seculi finē magnā perturbationē ac tribulationē futurā fideliū: de qua dominus dīxit in Euangelio. Erit enim tūc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio. Quod vero dīctū est ad Abrāhā: Sciendo scies, quia peregrinū erit semen tuū in terra non propria: & in seruitutē redigent eos, & affligerent eos quadringentis annis: de populo Israel, qui fuerat in Aegypto seruiturus, apertissime prophetarū est. Non quod in eadē seruitute sub Aegyptiis afflignantibus quadringentos annos ille populus fuerat pectoratus, sed in ipsis quadringentis annis prænunciatur est hoc futurū. Quemadmodū enim scriptū est de Thara patre Abrāhā: Et fuerunt dies Thara in Charra quinq; & ducenti anni: non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi cōpletū sunt: ita & hīc, propterea interpositū est. Et in seruitutē redigent eos, & affligerent eos quadringentis annis: qm̄ iste numerus in eadē afflictione cōpletus est, non quia ibi vniuersus peractus est. Quadringenti sanē dicūtur anni propter numeri plenitudinē, quanvis aliquanto amplius sint sive ex hoc tempore cōpotentur, L

quo ista promittebātur Abrāhā: sive ex quo natus est Isaac propter semē Abrāhā de quo ista prædicuntur. Computantur enim sicut superius iam diximus, ab anno septuagesimo & quinto Abrāhā, quando ad eum facta est prima primissio vñq; ad exitum Israēl ex Aegypto

Iluc. 1.

Gen. 15.

K
Ibidem.

Mat. 14.

Gen. 15.

Gen. 11.

Gal. 3.

Aegypto quadringenti & triginta anni: quorum Apostolus ita meminit: Hoc autem dico, inquit, testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuandam promissionem. Iam ergo isti quadringenti & triginta anni, quadringenti poterant nuncupari: quia non sunt multo amplius, quanto magis cum aliquot iam ex isto numero præterissent, quando illa in visu demonstrata & dicta sunt Abrahæ: vel quando Isaac natus est centenario patri suo, a prima promissione post vigintiquinque annos cum iam ex istis quadringentis & triginta quadringenti & quinque remanerent, quos Deus quadringentos voluit nominare, & cetera quæ sequuntur in verbis prænunciantis Dei, nullus dubitauerit ad Israëliticum populu pertinere. Quod vero adiungitur: Cum autem iam Sol erat ad occasum flamma facta est, & ecce fornax sumabunda & lampades ignis, quæ transierunt per media diuisa illa, significat iam in fine seculi per ignem iudicandos esse carnales. Sicut enim afflictio ciuitatis Dei qualis antea nunquam fuit, quæ sub Antichristo futura spectatur, significatur tenebroso timore Abrahæ circa solis occasum, idest, propinquâte iam fine seculi: sic ad solis occasum, idest, ad ipsum iam finem, significatur isto igne dies iudicij dirimens carnales per ignem saluâdos, & in igne damnandos. Deinde testamentum factum ad Abraham, terram Chanaan proprie manifestat, & nominat in ea vnde dicim gentes a flumine Aegypti usq; ad flumen magni Euphratem. Non ergo a flumine magno Aegypti, hoc est, Nilo, sed a paruo quo duidit inter Aegyptum & Palæstinam, ubi est ciuitas Rhinocorura.

Gen. 15.

M
ibidem.
ca
tri
li
na Mat. 14.
di Gen. 15.
e:
a:
os
ui
p
ub
n
sis
fu
ha
in
ibi
ita
ui
gē
ne
us
ter
n
ar,
L
uo
uo
ut
si
ta
ex

De Agar ancilla Saræ, quam eadé Sara Abrahæ voluit esse concubinam. Cap. XXV.

I Am hinc tempora consequuntur filiorum Abrahæ vnius de Agar ancilla, alterius de Sara libera, de quibus in libro superiore iam diximus. Quod autem attinet ad rem gestam, nullo modo est inurendum de hac concubina crimen Abrahæ. Verus est ea quippe ad generandam prolem, non ad explendâ libidinem, nec insultans, sed potius obediens coiungi quæ sua sterilitati credidit esse solatium, si

fœcundum ancillæ vterum, quod natura non poterat, voluntate faceret suum, & eo iure 1. Cor. 7. quo dicit Apostolus: Similiter & vir non habet potestatē corporis sui, sed mulier, vtereatur mulier ad pariendum ex altera, quod nō poterat ex seipso. Nulla est hic cupiditate laetitia, nulla nequitia turpitudo. Ab vxore causa prolis ancilla marito traditur, a marito causa prolis accipitur: ab vtroque non culpa luxus, sed naturæ fructus exquiritur. Denique cū ancilla grauida dominæ sterili superbiret, & hoc Sara suspitione muliebri viro potius imputaret, et ibi demonstrauit Abraham non se amatorem seruum, sed liberum fuisse genitorem, & in Agar Saræ coniungi pudicitiam custodisse, nec voluptatem suam, sed voluntatem illius impletisse: accepisse, nec petuisse, acceditisse, non habuisse, seminasse, non anasse. Ait n. Gen. 16. Ecce ancilla tua in manibus, tuis, vtere ea, quomodo tibi placuerit. O virum viriliter vtem tem foeminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.

De testificatione ad Abraham, qua eidem seni de sterili Sara filium spopondit, patremque eum gentium statuit, & promissi fides sacramento circumcisionis obligatur. Cap. XXVI.

Proptera ost habc natus est Ismael ex Agar, in quo putari posset impletum, quod ei promissum fuerat, cū sibi vernaculum suum adoptare voluisset dicente Deo. Non erit heres tuus hic, sed qui exiet de te, ille erit heres tuus. Hoc ergo promissum ne in ancilla filio putaret impletum, iam cū esset annorum nonaginta & nouem, apparuit ei Deus, & dixit illi: Ego sum Deus, place in conspectu meo, & esto sine querela, & ponam te meum inter me, & inter te, & implebo te valde. Et procedit Abraham in faciem suam, & loquitur efl illi Deus, dicens: Et ecce ego, te Destamentum meum tecū: & eris pater multiū dinis gentium: & nō appellabitur adhuc nomen tuum Abram, sed erit nomen tuū Abraham: quia patrē multarum gentium posuisti: & augebo te valde: & ponā te in gentes, & reges ex te exibunt: & statuam testimoniū meum inter me & te: & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentū æternū, ut sim tibi Deus, & semini tuo post te. Et dabo

Gen. 15.

Gen. 17.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

bo tibi & semini tuo post te terram , in qua incola es , omnem terrā Chanaan in possessionem æternā , & ero illi Deus. Et dixit Deus ad Abraham: Tu autem testamentū meū conservabis: & semen tuū post te in generationes suas . Et hoc est testamentum meum q̄ conseruabis inter me & vos , & inter seimen tuū post te in generationes suas . Circuncidetur omne vestrum masculinū: & circuncidemini.

Enī in carne præputij vestri : & erit in signum testamenti inter me & vos . Et puer octo die rū circuncidetur vobis, vestrū omne masculinū in progenies vestras. Vernaculus & emptitius, ab omni filio alienigena, qui non est de semine tuo, circuncisione circuncideatur, vernaculus domus tuæ, & emptitius. Et erit testamentum meū in carne vētra in testamentum æternū: & qui non fuerit circuncisus masculus, qui non circuncidetur carne præputij sui octauo die , interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meū dissipauit. Et dixit ad Abrahā: Sara vxor tua non appellabitur nomen eius ultra Sara, sed Sarai erit nomen eius. Benedic aūt illam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illū: & erit in nationes, & reges gentium ex eo erunt. Et procedit Abraham super faciem suā, & risit. Et dixit in animo suo dicens: Si mihi centum annos habenti nascetur filius, & si Sara anno rum nonaginta pariet? Dixit aūt Abraham ad Deum: Hismael hic vivat in conspectu tuo . Dixit autem Deus ad Abraham: Ita, Ecce Sarai vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iſaac: & statuam testamentū meum ad illum in testamentum æternū, vt sim illi Deus, & semini eius post illum . De Hismael autem ecce audiuite. Ecce benedixi eum, & amplificabo , & multiplicabo illum valde. Duodecim gentes generabit : & dabo illū in gentem magnam. Testim autem meum statuā ad Iſaac, quem pariet tibi Sarai in tempore hoc ad annum sequentē. Hic apertiora promissa sunt de vocatione gentium in Iſaac, idest in filio promissionis, quo significatur gratia, non natura: quia de sene & anu sterili promittitur filius. Quamuis enim & naturalem procreationis excursum Deus operetur, vbi tñ euidentis opus Dei est, vitiata, & cessa regeneratio. Et quia hoc non per generationem, sed per regenerationē futurum erat, ideo nūc impe-

Gen. 17.

rata est circuncisio: qñ de Sarai promissus est filius, & q̄ omnes non solum filios, verum et seruos, vernaculos, & emptitios circuncidi iubet, ad oēs istam gratiam pertinere testat. Quid n. aliud circuncisio significat, quam vertititate exuta naturam renouatam ? Et quid aliud q̄ Christum octauis dies, qui hebdomada completa, hoc est, post sabbatum resurrexit? Parentum mutantur & nomina: omnia resonant nouitatem, & in testamento veteri obumbratur nouum. Quid est enim quod dicitur testamentum vetus, nisi occultatio noui? Et quid est aliud quod dicitur nouum, nisi veteris revelatio? R̄isus Abrahæ, exultatio est gratulantis, non irrisio diffidētis. Verba quoque eius illa in animo suo: Si mihi centū annos habenti, nascetur filius: & si Sara annorum nonaginta, pariet: non sunt dubitantis, sed ad mirantis. Si quem vero mouet quod dictum est. Et dabo tibi & senini tuo post te, terram in qua tu incola es, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, quomodo accipiat impletum, siue adhuc expectetur impletum: cum possessio quæ cunque terrena æterna cuilibet genti esse non posuit, sciat æternū à nostris interpretari quod Græci appellant αἰώνιον, quod a seculo deriuatū est: αἰών quippe Græce seculum nuncupatur. Sed nō sunt aūt Latini hoc dicere seculare, ne longe in aliud mitterent sensum. Secularia quippe dicuntur multa, quæ in hoc seculo sic aguntur, vbi breui etiam tempore transiunt, e. αἰών au tem quod dicitur, aut non habet finem, aut usque in huius seculi tendit finem.

Gen. 17.

De masculo qui si octauo die non fuerit circuncisus, perit anima eius, quia testamentum Dei dissipauit. Cap. XXVII.

All. Cir cuncisio ne regeneratio signifi cationē futurum erat, ideo nūc impe catur.

Item potest mouere, quō intelligi poterat, q̄ hic dictum est: Masculus qui non circuncidetur carne præputij sui octauo die, interibit anima illa de genere suo , quia testimoniū meū dissipauit. Cū hæc nulla culpa sit paruali, cuius dixit animam peritura, nec ipse dissipauerit testamentum Dei, sed maiores, qui eum circuncidere non curarunt, nisi quia ēt paruali, non secundum suæ vitæ proprietatem, sed secundū cōēm generis humani originem, omnes in illo uno testimoniū Dei dissipauerunt, in quo omnes peccauerunt. Mul ta

Gen. 17.

Rom. 5.

ta quippe appellantur testamenta Dei exceptis illis duobus magnis vetero & novo, qđ licet cuiq; legendō cognoscere. Testamentū autem primum quod factū est ad hominē primum, profectō illud est: Qua die ederitis morte moriēmini. Vnde scriptū est in libro,

Gene. 2.

I

Ecc. 14.

Rom. 4.

Ps. 118.

Gen. 17.

K

Gen. 17.

Rom. 5.

qui Ecclesiasticus appellatur: Omnis caro sicut vestis vetera scit. Testamentum enim est à seculo morte mori eos, qui transgrediuntur precepta Dei. Cum enim lex euidentior postea data sit, & dicat Apostolus: Vbi autē non est lex, nec preuaricatio, quo pacto qđ legitur in Psalmo verū est: Preuaricatores & stimaui omnes peccatores terre: nisi quia omnes legis alicuius preuaricata sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quam ob rem si etiam paruuli, quod vera fides habet nascuntur, non propriè, sed originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur, profecto eo modo quo sunt peccatores etiam preuaricatores legis illius, quæ in paradiſo data est agnoscuntur, ut verum sit vtrunq; quod scrip̄tū est: Preuaricatores estimaui omnes peccatores terræ, & vbi lex non est, nec preuaricatio. Ac per hoc quia circuncisio signum re generationis fuit, non immerito paruulum propter originale peccatum, quo primum Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Sed intelligenda sunt hæc diuina verba tanquam dictum sit: Qui non fuerit regeneratus, interbit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipauit, qñ in Adam cū omnibus etiam ipse peccauit. Si enim dixisset quia hoc testamentum meū dissipauit, nō nisi de ista circuncisione intelligi cogeret. Nunc vero quoniam non expreſſit cuiusmodi testamētū paruulus dissipauerit liberū est intelligere de illo testamento dictū, cuius dissipatio pertinere possit paruulum. Si autē quid quam hoc non nisi de ista circuncisione dictū esse contendit, quod in ea testamentum Dei, qui non est circuncisus dissipauerit paruulus, querat locutionis aliquē modū, quo non aburde posſit intelligi, ideo dissipasse testamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo est dissipatum. Verum sic quoque animaduertendum est, nulla in se negligentia sua iuste interire incircuncisi animam paruili, nisi originalis obligatione peccati.

De commutatione nominum Abrahæ & Sarai, qui cum ob vnius sterilitatem, ob vtriusque autem senectutem generare non possent, munus socunditatis adepti sunt. Cap. XXVIII.

Gen. 17.
Rom. 5.

F Acta igitur promissione tam magna, tamque dilucida ad Abraham, cui euidentissime dictū est: Patrem multarum gentium posui te, & augebo te valde & ponā te in gentes, & reges exhibunt ex te: & dabo tibi ex Sarai filium, & benedicam illū, & erit in nationes, & reges gentiū ex eo erūt: quā promissionē nunc in Christo cernimus reddi, ex illo deinceps illi coniuges nō vocantur in scripturis sicut antea vocabantur Abram & Sarai: sed sicut nos eos ab initio vocauimus, quoniam sic iam vocātur ab omnibus Abraham & Sarai. Cur autem mutatum sit nomen Abrahæ, reddita est ratio: quia patrem, inquit, multarum gentium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est Abraham: Abrā vero, quod ante vocabatur, interpretatur pater excelsus. De nomine autē mutato Sarę non est redditā ratio: sed, sicut aiunt, qui scripserūt interpretationes nominū Hebreōrū, quā his literis sacrī cōtinentur, Sarai interpretatur, princeps mea. Sara autē, virtus. Vnde scriptū est in epistola ad Hebreos: Fide & ipsa Sara virtutē accepit ad emissionem sēminis. Ambo tūt sēnes erāt, sicut scripture statur: sed illa ēt sterilis & liquore mēſtruo iam destituta, propter quod iā parerē posset, ēt si sterilis no fuisset. Porro si fēmina ita sit prouectioris ætatis, vt ei solita mulierum adhuc fluant, de inuenē parere potest, de seniore: nō pōt: quanuis adhuc possit ille senior, sed de adolescētula gignere. Sicut Abraham post mortē Saræ de Cethura potuit, qā viuidam eius inuenit ætātē. Hoc ergo est, qđ mirum commendat Apostolus, & ad hoc dicit Abrahæ iam suisſe corpus emortuū: quoniam non ex omni fēmina, sed ex ea cui esſet adhuc aliquod pariendi tempus extremū, generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus eius intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus viui, sed cadauer est. Quanuis etiam sic solui tollet ista quæſtio, quod de Cethura postea genuit Abraham: quia do num gignendi, quod a domino

Heb. 11.
Al. l. in
conceptio
ne.

Heb. 11.

A

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mino accepit, etiam post obium mansit vxoris. Sed propterea mihi videtur illa, quam fecuti sumus huius questionis solutio prese renda. Quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri de nulla potest foemina lignere: non tunc quidem quando adhuc tam diu viuebant, ut centum anni nondum facerent hominem decrepitum senectutis.

C De tribus viris vel angelis, in quibus ad querGen. 18. cū Membra apparuisse Abrahæ dominus manifestatur. Cap. XXXIX.

I Tem Deus apparuit Abrahæ ad querum Membra in tribus viris, quos dubitandū non est angelos suisse, quanuisquidam existimēt vnu in eis suisse dominū Christū, afferentes eum etiam ante indumentum carnis suis se visibilē. Est quidē diuinz potestatis & inuisibilis, ī corporalis, incōmutabilisq; naturę sine vlla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere: non per id quod est, sed per ali' quid, quod sibi subditū est. Quid autem ... subditum non est? Veruntamē si propterea confirmant horum trium aliquem suisse Christum: quia cum tres vidisset, ad dominum singulariter est locutus: sic enim scriptum est. Et ecce tres viri stabant super eum & videns procurrit obuiā illis ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit: Domine si inueni gratiam ante te: & cetera, cur non etiam illud adhertunt, duo ex eis venisse, ut Sodomiz deleretur, cū adhuc cap. 11. Abraham ad vnum loqueretur, dominum & 12. appellans, & intercedens: ne simul iustū cū

Gen. 19.
lib. 2. de
Trinitate
cap. 11.

D impio in Sodomis perderet? Illos autē duos sic suscepit Loth, & etiam ipse colloquio suo, cum illis singulariter dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset. Ecce domini declinate in domum pueri vestri: & cetera, quæ ibi dicuntur, postea tamen ita legitur: Et tenuerunt angeli manum eius, & manus vxoris eius, & manus duarū filiarū eius in eo quod dominus parceret illi. Et factum est mox ut adduxerūt illum foras, & dixerūt: Saluam fac animā tuam, ne respexeris retro, nec fleris in tota regione, in monte saluu te fac, ne quando comprehendaris. Dixit autem Loth ad illos: Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiam ante te: & quæ sequuntur. Deinde post hæc verba singulare-

ter illi rñdit dominus cū in duobus angelis esset, dicens: Ecce misertus sum faciem tuā, & cetera. Vnde multo est credibilius quod Abraham in tribus, & Loth in duobus viris dominum agnoscabant, cui per singularē numerum loquebantur, etiam cū eos homines esse arbitrarētur. Neq; n. alia ob causam sic eos suscepereunt, ut tanquam mortalibus & humana refectione indigentibus ministraret: sed erat pfecto aliquid, quo ita excellebat, li ceterū homines, ut in eis esse dominū, & sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitiatē illis exhibebant, dubitare non possebant: atq; ideo & ipsos aliquando singulariter, ut in eis dominum appellabāt. Angelos autem suisse scriptura testatur, nec solū in hoc Heb. 13. Genesib; vbi hæc gesta narrantur, verumēt in epistola ad Hebreos, vbi cū hospitalitas laudaretur: per hanc, inquit, etiam quidā nesciētes hospitio receperunt angelos. Per illos igitur tres viros, cū rursus filius Isaac de Sara pmitteretur Abrahæ, diuinitus datum est etiā tale responsum ut diceretur: Abrahā erit in magnam gentē & multam, & benedicetur in eo oēs gētes terrę. Et hic duo illa breuissime plenissimeq; promissa sunt, gens Israel secūdū carnē, & omnes gentes secundum fidem.

De Loth à Sodomis liberato, atque eisdem celesti igne consumptis: & de Abimelech, cuius cōcupiscētia castita-

ti Saræ nocere non potuit.

Cap. XXX.

Post hanc promissionem liberato de Sodomis Loth, & veniente igneo imbre de celo tota illa regio impia ciuitatis in cinere versa est, vbi stupra in masculos in tantā cōsueitudinē conuauerant, quantā leges solent aliorū factorum præbere licentiam. Verū & hoc eorū supplicium, speciem futuri iudicij diuini fuit. Nam ad quid pertinet, quod prohibiti sunt qui liberantur ab angelis retro respicere, nisi quia nō est animo redeūdū ad veterē vitam, qua per gratiā regenerationis exuimus, si ultimum iudicium euadere cogitamus? Denique vxor Loth, vbi respexit, remansit: & in salem conuersa hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapient aliquid, vnde illud caueatur exemplum. Inde rursus Abraham fecit in Geraris

Gen. 19.

G
Gen. 10.

Gene.

Gene.

Gene.

Geraris apud regem ciuitatis illius Abimelech, qđ in Aegypto de coniuge fecerat, eijs intacta similiiter redditā est. Vbi sanè Abraham obiurganti regi curta cuisset uxorem, sororemq; dixisset, aperiens quid timerit, etiam hoc addidit: Etenim vere soror mea est de patre, sed nō de matre, quia de patre suo soror erat Abraham, de quo propinqua eius erat. Tāt̄ autem pulchritudinis fuit, ut etiam in illa aetate posset adamari.

De Isaac secundum promissionem nato, cuius nomen ex risu virtusque parentis est in ditum. Cap. XXXI.

Gene. 21 **H**ec natus est Abraham secundum pmissionem Dei de Sara filius eumque nominauit Isaac quod interpretatur risus. Riserat enim & pater quando ei promissus est, admirans in gaudio: Riserat, & mater, qn̄ per illos tres viros iterum promissus est dubitans in gaudio, quanuis exprobrante angelo, quod risus ille etiam si gaudii fuit, tamen plena fidei non fuit. Post ab eodem angelo in fide etiam cōfirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit: nam quod risus ille non ad irridendum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium pertinebat, nato Isaac, & eo nomine vocato Sara monstrauit. Ait quippe: Risum mihi fecit Deus: quicunque enim audierit, congaudebit mihi. Sed post aliquantum tempus ancilla de domo eiicitur cum filio suo, & duo secundum Apostolum testamenta significantur, vetus & nouum: vbi Sara illius superne Hierusalem, hoc est ciuitatis Dei figuram gerit.

Gene. 4 De obedientia & fide Abraham, qua per oblationem immolandi filii probatus est, & de morte Saræ. Cap. XXXII.

Gene. 22 Inter haec que omnia commemorare nimis longum est, tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio suo Isaac, ut pia eius obedientia probaretur, seculis in notationem proferenda, non Deo. Neque enim omnis est culpanda tentatio, quia & gratulanda est, qua si probatio. Et plerunque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi non verbo, sed experientia tentatione quodammodo interrogâ-

te respōdeat, vbi si Dei munus agnoverit, tūc pius est, tunc solidatur firmitate gratiae, non inflatur inanitate instantie. Nunquam sanè crederet Abraham, quod victimus Deus delectaretur humanis. Quanvis diuino intonante præcepro obedientum sit, non disputandum, verumt̄ Abraham cōfestim filium cū fuisset immolatus, resurrectum credidisse laudans est. Dixerat nanque illi Deus, cum de ancilla & filio eius foras eiiciendis voluntatem coniugis nollet implere: In Isaac vocabitur tibi semen. Et certe ibi sequitur, ac dicitur: Et filium autem ancillæ huius in manam gentem faciam, qui semen tuum est. Quo ergo dictum est: In Isaac vocabitur tibi semen, cum & Hesnaelem Deus semen eius vocauerit? Exponēs autem Apostolus qui sit: In Isaac vocabitur tibi semen, id est, inquit, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed filii promissionis deputantur in semē. Ac per hoc filii promissionis ut sint semē Abraham, in Isaac vocantur, hoc est, in Christo vocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens, quia per hunc operabat impleri, quem Deus iubebat occidi, nō hesitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari poterat non speratus. Sic intellectum est & in epistola ad Hebreos, & sic expositum: Fide, inquit, * præcessit Abraham, a. l. obtutus in Isaac tentatus, & vincum obtulit, qui promissiones suscepit, ad quem dictum est, in Isaac vocabitur tibi semen, cogitans, quia & ex mortuis excitare potest Deus. Proinde ad didit. Pro hoc etiam cum & in similitudine adduxit. Cuius similitudinem, nisi illius de quo dicit idem Apostolus, Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Propterea & Isaac, sicut dominus crucē suam, ita sibi ligna ad victimę locum, quib. fuerat imponendus ipse portauit. Postremo quia Isaac occidi non oportebat, posteaquam est pater eū ferire prohibitus, quis erat ille aries quo immolato impletum est significatio sanguine sacrificium? Nempe quando eum vidit Abraham cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Iesus Christus antequam immolaretur, spinis Iudaicis coronatus? Sed diuina per angelum verba potius audiamus. Ait quippe scriptura, Et extendit Abraham manum suam sumere macharam, ut occideret

Aug. Tomus Quintus. V filium

Gene. 21

Rom. 9.

a. l. obtutus

Hebr. 11

Rom. 8.

L

Gene. 11

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

filium suum. Et vocavit illum angelus Domini de celo, & dixit: Abrahā. Ille autem dixit: Ecce ego, E: dixit: Ne iniicias manum tuam super puerum, atq; facias illi quicquam. Nunc enim sciui quia times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectō pp me. Nunc sciui dictum est. i. nunc sciiri feci: Neque enim hoc nōdum sciebat Deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo, vocavit, vt legitur, Abraham nomen loci illius: Dominus vidit, vt dicant, hodie in mōte Dñs apparuit. Sicut dictum est, nūc sciui, pro eo quod est, nunc sciiri feci, ita hic Dominus vidit, pro eo quod est, Dominus apparuit, hoc est, videri se fecit. Et vocavit angelus Dñi Abraham secundo de celo, dicens: Per memetipsum iuravi dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilectō pp me, nisi benedicens benedic te, & multipli cans multiplicabo semē tuum sicut stellas coeli, & tanquā arenam, quae est iuxta latiū maris. Et hereditate possidebit semen tuū ciuitates aduersariorum suorū, & benedicetur in semine tuo oēs gentes terræ, quia obauisti vocem meam. Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine Abrahe post holocaustū, quo significatus est Christus, etiam iuratione Dei firmata promissio. Sæpe enim promiserat, sed nunq; iurauerat. Quid autem est Dei veri veracisque iuratio, nisi promissi confirmatio, & infidelium quadam increpatio? Post hēc Sarai mortua est, centesimo & vicecentesimo septimo anno vitæ sua, centesimo autem & tricesimo septimo viri sui. Decem q̄ppe annis eam præcedebat ætate, sicut ipse qn̄ sibi ex illa promissus est filius ait, Si mihi annorum centum nasceretur filius, & si Sarai annorum nonaginta pariet? Tūc emit agrum Abraham, in quo sepelivit vxorem. Tunc ergo secundum narrationem Stephanī, in terra illa est collocatus, quoniam cœpit ibi esse possessor, post mortē l. patris sui, qui colligitur ante biennium suis defunctus.

Dei iura-
sio.
Gene. 23

De Rebecca nepte Nachor, quam Isaac accepit vxorem. Cap. XXXIII.

Gene. 25

Deinde Rebeccam neptem Nachor patruī sui, cum annorum quadragesima est Isaac, duxit vxorem, centesimo. l. & quadragesimo anno vitæ patris sui, trienio post

mortem matris suæ. Vt autem illam duceret, qn̄ ab eius patre in Mesopotamiā seruus missus est, qd aliud demonstratum est, cum eidem Gen. 24 seruo dixit Abraham: Pone manum tuā sub foemore meo, & adiurabo te per Dominum Deum cœli, & Dominum terræ, vt non fas mas filio meo Isaac vxorem de filiab. Chananæorum, nisi Dominum Deum cœli & Dominum terræ in carne, quæ ex illo foemo re trahebatur, fuisse vētrum? Nunquid hec parua sunt prænūciatae indicia veritatis, quæ compleri videmus in Christo?

Gene. 1

Quid intelligendum sit in eo quod Abrahā post mortem Sarai accepit vxorem Cethuram. Cap. XXXIII.

Quid autem sibi vult quod Abrahā post mortem Sarai, Cethuram duxit vxorem? Vbi absit, vt incontinentiā suis p̄cēmūr, præsertim in illa iam ætate, & in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii quærebantur, cum iam Deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Isaac per stellas cœli & arenā terræ fide, p̄batisma tenere? Sed p̄fecto si Agar & Hismael doctore Apostolo, C significauerūt carnales veteris testamēti, cur Gen. 4, non etiam Cethura, & filii eius significant carnales, qui se ad testamētum nouum existimant pertinere? Amb̄e quippe & vxores Abrahā & concubinæ sunt appellatae. Sarā vero nunq; dicta est concubina, sed vxor tamē. Nā & qn̄ data est Agar Abrahā, ita scriptum est: Et apprehendit Sarā vxor Abrahā Agar Aegyptiam ancillam suam post decem annos quam habitauerat Abram in terra Chanaan, & dedit eam Abrahā viro suo vxorem. De Cethura autem, quam post obitum Sarai accepit sic legitur: Adiiciens autem Abrahā, sumpfit vxorem; cui nomen Cethura. Ecce amb̄e dicuntur vxores Abrahā, Amb̄e porr̄ concubinæ suis reperiuntur, postea dicente scripturæ Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, & filiis cōcubinarum suarum dedit Abraham dona, & dimisit eos ab Isaac filio suo adhuc se viuo, ad Orientem in terram Orientis. Habent ergo nonnulla munera filii cōcubinarum, sed non perueniunt ad regnum promissum, nec heretici, nec Iudæi carnales, qd præter Isaac nullus est hæres, & nō qui filii carnis, hi filii Rom. 9, Dei, sed

Dei, sed filii promissionis deputantur in semine, de quo dictum est: in Isaac vocabis tibi semen. Neque. n. video cur etiam Cethura post vxoris mortem duxta, nisi propter hoc mysterium dicta sit concubina: Sed quisquis hec non vult in istis significationib. accipere, non calunietur Abraham. Quid si. n. & hoc p. uisum est contra hereticos futuros secundarum aduersarios nuptiarum, vt in ipso patre multarum gentium post obitum coniugis, iterum coniugari demonstraret non esse peccatum? Et mortuus est Abraham, cum esset annorum centum septuaginta quinque. Annorum ergo septuaginta quinque Isaac filius dereliquit, quem centenarius genuit.

De geminis adhuc in utero Rebeccae matris inclusis, quid indicauerit diuina respōsio.

Cap. XXXV.

Iam ex hoc quemadmodum per posteros Abraham ciuitatis Dei percurrent tempora videamus. A primo igitur anno vitę Isaac usq; ad sexagesimum, quo ei nati sunt filii, illud memorabile est, quod cum illi Deum reganti, vt pareret vxor eius, quae sterilis erat, concessisset dñs quod petebat, atq; haberet illa conceptum, gestiebant gemini adhuc in utero eius inclusi. Quia molestia cum angetur, dominum interrogavit, accepitq; respōsum: Due gentes in utero tuo sunt, & duo populi de vētre tuo separabuntur, & populus populū superabit, & maior seruiet minori. Quod Paulus Apostolus magnum vult intellegi gratię documentum, quia nondum illis natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, si ue lysis bonis meritis eligitur minor, maiores reprobato, qm̄ proculdubio quantum attinet ad originale peccatum, ambo pares erāt, quantum aut ad proprium, nullius eorum ullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius instituti operis ratio non finit, vnde &

in aliis iam multa diximus. Quod autem dictum est: Maior seruiet minori: nemo ferè nostrorum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudeorum, minori populo Christiano seruitur. Et reuera quanuis in gente Idumæorum, que nata est de maiore, cui duo nomina erant: nam & Esau vocabatur, & Edom, vnde Idumæi, hoc videri possit impletum, quia postea superanda fuerat à po-

pulo, qui ortus est ex minore, idest, ex Israelico, eq; fuerat futura subiecta tamen in aliiquid maius intentam fuisse istam prophetiā, qua dictum est Populus populum superabit, & maior seruiet minori, conuenientius creditur. Et quid est hoc, nisi quod in Iudeis & Christianis euidenter impletur?

De oraculo & benedictione, quam Isaac non aliter quam pater ipsius merito eiusdem ac dilectione accepit.

Cap. XXXVI.

Accepit etiam Isaac oraculum tale, quae aliquoties pater eius acceperat. De quo oraculo sic scriptum est: Facta est autē famē super terram; prēter famē quę prius facta est tempore Abraham. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gērara. Apparuit autem illi dominus, & dixit: Noli descendere in Aegyptum, habita autem in terra, quam tibi dixerō, & incole in terra hac, & ero tecum, & benedicā te. Tibi enim & semini tuo dabo omnem terram hanc, & statuam iuramentum meum, quod iurauī Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum tanquam stellas cœli, & dabo semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę, pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus vocem meam, & custodiuit prēcepta mea, & mandata mea, & iustifications meas, & legitima mea. Iste Patriarcha nec vxorem habuit aliam, nec aliquam concubinam, sed posteritate duorum geminorum ex uno concubitu prōcreatorum contentus fuit. Timuit sanè etiam ipse periculum de pulchritudine coniugis cum habitaret inter alienos, fecitque quod pater, vt eam fororem diceret, taceret vxorem. Erat enim ei propinquus, & paterno & materno sanguine, sed etiam ipsa ab alienigenis cognito quod vxor eius esset, mansit intacta. Nec ideo tamen istum

Abrahā, comparatio cum Isaac.

Gene. 26 Gene. 12 Gene. 26

V 2 custodi-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Ibidem. custodiuīt p̄cepta mea, & manda: mea, &
iustificationes meas, & legitima mea. Et alio-
rūfus oraculo, Ego sum, inquit, Deus Abra-
ham patris tui, noli timere, tecum. n. sum, &
benedixi te, & multiplicabo semen tuum pp
Abraam patrē tuum. Et intelligamus q̄ caste
Abraham fecerit, quod hominib. impudicis,
& néquitiae s̄ta de scripturis sanctis patroci-
nia requirentib. vñ fecisse libidine. Deinde vt
etiam hoc nouerimus, nō ex bonis singulis
inter se hoīes comparare, sed in vnoquoque

I consideremus vniuersa. Fieri.n. potest, vt ha-
beat aliquid in vita & morib. quispiam quo-
superet alium, idq; sit longe præstabilius , q;
est illud, vnde ab alio superat. Ac per hoc sa-
no veroq; iudicio, cum cōtinentia cōiugio
præferat, melior est tñ homo fidelis coniu-
gatus , q; continens infidelis. Sed continens
infidelis homo, non solum minus laudandus
est, quia se continet, dum non credit, verum
etiam multo magis vituperandus , quia non
credit, cum se continueat. Constituamus ergo
ambos bonos, etiam sic profecto melior est
coniugatus fidelissimus, & obedientissimus
Deo, q; continens minoris fidei, minorisque
obedientiæ. Si vero paria sint cætera, eontine-
tem coniugato præferre quis ambigat?

De his quæ in Esau & Jacob mystice præfigurantur. Cap. XXXVII.

Duo igitur Isaac filii, Esau & Iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto & placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum mi-

~~de lumenis et canticis, in singulis sanctis fratribus
et mysteriis, multa sunt in plena clara lumina,
feliciterque has res dabo tibi, et enon-
tum in die festum tuum, quod pellit.~~

Demissione Jacob in Mesopotamiam ad accipiendo vxorem, & de visione quam in itinere somniauit, & de quatuor ipsius foeminiis, cum vnam petisset uxorem.

Caput XXXVIII.

Gene. 28

Mittitur Jacob a parentibus in Mesopotamiam, ut ibi ducat uxorem. Patris mittentis hec verba sint: Non accipies uxorem ex filiis Chananorum, surgens fugie in Mesopotamiam in domum Bathuel patris matris tue, & sume tibi inde uxorem de filiabus Laban fratris matris tue. Deus autem meus benedic te, & augeat te, & multiplicet te, & eris in congregaciones gentium, & det tibi benedictionem Abrahæ patris tui: tibi, & semini tuo post te: ut haeres fias terræ incolatus tui, quam dedit Deus Abraham. Hic iam intelligimus segregatum semen Jacob ab alio semine Isaac, quod factum est per Esau. Quia enim di Rem. 9.

Gene. 22

Etum est, In Isaac vocabitur tibi semen, pertinens utique semen ad ciuitatem Dei: separatum est inde aliud semen Abraham, quod erat in ancil Iesu filio, & quod futurum erat in filiis Cethure. Sed adhuc erat ambiguum de duob. geminis filiis Isaac, ad utrumque, an ad unum eorum illa benedictio pertineret. Et si ad unum, quis nam esset illorum, quod nunc declaratum est, quia propheticæ à patre benedictioni Jacob, & dei ei. Et eris in congregaciones gentium, & det tibi benedictionem Abraham patris tui. Pergens itaque in Mesopotamiam Jacob, in somnis accepit oraculum, de quo scriptum est: Et exiit Jacob a puto iurationis, & profectus est in Charram, & deuenit in locum, & dormiuit ibi, occiderat n. sol, & sumpsit ex lapidib. loci, & posuit ad caput suum & dormiuit in loco illo, & somniauit. Et ecce scala

Gene. 22

C stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad celum, & angelii Dei ascendebant & descendebant per illam, & dominus incumbebat super eam: Et dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, noli timere, terra in qua tu dormis per eam, tibi dabo illam, & semini tuo, & erit semen tuum sicut arena terræ, & dilatabitur super mare, & in Africum, & in Aquilonem, & ad Orientem, & benedicentur in te omnes trib. terræ, & in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via quacunque ibis, & reducam te in terram hanc, quia non te derelinquo, donec faciat oīa, quæ tecum locutus sum. Et surrexit Jacob de somno suo, & dixit: Quia deus est in loco hoc, ego autem nesciebam: Et timuit, & dixit: Quæ terribilis est locus hic: non est hic nisi domus Dei, & haec porta est cœli. Et surrexit Jacob, & sumpsit lapidem, quem supposuit sibi ad caput, & statuit illum in titulum, & superfludit oleum in cacumen eius, & vocavit nomē loci illius domus Dei, hoc ad prophetiam pertinet, nec more idolatriæ lapidem perfudit oleo. Jacob velut faciens illum Deum, neque n. adorauit eundem lapidem, vel ei sacrificauit, sed quia Christi nomē a chrismate est. I. abunctione, profecto figuratum est hinc aliquid, quod ad magnū pertineat sacramentum. Scalam vero istam intelligitur ipse saluator nobis in memoriam reuocare in Euangeliō, ubi cum dixisset de Nathanaele. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est, quia Israel viderat ista visionem, ipse est enim Jacob: Eodem loco ait. Amen amen dico vobis, videbitis celum apertum, & angelos Dei ascendentib. & descendentes super filium hominis. Perrexit autem Jacob in Mesopotamiam, ut inde acciperet uxorem. Vnde autem illi acciderit, quatuor habere seminas, de quibus duodecim filios & unam filiam procreauit, cum earum nullam concupisceret illicite, diuina scriptura indicat. Ad unam quippe accipiendam venerat, sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, quia nesciens versus fuerat in nocte, ne ludibriis eam videtur habuisse, & ex eodem tempore quoniā multiplicandæ posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illā, cui unum iam futuri coniugii fidem fecerat. Quia cum esset sterilis, ancillam suam de qua filios ipsa suscepit, marito dedit. Quod etiam maior soror eius, quanvis peperisset, imitata, quoniā multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Jacob legitur petuisse, præter unam, nec versus plurimis, nisi dignendæ prolis officio coniugali iure seruato, ut neque hoc ficeret, nisi uxores eius id fieri flagitassent, quæ corporis viri sui habebant legitimam potestatem.

Aug. Tomus Quintus. V 3 Quæ

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quę ratio fuerit, vt etiam Israel cognomi-
naretur. Crp. XXXIX.

Genit ergo duodecim filios, & vnam filiam ex quatuor mulierib. Deinde ingressus est in Aegyptum per filium suum Ioseph, qui venditus ab iniurientib. fratrib. eo perductus fuit atq; ibidē sublimatus. Jacob autē est Israel, sicut paulo ante dixi, vocabat: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autē nomen illi ab angelo impositum est, qui cum illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte luctatus, typum Christi euidentissime gerens. Nam quod ei praevaluit Jacob utiq; volenti, ut mysterium figuraret: significat passionē Christi vbi visi sunt ei praevalere Iudæi. Et tñ benedictionē ab eodem angelo quem superauerat impetravit, ac sic huius nois impositio benedictio fuit. Interpretat̄ autē Israel videns Deum, qđ erit in fine præmium oīum sanctorum. Terci-
Genit. 32. git porrò illi idem angelus veluti praualent latitudinem femores, eumq; isto modo claudum reddidit. Erat itaq; unus atq; idē Jacob benedictus & claudus: benedictus in eis, qui in Christū ex eodē populo crediderunt, atq; in infidelib. claudus. Nam femoris latitudo generis est multitudo. Plures quippe sūt in ea stirpe, de quibus Porphyrice prædictū est: Et claudicauerunt a semitis suis.
Psal. 17.

re suscepit? Cum igitur nec filios haberent
Effrem, & Manasses filii Ioseph, sed eos pue-
ros infra q̄ nouennes Iacob Aegyptum in-
gressus inuenierit, q̄to pacto eorum non soid
filii, sed etiam nepotes, in illis septuaginta-
quinq; viris numerantur qui tūc Aegyptū i
ngrelsi sunt cum Iacob? Nā commemorationē
ibi Machir filius Manasse, nepos Ioseph: &
eiūdem Machir filius.i. Galaad nepos Manas
sa, pronepos Ioseph: ibi est & quem genuit
Effrem alter filius Ioseph.i. Vtalaam nepos
Ioseph: ibi est & Bareth filius ipsius Utala*Gen. 50*
nepos Effrem, pronepos Ioseph: qui nullo I
modo esse potuerunt, q̄n Iacob in Aegyptū
venit, & filios Ioseph nepotes suos, auos
istorum, minorē q̄ nouē annorum pueros
inuenit. Sed nimis introitus Iacob in Ae-
gyptum, q̄n eum in septuagintaquinq; homi-
nib. scriptura commemorat, non vñus dies,
vel annus, sed totum illud est tempus quan-
diu vixit Ioseph, per q̄uē factū est vt intraret.
Gen. 46
Nam de infante Iacob, ut dicitur, sicut in

Nam de ipso Ioseph eadem scriptura sic loquitur: Et habitauit Ioseph in Aegypto ipse *Gene. 40*

& fratres eius , & omnis cohabitatio patris eius,& vixit annos centum decem , & vidit Ioseph filios Manasses & Effrem, & que in teriam generationem . Ipse est ille pronepos eius ab Effrem tertius . Generationem quippe tertiam dicit filium,neponem:pronepotem, deinde sequitur . Et filii Machir , filii Manas-

se, nati sunt supra femora Ioseph. Et hic ille ipse est nepos, Manasse, pene nepos Ioseph. Sed pluraliter appellari sunt sicut scriptura consuevit, quae unam quoque filiam Iacob, filias nuncupauit, sicut in Latinæ lingua consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiam si

non sint vno amplius. Quum ergo ipsius Ioseph prædicetur foelicitas quia videre potuit proneptos, nullo modo putandi sunt iam suisse tricesimo nono anno paui sui Ioseph.

qñ ad eum in Aegyptum Jacob pater eius ad
uenit. Illud autem est, quod fallit minus ista
diligenter intuentes, quoniam scriptum est,

Hac autem nomina filiorum Israhel, qui intrauerunt in Aegyptum simul cum Iacob patre suo. Hoc enim dictum est, quia simul cum

illo computantur septuaginta quinque, non
quia simul iam erant omnes quando Aegy-
ptum ingressus est ipse, sed ut dixi totum tent

pus habetur eius ingressus, quo vixit Ioseph,
per quem videtur ingressus. +

+ huiusmodi sunt bene f. Cug. debet
et bene f. Cug. pro. reg. quae. in acc. per et
in reg. solo est f. Cug. reg. in reg. f. Cug. fuit
in reg. f. Cug. et reg. hoc fuit per reg. f. Cug.

De benedictione, quam in Iudam filium suū
promisit. Cap. XLI.

LIgitur propter populum Christianum, in quo Dei ciuitas peregrinatur in terris, si carnem Christi in Abraham semine requiramus, remotis concubinarum filiis, occurrit Isaac, si in semine Isaac, remoto Esau qui est Edom, occurrit Jacob, qui est & Israel, si in semine Israel ipsius remotis ceteris occurrit Iudas, quia de tribu Iuda exortus est Christus. Ac per hoc cum in Aegypto moriturus Israel, filios suos benediceret, quemadmodum Iuda prophetice benedixerit audiamus. Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui Manus tuę super dorsum inimicorum tuorum, te adorabunt filii patris tui. Catulus leonis Iudas, ex germinatione filii ascendisti, recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniant qua deposita sunt ei, & ipse erit expectatio gentium, alligans ad vitam pullum suum, & cilicio pullum asinę suę. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vestrum amictum suū. Fului oculi eius à vino, & dentes candidiores lacte. Exposui hæc aduersus Manichæum Faustum disputans, & satis esse arbitror, quā tum veritas prophetia huius elucet. Vbi & mors Christi prædicta est verbo dormitionis, & non necessitas, sed potestas in morte nomine leonis. Quam potestatem in Evangelio ipse prædicat, dices. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit a me, sed ego eam pono à memetipso, & iterum sumo eam. Sic leo fremuit, sic quod dixit, impleuit. Ad eam nanque pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctū est. Quis suscitabit eum? hoc est, quia nullus hominum nisi se ipse suscitavit, qui etiam de corpore suo dixit. Solvete tenaciam hoc, & in triduo resuscitabo illud. Tenaciam autem genus mortis, hoc est, sublimitas crucis in uno verbo, intelligitur, quod ait, ascédisti. Quod vero addidit, recumbens dormisti, Evangelista exponit, vbi dicit. Et inclinato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & unde illum nullus hominum, sicut prophetæ aliquos, vel sicut ipse alios suscitavit, sed si-

cut à somno ipse surrexit. Stola porr̄ eius quam lauat in vino, id est, mundat à peccatis in sanguine suo, cuius sanguinis sacramentū baptizati sciunt, vnde & adiungit, Et in sanguine vestrum amictum suum, quid est, nisi ecclesia? Et fulni oculi eius à vino, & spirituales eius inebriati poculo eius. De quo canit Psalmus, Et calix tuus inebrians quam præclarus est. Et dentes eius candidiores lacte, quod potent apud Apostolum parvuli, verba, & nutrientia, nondum idonei solidō cibo: Ipse igitur est, in quo deposita erant promissa Iudæ, quæ donec venirent, nūquani principes, hoc est, reges Israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium, quod clarus est videndo, quām sit exponendo.

Psal. 22.
Hebr. 5.

De filiis Ioseph, quos Jacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit. Caput XLII.

Sicut autem duo Isaac filii, Esau & Jacob figuram præbuerunt duorum populorum in Iudeis & Christianis, quanis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Iudei venerunt ex semine Esau, sed Iudæi, nec Christianæ gentes de Jacob, sed potius Iudei. Ad hoc enim tātum figura valuit, quod dictum est. Minor seruiet minori, ita factum est etiā in duobus filiis Ioseph. Nam maior gessit typum Iudeorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Jacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram, sinistram vero super maiorem, quem habebat ad dextram, graue vi- sum est patri eorum, & admonuit, patrem ve- lut corrigenς eius errorem, & quinam eorum esset maior, ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit. Scio fili, scio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius in multitudinem gentium. Etiam hic duo illa promissa demonstrant, nam ille in populum, iste in multitudinem gentium. Quid euidentius quām his duabus qui his duabus promissionibus contineri populum Israe- litarum orbemque terrarum in semine Abraham, illum secundum carnem, istum secundum fi- dem?

Gen. 25.
Gen. 48.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De temporibus Moysi & Iesu Naue, ac Iudicium, atque exinde regum, quorum quidem Saul primus est, sed Dauid praeceps, & sacramento habetur, & merito.

Cap. XLIII.

Exod. 2.

Defuncto Iacob, defuncto etiam Joseph, per reliquos centum quadraginta quartuor annos, donec exiret de terra Aegypti, in modum incredibilem illagens creuit, et tantis attrita persequitionib. ut quodam tempore nati masculi necarentur, cum mirantes Aegyptios nimia populi illius incrementa ternerent. Tunc Moyses substractus furto trucidatorib. parvulorum, ad domum regiam, ingentia per eum Deo preparate, peruenit, nutritusq; & adoptatus a filia Pharaonis, quod nomen in Aegypto omnium regum fuit, in tamen peruenit virum, ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicaram, ex durissimo & gravissimo quod ibi serebat, iugo servitutis extraheret, immo per eum Deus, qui hoc promiserat Abrahæ. Prius quippe exinde ad terram Madiam fugisse referunt, quod cum Israelitas defendenter, Aegypti occiderat, & territus fugeret, postea diuinitus missus, in potestate spiritus Dei superauit resistentes Pharaonis magos. Tunc per eum Aegyptiis illata sunt decem memorabiles plaga, cum dimittere populum Dei nollent, aqua in languine verfa, ranas & cynifes, cynomyia, mors pecoru, ulcera, grado, locusta, tenebrae, mors primo genitorum. Ad extremum Israelitas, quos plagi tot, tantisq; perfracti, tandem aliquando dimiserant Aegyptii, in mari rubro dum persequuntur, extinti sunt. Illis quippe abundantibus, diuinsum mare viam fecit: hos autem in sequentes, in se rediens vnda, submersit. Deinde per annos quadraginta, duce Moysè, Dei populus per desertum actus est: quando tabernaculum testimonii nuncupatum est, ubi Deus sacrificiis futura prænuntiantibus colebatur, cum scilicet, iam data lex suis est in monte multum terribiliter. Attestabatur enim evidenter mirabilibus signis, vocibusq; diuinitatis. Quod factum est mox ut exitum est de Aegypto, & in deserto populus esse coepit quinquagesimo die post celebratum Pascha per ovis immolationem, quæ visque adeo typus Christi est, prænuncians eum per victimam passionis de hoc mundo

transiturum ad patrem. Pascha quippe Hebreæ lingua, transitus interpretatur, ut iam cu reuelaretur testamentū nouum, postea quā Pascha nostrum immolatus est Christus, quā quagesimo die veniret de cœlo spiritus sanctus, qui dictus est in Euangelio digitus Dei:

Luc. 11.

ut recordationem nostram in primi præfigiati facti memoriam reuocaret, quia & legis illæ tabulae digito Dei scripturæ referuntur.

Defuncto Moysè, populū rex Iesu Naue, & in terram promissionis introduxit, eamque populo diuisit. Ab his duob. mirabilibus ducibus, bella etiam prosperrime, ac mirabiliter gesta sunt: Deo contestante non tam

Exod. 3.

propter merita Hebrei populi, quam propter peccata earum, quæ debellabantur gentiū, illas eis prouenisse victorias. Post istos autem duces, iudices fuere iam in terra promissionis populo collocato, ut inciperet interim reddi Abrahæ prima promissio de gēte vna. i. Hebreæ, & de terra Chanaan: nondū

F

de omnibus gentibus & toto orbe terrarū, quod Christi aduentus in catne, & non veteris legis obseruationes, sed Euangelii fides fuerat impletura. Cuius rei præfiguratio facta est, quod non Moyses, qui legem populo accepérat in monte Sina, sed Iesus, cui etiam

nomen Deo præcipiente mutatum fuerat, ut Iesus vocaretur, populum in terram promissionis introduxit. Temporibus autem Iudicum, sicut se habebant, & peccata populi, & misericordia Dei, alternauerunt prospera, &

aduersa bellorum. Inde ventum est ad regum tempora. Quorū primus regnauit Saul, quo reprobaro, & bellica clade prostato eiusque stirpe reiecta, ne inde reges orirentur, Dauid successit in regnum, cuius maxime Christus

Mat. 1.

dictus est filius. In quo articulus quidam factus est, & exordium quodammodo iuuentutis populi Dei: cuius generis quedam velut adolescentia ducebatur ab Abraham usq; ad

hunc Dauid: Neque enim frustra Matthæus euangelista sic generationes commorauit, ut hoc primum interuallum quatuordecim generationibus commendaret, ab Abraham

Ibidem.

scilicet usq; ad Dauid. Ab adolescentia qd; pe incipit homo posse generare, propterea generationum series ad Abraham sumpsit

Gene. 17.

exordium, qui etiam pater multarum gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo velut pueritia

G

fuit

Exo. 12.

Ebusq; diuinitas. Quod factum est mox ut exi tum est de Aegypto, & in deserto populus esse coepit quinquagesimo die post celebratum Pascha per ovis immolationem, quæ visque adeo typus Christi est, prænuncians eum per victimam passionis de hoc mundo

fuit huius generis populi Dei , a Noe usque ad ipsum Abraham , & ideo prima lingua inventa est , idest , Hebreæ . A pueritia nanque homo incipit loqui post infantiam , quæ hinc appellata est , quia fari non potest . Quam profecto ætatem primam demergit obliuio , sicut ætas prima generis humani est deleta diluvio . Quotus enim quisque est , qui suam recordetur infantiam ? Quam ob rem in isto proculsi ciuitatis Dei sicut superior vnam eandemque primam , ita duas ætates secundam & tertiam liber iste contineat , in qua tertia propter vaccam trimam , capram trimam , & arietem trimum , impositum est legis iugum , & apparuit abundantia peccatorum , & regni terreni surrexit exordium , vbi non defuerunt spiritales , quorum in turture & colubâ figuratum est sacramentum .

Gene. 7.

Gene. 15

D. AVRELII AVGUSTINI
Episcopi De Ciuitate Dei
ad Marcellinum.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

De temporibus prophetarum. Cap. I.

L Romisiones Dei , quæ factæ sunt , ad Abraham , cuius semini , & gentem Israelicam secundum carnem , & omnes gentes deberi secundum fidem , Deo pollicente didicimus , quemadmodum compleantur , per ordinem temporum procurrentes Dei ciuitas indicavit . Quoniam ergo superioris libri usque ad regnum David factus est finis , nunc ab eodem regno quantum suscepimus operi sufficere videtur , certe , quæ sequuntur , attingemus . Hoc itaque tempus ex quo sanctus Samuel prophetare coepit , & deinceps donec populus Israel captiuus in Babyloniam duceretur , atque inde secundum sancti Hieremias prophetiam post septuaginta annos reversis Israelitis Dei dominus instauraretur , totum tempus est propheticum . Quanvis enim & ipsius Noe patriarcham , in cuius diebus vniuersa terra diluvio delecta est , & alios supra & infra usq; ad hoc tempus quo reges in Dei populo esse coeperunt , propter , quedam per eos futura siue quoquo modo significata , siue predicta , quæ

I.Re. 10.

Hie. 25.

Gene. 7.

pertinent ad ciuitatem Dei regnumque coelorum , non immerito possumus appellare prophetas , præsertim quia nonnullos eorum id expressius legimus nūcupatos , sicut Abrahā ham sicut Moylēn , tamen dies prophetarum præcipue maximeque hī dicti sunt , ex quo coepit prophetare Samuel , qui & Saulē prius , & eo reprobato ipsum Dauid Deo præcipiente ynxit in regem , de cuius cæteri stirpe succederent , quoisque illos succedere sic oporteret . Quæ igitur a prophetis sunt prædicta de Christo cum moriendo decedē tibus , & nascendo succendentibus suis membris ciuitas Dei per ista curreret tempora , si omnia velim commemorare in immensum pergitur . Primum quia ipsa scriptura , quæ per ordinem reges eorumque facta & euena dixerens , videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis , si adiuuante Dei spiritu considerata tractetur , vel magis , vel certe non minus prænunciandis futuris , quam præteritis enunciandis inuenietur intenta . Et hoc perscrutando indagare ac differendo monstrare , quam sit operosum atque prolixum , & quam multis indigeat voluminibus , quis ignorat , qui haec vel mediocriter cogitat ? Deinde quia ea ipsa , quæ ad prophetiam non ambigitur A pertinere , ita sunt multa de Christo regno que coelorum , quæ ciuitas Dei est , vt ad hoc aperiendum maior sit disputatio necessaria , quam huius operis modus flagitat . Proinde ita si potero stylo moderabor meo , vt huic operi in Dei voluntate peragendo nec ea , quæ supersint , dicam , nec ea , quæ satis sint prætermittam .

Quo tempore sit implita promissio Dei de terra Chanaan , quam in possessionem etiam Israel carnis accedit . Cap. II.

IN precedente libro diximus , ab initio ad Abraham promissionū Dei duas res fusse promissas : vnam . scilicet quod terram Chanaam possessorū fore semen eius , quod significat , vbi dictum est : Vade in terrā , quam tibi demonstrauero , & faciam te in gentem magnā , aliam vero longe præstantiorem , nō de carnali , sed spirituali semine , per quod pater est , non vnius gentis Israelicæ , sed omnium gentium ,

*Gene. 20**Deu. 34.**I.Re. 10.**I.Re. 16.**Gene. 12*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

vum, quæ fidei eius vestigia consequuntur.
Quod promitti coepit his verbis. Et benedic-
cen in te omnes trib. terra. Et deinceps aliis
multis admodum testimoniis hæc duo pro-
missa esse monstrauimus. Erat igit̄ iam in ter-

*Gene. 12.
& 26.*

C ra promissionis semen Abrahæ. i. populus
Israel secundum carnem: atq; ibi non solum
tenendo ac possidendo ciuitates aduersario-
rum, verum etiam reges habendo, regnare
iam c̄perat, impletis de ipso populo p̄mis-
sionib. Dei iam magna ex parte, non solum,
quæ in illis trib. patrib. Abraham, Isaac, & Ia-
cob quibuscumq; dictis vel signis, aut figuris
temporib. eorum factæ sunt, verum etiā, quæ
per ipsum Moysen, per quem populus idem
de feruitute Aegyptia liberat⁹ est, & per quæ
cuncta præterita reuelata sunt temporibus
eius, cum populum per erenum duceret fa-
ctæ fuerant. Neque autem per insignem du-
cem Iesum Naue, per quem populus ille in
promissionis inductus est terram, qui expu-
gnatis gentib. eam duodecim tribubus, qui-
bus Deus iussérat, diuisit, & mortuus est, ne-

Iofn. 1. que post illum toto tempore Iudicium im-
pleta fuerat, p̄missio Dei de terra Chanaan,
quod a flumine Aegypti usque ad flumen ma-
gnum Euphratem populus ille dominaret,
nec tamen adhuc prophetabatur futurū, sed

D expectabatur implendum. Impletum est au-
tem per Daud & eius filium Salomonem,
cuius regnum tanto, quantum promissum
fuerat, spatio, dilatatum est. Vniuersos quippe
illos subdiderūt, tributarioque fecerunt. Sic
igit̄ in terra promissionis secundum car-
nem, hoc est, in terra Chanaan sub his regib.
semen Abrahæ fuerat constitutum, vt nihil
deinde superesset, quo terrena illa Dei p̄mis-
sio completeretur, nisi ut in eadem terra, quan-
tum ad prosperitatem attineret temporalem,
per posteritatis successionem incōcluso sta-
tu v̄que ad mortalitatem seculi huius terminum
gens permaneret. Hebræa, si domini Dei sui
legibus obediret. Sed quoniam Deus nouer-
rat, hoc eam non esse facturam, usus est etiā
temporalib. pœnis ad exercendos in ea pau-
cos fideles suos, & admonendos, qui postea
futuri erant in omnibus gentibus, quas per
eos admoneri oportebat, in quibus alteram
promissionem reuelato nouo testamēto per
incarnationem Christi fuerat impleturus.

Gen. 15.

3. Reg. 3.

De tripartitis significationibus prophetarū;
qua nunc ad terrenam, nunc ad cœlestem
Hierusalem, nunc autem ad vtranquere re-
feruntur. Cap. III.

Q Vocirca sicut oracula illa diuina ad
Abraham, Isaac, & Iacob, & quæcun-
que alia signa, vel dicta prophætica in sacris
literis præcedentib. facta sunt, ita etiam cæte-
ræ ab isto regum tempore p̄phetæ, partim
pertinent ad gentem carnis Abrahæ, partim
vero ad illud semen illius, in quo benedicun-
tur omnes gentes cohæredes Christi per te-
stamentum nouum, ad poscidendam vitam
æternam regnumque celorum. Partim ergo F
ad ancillam, quæ in seruitutem generati. ter-
renam Hierusalem, quæ seruit cū filiis suis,
partim vero ad liberam ciuitatem Dei, i. ve-
ram Hierusalem æternam in cœlis, cuius fi-
lii omnes secundum Deum viuentes peregrin-
antur in terris, sed sunt in eis quædam, quæ
ad vtranque pertinere intelliguntur, ad ancil-
lam proprie, ad liberam figuræ. Tripartita
itaque reperiuntur eloquia prophetarum, si
quidem aliqua sunt ad terrenam Hierusalē
spectatia, aliqua ad cœlestem, nonnulla ad
vtranque. Exemplis video probandum esse,
quod dico. Missus est Nathan propheta, qui
regem Dauid argueret de peccato graui, &
ei quæ consecuta sunt mala, futura prædicere.
Hec atque huiusmodi siue publice, idest,
pro salute vel utilitate populi, siue priuatim
cum pro suis quisque rebus diuina premere
retur eloquia, quibus pro vsu temporalis vi-
ta futuri aliquid nosceretur, ad terrenam ci-
uitatem pertinuisse, quis ambigat? Vbi autem Hie. 41
legitur: Ecce dies veniunt, dicit dominus, &
consumabo domui Israel, & domui Iuda ad G
testamentum nouum, non secundum teſta-
mentum quod disposui patribus eorum, in
die qua apprehendi manum eorum, vt edo-
cerem eos de terra Aegypti, quoniam ipsi
non permanerunt in testamēto meo, & ego
neglexi eos, dicit dominus, quia hoc est teſta-
mentum, quod constituam domui Israel.
Post dies illos dicit dominus, dabo leges
meas in mentem eorum, & super corda eo-
rum scribam eos, & videbo eos, & ero illis
in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem. Hie-
rusalem sine dubio superna prophetatur, cu-
ius Deus ipse p̄m̄i est eumq; habere atq;
ipsius

Gen. 21.

Gala. 4.

1. Reg. 12.

Hie. 41.

Ipsius esse summum illi est atque totum bonum. Ad utramque vero pertinet hoc ipsum, quod Hierusalem d^r Dei ciuitas, & in ea prophetatur futura domus Dei, eaq; propheta v^r impleri, cum Salomon rex adificat illud nobilissimum templum. Hęc enim & in terra Hierusalem secundum historiam contigerunt, & cœlestis Hierusalem figure fuerunt. Quod genus prophetia ex utroq; veluti compactum atq; commixtū in libris veterib. canonis, quib. rerum gestarum narrationis continent, valet plurimam, multumq; exercuit, & exercet ingenia scrutantium literas sacras, vt quod historice prædictum compleatumq; legitur in semine Abrahæ secundum

3. Reg. 6.

H carnem etiam in semine Abrahæ secundum fidē, quid implendum allegorice significet inquiratur, intantum vt quibusdam visum sit nihil esse in eisdem libris vel prænunciatum, & effectum, vel effectum quanvis non præniciatum, quod non insinuat aliquid ad supernam ciuitatem Dei, eiusq; filios in hac vita peregrinos, figurata significatione referēdū. Sed si hoc ita est, iam bipertita, non tripartita erunt eloquia prophetarum, vel potius hilarum scripturarum omniū, quæ veteris instrumenti appellatione cœsentur, nihil enim erit illic, quod ad Hierusalem terrenam tantum pertineat, si quicquid ibi de illa, vel propter illam dicitur, atque completetur, significat aliquid, quod etiam ad Hierusalem cœlestem allegorica præfiguratione referatur, sed erunt sola duō genera, vnum quod ad Hierusalem liberam, alterum quod ad utramque pertineat. Mihi autem sicut multum videntur et rare, qui nullas res gestas in eo genere literarum aliquid aliud præter id, quod eo modo gesta sunt significare arbitratur, ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significacioni

I bus allegoricis inuoluta esse contendunt. Iō tripartita, non bipartita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos, qui potuerunt illic de quacunque re gesta lensum intelligentia spirititalis exculpere, seruata primis duntas historię veritate. Cæterum quæ ita dicuntur, vt rebus humanitus seu diuinatus gestis, siue gerendis conuenire non possint, quis fidelis dubitet non esse inaniter dicta? Quis ea non ad intelligētiā spiritalem reuocet, si poscit, aut ab eo qui potest reuocanda esse fateatur?

De præfigurata commutatione Israëlitici regni & sacerdotii, & de his, quæ antea mater Samuelis personam gerēs ecclesie, prophetauit. Cap. IIII.

P Rocurus igitur ciuitatis Dei vbi peruenit ad regum tempora, quando David Saule reproba: o, ita regnū primus obtinuit, vt eius deinde posteri in terrena Hierusalem diuturna successione regnarent, dedit figurā rei geste significans, atque prænuncians, qđ non est prætereundum silentio, rerum mutationem futurarum, quod attinet ad duo testimenta, vetus & nouum, vbi sacerdotium, regnumq; mutatum est per sacerdotem, eundemq; regem nouum, ac sempiternum qui est Christus Iesus. Nam & Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerū Samuel simul officio functus sacerdos & iudicis, & Saule abiecto rex David fundatus in regno: hoc quod dico, figurauerunt. Mater quoque ipsa Samuelis Anna, quæ prius fuit sterilis, & posteriore foecunditate lætata est, prophetare aliud non v^r, quum gratulationē suam domino fundit exultans, quando eundem puerum natum, & ablactatum, Deo redidit, eadē pietate, qua nouerat. Dicit enim: Confirmatum est cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum, lætata sum in salutari tuo: quoniam non est sanctus, sicut dominus, & non est iustus, sicut Deus noster: nō est sanctus præter te. Nolite gloriari, & nolite loqui exulta: neq; procedat magniloquium de ore vestro, quoniam Deus scientiarum dominus: & Deus præparans adiumentiones suas. Arcum potentium fecit infirmum, & infirmi præcincti sunt virtute. Pleni panib. minorati sunt, & esurientes transierunt terram. Quia sterilis peperit septē: & multa in filiis infirmata est. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & exaltat. Sulcit a terra pauperē, & de stercore erigit in opem, vt collöget eum cum potentibus populi sui, & sedem gloriae hereditatem dans ei: dans votum voventi, & benedixit annos iusti, quoniam non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet aduersarium suum, dominus sanctus. Non glorietur prudens in prudentia sua: & Hier. 9. non

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Anon glorietur potes in potentia sua , & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & scire dominum, & facere iudicium , & iustitiam in

3. Reg. 2.

medio terre. Dns ascēdit in cōelos, & tonuit: ipse iudicabit extrema terre , quia iustus est, & dat virtutem regibus nostris , & exaltabit cornu Christi sui. Itane vero verba hec vnius putabunt esse mulierculæ , de nato sibi gratulantis? Tantumne mens hominum a luce veritatis auersa est, ut non sentiat supergredi modū fœminæ huius dicta quæ fudit? Por

rō, qui reb. ipsis, quæ iam cœperunt etiam & A in hac terrena peregrinatione compleri, cōuenienter mouetur, nonne intendit, & aspicit, & agnoscit per hāc mulierem, cuius etiā nomē. i. Anna , quæ gratia eius interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam ciuitatem Dei cuius rex est & conditor Christus, ipsam postremo Dei gratiā propheticō spū sic loquitam, a qua superbi alienantur, ut cādant, qua humiles implent, ut surgant, quod maxime hymnus iste personavit? Nisi quisquā forte dicitur est nihil istam prophetasse mulierem, sed Deū trīmodo pp filium, quē pre cata impetravit exultati p̄dicatione laudasse.

3. Reg. 2. Quid ergo sibi vult, quod ait. Arcum potentium fecit infirmū , & infirmi præcincti sunt virtute, pleni panib. minorati sunt, & esuriētes transierūt terram, quia sterilis peperit se p̄tem, & multa in filiis infirmata est? Nunqd septem ipsa pepererat, quāuis sterilis fuerat? Vnicum habebat qñ ista dicebat, sed nec postea septē peperit, siue sex quib. septimus ēēt ipse Samuel, sed tres mares & duas fēminas. Deinde in illo populo cūm adhuc nemo regnaret, qđ in extremo posuit dat virtutem regib. nostris, & exaltavit cornū Christi sui, vñ dicebat, si non prophetabat? Dicat ergo ecclēsia Christi, ciuitas regis magni, grāta ple na, prole fœcunda, dicat quod tanto ante de se prophetatū per os hūtis pīx matris agnoscit. Cōfirmatum est cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Vere confirmatum est cor, & cornu exaltatum, quia non in se, sed in domino Deo suo. Dilatum est super inimicos meos os meū, quia & in angustiis pressurarum sermo Dei non est alligatus, nec in præconib. alligatis. Lētata sum, inqz, in salutari tuo. Christus est ipse Iesus, quem Simeon sicut in Euangelio

legitur, senex amplectens parvulum, agnoscens magnum: Nūc dimittis, inquit, dñe serūtum tuū in pace , qm̄ viderunt oculi mei salutare tuum. Dicat itaq; ecclēsia: Lētata sum in salutari tuo, qm̄ non est sanctus sicut dñs,

Luce. 2.

& non est iustus sicut Deus noster, tanquam sanctus & sanctificans, & iustus & iustificans non est sanctus præter te , quia nemo fit nisi abs te. Deniq; sequitur: Nolite gloriari superbe & nolite loqui excelsa , neque exeat magniloquium de ore vestro, qm̄ Deus sc̄iētā C

rum dñs ipse , & nemo sc̄it , quod ipse sc̄it,

quoniam, qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, sc̄ipsum seducit. Hęc dicūtur aduersariis Galat. 6.

ciuitatis Dei ad Babyloniam pertinentibus, de sua virtute prælumentib. in se non in domino gloriantib. ex quib. sunt etiam carnales Israelitæ terrenæ Hierusalem ciues terrigenæ , qui vt dicit Apostolus , ignorantes Dei iustitiam, idest, quam dāt hominib. Deus, qui solus est iustus, & iustificans, & suam volentes constitutere, idest, velut a se sibi param, non ab illo impertitam, iustitię Dei non sunt subiecti. Itaq; quia superbi se de suo putantes, non de Dei posse placere Deo, qui est Deus scientiarum, atque ideo & arbiter conscientiarum, ibi videns cogitationes hoīum, quoniam vanæ sunt, si hominum sunt, & ab illo non sunt. Et præparans inquit, adiuentiones suas. Quas adiuentiones putamus, nisi vt superbi cadant, & humiles surgant? Has quippe adiuentiones exequitur dices: Arcus potentium infirmatus est, & infirmi præcincti sunt virtute. Infirmitas est arcus, idest, intentio eorum, quī tam potentes sibi videntur, ut sine Dei dono, atque adiutorio, humana sufficiētia, diuina possint implere D

mandata, & præcinguntur virtute, quorum interna vox est: Miserere mei domine , quo-

niam infirmus sum: Pleni panibus, inquit mi norati sunt, & esuriētes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus, nisi ijdem ipsi potentes, idest, Israelitæ, quibus credita sunt eloquia Dei ? Sed in eo populo ancillę filii minorati sunt, quo verbo minus quidem Latine , bene tamen expressum est, quod ex maioribus minorē facti sunt, quia & in ipsis panibus, idest, diuinis eloquiis, quæ Israelitæ soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena sapiunt . Gentes autem quib. lex illa non erat data, postea quām per nouum

Psal. 6. 1. Reg. 2. Rom. 3.

B

Cōfirmatum est cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Vere confirmatum est cor, & cornu exaltatum, quia non in se, sed in domino Deo suo. Dilatum est super inimicos meos os meū, quia & in angustiis pressurarum sermo Dei non est alligatus, nec in præconib. alligatis. Lētata sum, inqz, in salutari tuo. Christus est ipse Iesus, quem Simeon sicut in Euangelio

1. Re

APOC

Pros

1. Re

Col. 3

Rem.

Psal.

1. Re

nouum testamentū ad eloquia illa venerunt,
& multum esuriendo terram transferunt, qā
I. Ret. 2. in eis non terrena, sed cœlestia sapuerunt. Et
hoc velut quærere ē causa, cur factū sit, qā
sterilis, inquit, peperit septē, & multa in filiis
infirmata est. Hic totum, quod prophetabat,
eluxit agnoscētib. numerum septenariū, quo
est vniuersa ecclesī significata perfectio.
Apoc. I.

E Proph. 9. vnius plenitudinem scribere. Et in proverbiis Salomonis hoc anteā præfigurans: Sapiē
ta ædificauit sibi domum, & suffulcit columnas septem. Sterilis enim erat in omnib. genitib. Dei ciuitas, anteq. iste fetus, per quem ea
factam secundam cernimus, orire ē. Cernimus etiam quę multa in filiis erat, nunc infirmata Hierusalem terrenam, qm̄ quicunq; filii liberae in ea erant, virtus erant eius. Nunc
vero vbi qm̄ litera est, & spūs non est, amissa
virtute infirmata est. Dominus mortificat &
vivificat, mortificauit illam, quę multa erat
in filiis, & vivificauit hāc steriliē, quę pepe-
rit septem. Quanvis commodius possit intel-
ligi eosdem vivificare, quos mortificauerit.
Id enim velut repetiū addendo. Deduct
ad inferos, & reducit. Quib. enim dicit Apo-
stolus: Si mortui estis cum Christo, quę sur-
sum sunt quārre, vbi Christus est in dextera
Dei sedens. Salubriter vtique mortificantur
a domino, qb. adiungit. Quę sursum sunt sa-
pite, non quę super terram, vt ipsi sint illi, q
esuriētes transferunt terram. Mortui enim
estis inquit. Ecce quomodo salubriter mor-
tificat Deus. Deinde sequitur: Et vita vestra
abscondita est cum Christo in Deo. Ecce
quomodo eosdem ipso vivit Deus. Sed nū
quid eosdem deduxit ad inferos, & reduxit?
Hoc vtrunque sine controvērsia fidelium in
illo potius videmus impletum, capite. si no-
stro, cum quo vitam nostram in Deo Apo-
stolus dixit absconditam. Nam qui propriō
filio non pepercit, sed pro nobis omniibus
tradidit eum, isto modo vtique mortificauit
eum. Et quia resuscitauit eum a mortuis, eū-
dem rursus vivificauit. Et quia in prophe-
tia vox eius agnoscitur: Non derelinques
animam meam in inferno, eundem deduxit
ad inferos & reduxit. Hac eius paupertate
ditati sumus. Dominus enim pauperē facit,
& dicit. Nam quid hoc sit, vt sciamus, quod

sequitur, audiamus: Humiliat, & exaltat, vi-
que superbos humiliat, & humiles exaltat.
Quod enim alibi legitur: Deus superbis resi-
stit, humiliat. autem dat gratiam, hoc totus ha-
bet sermo huius, cuius nomen interpretatur
gratia eius. Iam vero quod aditangitur: Susci-
tat a terra pauperē, de nullo melius quām
de illo intelligo, qui propter nos factus est
pauper, cum diues esset, vt eius paupertate si-
cut Paulo ante dictum est, ditaremur. Ipsum
enim de terra suscitauit tam cito, vt caro ei⁹
non videret corruptionem. Nec illud ab illo
alienabo, quod additum est, & de stercore
erigit in opem. Inops quippe idem est quod
pauper. Stercus vero vnde erectus est, recti-
fime intelligitur persecutores Iudæi, in quo
rum numero cum se dixisset Apostolus ec-
clesiam persecutum, Quæ mihi, inquit, fue-
rū lucra, hæc propter Christum damna esse
duxī, nec solum detrimēta, verum etiam stercor
existiūtū esse, vt Christum lucrificare
rem. De terra ergo suscitatus est supra om-
nes diutes ille pauper, & de illo stercore ere-
ctus est supra omnes opulentos ille inops, vt
sedeat cum potentibus populi, quibus ait: Se
debitis super duodecim sedes. Et sedem glo-
ria hæreditatem dans eis. Dixerant enim po-
tentēs illi: Ecce nos dimisimus omnia, & se-
cuti sumus te, hoc votūm potentissimi voue-
tant. Sed vnde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic
continuo dictum est: Dans votūm vouenti? Alioquin ex illis essent potentibus, quorum
infirmatus est arcus, dans inquit votūm vo-
uenti. Non enim domino quisquam quic-
quam ratum voteret, nisi qui ab illo accipe-
ret, quod voteret. Sequitur, Et benedixit an-
nos iusti, vt cum illo. I. fine fine viuat, cui di-
ctum est, Et anni tui non deficient. Ibi enim
stant anni, hic autē transiunt, immo pereunt,
antequā enim veniant, non sunt, cum au-
tem venerint, non erunt, quia cum suo fine
veniunt. Horum autem Diuum, id est, dans vo-
tūm vouenti: & benedixit annos iusti, vnum
est quod facimus, alterum quod sumimus.
Sed hoc alterū Deo largitore nō sumitur,
nisi cum ipso adiutorē primum illud effici-
tur, quia non in virtute potens est vir. Domi-
nus infirmum faciet aduersarium eius, illū
scilicet qui homini vouenti intuidet, & resi-
stit, ne valeat implere quod voulit. Potest ex
ambiguo Græco intelligi, & aduersariū suū.

Cum

Luce. 3. G. Psal. 15. Phil. 3. Mat. 19. 1. Ret. 2. Psa. 101. I. Ret. 3.

Galat. 6. Rom. 10. Col. 3. Rom. 8. Psa. 6. 1. Ret. 2. Rom. 3. T. Psal. 15. H.

I. Ret. 2. Rom. 3. T. Psal. 15. H.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

**Cum enim dominus possidere nos cōperit,
profecto aduersari⁹, qui noster fuerat, ipsius
sit, & vincitur a nobis, sed nō viribus nostris,
qua non in virtute sua potēs est vir. Dominus
ergo infirmum faciet aduersarium suum, do-**

Hier. 9.

minus sanctus, ut vincatur a sanctis, quos do-

minus sanctus sanctorum effecit sanctos. Ac

I per hoc non gloriatur prudens in prudentia

sua & non gloriatur potens in potentia sua,

& non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in

hoc gloriatur, qui gloriatur, intelligere &

scire dominum, & facere iudicium, & iusti-

tiam in medio terræ. Non parua ex parte in-

telligit, & scit dominū, qui intelligit, & scit

etiam hoc a domino sibi dari, ut intelligat, &

sciat dominum. Quid enim habes, ait Apo-

stolus quoe non acceperisti? Si autem & acce-

pisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. i.

quasi a teipso tibi sit, vnde gloriaris? Facit au-

tem iudiciū & iustitiam, qui recte vivit. Re-

cete autem viuit, qui obtemperat præcipienti

Deo, & finis præcepti. i.ad quod referit præ-

ceptum, charitas est de corde puro, & con-

scientia bona, & fide non ficta. Porro ista cha-

ritas, sicut Ioannes Apostolus testatur, ex Deo

est. Facere igit̄ iudiciū, & iustitiam, ex Deo

est. Sed quid est in medio terræ? Neque enim

non debet facere iudicium, & iustitiam qui

habitant in extremis terræ, quis hoc dixerit?

Cur ergo additum est, in medio terræ? Quod

si non adderetur, & tantummodo diceret, fa-

cere iudicium & iustitiam, magis hoc præce-

ptum ad vtrōsq; homines pertineret, & me-

diterraneos, & maritos. Sed ne quis quam

X putaret post finem vitæ, quæ in hoc agitur

corpo superesse tempus iudicium iustitiā-

que faciendi, quam cum esset in carne non

fecit, & sic diuinum euadi posse iudicium, in

medio terræ mihi vñ dictum, cum quisque

vivit in corpore. In hac quippe vita suam

terram quisque circumfert, quam moriente

homine recipit terra communis, resurgentem

vñque redditura. Proinde in medio terræ. i.

cum anima nostra isto terreno clauditur cor-

pore, faciendum est iudicium & iustitiam,

quod nobis proft in posterum, quando reci-

pet quisque secundum ea, quæ per corpus

gescit, sive bonum, sive malum. Per corpus

quippe ibi dixit Apostolus, per tempus quo

vivit in corpore. Non enim si quis maligna-

mente atque impia cogitatione blasphemet,

neque id vllis membris corporis operetur,

ideo non erit reus, quia id non motu corpo-

ris gescit, cum hoc per illud tempus gesserit,

quo gescit & corpus. Isto modo congrueret

intelligi potest etiam illud, quod in Psalmo

legitur: Deus aut rex noster ante secula ope-

ratus est salutem in medio terræ, ut dominus

Iesus accipiatur Deus noster, qui est ante se-

cula, quia per ipsum facta sunt secula, opera

ta est salutem nostram in medio terræ, cum

verbum caro factum est, & terreno habitauit

L in corpore. Deinde postea q̄ prophetatū est

in his verbis Annæ, quomodo gloriari déat

qui gloriatur, non in se vñque, sed in domi-

no pp retributionem, quæ in die iudicii fu-

tura est: Dominus inquit ascendit in cœlos,

& tonuit, ipse iudicauit extrema terræ, quia

iustus est. Prorsus ordinem tenuit confessio

nis fidelium. Ascendit enim in cœlum dñs

Christus, & inde vñterus est ad viuos & mor-

Ephes. 4. tuos iudicandos. Nam quis ascendit sicut di-

cit Apostolus, nisi qui & descendit in inferio-

res partes terræ? Qui descendit ipse est, & qui

ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret

omnia. Per nubes ergo suas tonuit, quas spi-

ritus sancto cum ascendisset impleuit. De qui

bus ancillæ Hierusalæ, hoc est ingrata vineæ

communitus est apud Esaiam prophetam, ne

Esa. 5. pluant super eam imbre. Sic autem dictum

I. Reg. 1. est, Ipse iudicabit extrema terræ, ac si dice-

retur, etiam extrema terræ, non enim alias

terræ partes non iudicabit, qui omnes ho-

mines proculdubio iudicabit. Sed melius in

telliguntur extrema terræ extrema homi-

M nis, quoniam non iudicabuntur, quæ in me-

lius vel deterioris medio tempore commu-

nuntur, sed in quibus extremis inuentus fue-

rit qui iudicabitur. Propter quod dictum

est: Qui perseverauerit usque in finem, hic

saluus erit. Qui ergo perseveranter facit iu-

dicium & iustitiam in medio terræ, non dā-

nabitur, cum iudicabuntur extrema terræ.

Et dat, inquit, virtutem regibus nostris, ut

non eos iudicando condemnnet. Dat eis vir-

turem, qua carnem sicut reges regant, & in

illo mundum, qui propter eos fudit sangu-

inem, vincant. Et exaltabit cornu Christi

sui. Quomodo Christus exaltabit cornu

Christi sui? De quo enim supra dictum est,

dominus ascendit in cœlos, & intellectus

est dominus Christus ipse, sicut hic dicitur,

exaltabit

Hier. 9.

I per hoc non gloriatur prudens in prudentia sua & non gloriatur potens in potentia sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, intelligere & scire dominum, & facere iudicium, & iustitiam in medio terræ. Non parua ex parte intelligit, & scit dominū, qui intelligit, & scit etiam hoc a domino sibi dari, ut intelligat, & sciat dominum. Quid enim habes, ait Apostolus quoe non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. i. quasi a teipso tibi sit, vnde gloriaris? Facit autem iudiciū & iustitiam, qui recte vivit. Re-

1. Co. 4.

te autem viuit, qui obtemperat præcipienti Deo, & finis præcepti. i.ad quod referit præceptum, charitas est de corde puro, & con-

1. Ti. 1.

scientia bona, & fide non ficta. Porro ista charitas, sicut Ioannes Apostolus testatur, ex Deo est. Facere igit̄ iudiciū, & iustitiam, ex Deo est. Sed quid est in medio terræ? Neque enim non debet facere iudicium, & iustitiam qui

1. Ioan. 4.

habitant in extremis terræ, quis hoc dixerit? Cur ergo additum est, in medio terræ? Quod si non adderetur, & tantummodo diceret, facere iudicium & iustitiam, magis hoc præce-

2. Co. 5.

ptum ad vtrōsq; homines pertineret, & mediterraneos, & maritos. Sed ne quisquam

X putaret post finem vitæ, quæ in hoc agitur

corpo superesse tempus iudicium iustitiā-

que faciendi, quam cum esset in carne non

fecit, & sic diuinum euadi posse iudicium, in

medio terræ mihi vñ dictum, cum quisque

vivit in corpore. In hac quippe vita suam

terram quisque circumfert, quam moriente

homine recipit terra communis, resurgentem

vñque redditura. Proinde in medio terræ. i.

cum anima nostra isto terreno clauditur cor-

pore, faciendum est iudicium & iustitiam,

quod nobis profitt in posterum, quando reci-

pet quisque secundum ea, quæ per corpus

gescit, sive bonum, sive malum. Per corpus

quippe ibi dixit Apostolus, per tempus quo

vivit in corpore. Non enim si quis maligna-

mente atque impia cogitatione blasphemet,

Psal. 73.

1. Rg. 22.

Ephe. 4.

1. Rg. 2.

M

1. Rg. 22.

E

exaltabit cornu Christi sui, qui est Christus. Christus ergo Christi sui cornu exaltabit, id est, vntusquisque fidelis sui, sicut ista ipsa in principio huius hymni ait: Exaltatum est cornu meum in Deo meo. Omnes quippe vngtos eius christmate, recte Christos possumus dicere, quod tamen totum cum suo capite corporis, unus est Christus. Hæc Anna prophetavit Samuelis sancti viri mater multumq; laudati. In quo quidem tunc figurata est mutatio veteris sacerdotii, & nunc impleta quando infirmita est, quæ multa erat in filiis, ut nouum haberet in Christo sacerdotium sterilis, quæ peperit septem.

A De his quæ ad Heli sacerdotem homo Dei propheticè locutus est, significás sacerdotium, quod secundum Aaron institutum fuerat auferendum. Cap. V.

D Ed hoc evidenter ad ipsum Heli sacerdotem missus loquitur homo Dei, cuius quidem nomen tacetur, sed intelligitur officio ministerioque suo sine dubitatione Prophetæ. Sic enim scriptum est: Et venit homo Dei ad Heli, & dixit: Hæc dicit dominus: Reuelas reuelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti serui in domo Pharaonis, & elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israël mihi sacerdotio fungi, ut ascenderent ad altare meum, & incenderent incensum, & portarent Ephod, & dedi domini patris tui omnia quæ sunt ignis filiorū Israël in escam. Et ut quid respexit in incensum meum, & in sacrificium meum impudenti oculo, & glorificasti filios tuos super me, bñdicere primitas omnis sacrificij in Israël in conspectu meo? Propter hoc hæc dicit dominus Deus Israël: Dixi, dom' tua & domus patris tui transibunt coram me, vñque in eternum. Et nunc dicit dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo, & qui spernit me spernetur. Ecce dies venient, & exterminabo semen tuum, & semen domus patris tui, & non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus, & virum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi eius, & defluat anima eius, & omnis qui supererit dominus tuus decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos Ophni, & Phinees, Vna die morietur ambo.

Et suscitabo mihi sacerdotem fidelēm, qui omnia, quæ in corde meo, & quæ in anima mea faciat, & ædificabo ei domum fidelem, & transibit coram Christo meo omnibus diebus. Et erit qui supererit in domo tua veniet adorare ei obolo argenti dicens: Iacta me in vnam partem sacerdotii tui manducare panem. Non est ut dicatur ista prophetia, vbi sacerdotii veteris tanta manifestatio ne prænuntiata mutatio est, in Samuele fuisse completam. Quanquam enim non esset de alia tribu Samuel, quam quæ constituta fuerat a domino ut seruiret altari, tamen erat de filiis Aaron, cuius progenies fuerat deputata ut inde fierent sacerdotes, ac per hoc in ea quoque re gesta, eadem mutatio, quæ per Christum Iesum futura fuerat adumprata est, & ad vetus testamentum proprie: figurare vero pertinebat ad nouum prophetia tam facto etiæ ipso quam verbo, id scilicet facto significans, quod verbo ad Heli sacerdotem dictum est per Prophetam. Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sadoch, & Abiatar regnante David, & alii deinceps, antequam tempus veniret, quo ista, quæ sacerdotio mutando tanto ante prædicta sunt, effici per Christum oportebat. Quis autem nunc fideliter oculo, hæc intuens non videat esse completa, quandoquidem nullum tabernaculum, nullum templum, nullum altare, nullum sacrificium, & ideo nec nullus sacerdos remansit Iudeis, quibus ut de semine Aaron ordinaretur, in Dei fuerat lege mandatum. Quod & hic cōmemoratum est illo dicente Prophetam, hæc dicit dominus Deus Israël, dixi: Domus tua & domus patris tui transibunt coram me, vñque in eternum. Et nunc dicit dominus. Nequaquam sed glorificantes me glorificabo, qui me spernit, spernetur. Quod enim nominat domum patris eius non eum de proximo patre dicere, sed de illo Aaron, qui primus sacerdos est institutus, de cuius progenie ceteri sequerentur, superiora demonstrant, vbi ait: Reuelatus sum ad domum patris tui cum essent in terra Aegypti serui in domo Pharaonis, & elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israël mihi sacerdotio fungi. Quis pater fuit huius in illa Aegyptia seruitute, vnde cum liberati fuissent electus est ad sacerdotium, nisi Aaron? De huius ergo stirpe isto lo-

co dixit

1. Re. 13.

2. Re. c. 4.

F
2. Re. 15.

2. Re. 2.

1. Re. 2.

G

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

co dixit futurum fuisse, ut non essent ulterius sacerdotes. Quod iam videmus impletum. Vigilat fides, praestō sunt res, cernuntur, tenentur, & videre volentium oculis ingeritur. Ecce, ingt, dies veniūt, & exterminabo semē tuū, & semen domus patris tui, & nō erit tibi senior in domo mea omnib, dieb. & virum exterminabo tibi ab altari meo, vt deficiāt oculi eius, & defluat anima eius. Ecce dies q̄ prae nunciati sunt iam venerunt. Nullus sacerdos est fm ordinem Aaron. Et quicunq; ex eius genere est homo, cum videt sacrificiū Christianofū tōto orbe pollere, sibi aut̄ honorē illum magnum esse subtractū, deficiunt oculi eius, & defluat aīa eius tabe mororis. Proprie aut̄ ad huius domum Heli, cui hēc dice

H
1. Re. 2.
banū, quod sequit pertinet: Et omnis qui supererit domus tuā, decidet in gladio virorū. Ethoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos Ophni, & Phinees. Die uno morient ambo. Hoc ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo huīus, quo signo significatum est, mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors q̄ppē filiorum huīus significauit mortem nō hoīum, sed ipsius sacerdotii de filiis Aaron. Quod aut̄ sequit, ad illū iam pertinet sacerdotē cuius figuram gessit huic succedendo Samuel. Proinde, que sequuntur, de Christo Iesu noui testamēti vero sacerdote dicuntur: Et suscitabo mihi sacerdotem fidēlem, qui omnia, que in corde meo & quæ in aīa mea faciat, & edificabo ei domum fidēlem, ipsa est æterna & superna Hierusalem. Et transfibit, inquit, coram Christo meo omnib, dieb. Transfibit, conuersabit, sicut superius dixerat de domo Aaron: Dixit, domus tua & domus patris tui transfibunt coram me in eternū. Quod autem ait, coram Christo meo transfibit, de ipsa domo vtique intelligendum est, nō de illo sacerdote, qui est Christus ipse mediator atq; saluator. Dominus ergo eius coram illo transfibit. Poteſt & transfibit intelligi de morte ad vitam omnib, dieb. quib, peragitur vñq; in finem leculi huīus ista mortalitas. Quod autem ait Deus qui omnia, quæ in corde meo, & quæ in anima mea faciat, non arbitremur habere animam Deum, cum sit conditor animæ, sed ita hoc de Deo tropice, nō propriè dī, sicut manus & pedes, & alia corporis mēbra. Et ne secundum hoc credatur homo in carnis huius ef-

sigie factus ad imaginem Dei, addūnī & alz, quas vtique non habet homo, & dī Deo, sub Gen. 1. vmbra alarum tuarum potege me, vt intelli Psal. 16. gant homines de illa ineffabilis natura, nō p̄ prius, sed translatis rerū vocabulis illa dici. Quod vero adiungit: Eterit qui supererit 1. Re. 1. in domo tua, veniet adorare ei, nō proprie de domo dī huius Heli, sed illius Aaron, de qua ysque ad aduentum Iesu Christi homines remanserunt, de quo genere etiam nunc vñque non desunt. Nam de illa domo huius Heli, iam supra dictum erat, & omnis qui supererit domus tuā, decidet in gladio virorū. Quomodo ergo hic vere dici potuit, & erit qui supererit in domo tua veniet adorare ei, si illud est verum quod vltore gladio nemo inde supererit, nisi quia illos intelligi voluit, qui pertinent ad stirpem, sed illius totius sacerdotii secundum ordinem Aaron. Ergo si de illis est prae destinatis reliquiis, de quibus alius Pròpheta dixit, Reliquæ saluæ sīent, vnde & Apóstolus: Sic ergo inquit, & in hoc tē pōre reliquæ per electionem gratiæ saluæ fāctæ sunt, quia de talibus reliquiis bene inteligitur esse de quo dictum est, Qui supererit in domo tuā, profecto credit in Christum, sicut temporibus Apóstolorum ex ipsa gente plurimi crēdiderunt, neque nunc desunt, qui licet rarissime, tamen credant & impletur in eo, quod hic iste homo de contiñto securus adiunxit: Veniet adorare ei obolo argenti, cui adorare, nisi illi summo sacerdoti, qui & Deus est? Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem Aaron ad hoc veniebant homines ad templum vel altare Dei, vt sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait, obolo argenti, nisi breuitate verbi fidei, de quo commemorat Apóstolus dictum. Verbum consummans, & breuians faciet dominus super terram? Argentum autem pro elo quio ponit, Psalmus testis est, vbi canitur: Elo quia domini caſta, argenteum igne examinatum. Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei & sacerdoti Deo? Lačta me in vñ partem sacerdotii tui manducare panē. Nolo in patrum meorum collocari honore, qui nullus est, lačta me in partem sacerdotii tui. Elegi, n. abiectus esse in domo dñi, qualecunque, & quantulum cunq; membrū esse cupio sacerdotii tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cuius plebis ille sacerdos

Psal. 8.
1. Tim.
1. Petri.

1. Co. 10.
Rom. 12.

Ioan. 6.
P. 10.
1. Reg. 2.

Ibidem.

1. Reg. 2.

sacerdos est mediator Dei hominum homo
 Tsal. 83. Christus Iesus, Cui plebi dicit Apostolus Pe-
 trus plebs sancta regale sacerdotiu. Quanuis
 1. Tim. 2 nonnulli, sacrificij tui, sint interpretari, non
 1. Petri. 2 sacerdotij tui, quod nihilominus eudem si-
 gnificat populum Christianum. Vnde dicit
 Apostolus Paulus. Unus panis, unum corpus
 1. Co. 10. multi sumus. Et iterum: Exhibeatis, inquit, cor-
 Rom. 12. pora vestra hostiam viuam. Quod ergo addi-
 dit, manducare panem: etiam ipsum sacrifi-
 cij genus eleganter expressit, de quo dicit sa-
 Ioan. 6. cerdos ipse, Panis quem ego dero, caro mea
 est pro seculi vita: ipsum est sacrificium non se-
 P. 109. cundum ordinem Aaron, sed secundum or-
 dinem Melchisedech: qui legit, intelligat,
 1. Reg. 2. Brevis itaque est ista coiffatio, & salubriter hu-
 Ibidem. milis, qua dicitur Iacta me in partem sacer-
 dotij tui, manducare panem: ipse est obolus
 argenti, quia & breue est, & eloquum domi-
 ni est, habitantis in corde creditis. Qui e-
 nim dixerat superius dedisse se domui Aarō
 cibos de victimis veteris testamenti, ubi ait:
 Dedi domui patris tui omnia quae sunt ignis
 1. Reg. 2. filiorum Israel in escam. Hac quippe fuerat
 sacrificia Iudeorum, ideo hic dicit mandu-
 care panem, quod est in novo testamento sa-
 crificium Christianorum.

De Iudaico sacerdotio & regno, quae cum
 in aeternum iudicantur statuta, non per-
 manent ut alia intelligantur,
 quae spondentur eterna.

Cap. VI.

Cum igitur haec tanta tunc altitudine pre-
 nunciata sint, quanta nunc manifestatio-
 tione clarescant, non frustra tamen moueri
 quispiam potest ac dicere: Quo confidi-
 mus evenire omnia, quae in libris illis vutura
 predicta sunt, si hoc ipsum quod ibi diuinis-
 tus dictum est, Domus tua & domus patris tui
 transibunt coram me in aeternum: effectum
 habere non potuit: quoniam videmus illud
 sacerdotium fuisse mutatum, & quod illi do-
 mui promissum est, nec sperari aliquando
 complendum quia illud quod ei reprobato
 mutatoque succedit, hoc potius pradicatur
 aeternum. Hoc qui dicit, nondum intelligit, aut
 non recolit etiam ipsum secundum ordinem Aa-
 ron sacerdotiu, tanquam umbra futuri eterni
 sacerdotij constitutu: ac per hoc quoniam ei eterni

tas promissa est, non ipsi umbra acfigitur, sed ei quod ipsam adubrabatur figurabaturque
 promissum est. Sed ne putaretur ipsa um-
 bra esse mansura, ideo etiam mutatio eius de-
 buit prophetari. Regnum quoque isto modo est 1. Re. 13.
 Saulis ipius, qui certe reprobatus atque reie-
 cutus est, futuri regni erat umbra in aeternitate
 mansura. Oleum quippe illud quo unctus est,
 & ab eo christiante Christus est dictus, mysti-
 ce accipiedum & magnum sacramentum intelli-
 gendum est: quod in eo tantum veneratus est ip-
 se David, vt percutto corde deuinauerit, quoniam
 in tenebroso occultatus antro, quo etiam Saul
 urgente intrauerat necessitate naturae, exigua
 particularia vestis eius retrorsum latenter ab-
 scidit, vt haberet vnde monstraret, quomodo
 ei pepercerit, cum posset occidere: atque D
 ita suspitione de animo eius, quia sanctus Da-
 uid putans inimicum suum vehementer perseque-
 batur, auferret. Ne itaque reus esset tanti sacra-
 menti in Saule violati: quia vel indumentum eius sic attrectauit, extimuit. Ita enim scriptum est, Et percussit cor David super eum: quia abstulit pinnulam chlamydis eius. Viri autem qui
 cum illo erant, & vt Saulem in manus suas tradidit interimeret, suadebant. Non mihi, inquit, cogitat a domino sic facere hoc ver-
 bum domino meo Christo domini, inserre ma-
 num meam super eum: quia Christus domi-
 ni est, huic ergo umbram futuri non propter ip-
 sam, sed propter illud quod prefigurabat tan-
 ta veneratio exhibebatur. Vnde & illud, quod
 ait Sauli Samuel: Quoniā non seruasti man-
 datum meum quod mandauit tibi dominus:
 quemadmodum nunc parauerat dominus
 regnum tuum usque in eternum super Israel,
 & nunc regnum tuum non stabit tibi, & que-
 ret dominus sibi hominem secundum cor
 suum: & mandabit ei dominus esse in Princi-
 pem super populum suum: quia non custo-
 disti quae mandauit tibi dominus: non sic acci-
 piendū est, ac si ipsum Saulem Deus in eternū
 preparauerit regnaturum, & hoc postea
 non uoluerit seruari peccanti: neque enim pec-
 caturū esse nesciebat, sed preparauerat re-
 gnum eius, in quo figura regni esset eterni.
 Ideo addidit. Et nunc regnum tuum non stabit tibi.
 Stetit ergo & stabit, quia in illo significatum est:
 sed non huic stabet, quia non in eternum ip-
 se fuerat regnaturus, nec progenies eius, vt
 saltē per posteros alterū alteri succedentes

Aug. Tomus Quintus. X vide-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

videretur, impleri, quod dictū est in æternū. Et quæret, inquit, dominus sibi hominem sive Dauid, sive ipsum mediatorē significās testamenti noui, qui figurabatur in chrisma- te etiam, quo vñctus est ipse Dauid & proge- nies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita Deus sibi hominem quærit, sed per hominē more hominum loquitur, qui & sic loquen- do nos quærit. Nō solum enim Deo patri, ve- rum etiā ipsi quoq; vñgenito eius, qui ve- nit quærere quod perierat, vsque adeo iā era- mus noti, vt in ipso essemus electi ante con- stitutionem mundi. Quæret sibi ergo dixit pro eo, ac si diceret, quem * suum esse iā no- uit, sibi familiarem alijs ostenderet. Vnde in La- tina lingua hoc verbum, accipit præpositio- nem, & acquirit dicitur: quod apertū est, qd significet. Quanquam & sine additamento præpositionis quærere intelligatur acquire- re, ex quo lucra vocantur & quæstus.

*Incl. 18.
Al. 1. sū
habet vñctus.*

F Dediruptione regni Israelitici, qua p̄figu- tur pérpetua diuīsio Israēlis, spiritalis ab Israēle carnali. Cap. V I L.

G R Vrsus peccauit Saul per inobedientiā, & rursus Samuel ait illi in verbo domi- ni: quia spreuisti verbum domini, speruit te dominus, vt nor, sis rex super Israēl. Et rur- sus pro eodem peccato cum id confiteretur Saul, & veniam precaretur, rogaretq; Samuelem, vt reuerteretur cum illo ad placandum Deum: Non reuertar, inquit, tecū, quia spre- uisti verbū domini, & spernet te dominus, ne sis rex super Israēl. Et conuertit Samuel faciem suam, vt abiret: & tenuit Saul pinnu- lam diploidis eis, & dirupit eam. Et dixit ad eū Samuel. Dirupit dona nūs regnū ab Israēl de manu tua hodie, & dabit p̄ximo tuo bo- no super te: & diuidetur Israēl in duo, & nō conuertetur, neq; penitebit eū: quoniam nō est sicut homo, vt peniteat eum: ipse mina- tur, & non permanet. Iste cui dicitur: Sper- net te dominus, ne sis rex super Israēl: & di- rupit dominus regnum ab Israēl de manu tua hodie, quadraginta annos regnauit super Israēl tanto scilicet spatio temporis, quanto & ipse Dauid: & audiuit hoc primo tempore regni sui: vt intelligamus ideo dictū, quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus: & re- spiciamus ad stirpem Dauid, vnde & exor-

tus est secundū carnē mediātor Dei & homi- nū homo Christus Iesu. Non autem habet scri- ptura quod in plerisq; Latinis codicibus le- gitur, Dirumper dominus regnum Israēl de manu tua sed sicut à nobis positiū est inueniū in Græcis, Dirupit dominus regnū ab Israēl de manu tua: vt intelligatur de manu tua, q; est ab Israēl. Populi ergo Israēl personam fi- gurate gerebat homo iste, q; populus regnū fuerat amissurus, Christo Iesu domino no- stro per nouum testamentum, non carnaliter regnāturo. De quo cum dicitur, & dabit il- lud proximo tuo: ad carnis cognitionem id refertur. Ex Israēl enim Christus secundum carneū vnde & Saul. Quod vero additū est, Bono superte potest quidem intelligi, melio- rite. Nam & quidam sic sunt interpretati: sed melius sic accipitur, bono superte, vt quia ille bonus est, ideo si super te: iuxta illud aliud propheticum, Donec ponam omnes ini- micos tuos sub pedibus tuis. In quibus est & Israēl cui suo persecutori regnum absuluit Christus. Quāuis fuerit illic & Israēl, in quo dolus non erat, quoddam quasi frumentum illarum pælearum. Nam vñctus inde erant A- postoli, inde tot martyres, quorum prior est I Stephanus: inde tot Ecclesia quas Apo- lous Paulus commemorat, in conuersione e- ius magnificantes Deum. De qua re non dubito, intelligendum esse, quod sequitur, Et di- uidetur Israēl in duo: in Israēl scilicet inimi- cum Christo, & Israēl adhærentem Christo in Israēl ad ancillam, & Israēl ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant, velut Abraham adhuc adhæret ancille, donec steriles per Dei gratiam fecun- data clamaret: Eijce ancillam, & filium eius. Propter peccatum quidem Salomonis re- gnante filio eius Roboam, scimus Israēl in duo suis diuīsum, atq; ita per seueras, ha- bentibus singulis partibus reges suos, donec illa gens tota à Chaldeis esset: ingenti valla- tione subuersa atque translatā. Sed hoc quid ad Saulem, cum si tale aliquid comminā- dum esset, ipsi Dauid fuerit potius commi- nandum, cuius erat filius Salomon? Postre- mo nunc inter se gens Hebræa diuīsa non est, sed indifferenter in in eiusdem erroris lo- ciate dispersa per terras. Diuīsio vero illa, quam Deus sub persona Saulis, illius regni & populi figuram gerentis eidem regno po- puloq;

*All. Deo-
ção pa-
nitere di-
caur.
Gen. 6.*

*Gal. 4-
2. cor. 3.*

1. Reg. 7.

Ibidem.

Gen. 21.

3. Re. 11.

1. Re. 17.

1. Re. 17.

puloq; minatus est, æterna atq; immutabilis significata est, per hoc qd adiunctum est: Et

K non conuertetur, neq; penitebit eum: qm nō est sicut homo, vt peniteat eū: ipse minatur,

I.Re.15. & non permanet, i.homo minatur, & nō per manet. Non autem Deus, quem non penitet

All. Deo qm pñ
niteret d-
catur. **Gen.6.** sicut hominem. Vbi enim legitur quod pñti- teat eum, mutatio rerū significatur, immuta-

bili præscientia manente diuina. Vbi ergo nō pñnitere dicitur, non mutare intelligitur.

Prorsus insolubilem videmus per hæc verba prolatam diuinitus suisse sententiam, de ista diuisione populi Israel, & omnino perpe- tuam. Quicunq; n.ad Christum transfierunt,

Gal. 4. vel transiunt, vel transibunt inde, erant inde secundū Dei præscientiam, non secundū ge- neri humani vnam eandemq; naturā. Pro- fusi quicunque ex Israelitis adhærentes Chri- sto perseverant in illo, nunquam erunt cum eis Israelitis, qui eius inimici vsq; in finē vi- ta huius persistunt: sed in diuisione, quæ hic prænunciata est, perpetuo permanebunt. Ni-

L hil.n. prodest testamentum vetus de monte Sina in seruitutem generans, nisi quia testi-

2. cor.3. monium pñhibet testamēto nouo. Alioquin quandiu legitur Moyses, velamen super cor- da eorum positum est. Cum aut quisq; inde transfierit ad Christum, auferetur velamen: Transiuntum quippe intentio ipsa mutatur de vetere ad nouum: vt non iam quisque in- tendat accipere carnalem, sed spiritalem fœ- licitatē. Propter quod ipse magnus Prophe- ta Samuel antequam vixisset regem Saul, qm exclamauit ad dñm pro Israel, & exaudiuit eum: & cum offerret holocaustum simul ac- cedentibus alienigenis ad pugnam cōtra po- pulum Dei, tonuit Dominus super eos & cō- fusi sunt, offenderunt coram Israel atque su- perati sunt: assumpit lapidem vnum, & sta- tuit illum inter Maspera nouam & veterem, & vocauit nomen eius Abuezer, quod est

Ibidem. Latine lapis adiutorij: & dixit, Vtque huc adiuit nos Dominus. Maspera interpretatur intentio. Lapis ille adiutorij medietas est Sal- uatoris, per quem transeundū est, à Ma- spera vetere ad nouam, idest, ab intentione, qua expectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis: ad intentionem, qua per nouū testamentum expectatur in regno coelorum. **M** beatitudo verissima spiritalis: qua quoniam nihil est melius, hucusque adiuvat Deus.

De pr̄missionibus ad David in filio eius: quæ nullatenus in Salomone, sed plenissi- me inueniuntur in Christo. Cap. VIII.

I Am nunc video esse monstrandum, quid

A ipsi David, qui Sauli successit in regnum, cuius mutatione finalis illa mutatio figurata

est, propter quam diuinitus cuncta dicta, cun- cta conscripta sunt. Deus promiserit, quod

ad rem de qua agimus pertinet. Cū regi Da- uid multa prospera prouenissent, cogitauit

facere Deo domum, templum illud scilicet excellentissime diffamatum, quod à rege Sa-

lomone filio eius postea fabricatum est. Hoc

eo cogitante, factum est verbum Domini ad

Nathan prophetam, quod perficeret ad regē.

Vbi cuni Deus dixisset, quod non ab ipso

David sibi ædificaretur domus, neq; per tan- tum tempus se mandasse cuiquam in popu-

lo suo, vt sibi fieret domus cedrina: & nunc,

inquit, hæc dices seruo meo David: Hæc di- cit dominus omnipotens: Accepi te de ouili

ouium, vt esses in ducē super populum meū

Israel, & eram tecum in omnibus, quib. in- grediebaris: & exterminavi omnes inimicos

B tuos à facie tua, & feci te nominatum secun- dum nomen magnorum, qui sunt super ter- ram. Et ponam locum populo meo Israel, &

plantabo illum, & inhabitabit seorsum, &

non solitus erit ultra: & non apponet filius

iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio à

diebus, quibus constitui iudices super popu- lum meū israel: & requié tibi dabo ab om- nibus inimicis tuis: & nunciauit tibi Domi- nus, quoniam domum ædificabis ipse. Et erit

cum impleti fuerint dies tui, dormies cum patribus tuis, & suscitabo semen tuum post

te, qui erit de ventre tuo, & preparabo regnū

eius. Hic ædificabit mihi domum nomini

meo, & dirigam thronum illius vsq; in æter- num. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi

in filium. Et si venerit iniquitas eius, redar- guam illum in virga virorum & intactibus

filiorum hominum: misericordiam autem

meam non amoueam ab eo, sicut amouī a

quibus amoui a facie tua: & fidelis erit do- mus eius, & regnū eius erit vsq; in æternū

cōrā mē, & thronus eius erit erectus vsq; in

æternū. Hanc ergo tam grandem promisio- né qui putat in Salomone suisse completam

multum errat. Attendit enim quod dictū est.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Hic ædificabit mihi domum : qm̄ Salomon
 3. Reg. 6. **templum illud nobile struxit , & non atten-**
 dit, fidelis erit domus eius, & regnum eius vs
 3. Re. 11. que in æternum coram me. Attendat ergo &
 aspiciat Salomonis domum plenam mulie-
 ribus alienigenis colentibus Deos falsos , &
 C ipsum ab eis regem aliqui sapientem in can-
 dem idolatriam seductum atq; deiectum:
 & non audeat exitimare Deū , vel hac pro-
 missione mendacē, vel talem Salomonē do-
 mumq; eius futurā, nō potuisse præscire. Nō
 hinc aut̄ deberemus ambigere, nec si non in

Rem. 1. Christo dño nostro , qui factus est ex semine
 David secundū carnem , iam vidernerū ista
 compleri: ne varie atq; inaniter hic alium ali-
 quē requiramus , sicut carnales Iudej . Nam
 & ipsi v̄isque adeo filium , quem loco isto re-
 gi David promissum legunt intelligunt non
 fuisse Salomonē, vt eo qui promissus est tan-
 ta iā manifestatione declarato, adhuc mirabi-
 li cœcitate alium sperare se dicant. Facta est
 quidem nonnulla imago rei future ē in Sa-
 lomone, in eo q; templum ædificavit, & pa-
 cem habuit secundum nomen suū: Salomon

1. Parah. quippe pacificus est Latine, & in exordio re-
 gni sui mirabiliter laudabilis fuit, sed eadem
 Al. 1. So- sua persona per vmbraū futuri prænūciabat
 lemon, pa- et ipse Christum dñm nostrum, non exhibe-
 tificus di- bat. Vnde quædā de illo ita scripta sunt, quasi
 estur. de ipso ita prædicta sint , dum scriptura san-
 cta etiam rebus gestis prophetans, quodāmo

D do in eo figuram deliniat futurorum: Nā præ-
 ter libros diuinā historiā, vbi regnasse nar-
 ratur, Psalmus ēt 71. titulo nominis eius in-
 dīcū mū dī-
 sciptus est. In quo tam multa dicuntur, quæ
 omnino ei conuenire non possunt: Dño aut̄
 Christo apertissima perspicuitate conue-
 niunt, vt euidenter appareat, q; in illo figura
 qualisunque adumbrata sit, in isto autem ip-
 sa veritas præsentata. Notum est n. quibus ter-
 minis regnum conclusum fuerit Salomonis:

Psal. 71. & tñ in eo Psalmō legitur, vt alia taceam: Do-
 minabitur à mari v̄que ad mare , & a flumi-
 ne v̄que ad terminos orbis terræ. Quod in
 Christo videmus impleri. A flumine quippe
 dominandi sumbit exordium , vbi baptiza-
 tus a Ioanne eodem monstrante cœpit agno-
 sci a discipulis , qui eum non solum magi-
 strum, verum etiam dñm appellauerunt. Nec
 ob aliud viuente adhuc patre suo David re-
 gnare Salomon cepit, quod nulli illorū re-

gnū contigit, nisi vt hinc quoque satis elu-
 ceat, non esse ipsum, quē prophetia ista pre-
 signat, quæ ad eius patrem loquitur, dicens:
 Et erit cum impleti fuerint dies tui , & dor-
 mies cum patribus tuis : suscitabo semen tuū
 post te, qui erit de ventre tuo , & præparabo
 regnum illius. Quomodo ergo propter id, q
 sequitur: Hic ædificabit mihi domum, iste Sa-
 lomon putabit prophetatus: & nō potius
 propter id quod præcedit, cum impleti fue-
 rint dies tui , & dormies cū patribus tuis, suscita-
 bo semen tuum post te, alijs pacificus intel-
 ligitur eis promissus, qui non ante sicut iste,
 sed post mortem David prænūciatus est su-
 citandus? Quamlibet enim longo interposi-
 to tempore Iesus Christus venerit, proculdu-
 bio post mortē regis David: cui sicut est pro-
 missus, eum venire oportebat, qui ædificaret
 domum domino, non de lignis & lapidibus
 sed de hominibus , qualem illum ædificare
 gaudemus. Huic enim domui dicit Aposto-
 lis, hoc est fidelibus Christi: Templum enim
 Dei sanctum est quod estis vos.

Quod similis in Psalmo octogesimoctauo-
 fit prophetia de Christo, his quæ in Re-
 gnorū libris Nathan prophe-
 tante promittuntur.

Cap. IX.

Propter quod & in Psalmo octogesimo-
 octauo, cuius est titulus, Intellectus ipsi
 Aethan Israelite: commemorantur promis-
 siones Dei facte regi David, & istis quæ in li-
 bro Regnorū sunt posita, quædam ibi simi-
 lia dicuntur , sicut est: Iurauit David seruo
 meo , v̄que in æternum præparabo semen
 tuum. Et iterum , Tunc locutus es in aspectu
 filii tuis , & dixisti: Posui adiutorium super
 potentem , & exaltaui electum de populo
 meo. Inueni David seruum meum , in oleo
 sancto meo vñxi eum. Manus enim mea au-
 xiliabitur ei, & brachium meum confortabit
 eum. Non proficiet inimicus in eo , & filius
 iniquitatis non apponet nocere ei. Et conci-
 dā a facie eius inimicos eius, & eos qui odi-
 runt eum fugabo . Et veritas mea & miseri-
 cordia mea cum ipso, & in noſe meo exalta-
 bitur cornu eius. Et ponā in mari manū e-
 ius, & in fluminib; dexterā eius. Ipse inuo-
 cabit me, pater meus es tu, Deus meus & su-
 sceptor

z. Re. 7.

1. Para-
15.
Pf. 10

Psal. 8

sceptor salutis meæ. Et ego primogenitū ponam illum, excelsum apud reges terræ. In æternum seruabo illi misericordiā meā, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponā in seculum seculi semen eius, & thronum eius si cut dies cœli. Quæ omnia de domino Iesu in intelliguntur, sub nomine David, propter formam Ierui, quam de semine David idem mediator assumpsit ex virgine. Continuo etiam dicitur de peccatis filiorū eius: ale aliquid, quale in Regnorū libro positum est, & quasi de Salomone proclinius accipitur. Ibi māq; hoc est in Regnorū libro; Et si venerit, inquit, iniquitas eius: redarguam illum in virginayorum, & tactibus filiorum hominum, misericordiam autem meam non amoueam ab eo: tactibus significans plagas correptionis. Vnde illudē, Ne tetigeris Christos meos.

1. Paral. Quod quid est aliud, quam ne Ieseritis? In *15.* Psalmo vero cum ageret tanquam de David

H *Psal. 88.* ut quiddam eiusmodi etiam ibi diceret, Si derelinquerint, inquit, filii eius legē meā, & in iudicijs meis non ambulauerit: Si iustificationes meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: Visitabo in virga ini-

quitates eorū, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergā ab eo. Nō dixit, ab eis, cū loqueretur de filiis eius, non de ipso: sed dixit, ab eo: quod bene intellegētū tantūdem valet. Nō enim Christi ipsius, qui est caput Ecclesiæ, possent inueniri vlla peccata, quæ opus esset humanis correptionibus seruata: misericordia coerceri, sed in eius corpore ac mēbris, quod populus eius est. Ideo in libro Regnorū, iniquitas eius dicitur: in Psalmo autem, filiorū eius: ut intelligamus de ipso dici quodāmodo, quod de eius corpore dicitur, propter qd etiā ipse de cœlo, cū corpus eius, quod sunt fideles eius, Saulus perlequeretur: Saulus, inquit, Saule quid me perlequeris? Deinde in cōsequentibus Psalmis: Neq; nocebo, inquit, in veritate mea, neq; prophanaabo testamentum m̄rum, & qua procedunt de labijs meis non reprobabo. Semel iuraui in sancto meo si David mentiat: id est, nequaquam David mē titā: Solet enim sic loqui scriptura. Quid autem non mentiatur, adiungit & dicit, Semē eius in æternum manebit: & fedes eius Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.

I super ancillā Hierusalē, in qua regnauerunt nonnulli etiā filii liberæ, regnū illud tenentes in dispensatione temporali: regnum autem cœlestis Hierusalē, cuius erant filii in vera fide habentes, & in vero Christo sperantes, Quo autē ista venerant super illud regnum, index est rerum gestarū, si legatur hīistoria.

Quam diuersa acta sunt in regno terrenz Hierusalem, ab his, quæ promiserat Deus, ut intelligeretur promissionis veritas ad alterius regis & regni gloriā pertinere.

Cap. X.

P Ostēc tantę promissionis validissima firmamenta, ne putarentur in Salomone completa, tanquam id speraretur nec inueniretur: Tu vero, inquit repulisti, & ad nihil deduxisti. Hoc quippe factū est ē regno Salomonis in posteris eius usq; ad euerbiū ipsius terrenz Hierusalē, qua regni eiusfedes suis: & maxime ipsius templi labē, qd fuerat à Salomone cōstructū. Sed ne ob hoc putaretur Deus contra sua promissa, fecisse, continuo subiecit: Distulisti Christū tuū. Nō ergo ille Salomon, sed nec ipse David, sidiatus est Xps dñi. Cū enim Christi eius dicerent omnes reges misticō illo chrismate cōgam secrati: non solū à rege David & deinceps, Hio, tamen ab illo etiā Saule, qui populo eidem rex p̄m̄ Christi primus est vñctus: ipse quippe David, eum fili.

Christū domini appellat: erat tñ vñus verus Christus, cuius illi figuram prophetica vñctione gestabant: quis cōdū opinionem hominū, qd eum putabant in David vel in Salomone intelligendū, differebatur in longum: sed autem dispositionem Dei vñcturus suo tempore parabatur. Interēa dum ille differebat, qd factū sit de regno terrenz Hierusalē, vel operabatur vñctus regnaturus: secutus iste Psalmus adiunxit atq; ait: Eueristi testamentum L serui tui, prophanaisti in terra sanctitatē eius. Destruisti omnes maceras eius posuisti m̄ P̄sal. 88. nitiones: eius in formidinem: Diripuerunt eū oēs transuentis viā, factus est opprobiū vicinius suis. Exaltasti dexteram inimicorum eius, iucundasti oēs inimicos eius. Auertisti adiutoriū gladij eius, & non es opitulatus ei in bello, Dissoluisti eū ab emūdatione, sedē eius in terra collisiisti. Minuisti dies sedis eius perfidisti eū cōfusionē. Hac omnia venerūt super ancillā Hierusalē, in qua regnauerunt nonnulli etiā filii liberæ, regnū illud tenentes in dispensatione temporali: regnum autem cœlestis Hierusalē, cuius erant filii in vera fide habentes, & in vero Christo sperantes,

Galat. 4. Quo autē ista venerant super illud regnum, index est rerum gestarū, si legatur hīistoria.

Aug. Tomus Quintus. X 3 De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De substantia populi Dei, quę per successio
nem in Christo est, qui solum eruendi ani
mam suam ab inferis habuit potestatem.

Cap. XL.

Post hęc autem prophetata ad precandū Deum propheta conuertitur: sed & ipsa precatio prophetatio est. Vsque adeo Domine auertis in finem subauditur faciem tuam, si
cūt alibi dicitur: Vsque adeo auertis faciem tuam à me? Nam ideo quidam codices hic non habent, auertis, sed auerteris: quan
quā possit intelligi, auertis misericordiam tuā, quā promisisti David. Quod autē dixit, in finē, quid est nisi usq; in finē? Qui finis in
telligentius est ultimum tempus, quando in Christum Iesum etiam illa gens est creditu
ra, ante quem finem illa fieri oportebat, quę superius erumnosa defleuit. Propter quę &
hic sequitur, Ex ardebet sicut ignis ira tua:
memento quę est mea substantia. Nihil hic melius, quam ipse Iesus intelligitur subst
antia populi huius, ex quo natura est carnis e
ius. Non enim vane, inquit, constitui om
nes filios hominum. Nisi enim esset unus fi
lius hominis substantia Israel, per quem filii hominis liberarentur multi filii hominum,
vane utiq; constituti essent omnes filii homi
num. Nunc vero omnis quidem humana na
tura per peccatum primi hominis in vanita
tem de veritate collapsa est: propter quod di
cit aliis psalmus. Homo vanitati si milis fa
ctus est, dies velut umbra prētereunt. Sed nō
vane Deus constituit omnes filios hominū: quia & multos à vanitate liberat per media
torem Iesum: & quos liberandos non esse
præficiuit, ad utilitatem liberandorum, & cō
parationem duarum inter se à contrario ci
uitatum: non utiq; vane in totius rationalis
creature pulcherrima, atq; iustissima ordina
tione cōstituit. Deinde sequitur. Quis est ho
mo, qui viuet, & non videbit morte eruet ani
mam suam de manu inferi? Quis est iste, nisi
d̄ substantia illa Israhel ex semine David, Chri
stus Iesus? De quo dicit Apostolus: Quod surges à mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Sic enim viuit, &
non videbit morte, vt tamen mortuus fuerit: sed animam suam eruerit de manu inferi: q
uo propter quorundam soluenda peccatorum
vincula, ad inferna descenderat. Eruit autem

Psal. 88.

Psal. 143.

Psal. 88.

Rom. 6.

potestate illa, de qua in Euangeliō dicit, Po
testatem habeo ponendi animam meam, & *Iohann. 10.*
potestatem habeo iterum sumendi eam. B

Ad quorum personam pertinere intelligen
dā sit flagitatio promissorum, de quibus
in Psalmo dicitur: Vbi sunt miserationes
tuę antiquę Domine. Cap. XI L.

Sed cetera psalmi huius, quę ita se habēt:
Psal. 88. Vbi sunt miserationes tuę antiquę Do
mine, quas iurasti David in veritate tua? Me
mento Domine opprobrij seruorum tuorum,
quod continui in finē meo multarum gen
tium. Quod exprobaverunt inimici tui Do
mine: quod exprobaverunt commutatio
nem Christi tui: utrum ex persona dicta sint
illorum Israëlitarum, qui desiderabant redi
di sibi promissionem, quę facta est ad Da
vid, an potius Christianorum, qui non secū
dum carnem, sed secundum spiritum sunt
Israëlite, merito quę potest. Dicta sunt q
ue prope ista, vel scripta tempore, quo fuit Aethan
cuius nomine titulum iste Psalmus accepit.
& idem tempus regni David fuit, ac per hoc
non diceretur: Vbi sunt miserationes tuę an
tiquę Domine, quas iurasti David in verita
te tua; nisi eorum personam in te prophetā
transfiguraret, qui longe postea futuri erant;
quibus hoc tempus esset antiquum, quando
regi David ista promissa sunt. Potest autem
intelligi dictum hoc esse propter multas gé
tes quando persequebātur Christianos; pro
phetam exprobasse illis passionem Christi,
quam scripture commutationem vocat: quo
niam moriendo immortalis est factus. Po
test & commutatio Christi secundum hoc ac
cipi exprobata Israëlitis: quia cum sperare
tur futurus, factus est gentium, & hoc eis nūc
exprobāt multę gentes quę erediderunt in
eum per nouum testamentum, illis in ver
itate remanentibus; vt ideo dicatur, Memen
to Domine opprobrij seruorum tuorum:
quia non eos obliuiscente, sed potius misera
te Domino, & ipsi post hoc opprobrium
credituri sunt. Sed ille quem prius posui, cō
uenientior sensus mihi videtur. Inimicis n.
Christi, quibus exprobatur, quod eos ad
gentes transiens reliquerit Christus, incon
grue vox ista coaptatur. Memento Domine
opprobrij seruorum tuorum nos enim serui
Psal. 40. Dei

Psal. 88.

2. Reg.

Dei vocandi sunt tales Iudei, sed eis verba ista competit, qui cum graues humilitates persecutionum pro Christi nomine patentur, recordari potuerunt excelsum regnum semini David fuisse promissum: & eius desiderio dicere, non desperando, sed petendo, querendo, pulsando: Vbi sunt miserationes tuæ antiquæ domine, quas iurasti David in veritate tua? Memento domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in finu meo multarum gentium: hoc est, in interioribus meis patienter pertuli. Quod exprobauerunt inimici tui domine: quod exprobauerunt commutationem Christi tui: non eam putatis mutationem, sed consumptionem. Quid est autem, memento domine, nisi vi miseraris, & pro tolerata patienter humilitate mea, reddas celstitudinem, quam iurasti David in veritate tua? Si autem Iudicis assignamus haec verba: illi serui Dei talia dicere posuerunt, qui expugnata terra Hierusalem, antequam Iesus Christus humanitus nasceretur, in captiuitatem ducti sunt intelligentes commutationem Christi, quia scilicet non per eum terrena carnisq; felicitas, qualis paucis annis regis Salomonis apparuit, sed coelestis, ac spiritualis esset fideliter expectanda: quam tunc ignorans infidelitas gentium, cum Dei populum exultabat, atque insultabat esse capitium: quid aliud, quam Christi commutationem, sed scientibus nesciens ex probrabat? Et ideo quod sequitur vbi psalmus iste concluditur: Benedictio domini in æternum: fiat, fiat: viviendo populo Dei ad coelestem Hierusalem pertinenti, sive in illis qui latebant in testamento veteri, antequam reuelaretur nouum, sive in his qui iam testamento novo reuelato manifeste pertinere cernuntur ad Christum, satis congruit. Benedictio quippe domini in seniore David non ad aliquod tempus qualis diebus Salomonis apparuit, sed in æternum sperada est, in qua certissima spe dicitur: fiat, fiat. Illius enim spei est confirmatio verbi huius iterationis. Hoc ergo intelligens David ait in 2. Regno lib. vnde ad istum psalmum digresi sumus: Et locutus es pro domo serui tui in longinquum. Ideo aut post paululum ait: Nunc incipe, & benedic domum serui tui usque in æternum, & cetera, quia tunc geniturus erat filium, ex quo progenies eius ducere-

tur ad Christum, per quem futura erat dominus eius æterna, eademque domus Dei. Dominus enim David propter genus David, dominus autem Dei eadem & ipsa propter templum Dei, de hominibus factum, non de lapidibus, vbi habitat in æternum populus cuius Deus & in Deo suo, & Deus cum populo atque in populo suo, ita ut Deus sit implens populum suum, & populus plenus Deo suo, cu Deus erit omnia in omnibus, ipse in pace præmium, qui virtus in bello. Ideo cum in verbis Nathan dictum sit. Et enunciavit tibi dominus, quoniam dominum ædificabis ipsi. Postea dictum est in verbis David: Quoniam tu dominus omnipotens Deus Israel, reuelasti aurem serui tui, dicens: Domum ædificabo tibi. Hanc enim dominum & nos ædificamus bene vivendo: & Deus ut bene vivimus, opitulando. Quia nisi dominus ædifica Ps. 116. uerit domum, in vanum laborabunt ædificantes eam. Cuius domus cum venerit ultima dedicatio, tunc fiet illud q; hic per Nathan locutus est Deus, dices: Et ponam locum 2. Reg. 7. cum populo meo Israel, & platiabo illum & inhabitabit seorsum, & non sollicitus erit ultra, & nō apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus, quibus constitui iudices super populum meum Israel.

Psal. 88. An promisse pacis veritas illis temporibus possit adscribi, quæ sub Salomone fluxerunt. Cap. XIII. H

Hoc tam magnum bonum quisquis in hoc seculo & in hac terra sperat, insipienter sapit. An quispiam putabit in pace regni Salomonis id esse cōpletum? Pacem quippe illa scriptura in umbra futuri, excellenti prædicatione commendat. Sed huic suspitioni vigilanter occursum est, cu posteaquam dictum est, Et non apponet filius iniquitatis humiliare eum: continuo subiunctum est, Sic ut ab initio a diebus, quibus constitui iudices super populum meum Israel. Iudices namque, prius quam reges ibi esse cepissent, super illum populu fuerant constituti, ex quo terræ promissionis accepit. Et vtq; humiliabat eum filius iniquitatis, hoc est, hostis alienigena, per interualla temporū, quib. leguntur paces alternaſſe cum bellis: & inueniuntur illic pacis tempora prolixiora quā Salomon

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Imon habuit, qui quadraginta regnauit annos. Nam sub eo iudice, qui appellatus est Aod, octoginta annis pacis fuerunt. Absit ergo ut Salomonis tempora in hac promissione praedicta esse credantur: multo minus utique cuiuslibet regis alterius. Non n. quisquam eorum in tanta quanta ille pace regnauit: nec vñquam omnino gens illa ita regnum tenuit, ut sollicita non fuerit, ne hostibus subderetur, quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas, ut huic vita hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste, qui promittitur tanta pacate ac secura habitacionis aeternus est, eternisq; debetur in matre Hierusalem libera, ubi erit veraciter populus Israel, hoc n. nomen interpretatur: videns Deum. Cuius premij desideria pia per fidem vita in hac eternitatem peregrinatione ducenda est.

De studio David in positione Psalmorum. Cap. XIIII L.

Procurrente igitur per tempora civitate Dei: primo in umbra futuri, in terrena scilicet Hierusalem regnauit David. Erat autem David vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fidei voluntate dilexerat: eaq; Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magnae figuratio ne seruiens: & diuersorum nomine sonorum rationales, moderatosque concentus, concordi varietate compactam bene ordinatae civitatis insinuat unitatem. Denique omnis serè prophetia eius in Psalmis est, quos centum quinquaginta liber continet, quem Psalmorum vocamus. In quibus nonnulli voluti, eos solos factos esse à David, qui eius nomine inscripti sunt. Sunt etiam qui putant non ab eo factos, nisi qui prænotantur ipsius David, qui vero habent in titulis, ipsi David, ab alijs factos, personæ ipsius suis coaptatos. Quæ opinio voce Euangelica & Salvatoris ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse David in spiritu Christum dixerit esse suum dominum, quoniam Psalmus centesimus non sic incipit: Dixit dominus domino meo, sed ē à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Et certe idem Psalmus non habet in titulo, ipsius David, sed ipsi David: sicut plurimi. Mihi autem credibili-

lius videntur existimare, qui omnes illos ceterum quinquaginta Psalmos eius operi tribuant: eumque aliquos prænotasse etiam non minibus aliorum, aliquid, quod ad rem pertineat figurantibus: ceteros autem nullius hominis nomen in titulis habere voluisse, sicut ei varietatis huius dispositionem, quamvis latetebrosum, non tam inanem dominus inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendum, quod nonnullorum nomina Prophetarum, qui longe post David regis tempora fuerunt, quibuldam Psalmis in eo libro leguntur inscripta: & quæ ibi dicuntur, velut ab eis dici videntur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetati regi David haec etiam futurorum Prophetarum nomina reuelare, ut aliquid quod eorum persone conueniret propheticæ cantaretur, sicut rex Iosias exorturus & regnaturus post annos amplius quam trecentos, euidam prophetæ, qui etiam facta eius futura predixit, cum suo nomine reuelatus est.

Psal. 64.
111. 147.
& 148.

3. Re. 13.
4. Re. 13.

C

Nunc iam expectari à me video, ut hoc loco libri huius aperiam, quid in Psalmis David de domino Iesu Christo vel eius ecclesia prophetarit. Ego autem ut hoc non ita faciam, sicut videtur ipsa expectatio postulare: quamvis iam in uno fecerim, copia quam in opia magis impediatur. Omnia enim Ponere vitadæ prolixitatis causa prohibeatur: Vereor autem ne cum aliqua elegero, multis qui ea nouerunt, videar magis necessaria preterisse. Deinde quia testimonium, quod profertur de contextione totius Psalmi, debet habere suffragium, ut certe nihil sit, quod ei refragetur si non omnia suffragantur, ne more centonum ad rem quam volumus, tanquam versiculos decerpere videamur, velut de retrogrado carmine, q; non de re illa, sed de alia longeq; diuersa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem ut in quocunq; psalmo possit ostendi exponendus est totus. Quod quanti operis sit, & aliorum & nostra volumina in quib; hoc fecimus, satis indicant. Legat ergo illa, qui voluerit, & potuerit, inueniet quot & quanta

Mat. 22.

M

ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse David in spiritu Christum dixerit esse suum dominum, quoniam Psalmus centesimus non sic incipit: Dixit dominus domino meo, sed ē à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Et certe idem Psalmus non habet in titulo, ipsius David, sed ipsi David: sicut plurimi. Mihi autem credibi-

All.
Flu
de di

& quanta rex David idemque propheta de Christo & eius ecclesia prophetauerit, de re ge scilicet & ciuitate quam condidit.

De his quæ in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum & ecclesiam pertinentia, aut aperte dicuntur, aut tropice.

Cap. XV I.

B

Quamlibet enim de quacunque re proprieat̄ sint, atque manifestæ propheticæ locutiones, necesse est, vt eis ē tropicē miscentur: quæ maxime propter tardiores inferunt doctiorib. laboriosum disputandi exponendiq; negocium: quædam tñ Christum & ecclesiam ipsa prima facie mox vt dicuntur, ostendunt: & si ex otio restant exponenda, quæ in eis minus intelliguntur, quale illud est in eodem Psalmorum libro: Eructauit cor meum verbum bonū, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamis scribæ, velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominū: diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potenterissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducere te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potentissime. Populi sub te cadent: in corda inimicorum regis. Sedes tua Deus in secula seculorū, virga regni tui. Dilexit tū iustitiam, & odio habuisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Mirra, & gutta, & cæsa a vestimentis tuis, a domib. eburneis: ex quib. delectauerunt te filiæ regū in honore tuo. Quis non hic Christū, quæ predicamus, & in quæ credimus, quamlibet sit tardus, agnoscat: cū audiat Deum, cuius sedes est in secula seculorum, & vñctū a Deo vtiq; sicut vngit Deus nō visibili, sed spirituali atq; intelligibili christate? Quis. n. tam rudis est in hac religione, vel tam furdus aduersus eius famam, longe, lateq; diffusam, vt Christū a christinatē, hoc est, ab vñctione, appellatum esse non nouerit? Agnito aut̄ rege Christo, iam cetera, quæ hic tropice dicta sunt, quō sit speciosus forma præ filiis hominum: quadam tanto magis amanda, atque miranda, quanto minus corporea pulchritudine: quis gladius eius,

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 64.

111. 147

G 148.

3. Re. 13.

4. Re. 13.

Psal. 34.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Etus est, quos non vidi in carne. Vnde per cuiusdam Psalmi prophetiam dicit ipse rex noster: Ernes me de contradictionibus populi, constituies me in caput gentium. Populus, quem non cognoui seruuiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Populus ergo iste gentium quem non cognouit Christus praesentia corporali: in quem tu Christum sibi annunciatum credit, ut merito de illo diceretur: in auditu auris obaudiuit mihi: quia fides ex auditu est. Iste inquam, populus additus veris, & carne, & fidei Israëlitis, ciuitas est Dei, qua

I ipsum quoque secundum carnem peperit Christum, quando in solis illis Israëlitis fuit.

Psal. 36. Inde quippe erat virgo Maria, in qua carnem Christus ut homo esset, assumpsit. De qua ciuitate Psalmus alius ait, Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Quis est iste altissimus, nisi Deus? Et per hoc Christus Deus antequam in illa ciuitate per Mariam fieret homo, ipse in Patriarchis & Prophetis fundavit eam. Cū igitur huic regina ciuitati Dei, tanto ante dictum sit per prophetam, quod iam videmus impletum, pro patribus tuis natu fuit tibi filij, constituies eos Principes super omnem terram, ex filiis quippe eius per omnem terram sunt præpositi Principes cū confiteantur ei populi concurrentes ad eam cum confessione laudis æternæ in seculum seculi, proculdubio quicquid hic tropicis locutionibus subobscurè dictum est, quoquo modo intelligatur, debet his rebus manifestissimis conuenire.

De his quæ ad sacerdotium Christi in Psalmo centesimonoно, & de his quæ in Psalmo vigesimo primo ad passionem ipsius spectant.

Cap. XVII.

Sicut etiam in illo Psalmo ubi sacerdos Christus, quemadmodum hic rex aperi-
tissime prædicatur: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum: Sede-
re Christus ad dexteram Dei patris creditur,
non videatur: eius etiam inimicos ponи sub
pedibus eius nondum appetit. Id igitur ap-
parebit in fine, nunc hoc vere creditur, post
videbitur. Verum hoc quod sequitur: Virgā

virtutis tuae emittet dominus ex Sion, domi-
nare in medio inimicorum tuorum: ita clau-
rum est, ut non solum infideliter, & infoeli-
ter, sed etiā impudenter negetur. Et ipsi qui
pe' fatentur inimici ex Sion missam fuisse le-

gem Christi, q̄ Euangelium nos vocamus, &
eam virgam virtutis eius agnoscimus. Domi-

nari vero eum in medio inimicorum suorum,
ijdem ipsi inter quos dominatur dentib. suis

frendendo & tabescendo, & nihil aduersus
eum valendo testantur. Deinde quod paulo

post dicit, Iurauit dominus & non poenite-
bit eum: quibus verbis immutabile futurum

esse significat, quod adiungitur, Tu es sacer-
dos in æternum secundum ordinem Melchi-

sedech: ex eo, quod iam nusquam est sacer-
dotium & sacrificium secundum ordinem

Aaron, & vbiq; offertur sub sacerdote Chri-
sto, quod protulit Melchisedech quando be-

neditix Abraham, quis ambigere permitti-
tur, de quo & ista dicantur? Ad hæc itaque

manifesta referuntur, quæ paulo obscurius

in eodem Psalmo posita sunt, quæ quomo-
do rectè intelligentur in nostris iam popu-

laribus sermonibus notum fecimus. Sic & in

illo ubi humilitatem passionis suæ per pro-
phetiam Christus eloquitur dicens: Foderū

manus meas & pedes meos, dinumerauerūt

omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt

& conspexerunt me. Quibus vtique verbis

in cruce corpus significauit extentum, ma-

nibus pedibusq; confixis, & clauorū trans-

uerberatione confosisis, eoquæ modo se spe-
ctaculum considerantibus & conspicienti-
bus præbuisse. Addens etiam: Diuiserunt sibi

vestimenta mea, & super vestem meam mi-
serunt lortem. Quæ propheta quemadmo-
dum impleta sit, euangelica narrat historia.

Tunc profecto & alia recte intelliguntur, quæ

ibi minus aperte dicta sunt, cum congruent
his, quæ tanta manifestatione claruerunt, præ-

fertim quia & illa, quæ non transacta credi-
mus, sed præsentia contuemur, sicut in eo-

dem Psalmo leguntur, tanto ante prædicta,

ita nunc exhibita iam toto orbe terrarū cer-
nuntur. Ibi enim paulopost dicitur: Comme-
morabuntur & ad dominum conuertentur

vniuersæ fines terræ, & adorabunt in conse-
etu eius omnes patriæ gentium, quoniam do-

mini est regnum, & ipse dñabitur gentium.

Gen. 14.

Mat. 26.

M

Psal. 21.

Mat. 27.

A

Psal. 22.

De

De Psalmo tertio, & de quadragesimo, & de
quintodecimo, & de sexagesimo primo,
in quibus mortis & resurrectio domini
prophetantur. Capt. XVIII.

DE resurrectione quoq; eius nequaquam
Psalorum oracula tacuerunt, Nā quid
est aliud quod in Psalmo tertio ex persona
eius canitur: Ego dormiui & somnum cepi,
& exurrexi quoniam dominus suscepit me.
An forte quisquam ita desipit, vt credat ve-
luti aliquid magnum nobis indicare voluisse
Prophetam, quod dormierit, & exurrerit, ni
si somnus iste mors esset, & euigilatio resur-
rectio, quam de Christo si oportuit propheta-
ri? Nam in xl. Psalmo manifestius id ostendit-
tur, vbi ex persona eiusdem mediatoris,
more solito, tanquam præterita mirantur, q
futura prophetabantur: quoniam que ventu-

qui Iudeos post passionem resurrectionemq;
Christi de sedibus suis bellica strage, & exci-
dio funditus eradicatos videt? Occisus enim
ab eis resurrexit, & reddidit eis interim tem-
poraneam disciplinam, excepto quod non
correctis seruat, quando viuos & mortuos
iudicabit. Nam dominus ipse Iesus istum
ipsum traditorem suum per panem porre-
ctū ostendens Apostolis, hunc etiā versum
Psalmi huius cōmemorauit, & in se dixit im-
pletum. Qui edebat panes meos, ampliauit
super me calcaneū. Quod autem ait, in quē
sperauit: non congruit capiti, sed corpori.
Neq; n. nesciebat eum ipse Salvator, de quo
ante iam dixerat, vnu ex vobis diabolus est:
sed solet in se membrorum suorum transfer-
re personam, & sibi tribuere, quod est illo-
rum, qui acutus & corpus vnu est Christus.
Vnde illud in Euangelio: Esuriui, & dedistis
mihi manducare. Quod exponens ait: Qn v-
ni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Se
itaq; dixit sperasse, quod tunc sperauerat de
Iuda discipuli eius, quando est connumeratus
Apostolis. Iudei autē Christū quem spe-
rant, moritum esse non sperant. Ideo quē
lex & prophetæ annunciarunt, nostrum
esse non putant, sed nescio quē suum, quē si-
bi alienū à mortis passione configunt. Ideo
mirabili vanitate atq; cœcitate verba, que po-
suimus, nō mortē & resurrectionē, sed som-
num & euigilationem significare cōtendunt
Sed clamat eis etiam Psalmus. xv. Propter
hoc iocundatū est cor meū, & exultauit lin-
guia mea: insuper & caro mea requiescat in
spe, quoniam non derelinques animā meā in
inferno, nec dabis sanctū tuum videre cor-
ruptionem. Quis in ea spe diceret requievisce-
re carnem suā, vt non derelicta anima sua in
inferno, sed cito ad eam redeunte reuiuisce-
ret ne corrūperetur, sicut cadavera corrūpi-
solent, nisi qui die tertio resurrexit? Qd utiq;
dicere nō possint de Prophetā & rege David
Clamat lxvij psalmus: Deus noster Deus sal-
uos faciēdi, & dñi dñi exitus mortis. Quid
apertius diceretur? Deus enim saluos faciēdi
dominus est Iesus, quod interpretatur Salua-
tor & salutaris. Nā ratio nominis huius h;c
reddita est, quando prius, quām ex virgine
nasceretur dictum est: Paries filium, & vo-
cabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum
faciet populum suum à peccatis eorum.

Ioan. 3.

Psal. 14.

Ioan. 6.

Mat. 25.

D

All. Iu-
dei chi-
stum re-
turn cre-
dunt, sed
non mori-
tur.

Bra erant iam in prædestinatione & præscien-
tia Dei velut facta erant, quia certa erant. Ini-
nici, inquit: mei dixerunt mala mihi, quan-
do morietur & peribit nomen eius. Et si in-
grediebatur, vt diceret, vanalocutum est cor
eius, congregauit iniuriam sibi. Egredie-
batur foras, & loquebatur simul in vnu. Ad-
uersum me fusurabant omnes inimici mei
aduersum me cogitabāt mala mihi. Verbum
iniqū disposituerunt aduersum me: unquid
qui dormit, non adjicet, vt resurgat? Hæc cer-
te ita posita sunt verba vt nihil aliud dixisse
intelligatur, quam si diceret. Nunquid qui
moritur, non adjicet, vt resurgat? Superiora
quippe demonstrauit mortem ipsius cogitas-
se & disposituisse inimicos eius, & hoc actū
esse, per eū qui egrediebatur vt videret, &
egrediebatur, vt proderet. Cui autē hic non
occurrat ex discipulo eius factus traditor Iu-
das? Quia ergo facturi erant, quod molieban-
tur, id est, occisi erant eū, ostendēs illos va-
na malitia frustra occisiuros resurrecturum,
sic adiecit hunc versum velut diceret: Quid
agitis vani? Quod vestrum est scelus, meus
somnus erit. Nunquid qui dormit, non adjic-
et, vt resurgat? Et tñ eos tam magnum nefas
non impune facturos cōsequentibus indicat

Cversibus, dices: Etenim homo pacis meq; in
quo sperauit, qui edebat panes meos amplia-
uit super me calcaneū, hoc est conculcauit
me. Tu autē, inquit, dñe miserere mei & resu-
fcita me, & reddā illis: Quis hoc iam neget

In

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

In quorum peccatorū remissionem, quoniā sanguis eius effusus est, non vtq; oportuit eum de hac vita exitus alios habere, quam mortis. Ideo cum dictum esset: Deus noster

Psal. 67. Deus saluos faciendi: continuo subiunctum est, & domini exitus mortis, vt ostenderetur moriendo saluos esse facturus. Sed mirando dictum est, & domini, tāquam diceretur, Talis est ista vita mortalium, vt nec ipse dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem.

De Psalmo. LXVIII. in quo Iudeorū pertinax infidelitas declaratur. Cap. XIX.

Sed vt Iudei tam manifestis huius propheticis testimonij, etiam rebus ad effectum tam clarū certūq; perductis omnino nō credant, profecto in eis illud impletur, quod in eo Psalmo, qui hunc sequitur, scriptū est. Cū enim & illic ex persona Christi, quā ad ejus passionē pertinet propheticē dicerentur, cōmemoratum est, quod in Euangelio patuit;

Mat. 17. Dederunt in escam fel., & in siti mea potum *Psal. 68.* mihi dederunt acetum. Et velut post tale cōuiuum epulasq; sibi huiuscmodi exhibetas, mox intulit: Fiat mensa eorum coram ip-

Gsis in muscipulam & in retributionem, & in scandalum: obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua & cetera, quā non oprando suat dicta, sed specie prophetando prædicta. Quid ergo mirum, si hec manifesta non vident, quoniam oculi sunt obscurati, ne videant? Quid mirū si cœlestia non suspiciunt, qui vt in terrena sint proni, dorsum eorum semper incuruū est? His enim verbis trāslatis à corpore vitia significantur animorū. Ista de Psalmis, hoc est, de prophetia regis David, satis dicta sunt, vt aliquis modus sit. Ignoscant autem, qui hæc legunt, & cuncta illa nouerūt, & de ijs quā fortasse firmiora me prætermisssæ vel intelligent, vel existimant, non querantur.

De regno ac merito David, & de filio ipsius Salomone, eaq; prophetia, q; ad Christū pertinens inuenitur, vel in eis libris, qui scriptis ipsius copulantur, vel in eis quos ipsius esse non dubium est. Cap. XX.

Regnauit ergo David in terrena Hierusalē, filius cœlestis Hierusalem, diuino

multū testimonio prædicatus, quia & delicta eius tanta pietate superata sunt per saluberrimā penitēdi humilitatē, vt prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait: Beati quoniam remissa sunt iniuriae, & quoniam testa sunt peccata. Post hūc regnauit eidē populo uniuerso Salomon eius filius, qui vt lupa dictū est, patre suo viuēte cepit regnare. Hic bonis initijs, malos exitus habuit. Quippe secundū Reg. 1. Reg. 2.

l. Reg. 1. Reg. 2. obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia, etiā nunc & deinceps memorabilis, & tūc longe lateq; laudata. Prophetasse ēt ipse reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt in authoritatē canonica. Proverbia, Ecclesiastes, & Canticū cantoricū. Alij vero duo quoniam vnus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem vt Salomonis dicantur obtinuit cōsuetudo. Non autē esse ipsius non dubitant doctiores, eos tame in autoritatē maxime occidentalis antiquitus recepit ecclesia, quoniam in uno qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur. Impi quippe interfictores eius cōmemorantur dicentes: Circumueniamus iustum, quoniā insuavis est nobis & contrarius est operibus nostris, & impropter nobis peccata legis, & infamat in nobis peccata discipline nr̄e. Promittit sciētiā Dei se habere, & filiū Dei se nominat. Factus est nobis in traductionē cogitationū nostrarū. Grauis ēt nobis est ad vidēdū, qm̄ dissimilis est alijs vita illius & immutata viē eius. Tanquā nugaces astimati sum⁹ ab illo & abstinet se vijs nostris, quasi ab immunitijs. Presert nouissima iustorū, & gloriantur patrē se Deū habere. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tētemus quē vertura sunt illi, & sciemus quē erunt nouissima illius. Si enim iustus est filius Dei suscipiet illū, & liberabit eū de manu cōtrariorū. Contumelia & tormento interrogemus illū ut sciamus reverentia illius & probemus patientiā ipsius. Morte turpissima condēnemus illū, erit enim ei respectus * ex sermonibus illius. Hęc cogitauerūt, & errauerūt: exceptū enim illos malitia ipsorū. In ecclesiastico autem fides gentium futura prædictur isto modo: Miserere nostri dominator Deus omnium, & immitte timorem tuum super omnes gentes, extolle manum tuam super ḡtes alienas,

Supra c.

1. Reg. 2.

Pron. 5.

Ibidem.

K

Al. Ex.

ecd. 36.

1. Cor. 1.

Pf. 109.

Pron. 5.

aliens, & videant potentiam tuam, vt sicut
coram illis sanctificatus es in nobis, ita corā
nobis magnificeris in illis, & agnoscant te se-
cundum q̄ & nos agnouimus, quia non est
Deus præter tē dñe. Hanc sub optandi & pre-
candi specie prophetiam per Iesum Christū
videmus impletam, sed aduersus contradic-
tores nō tanta autoritate proferuntur, quæ
scripta non sunt in canone Iudeorum. In tri-
bus vero illis, quos Salomonis esse constat,
& Iudei canonicos habent, vt ostendatur ad
Christum, & ecclesiam pertinere, q̄ in eis e-
iusmodi reperitur operosa disputatio neces-
faria est, quæ nos ultra quam oportet, si nūc
adhibeatur extendit. Tamen quod in Prover-
bijs legitur viros impios dixisse. Absconde-
mus in terra virum iustum iniuste, absorbe-
mus vero eum tanquam infernus viuentem,
& auferamus eius memoriam de terra, pos-
sessionem eius pretiosam apprehendamus:
non ita obscurum est, vt de Christo & pos-
sequitur dicit: Derelinquite insipientiam, vt
viviatis, & quārite prudentiam, vt habeatis vi-
tam. Participem autem fieri mense illius, ip-
sum est incipere habere vitam. Nā & in alio
libro, qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait: Non
est bonum homini, nisi quod manducabit,
& bibet; quid credibilius dicere intelligitur,
quam quod ad participationem mense hu-
ijs pertinet, quam sacerdos ipse mediator te-
stamenti noui exhibet secundum ordinē Mel-
chisedech de corpore, & sanguine suo? Id.n.
sacrificium successit omnibus illis sacrificijs
veteris testamenti, quæ immolabantur in um-
bra futuri, propter quod etiam vocem illam
in Psalmo tricesimo & nono eiusdem media-
toris per prophetiam loquétis agnoscimus:
Sacrificium & oblationem noluisti, corpus A
autem perfecisti mihi, quia pro illis omni-
bus sacrificijs & oblationib. corpus eius of-
fertur, & participantibus ministratur. Nam
istum Ecclesiasten in hac sententia mandu-

I & auferamus eius memoriam de terra , pos-
sessionem eius pretiosam apprehendamus :
non ita obscurum est , vt de Christo & pos-
sessione eius ecclesia fine laboriosa exposi-
tione non posset intelligi . Tale quippe aliquid
etiam dominus ipse Iesus per Euangelicam para-
bolam ostendit dixisse malos colonos . Hic

Mat. 21. tione nō posſit intelligi. Tale quippe aliquid etiam dñs ipſe Iefus per Euangelicam parabolam ostendit dixisse malos colonos. Hic **supra c. 4** est enim hēres, venite occidamus eum, & no
I. Reg. 2. stra erithāreditas. Itemq̄ illud in eodem libro quod iam ante perstrinximus, cum age-remus de sterili, que peperit septem, non nisi de Christo & ecclesia mox vt fuerit pronunciatum confuseuit intelligi ab eis, qui Chri-ſtum fanerium Dei esse noverunt. Sapien-

Pron. 9. itum sapientiam Dei esse houerunt . Sapientia ædificauit sibi domum & suffulxit columnas septem , immolauit suas victimas , miscuit in cratere vinum suum , & parauit mensam suam . Misit seruos suos conuocans cum excellenti prædicatione ad craterem dicens : Qui est insipiens , diuertat ad me . Et in opibus sensu dixit : Venite , manducate de panibus meis , & bibite vinum , quod miscui vobis . Hic certe agnoscimus Dei sapientiam , hoc est verbum patri coeternum , in utero virginali domum sibi ædificasse corpus hu-

M manum, & huic tanquam capiti membra ec
Pf. 109. clesiam subiunxit martyrum victimas im-
molasse, mensam in vino & panibus præpa-
rasse, vbi appetet etiam sacerdotium secundum ordinem. Melius hinc in fine.

I. Cor. I. dum ordinem Melchizedech, infipientes & inopes sensu vocasse, quia sicut dicit Apostolus: Infirma huius mundi elegit Deus, ut confunderet fortia. Quibus tamen infirmis quod

sequitur dicit: Derelinquite insipientiam, vt
vivatis, & quārite prudentiam, vt habatis vi-
tam. Participem autem fieri mense illius, ip-
sum est incipere habere vitam. Nā & in alio
libro, qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait: Non Eccle. 3.
est bonum homini , nisi quod manducabit,
& biber; quid credibilius dicere intelligitur,
quam quod ad participationem mense hu-
ijs pertinet, quam sacerdos ipse mediator te-
stamenti noui exhibit secundum ordinē Mel-
chisedech de corpore, & sanguine suo? Id.n.
sacrificium successit omnibus illis sacrificijs
veteris testamenti, quæ immolabantur in um-
bra futuri, propter quod etiam vocem illam
in Psalmo tricesimo & nono eiusdem media-
toris per prophetiam loquētis agnoscimus:
Sacrificium & oblationem noluiti , corpus A
autem perfecisti mihi , quia pro illis omni-
bus sacrificijs & oblationib. corpus eius of-
fertur , & participantibus ministratur . Nam
istum Ecclesiasten in hac sententia mandu-
candi & bibendi quam sepe repetit pluri-
mumq; cōmemorat, non sapere carnales epu-
las voluptatis, satis illud ostendit, vbi ait, Eccle. 7.
Ilius est ire in domum luctus, quam ire in do-
mum potus. Et paulopost, Cor inquit sapien-
tium in domo luctus, & cor insipientium in
domo epularum. Sed illud magis cōmemo-
randum existimo de hoc libro quod perti-
net ad ciuitates duas, vnam diaboli, alteram
Christi , & earum reges diabolum & Chri-
stum. Vnde tibi terra, inquit, cuius rex adole- Ecc. 1.

Christi, & earum reges diabolum & Christum. Vnde tibi terra, inquit, cuius rex adolescens, & Principes tui mane comedunt. Beata tu terra cuius rex tuus filius ingenuorum & Principes tui in tempore comedunt, in fortitudine & non in confusione. Adolescētem dixit diabolum, propter stultitiam, & superbiam, & temeritatem, & petulantiam, ceteraque: vitia, quae huic artati assolent abundare: Christum autem filium ingenuorum, sanctorum Patriarcharum pertinētum ad liberam ciuitatem, ex quibus est in carne prōgenitus. Principes illius ciuitatis mane manducantes, idest, ante horam congruam, quia non existant opportunam, qua vera est in futuro seculo felicitatem, festinanter beari huius seculi celebritate cupientes. Principes autem ciuitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant. Hoc ait in fortitudine & non in confusione, quia non eos fallit spes, de qua dicit Apostolus, Spes autem non

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Rom. 5. non confundit. Dicit & Psalmus, Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. *Psal. 24.* vero Canticum canticorum spiritalis quedam sanctorum est voluptas mentium, in coniugio illius regis & reginæ ciuitatis, quod est Christus & Ecclesia. Sed haec voluptas allegorica regnum inuoluta est, ut desideratur ardentius, videaturque iocundius, & appearat sponsus cui dicitur in eodem Cantico, Aequitas dilexit te, & sponsa que ibi auditur charitas in delitijs tuis. Tacite multa transmisus, cura huius operis terminandi.

De regibus post Salomonem siue in Iuda siue in Israel. Cap. XXI.

E. Reg. 12. **C**aeteri post Salomonem reges Hebreorum vix inueniuntur per aliqua enigmata dictorum suorum rerum gestarum, quod ad Christum & ecclesiam pertineat prophetasse, siue in Iuda, siue in Israel. Sic enim appellatae sunt illius populi partes, ex quo propter Salomonis offensam tempore filii eius Roboam qui patri successit in regnum, Deo vindicante diuinus est. Proinde tribus decem quas accepit Hieroboam seruus Salomonis, rex eius in Samaria constitutus, proprie vocabantur Israel, quamvis hoc vniuersi populi illius nomen esset. Duabus vero tribus Iuda, scilicet & Benjamin, que propter David ne penitus regnum stirpis eius suis fuisse eradicatum, remanserant subiacentes ciuitati Hierusalem, Iuda nomen fuit, quia ipsa erat tribus unde David. Benjamin vero tribus altera ad id regnum, de quibus dixi, pertinens erat, unde fuit Saul rex ante David. Sed simul istae duæ tribus ut dictum est, Iuda vocabantur, & hoc nomine discernebantur ab Israel, que appellabantur proprie decem tribus habentes suum regnum. Nam tribus Leui quoniam sacerdotalis fuit, Dei non regum seruitio mancipata, tertiadecima numerabatur. Ioseph quippe unus ex duodecim filiis Israel, non unam sicut coeteri singulas, sed duas tribus fecit, Esse & Manassem. Verutamen etiam tribus Leui ad regnum Hierosolymitanum pertinebat magis, ubi erat Dei templum cui teruebat. Diuiso igitur populo, primus regnauit in Hierusalem Roboam rex Iuda filius Salomonis: & in Samaria Hieroboam rex Israel seruus Salomonis. Et cum

3. Re. 11. voluisset Roboam tanquam tyrannide dimis illius partis bello perseguiri, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente Deo per prophetam se hoc fecisse. Vnde apparuit nullum in ea re, vel regis Israel, vel populi suis peccatum, sed voluntatem Dei vindicatis impletam fuisse. Quia cognita, pars veraq[ue] inter se pacata conqueuit: non enim religiosis, sed regni fuerat facta diuisio.

Num. 3. **E**iusdem illius regni Hieroboam mente peruersa non credens Deo, quem verace promissio sibi regno datoque probauerat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Hierusalem, quo secundum diuinam legem sacrificandi causa vniuersae illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, & stirpi David tanquam regio semini reddeatur, instituit idolatriam in regno suo, & populum Dei secum simulachrum cultum obstruetum nephanda impietate decepit, nec tamen omnino cessauit Deus, non solum illum regem, verum etiam successores eius, & impietatis imitatores populumque ipsum arguere per Prophetas. Nam ibi extiterunt & magni illi insignesque prophetæ, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Helias, & Heliseus, discipulus eius. Etiam ibi dicenti Heliae: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam: Responsum est illic esse septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

Gen. 48. **E**ntra in regnum Hieroboam statu, donec ambo populi in captiuitatem diverso tempore ducerentur, reuocato postea Iuda in regnum suum, quod nouissime in Romanorum transiit potestatem. Cap. XXII.

I. Co. 12. **I**temque in regno Iuda pertinente ad Hierusalem etiam succedentium regum temporibus non defuerunt prophetæ, sicut Deo placebat eos mittere, vel ad prænuntiandum quod opus erat, vel ad corripienda

De Hieroboam, qui impietate idolatriæ subditum sibi populum prophanauit, in quo tamen non defitit Deus & prophetas inspirare, & multos ab idolatriæ crimen custodire. Cap. XXII.

4. Re. 25.

Matt. 2.

Luc. 1.

Luc. 2.

da peccata præcipiendamq; iustitiam. Nā & illic, et si longe minus quam in Israel, tamen extiterunt reges qui suis impietatibus Deum grauiter offenderent, & moderatis flagellis icum populo simul plecterentur. Piorum sane regum merita ibi nō parua laudantur. In Israel autem reges alios magis, alios minus, sonnes tamen reprobos legimus. Vtraq; igitur pars sicut iubebat diuina prouidētia, vel sinebat, varijs & erigebatur prosperitatibus, & aduersitatibus premebatur, & sic affligeba

H 4. Re. 25. tur, non solum externis, verum etiam inter se ciuilibus bellis: vt certis existentibus causis misericordia Dei, vel ira patesceret, donec eius indignatione crescente, yniuersa gens illa à Chaldeis debellantibus, non solū subuerteretur in sedibus suis, sed et ex maxi-

Matt. 22. ma sui parte transferetur in terra Assyriorū prius illa pars, quæ vocabatur Israel in tribus decem. Postea vero etiā Iuda euersa Hierusalē & templo illo nobiliſimo, in quibus terris & annos septuaginta captiuum egit o- cium: post quos inde dimissa, templū quod euersum fuerat instaurauit: & quanuis pluri- mi eius in alienigenarum degerent terris, nō habuit tamen deinceps duas regni partes, duos diuersos in singulis partibus reges, sed in Hierusalem princeps eorum vnu erat: at- ique ad Dei templū, quod ibi erat, omnes vndiq; vbiunque esset, & vndeconq; pos- sent, per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes ex alijs gentibus expugnato- resque defuerunt. Nam etiam Romanorum iam tributarios eos Christus inuenit.

De prophetis, qui vel apud Iudeos postre- mi fuerunt, vel quos circa tempus nat- uitatis Christi Euangelica prodit histo- ria. Cap. XXIIII.

I. Ef. 5. **T** Lue. 1. Lue. 2. Oto autem illo tempore, ex quo redie runt de Babylonia, post Malachiā, Ag- gaeum, & Zachariam, qui tūc prophetaue- runt, & Esdrā: non habuerunt pphetas, vsq; ad Saluatoris aduentum, nisi aliū Zacharia patrem Ioannis, & Helizabet eius vxorem, Christi natuitate iam proxima, & eo iam na- to, Simeonem semen, & Annam viduam, iā- grandauam, & ipsum Ioannem nouissimū, qui inuenis iā iuuenem Christum nō quidē futurū prædictit, sed tamen incognitum pro-

phetica cognitione monstrauit: prōpter qđ ipse dñs ait: Lex & prop̄hetæ vsq; ad Ioan- nem. Sed istorum quinque prophetatio ex Euangeliō nobis nota est: vbi & ipsa virgo mater domini ante Ioannem prophetasse inuenitur. Sed hanc istorum prophetiam Iudæi reprobi non accipiunt: acceperunt autē, qui ex eis inumerabiles Euangeliō credie- runt. Tunc enim vere Israel diuisus est in duo: diuersione illa, quæ per Samuelem prophetam Sauli regi est immutabilis prænun- ciata. Malachiam vero, Aggæum, Zachariā, & Esdrā, etiam Iudæi reprobi, in authori- tatem canonicanam receptos nouissimos ha- bident. Sunt enim & scripta eorum, sicut alio- rum, qui in magna multitudine prophetarū per pauci ea scripserunt, quæ autoritatem canonis obtinerent. De quorum prædictis quæ ad Christum ecclesiamque eius perti- nent, nonnulla mihi in hoc opere video esse ponenda: quod commodiſius fieri adiuuante domino, sequenti libro:ne hunc tam proli- xum vltius oneremus.

Mat. 11.

1. Re. 15.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I

Episcopi de Ciuitate Dei, ad

Marcellinum.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

De his, quæ vsque ad tempora Saluatoris de- L
cem & septem voluminibus disputata sunt. Cap. I.

D E Ciuitatū durarū, quarū Dei vna, seculi huius est altera in qua nunc est, quantum ad hominum genus pertinet, etiā ista peregrina, exortū, & pro- cursu, & debitib; finib; me scripturū esse pro- misi, cum prius inimicos ciuitatis Dei, qui cōditori eius Christo, Deos suos p̄fererunt, & liuore sibi perniciōſiſimo atrociter iniū- dent Christianis: quantum me adiuuaret eius gratia refelliſsem, quod voluminibus decem prioribus feci. De hac vero mea, quam mō cōmemorauī, tripartita p̄missione, decimū ſequentibus quatuor libris ambarūm est di- gestus exortus. Deinde pro cursu ab homi- ne primo vsque ad diluuium libro vno, qui ē huius operis qntusdecimus, atq; inde vsq;

ad

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ad Abraham, rursus ambē sicut in temporibus, ita & in nostris literis cūcūrrenerunt. Sed a patre Abrahā vñq; ad regū tempus Israelitārum, vbi. xvij. volumen absoluimus, & inde vñq; ad ipsius in carne Salvatoris aduentum quousq; decimus septimus liber tenditur, so la videtur in meo stilo cucurisse Dei ciuitas, cū in hoc seculo non sola cucurrit, sed ambē vtq; in genere humano, sicut ab initio simul suo procursu tempora variauerint. Verū hoc ideo feci ut prius ex quo apertiores Dei pmissiones esse cōperunt vñq; ad eius ex virgine nativitatē, in quo fuerat, quā primo pmittebantur implēda, sine interpolatione à cōtrario alterius ciuitatis ista, quā Dei est, procurrēs dislinctius appareret, quā uis vñq; ad reuelationē testamenti noui, non in lumine, sed in umbra cucurrit. Nūc ergo q; intermiserā video esse faciendū, vt ex Abrahā temporibus, qñō ē illa cucurrit, quantū satis video, attingā, vt ambæ inter se possint consideratione legentiū comparati.

De terrenæ ciuitatis regibus atq; temporibus, quibus ab exortu Abrahā sanctorū tempora suppūtata conueniunt.

cap. II:

Societas igitur vñquequaq; mortaliū dif-
fusa per terras, & in locorū quantislibet diuersitatibus, vnius tñ, eiusdēq; naturæ qua-
dam cōmuniōne deuincta, vtilitates cupiditi-
tates suas, quibusq; sectantibus, dum id, qđ
appetitur, aut nemini, aut nō omnibus suffi-
cit: quia non est idipsum aduersum seipsum,
plerunq; diuiditur & pars partem quę præ-
ualet, opprimit. Viētri enim vita succum-
bit; dominationi scilicet, vel etiā libertati:
qualemcumq; pacem præferens: ac salutem:
ita ut magnę fuerint admirationi, qui perire
quam seruire, maluerunt. Nam in omnibus
serè gentibus quodammodo vox naturę ista
personuit, vt subiugari victoribus mallent,
quibus contigit vinci, quam bellica omnifa-
ria vaftatione deleri. Hinc factum est, vt non
sine Dei prouidentia, in cuius potestate est,
vt quilibet bello, aut subiugetur, aut subiu-
get, quidam essent regnis prædicti, quidam
regnantibus subditi: sed inter plurima regna
terrarum, in quę terrenę vtilitatis, vel cupi-
ditatis est diuila societas: quam ciuitatem

A.I. Pro
teidens
regna do
natur.

E

mundi huius vniuersali vocabulo nuncipa-
mus, duo regna cernimus lōge ceteris pro-
uenisse clariora: Assyriorū primū deinde Ro-
manorum, vt temporibus, ita locis inter se
ordinata, atq; distinct a. Nā quo modo illud
prius, hoc posterius, eo modo illud in Oriē-
te, hoc in Occidente surrexit. Deniq; in il-
lius fine, huius initium cōfestim fuit. Regna
cetera, ceterosq; reges: velut appēdices illo
rum dixerim. Ninus ergo iam secundus rex
erat Assyriorum, qui patri suo Belo succe-
serat, regni illius primo regi, quando in ter-
ra Chaldeorum natuſest Abraham. Erat e-
tiam tempore illo regnum Sicyoniorū ad-
modū paruū, à quo ille vnde cunq; doctissi-
mus Marcus Varro scribēs de gente populi
Romani, velut antiquo tempore exorsus est.
Ab his n Sicyoniorū regibus ad Athenien-
ses peruenit à quibus ad Latinos: inde ad Ro-
manos. Sed ante conditā Romanā in compa-
ratione regni Assyriorum, p̄exigua ista cō-
memorat. Quāuis Atheniensēs in Grēcia plu-
rimū claruisse fateatur etiam Salustius Ro-
manus historicus plus tamē fama, quam te
ipsa. Nam loquēs de illis: Atheniensiū, inqt,
res geste, sicuti ego existimo, satis ample, ma-
gnificaq; fuerunt: verū aliquanto minores
tamen, quā fama feruntur. Sed quia prouene
re ibi scriptorū magna ingenia, per terrarū
orbē Atheniensiū facta pro maximis celebrā-
tur. Ita eorum, qui facere virtus tanta habe-
tur, quantū ē verbis potuere extollere prē-
clara ingenia. Accedit huic ciuitati non par-
ua ēt ex literis & philosophis gloria: quod
ibi potissimū talia studia viguerunt. Nā quā-
rum attinet ad imperiū, nullū maius primis
temporibus, quā Assyriorū fuit: nec tam lon-
ge lateq; diffulsum. Quippe vbi Ninus rex,
Beli filius vniuersam Asiam, quę totius orbis
ad numerū partium, tercia dicitur: ad magni-
tudinem vero dimidia reperitur, vñq; ad Li-
byę fines subegisse traditur. Solis quippe In-
dis in partibus Orientis non dominabatur:
quos tamen eo defuncto Semiramis vxor
eius est aggressa bellādo. Ita factū est, vt qui-
cunq; in illis terris populi, siue reges erāt. Af-
fyriorum regno, ditioniq; parerent, & quic-
quid imperaretur, efficerent. Abrahā igitur G
in eo regno apud Chaldeos, Ninī temporib;
natus est. Sed quoniam res Grēcę mul-
to sunt nobis, quam Assyrię notiores, & per
Grēcos

A.I. Se-
miramus
Regina.

Geu. 1

Gen. 1

Ali. N
mam.

Gen. 2

Gen. 3

Græcos ad Latinos: ac deinde ad Romanos, qui etiam ipsi Latini sunt, temporum seriem deduxerunt, qui gentem populi Romani in originis eius antiquitate rimati sunt: ob hoc debemus, vbi opus est, Assyrios memorare reges: ut appareat quemadmodū Babylonias, quasi prima Roma cū peregrina in hoc mūdo Dei ciuitate procurrat. Res autem, quas propter comparationem ciuitatis vtriusq; terrenæ scilicet, & cœlestis, huic operi oportet inserere, magis ex Græcis & Latinis, vbi ipsa Roma secunda Babylonias est, debemus assumere. Quando ergo natus est Abraham, secundi reges erant: apud Assyrios Ninus, apud Sicyonios Europas. Primi autem, illic Be Ius, hic Aegialeus fuerunt. Cū vero egresso Abraham de Babylonias, promisit ei Deus ex illo magnam gentem futuram, & in eius se-

H Gen. 26.
Geu. 12. minse omnium gentium benedictionem; Assyrijs quartum regem habebāt: Sicyonij quia tū: apud illos enim regnabat filius Nini post matrē Semiramidem, quæ ab illo interfecta perhibetur, ausa filium mater incestare concubitu. Hanc putant nonnulli condidisse Babylonem, quam quidem potuit instaurare.
Gen. 10. Qñ autem vel quomodo condita fuerit, in sextodecimo libro diximus. Filium porro Nini & Semiramidis, qui matri succedit in regnum, quidam etiam ipsum Ninum quidam vero deriuato à patre vocabulo * Ni-nium vocant. Sicyoniorum autem regnum tunc tenebat Telexion. Quo regnante usque adeo ibi mitia & lata tempora fuerunt, vt eum defunctum velut Deum colerent sacrificando & ludos celebrando, quos ei primi-tus institutos ferunt.

All. Ni-miam. Quibus regnabitibus apud Assyrios atque Sicyonios Abrahæ centenario Isaac de promissione sit natus: vel ipsi Esau & Iacob gemini de Rebecca sint æditi. Cap. III.

E G
All. Ste-
xor miramus
qui-
Regina.
Al-
tic-
tur G
ori-
ul-
per
Gen. 21. C vius temporibus etiam Isaac ex pro-
missione Dei natus est centenario patri
filius Abrahæ de Sara cōjuge, quæ sterilis, &
Gen. 35. anus iam spem prolis amiserat. Tunc & Assy-
rijs quintus erat rex Aralius. Ipsí vero Isaac
sexagenario nati sunt filij gemini, Esau & Ia-
cob, quos ei Rebecca vxor peperit, aeo-
rum Abraham adhuc viuente, & centum se-
xaginta etatis annos agente. Qui expletis cen-

tum septuagintaquinquem annis defunctus est: regnantibus apud Assyrios Xerxe illo anti-
quore, qui etiam Baleus vocabatur: & apud Sicyonios Thuriacho, quem quidam Thuri-
machum scribunt septimus regibus. Regnum autem Argiuorum simul cum Abrahæ nepo-
tibus ortu est, vbi primus regnauit Inachus
sanè quod prætercundum non fuit, etiam a-
pud sepulchrum septimi sui regis Thurimachi
sacrificare Sicyonios solere Varro re-
fert. Regnabitibus porro octauis regibus Ar-
mamirtæ Assyriorū, Leucippo Sicyoniorū,
& primo Argiuorum Inacho, Deus locutus
est ad Isaac, atque ipsi quoq; eadem quæ pa-
tri eius duo illa promisit, semini scilicet eius
terram Chanaan: & in eius semine benedi-
ctionem cunctarum gentium: hæc ipsa pro-
missa sunt etiā filio eius nepoti Abrahæ, qui
est appellatus primo Iacob, post Israel: cum
iam Belocus, rex nonius Assyrijs, & Phoro-
neus Inachi filius secundus regnaret Argiu-
is, Leucippo adhuc apud Sicyonios perma-
nēte. His temporibus Græcia sub Phoroneo
Argolico rege legum & iudiciorum quibusdam
clarior facta est institutis. Phegous ta-
men frater Phoronei iunior, cum eslet mor-
tuus, ad eius sepulchrum templum est con-
stitutum, in quo coleretur vt Deus: & ei bo-
ues immolarentur, credo honore tanto ideo
dignum putarunt: quia in regni sui parte pa-
ter q̄ppe loca ambobus distribuerat, in qui-
bus eo viuente regnarent, iste facella consti-
tuerat ad colendos Deos: & docuerat obser-
uari tempora per mensis atque annos, quid
eorum quatenus metirentur, atque numero-
rent. Hæc in eo noua mirantes rudes adhuc
homines, morte obita Deum esse factum, si-
ue opinati sunt, sine voluerunt. Nam & Io-
filia Inachi fuisse perhiōetur, quæ postea Isis
appellata: ut magna dea culta est in Aegy-
pto: quanuis alij scribant eam ex Aethiopia
in Aegyptum venisse reginam: & quod late-
iusque imperauerit, eisque multa commo-
da & literas instituerit, hunc honorem: illi
habitum esse diuinum postea quam
ibi mortua est: & tantum hono-
rem vt capitali crimine reus
existeret, si quis eam
fuisse homi-
nem dice-
ret.

Aug. Tomus Quintus. Y De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De temporibus Iacob & filij eius Ioseph. Cap. IIII.

Regnibus Assyriorum decimo rege
 Gen. 35. Baleo, & Sicyoniorum nono Mesapo,
 qui etiam Cephisos à quibusdā traditur,
 si tamen duorū nominum homo vñus fuit,
 ac nō potius alterum pro altero putauerunt
 fuisse hominem, qui in suis posuerunt scri-
 ptis alterum nomen, cum rex Argiorū ter-
 tius Apis esset, mortuus est Isaac annorū cen-
 tum & viginti: quorum minor Iacob perti-
 nens ad ciuitatem Dei, de qua scribimus, ma-

Aiore utiq; reprobato, habebat duodecim fi-
 lios, quorum illum, qui vocabatur Ioseph
 Gen. 37. mercatoribus in Aegyptū transeuntibus fra-

Gen. 41. tres adhuc Isaac auo eorum viuente vendi-
 derant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph,
 quando ex humilitate, quam pertulit subli-
 matus est, cū triginta esset annorum: quoniam
 somnia regis diuine interpretatus, prænun-
 ciauit septē vbertatis annos futuros, quorū
 abundantiam præpollentem, conseqüentes
 alij teptē steriles fuerant consumptui: & ob

Gen. 39. hoc ē rex præficerat Aegypto, & de carce-
 re liberatū, quo ē coniecerat integritas ca-
 stitatis, quā fortiter seruans male amāti Domīne, & male credulo Domino mētitur, ve-
 ste etiam derelicta, de manibus attrahētis au-

Gen. 47. fugiens non consensit ad stuprum. Secundo
 Supralib.
 bro. 16. autem anno septē annorū sterilium, Jacob
 in Aegyptū eum suis omnibus venit ad fi-

lium, agens annos centum & triginta; sicut
 interroganti regi ipse respōdit, cū Ioseph a-
 geret triginta & nouem, ad triginta scilicet
 quos agebat, qñ à rege honoratus est, additis
 septē vbertatis annis, & duobus famis.

De Api rege Argiorum, quem Aegyptij Se-
 rapin nominatum Diuino ho-
 nore coluerunt.

Cap. V.

His temporibus rex Argiorum Apis na-
 uibus transiectus in Aegyptū, cum ibi
 mortuus fuisset, factus est Serapis omnium
 maximus Aegyptiorum Deus. Nominis autē
 huius cur non Apis etiam post mortem, sed
 Serapis appellatus sit, facilimam rationem
 Varro reddidit: quia enim arca in qua mor-
 tuus ponitur, quod omnes iam ορκοφαγο-

vocant τόπος dicitur Grēce: & ibi ēu venera-
 ri sepultum cępēhūnt, priusquam templum
 eius esset extructum: velut Soropapis, vel So-
 rapis, primo: deinde vna litera, vt fieri assolet
 commutata, Serapis diētus est. Constitutum
 est etiam de illo, vt quisquis eum hominem
 dixisset fuisse, capitaleū penderet p̄nam. Et
 quoniam ferē in omnibus templis, vbi cole-
 bantur Iphis & Serapis: erat etiam simulachrū
 quod digi o. labijs impreso admonere vide-
 tur, vt filiū hierer: hoc significare idem
 Varro existimat, vt homines eos fuisse tace-
 tur. Illos autē bos, quem mirabili vanitate
 decepta Aegyptus in honorem eius delitijs
 affluētibus alebat: quoniam sine sarcophago
 viuum venerabantur. Apis non Serapis voca-
 batur. Quo bene mortuo quoniam quare-
 batur, & reperiebatur vitulus coloris eius-
 dem, hoc est, albis quibusdam maculis simi-
 liter insignitus: mirum quiddam & diuini-
 tis sibi procuratum esse credebant. Non e-
 nim magnum erat Dēmonibus ad eos deci-
 piendos phātasiam talistauri, quā sola cer-
 neret, ostentare vaccæ concipienti atq; præ-
 gnanti, vnde libido matris attraheret, quod
 in eius fēcum iam corporaliter appareret, si-
 cut Jacob de virgis variatis vt oves & capre
 variae nascerentur, effecit. Quod enī homi-
 nes coloribus & corporibus veris, hoc Dē-
 mones figuris factis facillime possunt anima-
 libus concipientibus exhibere.

Quo regnante apud Argiuos, quove apud
 Aegyptios, Jacob in Aegypto mor-
 tuus fit. Cap. VI.

Apis ergo rex non Aegyptiorum, sed Af-
 giuorū, inmortuus est in Aegypto. Huic
 filius Argus successit in regnū, ex cuius no-
 mine Argi, & ex hoc Argui appellati sunt.
 Superioribus autem regib; nōdū vel locus
 vel gens habebat hoc nomen. Hoc regnante
 apud Argiuos, & apud Sicyonios Erathos:
 apud Aegyptios vero adhuc manēte Baleo mor-
 tuus est Jacob in Aegypto annorum centum
 quadraginta septem, cum moriturus filios
 suos, & nepotes ex Ioseph benedixisset, Chri-
 stumque apertissime prophetasset, dicens
 in benedictione Iude: Non deficiet prin-
 ceps ex Iuda, & dux de lemoribus eius do-
 nec veniant quæ reposita sunt ei, & ipse
 erit

AI. I. M.
 mio.
 AI. I. Ple-
 nao.
 Gen. 5.
 Exo. 1.

Gen. 30.
 lib. 3. de
 Trium.
 it. cap. 8.
 Ex. 11.
 ap. 1.

Exo. 2.

Gen. 49.

Rerit expectatio gentium. Regnante autem Argō, suis cēpit vī frugib⁹ Græcia, & habere fegetes in agricultura, delatis aliunde semini bus. Argus quoque post obitum Deus haberi cēpit, tēplo & sacrificijs honoratus. Qui honor eo regnante & ante illum delatus est homini priuato & fulminato cuidā Homogyro, eo q̄ primus ad aratrum boues iunxerit.

Quotum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus est. Cap. VII.

Regnibus Assyriorum duodecimo AL. L. M. ² Hermasco, & vndecimo Sicyonio mio. ³ Plemino, & Argis adhuc manente AL. P. ⁴ Argo mortuus est Ioseph in Aegypto, anno n. ⁵ centum & decem. Post cuius mortem Gen. 5. populus Dei mirabiliter crescens mansit in Exo. I. Aegypto centum quadraginta quinque anno tranquille prius, donec morerentur, qui

Ibus Iosephi notus fuit. Deinde quia inuidetur incrementis eius, eratque suspectus quo usque inde liberaretur: persecutionibus affligebatur innumeris, inter quas tamen diuinus foecundata multiplicatione crescebat, & laboribus premebatur intolerabilis seruitutis. In Assyria vero & Græcia per idem tempus regna eadem permanebant.

Quorum regū ætate Moyses natus sit, & quorum demum iisdem temporibus sit orta religio. Cap. VIII.

MVM ergo regnaret Assyrijs quartusdecimus Saphrus, & Sicyonijs duodecimus Orthopolus, & Crialus quintus Arguius, natus est in Aegypto Moyles, per quem populus Dei de seruitute Aegyptia liberatus est, in qua eum ad desiderandum sui creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnibus memoratis regibus fuisse à quibusdam creditur Prometheus, quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientia doctor fuisse prohibetur, nec tamen ostenditur, qui eius temporibus fuerint sapientes. Frater eius Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur. Vnde occasionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare configeret, quāuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Multa quoque alia ex

illis in Græcia temporibus configi fabulosa cēperunt, sed vīque ad Cecropem regem Atheniensium: quo regnante eadem ciuitas etiam tale nomen accepit, & quo regnante Deus per Moysen eduxit ex Aegypto popu- lū suū, relati sunt in deorum numerum aliqui mortui cęca & vana consuetudine, ac superstitione Græcorum. In quibus Criasi

regis cōiunx Melantonice, & Phorbas filius eorum, qui post patrem rex Argiorum sex- A tus fuit, & septimi regis Triopæ filius Iasus, & rex nonus Sthenelas, sive Sthenelus, sive Sthenelus, varie quippe in diuersis authoribus inuenitur. His temporibus etiam Mercurius fuisse prohibetur, nepos Atlantis, ex Maia filia eius, quod vulgatores etiam literę personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas & hominibus tradidit: quo merito eum post mortem Deum esse voluerūt, sive etiam crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicitur, ad ea tamen tempora pertinēs Argiorum, quamvis nonnulli eum Mercurio präferant tempore: quos falli existimo, sed quolibet tempore nati sint, constat inter historicos graues qui hæc antiqua literis mandauerunt ambos homines fuisse, & quod mortalibus ad istam vitam commodiū ducentam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse diuinos. Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygij ad lacum qui Tritonis dicitur, virginali fertur apparuisse ætate: vnde & Tritonia nuncupata est, multorum sanè operum inuentrix: & tanto procliuus dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iouis nata canitur, Poetis & fabulis, non historiæ rebusque gestis est applicandum, quanquam Ogygius ipse quando fuerit, cuius temporibus etiam diluuium magnum factum est, non illud maximum in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt: quod gentium nec Græca, nec Latina nouit historia: sed tamen maius quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiæ non conuenit. Nā Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem superius feci, & nihil sibi ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius quam Ogygij diluuium, hoc est, Ogygij factum temporibus. Noſtri autem qui chronica scripferunt, prius Eusebius, post Hiero-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Cnymus, qui vtique præcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt: post annos amplius quam trecentos iā secundo Argiæ Phoronçœ rege regnante. Ogygij diluuium fuisse cōmemorant. Sed quolibet tempore fuerit, iam tñ Minerua tanquā Dea colebatur, regnante Atheniensibus Cecrope, sub quo rege etiam ipsam vel instauratam ferunt, vel conditam ciuitatem.

Quando Atheniensium ciuitas fit condita,
 & quam causam nomini eius Varro
 perhibeat. Cap. IX.

FN Am vt Athenæ vocarentur, q̄ certe non men à Minerua est, quæ Græce Athena dicitur: hanc causam Varro indicat. Cum ap̄ paruisset illie repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt, & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit, q̄ olea Mineruam significaret, vnda Neptunum, & q̄ esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, ciuitas vocaretur. Itò Cecrops oraculo accepto, ciues omnes vtriusq; sexus: mos enim tunc in eisdem locis erat, vt etiam foeminae publicis consultationibus interessent, ad ferendū suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, foeminae pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus est inuenta foeminarum, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus extenuatis terras Atheniensium populus est: quoniam spargere latius quolibet aquas difficile demonibus non est: cuius vt iracundia placaretur, triplici suppicio dicit idem author ab Atheniensibus affectas esse mulieres, vt nulla vterius ferret suffragia: vt nullus nascientium maternum nomen aciperet: vt ne quis eas d̄herat vocaret. Ita illa ciuitas mater ac nutrix liberalium doctrinaram, & tot tantorumque philosophorum, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilior, ludificanibus demonibus de lite deorū suorum maris & foeminae, & de victoria per foeminas foeminea Athenas nomen accepit, & a viēto lāsa, ipsam viētricis victoriā punire cōpulsa est, plus aquas Neptuni, quam arma formidans. Nam in mulieribus, quæ sic punitæ

sunt, & Minerua quę vicerat, viēta est: nec aſſuit suffragatricibus suis, vt suffragiorum deinceps perdita potestate, & alienatis filiis a nominibus matrū, Athenęas saltē vocari li- ceret, & eius deæ mereri vocabulum quam viri Dei viētricem fecerant ferēdo suffragiū, de quo satis appetat, quæ & quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret.

Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, & de diluio Deucalionis.

Cap. X.

Attamen Marcus Varro non vult fabuloſis aduersus deos fidem adhibere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid fentiat. Et ideo, nec Areopagon, vbi cum Atheniensibus Paulus Apostolus disputauit: ex quo loco Areopagitæ appellati sunt curiales vrbis eiusdem: vult inde accepisse nomen, q̄ Mars, qui Græce ἀρης dicitur, cum homicidij criminē reus fieret, iudicatis duodecim dijs in eo pago, sex sententijs absolutus est, quia vbi pars numeri sententijs fuissent, præponi absolutio damnationi solebat. Sed cōtra istam, quæ multo est amplius celebrata opinionem, aliam quādā de obscurarum notitia literarum, causam nominis huius conatur astruere, ne Areopagon Atheniensēs de nomine Martis & pagi, quasi Martis pagum nominasse credantur in iniuriam videlicet numinum, a quibus litigia, vel iudicia existimat aliena: non minus hoc quod de Marte dicitur, falsum esse asseuerans, quam illud q̄ de tribus deabus, Iuno ne scilicet, & Minerua, & Venere: qua pro malo aureo adipiscendo, apud iudicem Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur: & ad placandas ludis deos, qui delectantur, seu veris, seu falsis istis criminibus suis, inter theatra plausus cantantur, atq; saltantur. Hęc Varro non credit, ne deorū natura, seu moribus credit incongrua: & tam non fabulosam, sed historicam rationē de Athenarum vocabulo reddens, tantam Neptuni & Mineruæ item suis literis inserit, de cuius nomine potius illa ciuitas vocatur, vt cum prodigiorum ostentatione contenderent inter eos iudicare, nec Apollo consultus auderet, sed ad deorū iurgium finiendū, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem

Al. I. V.
de di-
ſit Deu-
lionis a-
luuium

Exo. I

I. Co. I

Deut.

Iofue

Iofue

ridem Iupiter, ita & ista ad homines mittet, vbi vinceret Minerua suffragijs, & in pœna suarum suffragatricum vinceretur quæ in aduersarijs suis viris obtainere Atheneas potuit & amicas suas foeminas Atheneas habere non potuit. His tēporibus ut Varro scribit regnante Atheniēsibus Cranao successore Cecropis; vt autem nostri Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanēte diluuium fuit, quod appellatum est Deum de dīctis calionis, eo quod ipse regnabat in earum ter sit Deum ex rārum partibus, vbi maxime factum est. Hoc lionis dī autem diluuium nequaquam ad Aegyptum, lūuum. neque eius vicinia peruenit.

D Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit: & Iesu Naue qui eidem successit, quorum regum ætate sit mortuus. Cap. XI.

Exo. 14. **E** Duxit ergo Moyses ex Aegypto populum Dei, nouissimo tempore Cecropis Atheniensium regis cū apud Assyrios regnaret Ascades, apud Sicyonios Marathus, apud Argiuos Triopas. Educto autem populo in monte. Sina diuinis acceptam tradidit legem, quod vetus dicitur testamentū, quia pmissiones terrenas habet: & per Iesum Christū futurū fuerat testamentū nouū, quo regnum celorū promitteretur. Hunc enim ordinem seruari oportebat, sicut in unoquoq; homine, qui in Deū proficit, id agitur, quod ait Apostolus, vt non sit prius quod spiritale est: sed quod animale, postea spiritale: quoniā sicut dicit, & verū est: primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cœlo cælestis. Rexit autem populum Moyses per annos quadraginta in deserto: & mortuus est annorū centū & viginti: cum Christū etiam ipse prophetasset per figurā obseruationum carnaliū in tabernaculo & sacerdotio, & sacrificijs, alijsq; mysticis, plurimisq; mandatis. Moysi successit Iesus Naue: & in terra pmissionis introductū populū collocavit ex authoritate diuina debellatis gentib. à quib. eadē loca tenebatur. Qui cū populū rexisset

Iosue 1. post mortē Moysi viginti & septē annos etiā ipse defunctus est: regnāte apud Assyrios octa uodecimo Amynta, apud Sicyonios sextodecimo Corace, apud Argiuos decimo Danao apud Atheniēs quarto Ericthonio.

De sacrī falsorum deorum, quæ reges Græciq; illis temporibus instituerunt: quæ ab exitu Israel de Aegypto, usque ad obitum Iesu Naue dinumerant. Cap. XII.

P Er hēc tempora, idest, ab exitu Israel ex Aegypto usq; ad mortē Iesu Naue, per quem populus idem terram repromotionis accepit, sacra sunt instituta diis falsis à regibus Græcię, quæ memoriā diluuij, & ab eo liberationis hominū vitæq; tunc erumnosq;, modo ad alta, modo ad plena migrantiū solenni celebritate reuocarunt. Nam & Lupercorū per sacram viam ascensum atq; defecsum sic interpretantur, vbi ab eis significari dicant homines, qui propter aquę inundationem summa montium petuerunt, & rursus eadem residente ad ima redierunt. His tēporibus Dionysium qui etiā Liber pater dictus est, & post mortē Deus habitus vitē fecerunt ostendisse in Attica terra hospiti suo. Tunc Apollini Delphico instituti musici, ut placaretur ira eius, qua putabant afflictas esse sterilitate Græcię regiones, quia non defenderunt templum eius, quod rex Danaus H cum easdem terras bello inuasisset, incendit. Hos autē ludos ut instituerent, oraculo sunt eius admoniti. In Attica vero rex Erichthonius eius ei ludos primus instituit, nec ei tantum sed etiā Minerua, vbi premiū viatorib. oleum ponebatur, quod eius fructus inuenitricem Mineruam, sicut vini liberū tradunt. Per eos annos à rege Xantho Cretēsium, cuius apud eos aliud nomen inuenimus, raptā perhibetur Europa, & inde geniti Rhadamātus, Serpedon, & Minos, quos magis ex eadem muliere filios Iouis per vulgatum est. *Lib. 3. So* Sed taliū deorū cultores illud quod de rege *lito. cap. 16. & sic* Cretensem diximus, historicę dant veritati: *pra. ca. 8.* hoc autem quod de Ioue Poetę cantat, theatra concrepant, populi celebrant, vanitati deputant fabularum, ut esset vnde Iudi fierent placardis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibus Hercules in Tyria clarus habebatur. Sed nimiriū alias, non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures suisse dicuntur & Liberi patres & Hercules. Hunc sane Herculem cuius ingentia duodecim facta numerat inter quæ Antae Aphri necem non commen-

Aug. Tonius Quintus. Y 3 mo-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

I morant, quod ea res ad alterum Herculem pertinet, in Oetha thonte à seipso incensum produnt suis literis, cum ea virtute, qua móstra subegerat morbum tamen quo languebat sustinere non posset. Illo tempore, vel rex, vel potius tyrannus Busiris suis dijs suos hospites immolabat, quē filiū perhibēt snisse Neptuni, ex matre Libya filia Epaphi. Verum non credatur hoc stuprū perpetrasse Neptunus, ne dij accusentur, sed Poetis & Theatris ista tribuantur, vt sit vnde placentur. Erichthonij regis Atheniēsum, cuius nouissimis

I. Iose 24

annis Iesu Naue mortuus reperitur, Vulcanus & Minerua parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam Mineruam virginem volunt, in amborum contentione Vulcanum commorum effudisse aiunt semen in terram, atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Græca enim lingua ερις, contentio, & Χθων terra est, ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verum quod satendum est, resellunt, & à suis dijs repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt: quia in templo Vulcani, & Mineruæ, quod ambo vnum habebant Athenis, expositus inuetus est puer draconem inuolutus, qui eum significauit magnum futurum, & propter commune téplum cum essent parentes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filium: nominis tamen eius originem fabula illa potius quā ista designat historia. Sed quid ad nos hoc, cū iſi in veracibus libris homines instruāt religiosos, illud in fallacibus ludis dēmones delectet impuros, quos tamen illi religiosi tanquam Deos colunt? Et cum de illis hęc negant ab omni eos criminē purgare nō possunt, quoniam ludos eis poſcentibus exilient vbi turpi- ter aguntur, quæ velut sapienter negan- rur, his fal- sis ac turpibus dij placantur, vbi etiam si fabu- la cantat tam hominum crimen, quara numinum falsum, delectati- ri tamen falso crimi- ne cri men- est.

Qualium fabularum figura exorta sint eo tempore, quo Hebrais iudices præesse cęperunt. Cap. XIII.

V Erum post mottem Iesu Naue, populus Dei iudices habuit, quibus temporibus alternauerunt apud eos: & humilitates laborum pro eorum peccatis & prosperitates cōsolutionum propter miserationē Dei.

Lib. 2. s. lido. c. 16.

His temporib. fabulae fīctæ sunt de Triptolemo, qui iubēte Cerere, anguibus portatus alicibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit. De Minotauro, quod bestia fuerit inclusa Labyrinto: quo cū intrassent homines inextricabili errore inde exire non poterant. De Centauris, quod equorum hominumq; fuerit natura coniuncta. De cerbero, quod sit triceps inferorum canis. De Phryxo & Helle eius fratre, quod vecti ariete volauerint. De Gorgone, quod fuerit crinita serpentibus, & apicientes conuertebat in lapides. De Bellerophonte, quod equo penitus volante fit vectus, qui equus Pegasus dictus est. De Amphyone, quod citharæ suavitate lapides mulserit & attraxerit. De Fabro Dedalo & eiusfilio Icaro, quod fibi coaptatis pennis volauerunt. De Oedipo qui monstrum quoddam, quod Sphinga dicebatur, humana facie quadrupes, soluta quæ ab illis proponi solebat velut insolubili questione, suo præcipito perire compuserit. De Anteo quem Hercules quod filius terræ fuerit, propter quod cadens in terrā fortior soleret assurgere. Et si qua forte alia prætermisi. Haec fabulae ad bellum usque Trojanum, ubi secundum librum Marcus Varro de populi Romani gente finit, ex occasione historiarum, quæ res veraciter gestas continet, ita sunt ingeniis hominum fictæ, vt non sint opprobrijs numerum affixa. Porro autem quicunq; finixerunt à Ioue ad stuprum raptum pulcherimū puerum Ganymedem, quod nephias rex Tantalus fecit, & Ioui fabula tribuit, vel Danaes per imbreu aureum appetisse concubitum, M vbi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta, quæ illis temporibus, vel facta, vel ficta sunt, aut facta ab alijs, & ficta de Ioue, dici non potest quantum mali de hominum præsumperent cordibus, quod possent ista patienter ferre mendacia, quæ tamen etiam libenter amplexi sunt, qui utique

Lib. 1. s. lido. c. 17.

que quanto deuotius Iouem colunt, tanto eos, qui hac de illo dicere ausi sunt, seuerius punire debuerunt. Nunc vero non solum eis qui ista finixerunt irati non sunt, sed nisi talia figmēta etiam in theatris agerent ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona peperit Apollinem, non illum, cuius oracula solere consuli superius loquebamur, sed illum quem cum Hercule ferunt Admeti regis armenta pauiisse: qui tamen sic est Deus creditus, vt plurimi ac penè omnes vnum eundemque Apollinem fuisse opinentur, Tunc & Liber pater bellauit in India, A qui multas habuit in exercitu foeminas, quæ Bacchæ appellatae sunt, non tam virtute nobiles, quam furore. Aliqui sanè & victum scribunt istum Liberum & vincutum: non nulli & occisum in pugna a Perseo, nec vbi fuerit sepultus tacent, & tamen eius velut Dei nomine per immundos Dēmones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilegia sunt instituta. De quorum rabiosa turpidudine post tam multos annos sic Senatus erubuit, vt in vrbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus & vxor eius Andromeda, postea quam sunt mortui, sic eos in coelum recepos esse crediderunt, vt imagines eorū stellis designare, eorumque appellare nomini bus non erubescerent, nec timerent.

De Theologis poetis. Cap. XIII.

P eridem temporis interuallum extiterunt poete, qui etiam Theologi dicerentur, qm̄ de Dijs carmina faciebant: sed talibus Dijs qui quamlibet magni homines, tñ homines fuerunt: aut mundi huius, quem verus Deus fecit, elementa sunt, aut in Principatis & potestatis pro voluntate Creatoris, & nō suis meritis ordinati, & si quid de vno vero Deo inter multa vana & falsa cecinerunt, colendo cum illo alios, qui Dij non sunt, eisq; exhibendo famulatum, qui vni tantum debetur Deo, non ei vtiq; rite seruérunt, nec à fabuloſo deorum suorum dedecore ēt ipsi se abstinere potuerunt. Ex quorum numero fuisse perhibentur Orpheus, Musæus, Linus. Verum illi Theologi deos coluerunt, non pro dijs culti sunt: quamuis Orpheum, nescio quomodo, infernis sacris vel potius sacrilegijs præficere soleat ciuitas impiorū.

Vxor autem regis Athamantis, quæ vocatur Ino, & eius filius Melicertes præcipito spontaneo in mari perierūt, & opinione hominum in deos relati sunt: sicut & alij homines eorum temporū: inter quos fuerunt Castor & Pollux. Illam sanè Melicertis matrem Leucothēam Græci, Matutam Latini vocauerunt: utriq; tamen putantes Deam.

De occasu regni Argiuorum, quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnū patris primus accepit. Cap. XV.

P er ea tempora regnum finitum est Argiuorum, translatum ad Mycenæ: unde fuit Agamemnon, & exortum est regnum Laurentum: vbi Saturni filius Picus regnum primus accepit, iudicante apud Hebreos feminam Delbora, sed per illam Dei spiritus id agebat: nam & prophetissa erat, cuius prophetia minus aperta est, quam vt possumus eam sine diuina expositione de Christo de monstrare prolatam. Iam ergo regnabant Laurentes vtique in Italia, ex quibus euidenter ducitur origo Romana post Græcos: & tamen adhuc regnum Affyriorum permanebat, vbi erat rex viceimus tertius Lampares, cum primus Laurentum Picus esse coepisset. De huius Pici patre Saturno vide-

rint quid sentiant talium deorum cultores, qui eum negant hominem fuisse: de quo & alij scripserunt, quod ante Picum filium suum in Italia ipse regnauerit: & Virgilius notioribus literis dicit,

Is genus indocile, ac dispersum mórib. altis Aen. 6.

Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari

Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.

Aureaq; vt perhibent, illo sub rege fuere

Secula. Sed hac poetica opinentur esse fig-

menta, & Pici patrē Stercen potius fuisse al-

feuerent, a quo peritissimo agricola inueniū

ferunt, vt simile animaliū agri fecundarētur,

& fieri q; ab eius nomine sterlus dictum est: vnde &

voca hunc quidā Stercūtū vocatum ferunt. Qua-

libet autem ex causa eum Saturnū appellare

Sterculū: certum est tñ hunc fuisse Stercen

sive Stercūtū, quem merito agriculturæ fe-

cerunt Deum. Picum quoque similiter eius

filium in talium deorum numerum recepe-

rūt, quem præclarum augurē, & belligerato-

L rem fuisse asserunt. Picus Faunum genuit,

All. Ster-

cen, qui

ferunt,

secundarē-

tur,

etiam

Saturnus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Laurentum regem secundū, etiam iste Deus illis sylvestris fuit. Hos ante Troianum bellum diuinos honores mortuis hominibus detulerunt.

De Diomede post Troiz excidium in Deos relato, cuius socij traditi sunt in volucres esse conuersi. Cap. XVI.

Troia vero eversa, & excidio illo usque quaq; cantato, puerisq; notissimo: q; & magnitudine sui, & scriptorum excellētibus linguis insigniter diffamatum, atq; vulgatū est: gestumq; regnante iam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici: Laurentumque dici cessauit: Græci vīctores, deletam Troiam derelquentes, & ad propria remeantes, diuersis & horrendis cladibus di lacerati, atque contriti sunt: & tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt. Nam & Diomedem fecerunt Deum, quem poena diuinitus irrogata perhibent ad suos non reuertisse, eiusq; socios in volucres suis se conuersos, non fabuloso poeticoq; mendacio, sed historica attestatione confirmant, quibus nec Deus vt putant factus, humanam reuocare naturam, vel ipse potuit, vel certe a Ioue suo rege tanquam cœlicola nouitius im petrauit. Quin etiam templū eius esse aiūt in insula Diomedea, non longe a monte Gargano, qui est in Apulia, & hoc templum circuque Aliumbi rabilib; obsequio, vt rostrum aqua implant & aspergant, & eo si Græci venerint, vel Græcorum stirpe progeniti, non solum quietas esse, verum & superaduolare, si autem alienigenas viderint subuolare, & capita eorum tam grauibus iictibus, vt etiam perimant vulnerare. Nam duris & grandibus rostris satis ad hæc prælia perhibentur armatae.

De incredibilibus hominum commutatōnibus quid Varro crediderit.

Cap. XVII.

Hoc Varro vt astruat commemorat alia non minus incredibilia de maga illa famosissima Circe, quæ socios quoq; Ulyssis mutauit in bestias, & de Arcadibus, qui forte ducti transnatabant quoddam stagnum, atq; ibi conuertebarunt in lupos, & cum simili-

bus feris per illius regionis deserta viuebant. Si vero carne non vescerentur humana: rursus post nouē annos eodem renatato stagno reformabantur in homines. Deniq; è nominatim exp̄ressit quandam Dementum, cum gustasset de sacrificio, q; Arcades immolato puerο de suo Lyceo facere solerent, in lupū fuisse mutatum, & anno decimo in figuram propriam restitutū, ad pugilatum seū exercuisse & Olympiaco viciisse certamine. Nec idē propter aliud arbitratur ab historicis in Arcadia tale nomen afflictum Pani Lyceo & Ioui Lyceo, nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, q; ea nisi vi diuina fieri non putarent. Lopus enim Græcæ λύκος dicitur: vnde λυκαῖον nomen apparet inflexum. Romanos etiam Lupercos, ex illorum mysteriorum veluti semine dicit exortos.

Quid credendum sit de transformationibus, quæ arte dēmonum hominibus videntur accidere. Cap. XVIII.

Sed de ista tanta iudicatione dēmonum, nos quid dicamus, qui hæc legent fortassis expectant, quid Christiani agere debeant, q; inter idola gentium miracula fieri assertūtur. Et quid dicemus, nisi de medio Babyloniis esse fugiendum? Quod præceptum propheticum ita spiritualiter intelligitur, vt de huīus seculi ciuitate, q; profecto & angelorū & hominum societas impiorū est, fidei passibus, q; per dilectionem operatur, in Deū viuum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hæc ima potestatem dēmonum maiore videmus, tanto tenacius mediatori est inherendum, per quem de imis ad summā ascendimus. Si enim dixerimus ea nō esse credenda, non desunt etiam nunc qui eiusmodi quādam, vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse affuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebāt, quibus vellet seu possent viatoribus, vnde in iumenta illico verteretur, & necessaria quæq; portarent, postq; persona opera iterum ad se redirent, nec tñ in eis mentem fieri bestialē, sed rationalem humānamq; seruari: sicut Apuleius in libris quos, Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse

Gal. 5.

vt

ut accepto veneno humano animo permanente aflux fieret, aut indicauit, aut finxit. Hæc vel falsa sunt vel tam inusitata, ut merito non credantur. Firmissime tñ credendum est omnipotentem Deum omnia posse facere, quæ voluerit, siue iudicando, siue præstatando, nec dæmones aliquid operari secundum naturæ suæ potentiam, quia & ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna,

A nisi q̄ ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sanè dæmones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualib[us] factis ista veritur quæstio, sed specie tenuis, quæ a vero Deo sunt creata cōmutant, vt videantur esse q̄ non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem illa ratione crediderim dæmonum arte vel potestate in membra, vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti, sed phantasticū hominis, q̄ etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cū corpus non sit, corporum tñ similes mira celebritate formas capit, sopitis aut oppresis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia quidē, sed multo grauius atq; vehementius quā somno suis sensibus obseratis. Phantasticū autem illud veluti corporatum in aliquius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisq; etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset, in somnis, & portare onera, quæ onera si vera sunt corpora, portantur a dæmonibus, vt illudatur hominibus: partim vera corpora onerum, partim iumentorū falsa cernentibus. Nam quidam nomine Praestantius patri suo contigisse indicabat, vt venenum illud per caseum in domo sua fumeret, & iaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tñ nullo modo poterat excitari. Post aliquot autē dies eū velut euigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quæ passus est, caballum se scilicet factū, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus dicitur retica, qm̄ ad retia deportabatur. Quod ita vt narravit factum fuisse cōpertum est: & quæ tamen ei sua somnia videbatur. Indicauit & aliis se domi sua per noctem antequam requiesceret vidisse ve- tuis gōrū nientem ad se quendam philolophum sibi d. a. c. 11. notissimum sibiq; exposuisse nonnulla Pla-

tonica, quæ antea, rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem philosopho quæsitum fuisset, cur in domo eius fecerit, q̄ in domo sua petenti negauerat: nō feci, inquit, sed me fecisse somniaui. Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibutum est vigilati, q̄ alter videt in somnis. Hæc ad nos non quibuscumq; qualibus credere putaremus indignum, sed eis referētibus peruenierunt, quos nobis nō existimaremus fuisse mentitos. Pro inde quod homines dicuntur, mandatumq; est literis a dijs, vel potius dæmonibus Arcades in lupos solere conuerti: & q̄ carminib. Circe socios mutauit Ulysses, secundum istū modum mihi vñ fieri potuisse, quem dixit: si tamen factum est. Diomedes autem volucres, quandoquidem genus earum per successionē propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas, sicut cerua pro Iphigenia regis Agamemonis filia. Neque enim dæmonibus iudicio Dei permisit huiusmodi prestigia difficilia esse potuerūt, sed quia illa virgo postea viua reperta est, suppositā pro illa ceruam esse facile cognitum est. Socij vero Diomedis, quia nusquam subito cōparuerant, & postea nullo loco apparuerūt, perditibus eos vltoribus angelis malis, & pro eis aues occulte ex alijs locis, vbi est hoc genus avium ad ea loca perductæ sunt, ac re pente supposita, ideo creduntur esse conuersti. Quod autem Diomedis in templum aquā rostris afferunt & aspergunt, & quod blandiuntur Græcigenis, alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri dæmonum insti-
tu: quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet Deum factum esse Diomedem, ad decipiendos homines, vt falsos deos cum veri Dei iniuria multos colant, & hominib. D mortuis, qui nec cū viuerent, vere vixerunt, templis, altaris, sacrificijs, sacerdotib. quæ omnia cum recta sunt, non nisi vni Deo viuo & vero, cui debentur, inseruia-

B Quod eo tempore Aeneas in Italiam veniret, quo Labdon iudex p̄f. debat Hebreis. Cap. XI X.

C E O tempore post cap. am Troiam atque deletam, Aeneas c. in viginti nauibus, quibus portabantur rel. quæ Troianorum in Italiam

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Itiam venit regnante ibi Latino , & apud Athenienses Mnestheo, apud Sicyonios Po-

Hlyphide, apud Assyrios Tautane , apud Hebr̄os autem Iudex Labdon fuit. Mortuo aut̄ Latino regnauit Aeneas tribus annis eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi quod Sicyoniorum iam Pelasgus erat, & Hebr̄orum Iudex Sanson . Qui cum mirabili-

Iudic. 12 fortis esset, putatus est Hercules . Sed Aeneam, quoniam quando mortuus est non cōparuit, Deum sibi fecerunt Latini. Sabini etiā regem suū primum Xāthum, siue ut aliqui appellant Xanthium, retulerunt in Deos. Per idem tenipus Codrus rex Atheniensium Pe-

loponnēsibus eiusdem hostibus ciuitatis se interficiendum ignotus obiecit: Et factū est. Hoc modo eum prædicant patriam liberaſſe. Responsum enim acceperāt Peloponnesus unde demum se superaturos, si eorum regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apprendo , & in suam necē per iurgia prouocando . Vnde ait Virgiliius : Aut iurgia Codri . Et hunc Athenienses tanquam Deum sacrificiorū honore coluerunt. Quar to Latinorum rege Sylvio Aenea filio: non de Creusa , de qua fuit Ascanius , tertius ibi regnauit, sed de Lauinia Latini filia , quem

Aeglo. 6. posthumum Aeneas dicitur habuisse: Assyriorum autem vicesimo & nono Aeneo , & Melantho Atheniensium sextodecimo, iudice autem Hebr̄orum Heli sacerdoce, regnū Sicyoniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta & nouem traditur fuisse porrectum.

De successione ordinis regni apud Israelitas post iudices . Cap. X X.

Mox eisdē per loca memorata regnabitibus Israëlitarum regnū, finito tempore iudicum à Saule rege sumpsit exordium: quo tempore fuit Samuel propheta. Ab illo igitur tempore hi reges Latinorum esse cœperunt, quos cognominabāt Syluios, ab eo qui filius Aenea primus dictus est Syluius: ceteris subsecutis & propria noīa imponebantur, & hoc non desuit cognomentū, sicut longe postea Cesares cognominati sunt, qui succederunt Cesari Julio . Reprobato aut̄ Saule

I. Reg. 14. & 15. ne quisquā ex eius stirpe regnaret, eoq; defuncto Daud succedit in regnū post annos

à Saulis imperio quadraginta. Tunc Atheniēs habere deinde reges post Codri interitū destiterunt, & magistratus habere cœperunt K administrandæ Reipublicæ, post Dauid, qui etiam ipse quadraginta regnauit annos, filius eius Salomon rex Israëlitarum fuit, qui temp̄ illud nobilissimum Dei Hierosolymitanum condidit. Cuius tempore apud Latinos condita est Alba , ex qua deinceps non Latinorū sed Albanorum reges appellari in eodem tamen Latio cœperunt. Salomon successit filius Roboam, sub quo in duo regna populus ille diuisus est, & singulæ partes suos singulos reges habere cœperunt.

De regibus Latij, quorum primus Aeneas & duodecimus Auentinus dīj facti sunt.

Cap. XXL

L Atium post Aeneam quem Deum sece-
rant xj. reges habuit, quorum nullus Deus factus est. Auentinus autem, qui duodecimo loco Aeneā sequitur, cum esset prostratus in bello , & sepultus in eo monte qui etiam nunc eius nomine nuncupatur, deorū talium quales sibi faciebant numero est additus . Alij sanè noluerunt eum in prælio scribere occisum, sed non comparuisse dixerūt, nec eius vocabulo appellatum montem, sed ab aduentu aiuum dictum Auentinum . Post hunc non est Deus factus in Latio , nisi Romulus conditor Romæ. Inter istum autem &

I. Reg. 1. illum reges reperiuntur duo, quorum pri-
mus est, ut Virgiliano eum versu eloquar. Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis. Cuius tempore quia iam quodammodo Roma parturiebatur, illud omnium regnorum maximum Assyriorum finem tantæ diuturitatis accepit. Ad Medos quippe translatum est post annos fermè mille trecentos quinque, ut etiam Beli, qui Ninum genuit, & illic paruo contentus imperio primus rex fuit, tempora cōputentur. Procas autem regnauit ante Amulium . Porro Amulius frātris sui Numitoris filiam Rheam' nomine, quæ etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem Vestalem virginem fecerat, quam volunt de Martegeminis cōcepisse, isto modo stuprū eius honorantes, vel excusantes, & adhibentes argumentum, q; infantes expositos lupi nūtriererit. Hoc enim genus bestiæ ad Martem

Gen. 7.

Gen. 7.

tem existimat p̄tinere, vt videlicet ideo lupa credatur ad mouisse vbera paruulis, quia filios domini sui Martis agnouit quanuis non defint, qui dicant, cū expositi vagientes iacebent, à nescio qua primū meretrice fuisse collectos, & primas eius suxisse mamillas. Mere trices autē lupas vocabant: vnde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur.

C Et eos postea ad Faustulum peruenisse pastore, atq; ab eius Acca vxore nutritos: quanq; si ad arguendū hominē regē, qui eos in aquā projici crudeliter iusserat, eis infantibns per quos tanta ciuitas condenda fuerat de aqua diuinitus liberatis, per lactantem ferā Deus voluit subuenire, quid mirū est? Amulio sic cœs̄it in regnū Latiale frater eius Numitor, avus Romuli, cuius Numitoris primo anno condita est Roma, ac per hoc cum suo deinceps, idest, Romulo nepote regnauit.

D Quod eo tempore Roma sit condita quo regnum Assyriorū intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudaea. Cap. XXII.

N Am altissima tunc condita est ciuitas Roma velut altera Babylonis, per quam Deo placuit orbē debellare terrarū, & in vnam societate Reipub. legumq; perductū longe latetq; pacare. Erant. n. iam populi validi, & fortis, & armis gentes exercitatę, quę non facile cederēt, & quas opus esset ingentibus periculis, & vaftatioue vtrinq; non parua atque horrēdo labore superari. Nā quādo regnum Assyriorum totum pene Asiam subiungauit, licet bellādo sit factū, non tū multū aperis, & difficilibus bellis fieri posuit, q̄a rudes ad huc ad resistendū gentes erant, nec tā multā vel tā magnę. Siquidē post illud maximum atq; vniuerale diluuiū, cū in arca Noe octo soli homines euaserunt, anni non multo amplius q̄ mille trāfierant, q̄n Ninus Asiam totā, excepta India subiungauit. Roma vero tot gentes, & Orientis, & Occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate p̄domuit, qm̄ paulatim crescendo robustas eas & bellicosas quaqua uersum dilatabatur inuenit. Tpe igitur quo Roma cōdita est, populus Israel habebat in terra promissionis septingentos decem & octo. Ex quibus vigintiseptē pertinent ad Ie-

sum Naue, deinde ad tempus iudicū trecenti vigintinouē. Ex quo aut̄ ibi reges eā cœperāt, anni erāt trecenti sexaginta duo. Et rex tūc erat in Iuda cuius nomē erat Achaz, vel si. 4.Re.16. cut alij computāt, qui ei succedit Ezechias, 4.Re. 18 quē quidem constat optimū & piissimum regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero his tēporibus Hebraici populi parte, q̄ appellatur Israēl regnare cœperat Osee.

De Sibylla Erythræa, quæ inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo evidētia multa cecinisse.

Cap. XXIII.

E Odem tempore nonnulli Sibyllā Erythræa vaticinatā ferunt. Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse, non vna. Hac sane Erythræa Sibylla quædā de Christo manifesta conscripsit, quā ēt nos prius in Latina lingua versibus male Latinis & non stantib. legimus, per nescio cuius interpretis imperitiā sicut post cognouimus. Nā vir clarissimus Flaccianus qui ēt proconsul fuit, homo facillimā facundiā multaq; doctrinæ, cum de Xpo colloqueremur, Græcū nobis codicē protulit carmina esse dicens Sibyllæ Erythræ, vbi ostendit quodā loco in capitibus versuū ordinē literarū, ita se habentē vt hēc in eo verba legerentur: Ιησοῦς χριστός δεῦ νός οὐτην, quod eit Latin: Iesus Christus Dei filius saluator. Hi autem versus, quorum primā literę istum sensum, quem diximus, redundūt, sicut eos quidam Latinus extantibus versibus est interpretatus, hēc continent. Iudicij signum tellus sudore madescet. E celo rex aduenit per secula futurus.

Scilicet in carnem p̄ḡens vt iudicet orbē. Vnde Deum cernent incredulus atq; fidelis. Celsum cum sanctis, qui iā termino in ipso. Sicaq; cū carne aderunt, quas iudicet ipse. Cū iacet in cultus densis in vepribus orbis. Reijcīt simulacha viri cūctā quoq; gazam Exuret terras ignis, pontumque populumq;. Inquirens, tetri portas effringet Auerni. Sanctorum sed. n. cuncte lux libera carni. Tradetur, sōtes ēterna flamma cremabit. Occultos actus retegens, tūc quisq; loquet. Secreta atq; Deus reserabit peccata luci. Tunc erit, & luctus, stridebūt dentibus oē. Eripit solis iubar, & chorus interit astris.

Soluetur

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Soluetur celum, lunaris splendor obibit.
Deicjet colles, valles extollet ab imo.

Nō erit in rebus hominū sublime vel altum.

HIam cquantur cāpis montes & cērula ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et turba tunc sonitum tristē dimitter ab alto.
Orbe, gemens facinus miserum variosque labores.

Tertareūq; chaos monstrabit terra dehiscēs.
Et coram hic dño reges sistentur ad vnum.
Decidet ē celis ignisq; & sulphuris amnis.

In his latinis versibus de Grēco vtcūq; translati ibi non potuit illi sensus occurtere, qui sit cū literæ, quæ sunt in eorū capitibus connectūt, vbi litera in Grēco posita est, quia non potuerūt latina verba inueniri, quæ ab eadē litera inciperēt, & sententia cōuenirēt.
Hi aut̄ sunt versus tres, quintus & octauusde cimus & nonusdecimus. Deinde literas, quæ sunt in capitibus omnī versuū cōnectentes, harū trium, quæ scripta sunt non legamus, sed p̄ eis literā tanquam in eisdē locis ipsa sit posita recordemur, exprimitur in quinq; verbis, Iesu Christus Dei filius saluator: sed cū Grēce hoc dicitur nō latine. Et sunt versus viginti & septē, qui numerus quadratum ternatiū solidum reddit. Tria enim ter ducta

Ihant nouē. Et ipsa nouē si ter ducantur, vt ex lato in altū figura consurgat, ad viginti septē perueniunt. Horū autē Grēcorū quinq; verborum, quæ sunt, In gōos zēlos ſeu nōs owti p̄ quod est Latine: Iesu Christus Dei filius saluator, si primas literas iungas, erit ἐχθρός id est, p̄ scis in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abyſſo, velut in aquarū profunditate viuus, hoc est, sine peccato esse potuerit. Hæc autē Sibylla siue Etythræa, siue vt quidam magis credunt, Cumana, ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, q̄ ad deorū falſorū siue fictorū cultū pertinet, quinimmo ita et cōtra eos, & cōtra cultores eorū loquitur, vt in eorū numero deputāda videatur, qui ptinet ad ciuitatē Dei. Inserit ē Lactantius operi suo quādā de Christo vaticinia Sibyllæ, quis nō exprimat cuius. Sed quæ ſingillatim ipſe posuit, ego arbitratus ſū cōjunctim effe ponēda, tanquā vnu sit prolixū, quæ ille plura cōmemorauit & brevia. In manus iniquas, inq̄t, infidelium postea veniet.

L. 4. in-
Hi. ca. 6.

Ioan. 19.

Et dabūt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent venenos sputos. Dabit vero ad verbera simpliciter sanctū dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, q̄ verbū, vel vnde venit vt inferis loquatur, & corona spinea coronet. Ad cibum aut̄ fel, & ad ſitum acetū dederunt, in hospitalitate hāc mōstrabūt mēsam. Ipsa. n. infiēs gēs tuū Deū nō intellexisti: ludentē mortaliū mētibus, sed & spinis coronaſti, & horridū fel miscuſti. Tēpli vero velū ſcindetur, & me-
Mat. 27. dio die nox erit tenebroſa nimis in tribus ho-
ris. Et morte morieſ tribus diebus ſomno ſu-
ſcepto. Et tunc ab inferis regreſſius ad lucem letā veniet, primus reuolutionis principio reuocatus oſtenſo. Iſta Laſtantius carptim p̄ interualla diſputationis ſuq; ſicut ea poſcere videbantur quæ probare intēderat, adhibuit teſtimonia Sibyllina, quæ nos nihil interpo-
nētes, led in vna ſeriē cōnēcta ponētes, foliis capitib. ſiſri scriptores deinceps feruare nō negligant diſtinguenda curauimus. Nōnulli fanē Erythræam Sibyllam non Romuli, ſed bellī Troiani tempore fuſſe ſcriperunt.

Quod regnante Romulo ſéptem sapientes claruerint, quo tempore decem tribus, quæ Iſrael dicebantur, in capitulatatem à Chaldeis ductę ſunt, idemque Romulus mortuus diuino honore donatus est.

Cap. X X I I I .

L

Eodem Romulo regnante Thales Mileſius ſuiffe perhibetur, vnu ſeptē sapiētibus, qui poſt theologos poetas, in quibus Orpheus maxime omniū nobilitatus est, Sophi appellati ſunt, quod est Latine sapientes. Per idem tempus decē tribus quæ in diuino populi vocatę ſunt Iſrael debellatæ à Ghal dæis, in eas terras captiuę ductæ ſunt, remanentibus in Iudea terra duabus illis tribubus 4. Re. 17. quæ nomine Iuda vocabantur, ſedemq; regni habebāt Hierusalē. Mortuum Romulum cū & ipſe nulquam cōparuiffet, in Deos, q̄ & vulgo notissimum eft, retulere Romanū, quod vſqueadeo iam fieri deſierat, nec poſtea niſi adulando, nō errando factū eft téporibus Cēſarum, vt Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quod non rudibus & indo-
ctis temporibus, qñ facile homines falleban-
tur, ſed iam expolitis & eruditis meruit hos hono-

M nonnulla præcepta sententiarū breuitate cōplexi sunt. Nihil autem monimentorū quod ad literas attinet posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus deditis perhibetur. Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. Eo captiuitatis Iudaicæ tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes physici claruerunt. Tunc & Pythagoras, ex quo cooperunt **C** appellari philosophi.

M nonnulla præcepta sententiarū breuitate cōplexi sunt. Nihil autem monimentorū quod ad literas attinet posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus deditis perhibetur. Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. Eo captiuitatis Iudaicæ tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes physici claruerunt. Tunc & Pythagoras, ex quo cooperunt **C** appellari philosophi.

Quod eo tempore, quo impletis septuaginta annis, Iudeorum est resoluta captiuitas, Romani quoque a dominatu sunt regio liberati.

Cap. XXVI.

Per idem tempus Cyrus rex Persarū, qui ét Chaldeis & Assyriis imperabat, relaxata aliquanta captiuitate Iudeorum, quinquaginta millia hominū ex eis ad instaurandum templum regredi fecit. A quibus tātum prima copta fundamenta, & altare constrūctum est. Incurvantibus aut̄ hostibus nequam progredi ædificando valuerunt: dilatumque opus est ad Darium. Per idem tempus **L** etiam illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro Judith: quem sanè in Canone scripturarum Iudici non receperisse dicuntur. Sub Dario ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Hieremias propheta predixerat, redita est Iudeis soluta captiuitate libertas: regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsa regum suorū dominatione liberi esse cęperunt. Usque ad hoc tēpus prophetas habuit populus Israel: qui cum multi fuerint paucorū, & apud Iudeos, & apud nos canonica scriptura retinentur. De quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem: quod iam video esse faciendum.

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris: quique tunc de vocatione gentium multa cecinerunt, quando Romanorum regnum coepit, Assyriorumque defecit. Cap. XXVII.

Tempora igitur eorū ut possimus aduertere, in anteriora paululū recurramus. In capite libri Osee Prophetæ, qui primus

Qui philosophi eniuerint regnāte apud Romanos Tarquinio Prisco, apud Hebreos Sedechia cū Hierusalē c̄pta est, téplūque subuersum.

Cap. XXV.

Regnante vero apud Hebreos Sedechia, & apud Romanos Tarquinio Prisco, qui successerat Anco Martio, ductus est captiuus in Babyloniam populus Iudeorum, euersa Hierusalem & téplo illo à Salomone constructo. Increpantes n. eos prophetae de iniquitatibus & impietatibus suis, hæc eis vētura prædixerant, maxime Hieremias, qui ét numerum definiuit annorū. Eo tempore Pittacus Mityleneus unus ē septem sapientibus fuisse perhibetur. Et quinque ceteros qui vt se- ptem numerentur, Thaleti, quem supra com memorauimus, & huic Pittaco adduntur, eo tempore fuisse scribit Eusebius, quo captiuus Dei populus in Babylonie tenebatur. Hi sunt aut̄, Solo Atheniensis, Chilo Lacedemonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lyndius, Byas Prienetus. Omnes hi septē appellati sapientes post poetas theologos clauerunt, quia genere vitæ quædam laudabilia præstabant hominibus ceteris, & morum

B 4. Re. 17. nonnulla præcepta sententiarū breuitate cōplexi sunt. Nihil autem monimentorū quod ad literas attinet posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus deditis perhibetur. Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. Eo captiuitatis Iudaicæ tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes physici claruerunt. Tunc & Pythagoras, ex quo cooperunt **C** appellari philosophi.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Osee. 1. in duodecim ponitur, ita scriptum est: Verbum dñi quod factum est ad Osee in diebus Oziae, & Iothan, & Achaz, & Ezechie regū Iuda. Amos quoq; in diebus Oziae regis prophetasse se scribit. Addit etiam Hieroboam regē Israel, qui per eosdem dies fuit. Necnon Elaias filius Amos siue supra dicti Prophetæ, siue quod magis perhibetur alterius, qui non Prophetæ eodē nomine vocabatur, eosdem reges quatuor quos posuit Osee in capite libri sui ponit, quorum diebus se prophetasse præloquitur.

Mich. 1. Michæas etiam eadem siue prophetæ cōmemorat tēpora post dies Osee. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos & Osee nominavit: Iothan, & Achaz & Ezechiam. Hi sunt quos eodem tempore simul prophetasse ex eorum literis inueniuntur. His adiungitur Ionas eodem Ozia rege regnante & Iohel cum iā regnare Iothan, qui succedit Oziae. Sed istorum Prophatarum duorum tempora in chronicis nō in eorum libris potuimus inuenire, quoniā de suis diebus tacent. Tenduntur aut̄ hi dies à rege Latinorum Proca siue superiore Auētino usque ad regem Rōmulum iam Romanum, vel etiam vīq; ad regni primordia successoris eius Numæ Pompilij. Ezechias quippe rex Iuda eo usque regnauit, ac per hoc

4. Re. 20. D per ea tempora isti velut fontes prophetæ pariter eruperunt, quando regnum defecit Assyriorum, cepitq; Romanorum: vt scilicet quemadmodum regni Assyriorum primo tē pore extitit Abraham, cui promissio apertissimæ fierent in eius semine benedictio nis omnium gentium, ita in occidentalis Babylonis exordio, qua fuerat Christus imperante regnaturus, in quo impleretur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquuntur, verum etiam scribentum in tante rei futuræ testimonium soluerentur. Cum enim Prophetæ nunquam ferè defuerint populo Israel, ex quo ibi reges esse coperunt, in usum tantummodo eorum fuere, non genitium. Quando autem ea scriptura manifestius prophetica condebatur, quæ gentibus quandoque prodeisset, tunc oportebat incipere, qn̄ condebatur hæc ciuitas, quæ gentibus imperaret.

Dehis, quæ ad Euangelium Christi pertinēt, quid Osee, & Amos prophetauerint.

Osee. 1.

Cap. XXVIII.

Esa. 1.
Rom. 9.
I. Pet. 2.
Esa. 1. **O** See igit Propheta, quanto profundius quid loquitur tanto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est, & hic ex nostra promissione ponendum. Et erit, inquit, in loco, quo dictum est eis: Non populus meus vos, vocabuntur & ipsi filii Dei viui. Hoc testimoniu propheticum de vocatione popul gentiū, qui prius non pertinebat ad Deum, et Apostoli intellexerunt. Et quia ipse Osee. 1. quoq; populus gentiū spiritualiter est in filiis Abrahæ, ac per hoc recte dī Israel, propterea sequitur, & dicit: Et congregabuntur filij H Iuda & filij Israel in idipsum, & ponent sibi met principatum unum: & ascendent à terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquij propheticæ obtundetur sapor. Recolatur tā lapis ille angularis, & duo illi parietes: unus ex Iudeis, alter ex gentibus: ille nomine filio rū Iuda, iste nomine filiorū Israel, eidem vni principati suo in idipsum innitentes, & ascē dentes agnoscantur in terra. Itos autem carnales Israelitas, qui nunc nolunt credere in Christum postea credituros, i. filios eorum: nam vtiq; isti in suum locū moriendo transibunt: idē Propheta testatur, dicens: Qm̄ diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quis non videat, nunc sine istis esse Iudeos? Sed quid adiungat audiamus. Et postea, inquit, reuerten tur filij Israel, & inquirent dñm Deum suū: & David regem suum: & stupecent in dño, & in bonis ipsius, in nouissimis diebus. Nihil est ista propheta manifestius, qua David regis nomine significatus intelligitur Christus, qui factus est, sicut dicit Apostolus, ex semine David secundū carnem. Prænunciavit iste Propheta etiam tertio die Christi resurrectionem futuram, sicut ēa prophetica altitudine prænunciari oportebat, vbi ait: Sanab nos post bidū, & in die tertio resurgemus. Secundum hoc n. nobis dicit Apostolus: Si consurrexit is cum Christo, quæ sursum sunt quartæ. Amos quoq; de rebus talib. sic prophetat. Præpara, inquit, te, vt inuoces Deum tuū Israel, quia ecce ego firmans tonitruum, & creans spiritum, & annuciās in hominibus

būs

Kbus Christum suum. Et alio loco. In illa die, inquit, resuscitabo tabernaculum Dauid, q̄ cecidit, & redificabo, quæ ceciderunt eius, & destruta eius resuscitabo, & redificabo, ea, sicut dies seculi: ita ut exquirat me residui hominum, & oēs gétes, in quib. in uocatū est nō mé meum super eos : dicit dñs faciens hęc.

Quæ ab Esaia, de Christo & ecclesia sint predicta. Cap. XXIX.

Esaias propheta non est in libro duodecim prophetarum, qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum sunt breves, in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina considerunt. Ex quibus est hic Esaias, quem propter eadem prophetæ tempora subiungo super predictis duobus. Esaias ergo inter illa, quæ iniqua arguit & iusta præcepit, & peccatori populo mala futura prædictis, etiam de Christo & ecclesia, hoc est, de rege, & ea, quā cōdidit ciuitatem, multo plura, quam ceteri prophetariorum, ita, ut à quibusdam Euangelista, quā propheta, potius diceretur. Sed propter rationem operis terminandi, vnum de multis hoc loco ponam. Ex persona quippe Dei patris loquens. Ecce, inquit, intelliget puer meus & exaltabitur, & glorificabitur valde. Quē admodum stupescerunt super te multi, ita gloria priuabitur ab hominibus species tua, & gloria tua ab hominibus, ita mirabuntur gétes multæ super eum, & continebunt reges os suum, quoniam quibus non est annuncia

Mtum de illo, videbunt, & qui non audierunt, intelligent. Domine quis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Annunciabamus coram illo, ut infans, ut radix in terra stimenti: non est species illi, neq; gloria, & vidimus eum, & non habebat speciem neq; decorum: sed species eius sine honore deficiens præ omnibus hominibus. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem, quoniam auersa est facies eius, in honoratus est, nec magni existimatus est. Hic peccata portat, & pro nobis dolet: & nos existimauimus illū esse in dolore, & in plaga, & afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & existimatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostræ in coeliuore eius nos sanati sumus. Omnes ut oues erra-

uimus: homo à via sua errauit: & dominus tradidit illū pro peccatis nostris. & ipse propter quos afflitus est, non aperuit os suum. Sicut ouis ad immolandum ductus est: & vt agnus ante eū qui se tonder, sine voce: sic nō aperuitos suum. In humilitate iudicium eius sublatū est: generationē eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Ab iniuitatibus populi mei ductus est ad mortem & dabo malignos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quoniam iniuitatem nō fecit: nec dolus inuentus in ore suo: & dñs vult purgare eum de plaga. Si dederitis pro peccato animam vestram: videbitis semen longeū, & dominus vult auferre à dolore animam eius: ostendere illi lucē, & formare intellectū iustificare iustum bene seruientem pluribus, & peccata eorū ipse portauit. Propterea ipse hereditabit plures: & fortium diuidet spolia, propter quæ tradita est ad mortem anima eius, & inter iniquos existimatus est, ipse peccata multorum portabit, & propter peccata eorum traditus est, Hæc de Christo. Iam vero de ecclesia, quod sequitur, audiamus. Letare sterilis, inquit, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quoniam multi filij defertæ magis, quam eius, qua habet virum. Dilata locum taberuaculi tui, & palos caufarum tuarum fige. Noli parcere, prolonga funiculos tuos, & palos tuos conforta. Adhuc in dexteram, & sinistram partē extende, & semen suū hereditabit gentes, & ciuitates defertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam confusa es, neq; reuerearis, quia exprobata es, quoniam confusionem æternam obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non eris memor, quoniam dominus facies

Esa. 54. Rom. 15. Galat. 4.

te, dominus Sabaoth nomen eius. & qui eruit te, ipse Deus Israel vniuersæ terræ vocabitur, & certa. Ve- rum ista fint satis, in eis expo- da sunt nonnulla.

Sed sufficere arbitror, quia ita sunt aper- ta, ut etiam inimici in- telligere cogan- tur inui- ti.

Quæ

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Quæ Micheas, & Ionas, & Iohel nouo testamento congruentia prophetauerint.

Cap. XXX.

Quæ in Abdia, in Naum, & Abacuc de salutem mundi in Christo prænunciata reperiuntur. Cap. XXXI.

MIchæas propheta Christum in figura ponens cuiusdam magni montis hæc loquitur. Erit in nouissimis diebus manifestus mōs domini, præparatus super vertices montium, & exaltabitur super colles, & festinabunt ad eum plebes, & gentes multe ibūt, & dicent. Venite ascendamus in monte domini, & in domum Dei Iacob, & ostenderet nobis viam suam, & ibimus in semitis eius, quia ex Sion procedet lex, & verbum domini ex Hierusalem, & iudicabit inter plebes multas, & redarguet gentes potentes vsq; in longinquum. Prædicens iste propheta, & locum, in quo natus est Christus. Et tu, inquit, Bethleē domus Ephrata, nequaquā minima es, vt sis in milibus Iuda, ex te mihi prodierit dux, vt sit in Principem Israel, & egressus eius ab initio, & ex diebus æternitatis, propterea dabit eos vsq; ad tempus, quo parturiens pariet, & residui fratres eius conuertentur ad filios Israel, & stabit, & videbit, & pascat gregem suū in virtute domini, & in honore nominis domini Dei sui erunt quoniam nūc magnificabitur vsq; ad summum terræ. Ionas autem propheta, non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetauit profecto apertius, quam si eius mortem & resurrectionem voce clamaret. Ut quid enim exceptus est ventre beluino, & die tertio redditus, nisi vt significaret Christum de profundo inferni die tertio redditurum? Iohel autē omnia quæ prophetat, multis verbis cōpellit exponi, vt quæ pertinent ad Christum & ecclesiam, dilucentur. Vnum tamē, quod etiam Apostoli commemorauerunt, qñ in

Matt. 2. D. **Mat. 12.** **E** congregatos credentes, spiritus sanctus, sicut à Christo promissus fuerat, de super venit, nō prætermittā. Et erit, inquit, post hac, & efundā de spiritu meo super omnē carnē: & prophetabūt filij vestri, & filiae vestræ: & seniores vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt: & quidem in seruos meos, & ancillas meas, in illis diebus effundā dñspū meo.

TRes Prophetæ de minoribus, Abdias, Naū, & Abacuc, nec sua tépora dicunt ipsi, nec in chronicis Eusebij & Hieronymi, qñ prophetauerint, inuenitur. Abdias. n. positus est quidem ab eis cū Michæa, sed non eo loco, vbi notantur tempora, quādo Michæa prophetasse ex eius literis constat: quod errore negligenter describentū labores alienos existimo contigisse. Duos vero alias cōmemoratos in codicibus chronicorū, quos habuimus, non potuimus inuenire: tñ quia in canone continent, nec ipsi oportet præreantur nobis. Abdias quantū ad scripturam eius attinet omnium breuissimus Propheta-rū aduersus Idumæam gentem loquitur, sci licet Esau vnius ex duob. geminis filiis Isaac nepotibus Abraham: maioris illius reprobati. Porro si Idumæam modo loquutionis, quo intelligitur à parte totum accipiamus posicā esse pro gentibus: de Christo agnoscere possumus, quod ait inter cetera: In montem autem Sion erit salus, & erit sanctum. Et paulo post in fine ipsius prophetæ: Et ascendent, inquit, saluati ex monte Sion, vt descendant montem Esau, & erit domino regnū. Apparet quippe, id est completum, quum saluati ex monte Sion, idest, ex Iudea credentes in Christum, qui præcipue agnoscuntur Apostoli, ascenderint, vt descenderent montem Esau. Quomodo descenderunt, nisi per Euāgelij prædicationem, saluos faciendo eos, qui crediderunt, vt eruerentur de potestate tenebrarum, & transferrentur in regnū Dei? Quod consequenter expresit addendo. Et erit domino regnū. Mons enim Sion Iudæa significat. vbi futura prædicta est salus, & sanctum, quod est Christus Iesus. Mons vero Esau Idumæa est, per quam significata est Ecclesia gentium, quam defenderunt, sicut expressi saluati ex monte Sion, vt esset domino regnū. Hoc obscurū erat, ante quam fieret: sed factū, quis non fidelis agnoscat? Naū vero Prophetæ, immo perillū Deus, extermina bo, inq; sculptilia & conflatilia: ponā sepulturā tuā: quia ecce veloces super montes pedes euangelizatis, & annunciantis pacē. Celebra Iuda dies festos tuos; redde vota tua: qā iam

Iacob. 2

Abac.

Abac.

Mat. 10

Abac.

Luc. 1

Abac.

iam non adicent vltra , vt transeant in vetustatem , consummatum est consumptum est . Ascendit , qui insufflat in faciem tuam , eripiens te ex tribulatione . Qui ascenderit ab inferis , & insufflauerit in faciem Iudee , hoc est , Iudeorum discipulorum , spiritum recolat sanctum , qui meminist Euangelium . Ad nouum enim testamentum pertinent quorum dies festi ita spiritaliter innovantur , vt in vetustatem transire non possint . Porrò per Euangelium exterminata sculptilia , & conflatilia , idola deorum falsorum , & obliuioni tanquam sepulture tradita iam videmus , hanc etiam in hac re prodit .

Iacob. 20.

Abac. 2. phetiam completam esse cognoscimus Abacuc , de quo alio , q̄ de Christi aduentu , qui futurus erat intelligitur dicere : Et respondit dominus ad me , & dixit : Scribe visum & aper-te in buxo , vt assequatur qui legit ea , quia ad-huc visio ad tempus , & orietur in fine , & nō in vacuum , si tardauerit sustine eum , quia ve-niens veniet , & non morabitur ?

De prophetia , que in oratione Abacuc , & Cantico , continetur . Cap . XXXII .

Abac. 3. In oratione autem sua cum Cantico , cui nisi Christo domino dicit , Domine audiui auditionem tuam , & timui , domine consideravi opera tua , & expauis : quid enim hoc est , nisi præcognitus , nouis , ac repente salutis hominum ineffabilis admiratio ? In medio duo rum aīalium cognosceris : quid est , nisi , aut in medio duorum testamentorum , aut in medio duorum latronū , aut in medio Moysi & Helix , cum eo in monte sermocinantur ? Dum appropinquant anni cognosceris , in aduentum temporis ostēderis , hoc quia per se patet , non est exponendum . Quod vero se-
Mat. 10.

Abac. 3. quitur , in eo dum conturbata fuerit anima mea , in ira misericordia memor eris , quid est , nisi q̄ Iudeos in se transfiguravit , de quo rum gente fuit : qui cum magna ira turbati , crucifigerent Christum , ille misericordia memor , dixit , Pater ignosce illis quia nesciūt quid faciunt . Deus de Theman veniet , & sanctus de monte vmbroso , & condenso . Quod hic dictum est , de Theman veniet , alii interpretati sunt , ab Aucto , vel ab Aphico : per qđ significatur meridies : id est , feruor charitatis , & splendor veritatis . Motum vero vmbrosum atque condensum : quāuis multis modis pos-

sit intelligi , libētius acceperim scripturarum altitudinem diuinorum , quibus prophetatus est Christus . Multa quippe ibi vmbrosa , atq̄ condensa sunt , quæ mentem quærentis exerceant . Inde autem venit , cum ibi eum qui intelligit , inuenit . Operuit cœlos virtus eius , & laudis eius plena est terra , quid est nisi qđ etiam in Psalmo dī , Exaltare super cœlos Deus , & super oēm terram gloria tua ? Splendor eius , vt lumē erit , quid est , nisi fama eius credentes illuminabit ? Cornua in manibus eius : quid est , nisi trophyum crucis ? Et posuit charitatem firmam fortitudinis suæ : nec exponendum est . Ante faciem eius ibit verbum , & prodiet in campum post pedes eius : quid est , nisi quod & ante quām huc veniret , prænunciatus est , & postea quam hinc reuersus est , annunciatus est ? Stetit , & terra commota est : quid est , nisi quod stetit ad subueniendum , & terra commota est ad credendum ? Respexit , & tabuerunt gentes : hoc est , misertus est , & fecit populos pœnitentes . Cōtriti sunt montes violentia : hoc est , vim facie tibus miraculis , elatorum contrita est superbia . Defluxerunt colles aternales : hoc est , humiliati sunt ad tempus , vt erigerentur in querum . Ingressus ēternos eius pro laboribus vi di , hoc est , non sine mercede aternitatis labore charitatis aspexi . Tabernacula Aethiopum expaescens , & tabernacula terræ Madian , hoc est , gentes repente perterritæ nuncio mirabilium tuorum , etiam quæ non sunt in iure Romano , erunt in populo Christiano . Nunquid in fluminibus iratus es domine , aut in fluminibus furor tuus , vel in mari impetus tuus ? Hoc ideo dictum est , quia non venit nunc , vt iudicet mundum , sed vt saluetur mundus per ipsum . Quia ascendes super equos tuos , & eq̄atio tua salus : hoc est , Euāgelista tui portabunt te , quia reguntur a te , & Euāgelium tuum salus est eis , qui credunt in te . Intendens intendes arcum tuum super sceptrum , dicit dominus , hoc est , comminaberis iudicium tuum , etiam regibus terræ . Fluminibus scindetur terra , hoc est , influentibus sermonibus prædicantium te , aperiuntur ad confitendum hominum corda , quibus dictum est , Scindite corda vestra , & non vestimenta vestra . Quid est : videbunt te , & dolebunt populi , nisi vt lugendo sint beatissimi . Quid est : dispergens aquas incessu : nisi am-

Abac. 5.

Aug. Tomus Quintus . Z bulando

D. AVR E L II AV G. DE CIVITATE DEI

bulando in eis quite vñquequaque annunciant, hac atq; illac dispergis fluenta doctrinæ? Quid est: abyslus dedit vocē suam? An p̄funditas cordis humani quid ei videref, expressit? Altitudo phantasiæ suæ, tanq; versus superioris est expositio altitudo n. est abyſſus. Quod aut̄ ait, phantasia suæ, subaudiendum est, vocem dedit: hoc est, qđ diximus, quid ei videref, expressit. Phantasia quippe viñlo est, q̄ non tenuit, non operuit, sed cōfítendo eruēt. Eleuatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo: hoc est, ascendit Christus in cœlum.

G & ordinata est Ecclesia sub rege suo. In lucē iacula tua ibunt, hoc est, non in occultū, sed in manifestum verba tua mittenſ. In splendore corruptionis armorum tuorū: subaudiendum est, iacula tua ibunt. Dixerat enim suis: Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine. In cōminatione minorabis terram. i. comminando humiliabis homines. Et in furore deiicies gentes, quia eos qui se exaltant, vindicando collides. Existi in salutem populi tui, vt saluos faceres Christos tuos: misisti in capita iniquorum mortem, nihil horum est exponendum. Excitasti vincula vñque ad colum. Et bona hic possunt intelligi vincula sapientiæ, vt vincianſ pedes in compedes eius; & collum in torquem eius. Præcidisti in stupore mentis tuae: subaudiamus vincula. Excitauit enim bona, præcidit mala. De quibus ei dī: Dirupisti vincula mea: & hoc in stupore mentis. i. mirabiliter. Capita potentium mouebunt in ea. f. admiratione. Adaperient morfus suos, sicut edens pauper in absconſo. Potentes enim qdam Iudeorum veniebant ad Dominaum facta eius & verba mirati, & esuientes panem doctrinæ manducabant ab eo ſe, propter metum Iudeorum, sicut eos prodid Euangeliū. Et immisili in mare equos tuos turbantes aquas multas: quæ nihil sunt aliud quam populi multi. Non enim alii timore conuerterentur, alii furore persequerentur, niſi omnes turbarentur. Obseruaui, & expauit venter meus à voce orationis labiorum meorum. Et introiuit tremor in ossa mea, & subtus me turbata est habitudo mea. Intendit in ea que dicebat, & ipse sua in oratione est perterritus, quam prophetice fundebat, & in qua futura cernebat. Turbatis enim populis multis: vñdit imminentes Ecclesiæ tribulatio-nes cōtinuo quæ ſe membrum eius agnouit,

ataque ait, Requiescam in die tribulationis, tā quam ad eos pertinens, qui ſunt ſpe gaudentes, in tribulatione patientes. Vt ascendam, inquit, ad populum peregrinationis meę. Recedens vñq; à populo maligno carnalis cognitionis ſuę, non peregrinante in hac terra, neq; supernam patriam requirente, qui ſicus, inquit, non afferet fructus & non erūt nativitates in veneis: mentietur opus oliuæ: & campi non facient eſcam. Defecerunt ab I eſca oues & non supersunt in p̄fepib. boves. Vñdit eam gentem, quæ Christum fuerat occiſura, vñbertatem copiarum ſpiritualium per dituram quas per terrenam fecunditatē mo re propheticō figurauit. Et quia iram Dei talēm propterea paffa est illa gens, quia Dei ignorans iuſtiā ſuam voluit constituere, iſte cōtinuo: Ego autem, inquit, in Domino exultabo: gaudēbo in Deo ſalutari meo. Do minus Deus meus virtus mea, ſtatuet pedes meos in cōſummationem, ſuper excelsa imponeſt me, vt vincam in Canticō eius. f. illo cantico, de quo ſimilia quædam dicuntur in Psalmo: Statuit ſupra petram pedes meos, & Pſal. 33. direxit gressus meos; & immifit in os meum canticum nouum, hymnum Deo noſtro. Ipſe ergo vincit in cantico Domini, qui placet in eius laude, non ſua, vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Melius autem mihi videntur 1. Co. 10. quidam codices habere, gaudēbo in Deo Ieſu meo, quām hi qui volentes id Latine ponere; nomen ipsum non posuerunt, quod eft abnobis amicius & dulcius nominare.

De Christo & vocatione gentium, quæ Hier- L remias & Sophonias propheticō ſpiritu ſunt prefati. Cap. XXXII.

H ieremias propheta de maioribus eft, ſicut & Elaias, non de minoribus, ſicut ceteri, de quorū scriptis nonnulla iam poſlui. Prophetauit autem regnāte Iofia in Hierusalem; & apud Romanos Anco Martio, iam propinquante captiuitate Iudeorum. Tetendit autem prophetiam ſuam vñque ad quintum mensem captiuitatis; ſicut in eius li- teris inuenitur. Sophonias autem vñus de mi noribus adiungitur ei. Nam & ipſe in diebus Iofię prophetaffe ſe dicit; ſed quousque non dicit. Prophetauit ergo Hieremias, non ſolum Anco Martii, verum etiam Tarqui-

Bartu.

Hier. 2.

Hier. 1.

Hier. 1.

Supra
17. ca.
Hier. 3.

Sopho.

Sopho.

Sopho.

Hier. 2.

Sopho.

nij

ni Prisci temporibus, quem Romani habue
runt quintum regem. Ipse enim quando est
Baruc. 3. illa captiuitas facta, regnare iam coeparat. Pro
phetans ergo de Christo Hieremias: Spūs, in
qt, oris nostri dñs Christus captus est in pec
M catis nostris, sic breuiter ostendens, & dñm
Hier. 23. nostrum Christum, & passum esse pro nobis
Item alio loco: Hic Deus meus, inquit & nō
testimab̄ alter ad eum, qui inuenit omnem
viā prudētā, & dedit eam Iacob puerō suo,
& Israel dilectō suo, post hāc in terris visus
est, & cum hoib. cōuersatus est. Hoc testimo
nium qdam, non Hieremīz, sed scribz eius
attribuunt, qui vocabā Baruc, sed Hieremīq
celebratius habēt. Rursus idem propheta de
ipso: Ecce, inqt, dies veniunt, ait dñs, & susci
tabo Dauid germē iustum, & regnab̄ rex, &
sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in
terra: In dieb. illis saluab̄ Iuda, & Israel habi
bit confidenter, & hoc est nomen qđ voca
bunt eum, dñs iustus noster. De vocatione ēt
gentium, quā futura fuerat, & eam nunc im
pletam cernimus, sic locutus est: Dominus
Hier. 16. Deus meus & refugium meum in die malo
rum, ad te gentes venient ab extremo terræ,
& dicent: Vere mēdacia coluerunt patres no
Supra li. stri simulachra, & nō est in eis utilitas. Quia
17.ca. 3. vero nō erant eum agniti Iudei, a qb. euni
Hier. 31. & occidi oportebat, sic idem propheta signi
A faciat. Graue cor per oīa, & hō est, & quis co
gnoscet eum? Huius est ēt illud qđ in libro
decimo septimo posui de testamento nouo,
cuius est mediator Christus, ipse q̄ppe Hier
emias ait, Ecce dies veniunt, dicit dñs, & cō
summabo sup domum Iacob tēlī nouum,
& cetera quā ibi leguntur. Sophoniā aut̄ pro
Sopho. 3. phete, qui cum Hieremia prophetabat, hāc
prædicta de Christo interim interponā. Ex
pecta me dicit dñs, ī die resurrectionis meae,
in futurum, qā iudicium meum, vt congregē
gētes, & colligā regna. Et iterum. Horribilis,
inquit dñs super eos, & extreminabit omnes
Deos terræ, & adorabit eū vir de loco suo,
Sopho. 2. oēs insulæ gentium. Et paulopost. Tunc, in
quit, transuertam in populos linguam, & p
genies eius, vt oēs inuocent nomen dñi, &
seruant ei sub uno iugo, ā finib. fluminum
Aethiopiz afferēt mihi hostias, in illa die nō
cōfunderis ex omnib. adiuventionib. tuis,
quas impie egisti in me quia tunc auferā abs
te prauitates iniuriae tux, & iā non adiicies,

vt magnificeris super mótem sanctum meū,
& subrelinquam in te populum mansuetum
& humilem, & verebuntur à nomine domi
ni, qui reliqui fuerint Israel. Hę sunt reli
quiae, de quibus alibi p̄phetatur, quod Apo
stolus etiam commemorat, Si fuerit num
erus filiorum Israel, sicut arena maris, reliqui
saluā fient. Hę quippe in Christum illius gen
tis reliquiae crediderunt.

Rom. 9.
Eze. 10.

De prophetia Danielis, & Ezechielis, quā in
Christum ecclesiamque concordet.

Caput XXXIIII.

Daniel. 1.
Ezech. 1.

Dani. 7.
**a.l.eccle
sie.**

Eze. 34.

Eze. 37.

Z. 2 De

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

E De trium prophetarum vaticinio, i. Aggei,
Zachariae, & Malachiæ. Cap. XXXV.

I. Esa. 1

R Estant tres minores prophetæ, qui pro-
pria taurerunt in fine captiuitatis: Aggei,
Zacharias, Malachias. Quorū Aggeus Christum & ecclesiam hac apertius breuitate p-
rophetat. Hæc dicit dominus exercituū: Adhuc
Agge. 2. vnum modicum, & ego commouebo cœlū,
& terram, & mare, & aridā: & mouebo om-
nes gentes, & veniet desideratus cunctis gen-
tibus. Hæc prophetia partim iam completa
cernitur, partim speratur in fine complenda.
Mouit enim cœlum, angelorum & syderum
testimonio, quando incarnatus est Christus.
Mouit terrani ingenti miraculo, de ipso vir-
ginis partu. Mouit mare, & aridam, quum &
in insulis, & in orbe toto Christus annuncia-
tur. Ita moueri omnes gentes videmus ad fi-
dem. Iam vero quod sequitur: Et veniet desideratus cunctis gentib. de nouissimo eius ex-
pectatur aduentu. Ut enim desideratus esset
expectantib. prius oportuit eum dilectū esse
credentib. Zacharias de Christo & ecclesia:
Exulta, inquit, valde filia Sion, iubila filia
Hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus,
& Saluator: ipse pauper & ascendens super
asinam, & super pullum filium asinæ, & po-
testas eius à mari usq; ad mare: & a fluminib.
usque ad fines terræ. Hoc quando factum sit,

Zacha. 9

F *Mas. 21.* vt dominus Christus in itinere iumento huius
generis vteretur, in Euangeliō legitur: vbi
& hæc prophetia cor. memoratur ex parte,
quantum illi loco sufficere visum est. Alio
loco ad ipsum Christum in spiritu prophe-
tæ loquens de remissione peccatorum per
eius sanguinem: Tu quoque, inquit, in sanguine
testamenti sui emisisti vincos tuos de la-
cu, in quo non est aqua. Quid per hunc lacu
velit intelligi, posunt diuersa sentiri, etiam
secundum rectam fidem. Mihi tamen vñ non
eo significari melius, nisi humana miseria
ficciam profunditatem quodammodo, & ste-
rilem, vbi non sunt fluēta iustitiae, sed iniqui-
tatis lacum. De hoc quippe lacu etiam in Psal-
mo dī, & eduxit me de lacu miseriae, & de lu-
to limi. Malachias prophetans ecclesiam,
quam per Christum iam cernimus propaga-
tam, Iudæis apertissime dicit ex persona Dei.
Non est mihi voluntas in vobis: & munus

Mas. 21.

Psal. 39. tui iusticiam de manu vestra. Ab ortu enim
solis usque ad occasum, magnum est nōmen G-
meum in gentibus, & in omni loco sacrificia-
bitur, & offeretur nomini meo oblato mun-
da, quia magnum nōn meum in gentibus
dicit dominus. Hoc sacrificium per sacerdo-
tium Christi secundum ordinem Melchise-
dech, cum in omni loco à solis ortu usq; ad
occasum Deo'jam videamus offerri: sacri-
ficium autem Iudeorum, quibus dictum est:
Non est mihi voluntas in vobis, nec accipiā
de manib. vestris munus, cessasse negare non
possunt, quid adhuc expectant alium Chri-
stum, quum hoc quod prophetatū est legūt,
& impletum vident, impleri non potuerit,
nisi per ipsum? Dicit enim paulo post de ip-
so ex persona Dei: Testamentum meum erat
cum eo vita & pacis, & dedi ei ut timore me-
timeret, & à facie nominis mei reuereretur.
Lex veritatis erat in ore ipsi⁹, in pace dirigēs *Mala. 1*
ambulabit tecum: & multos conuertet ab
iniquitate, quoniam labia sacerdotis custo-
dient scientiam, & legem inquirent ex ore
eius: quoniam angelus domini omnipoten-
tis est. Nec mirandum est, quia omnipoten-
tis Dei angelus dictus est Christus Iesus. Si-
cūt enim seruus propter formam serui, in
qua venit ad homines, sic & angelus pro-
pter Euangeliū, quod nunciauit hominib.
Nam si Græca ista ita interpretetur, & Eu-
angeliū bona nunciatio est, & angelus nun-
cius est. De ipso quippe iterum dicit: Ecce *Mala. 3*
mittam angelum meum & prospiciet viam
ante faciem meam, & subito veniet in tem-
plum suum dominus, quem vos queritis, &
angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce
venit, dicit dominus Deus omnipotens, &
quis sustinebit diem introitus eius? aut quis
resistet in aspectu eius? Hoc loco, & primū,
& secundum Christi prænunciavit aduen-
tum. Primum. f. de quo ait: Et subito veniet
in templum suum dominus, id est, in carnem
suam: de qua dicit in Euangeliō, Soluite tem-
plum hoc, & in triduo relufscitabo illud. Se-
cundum vero, vbi ait: Ecce veniet, dicit do-
minus omnipotens, & quis sustinebit diem
introitus eius, aut quis resistet in aspeetu
eius? Quod autem dicit dominus: Quem
vos queritis, & angelus testamenti, quem
vos vultis, significauit utique Iudeos se-
cundum scripturas quas legunt, Christum
querere, & velle. Sed multi eorum, quem

Zacha. 9.

Psal. 39. quæfue-

Malac. 1

Malac. 1. tio iusticiam de manu vestra. Ab ortu enim
solis usque ad occasum, magnum est nōmen G-
meum in gentibus, & in omni loco sacrificia-
bitur, & offeretur nomini meo oblato mun-
da, quia magnum nōn meum in gentibus
dicit dominus. Hoc sacrificium per sacerdo-
tium Christi secundum ordinem Melchise-
dech, cum in omni loco à solis ortu usq; ad
occasum Deo'jam videamus offerri: sacri-
ficium autem Iudeorum, quibus dictum est:
Non est mihi voluntas in vobis, nec accipiā
de manib. vestris munus, cessasse negare non
possunt, quid adhuc expectant alium Chri-
stum, quum hoc quod prophetatū est legūt,
& impletum vident, impleri non potuerit,
nisi per ipsum? Dicit enim paulo post de ip-
so ex persona Dei: Testamentum meum erat
cum eo vita & pacis, & dedi ei ut timore me-
timeret, & à facie nominis mei reuereretur.
Lex veritatis erat in ore ipsi⁹, in pace dirigēs *Mala. 1*
ambulabit tecum: & multos conuertet ab
iniquitate, quoniam labia sacerdotis custo-
dient scientiam, & legem inquirent ex ore
eius: quoniam angelus domini omnipoten-
tis est. Nec mirandum est, quia omnipoten-
tis Dei angelus dictus est Christus Iesus. Si-
cūt enim seruus propter formam serui, in
qua venit ad homines, sic & angelus pro-
pter Euangeliū, quod nunciauit hominib.
Nam si Græca ista ita interpretetur, & Eu-
angeliū bona nunciatio est, & angelus nun-
cius est. De ipso quippe iterum dicit: Ecce *Mala. 3*
mittam angelum meum & prospiciet viam
ante faciem meam, & subito veniet in tem-
plum suum dominus, quem vos queritis, &
angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce
venit, dicit dominus Deus omnipotens, &
quis sustinebit diem introitus eius? aut quis
resistet in aspectu eius? Hoc loco, & primū,
& secundum Christi prænunciavit aduen-
tum. Primum. f. de quo ait: Et subito veniet
in templum suum dominus, id est, in carnem
suam: de qua dicit in Euangeliō, Soluite tem-
plum hoc, & in triduo relufscitabo illud. Se-
cundum vero, vbi ait: Ecce veniet, dicit do-
minus omnipotens, & quis sustinebit diem
introitus eius, aut quis resistet in aspeetu
eius? Quod autem dicit dominus: Quem
vos queritis, & angelus testamenti, quem
vos vultis, significauit utique Iudeos se-
cundum scripturas quas legunt, Christum
querere, & velle. Sed multi eorum, quem

Malac. 1

De Esdra, & Machabœorum libris.
Caput XXXVI.

I quæsierunt, & noluerunt, venisse non agnouerunt, excepiti in cordib. suis, præcedentib. meritis suis. Quod sanè hic nominat testamē tum, vel supra, vbi ait: Testamentum meum erit cum eo: vel hic, vbi eum dixit Angelum testamenti: nouum proculdubio testamentū debemus accipere; vbi sempiterna, non vetus, vbi temporalia sunt promissa: quæ pro magno his habentes plurimi infirmi, & Deo vero talium rerum mercede seruientes, quādo vident impios abundare, turbantur. Propter quod idem propheta, vt noui Testamen ti beatitudinem eternam, quæ non dabat nisi bonis, distingueret à veteris terrena foelicita te, quæ plerique datur & malis. Ingraualtis, inquit, sup me verba vestra, dicit Dominus, & dixistis, in quo detraximus de te? Dixistis: van⁹ est omnis, qui seruit Deo: & quid plus, quia custodiuiimus obseruationes eius, & quia ambulauimus supplicantes ante faciem Domini omnipotens? Et nunc nos beatificamus alienos, & redicificantur omnes, qui faciunt iniquas, & aduersati sunt Deo & salui facti sunt. Hęc oblocuti sunt qui timebāt Do minum vñusquisque ad proximum suum; & animaduertit Dominus, & audiuit; & scripti librum memorię in conspectu suo, eis qui ti ment dominum, & reuertentur nomen eius. In isto libro significatum est Testamentum nouum. Denique quod sequitur, audiamus: Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in die, quam ego facio, in acquisitionem; & eligam eos, sicut homo eligit filium suū ser uientem sibi; & conuertimini, & videbitis in ter iustum & iniustum; & inter seruientem Deo & non seruientem. Quoniam ecce dies venit ardentes sicut clibanus, & cōcremabit eos; & erunt omnes alienigenæ, & omnes fa cientes iniquitatem stipula; & incendet illos dies, qui adueniet; dicit Dominus oīpotens, & non derelinquetur eorum radix, neq; sar mentum, & orietur vobis timentib. nomen meum, sol iustitiae, & sanitas in pénis eius, & exhibitis, & exultabitis sicuti vituli ex vinculis resoluti, & cōculcabitis iniquos, & erūt ciuis sub pedibus vestris in die, in quo ego facio, dicit Dominus omnipotens. Hic

Malac. 3.

est, qui dicitur dies iudicii, de quo suo loco, si Deus voluerit, loque muruberis.

Malac. 4.

Post hos tres prophetas, Aggœum, Zachariam, Malachiam, per idē tempus libe rationis populi ex Babylonica seruitute, scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarū scriptor est habitus, quād propheta; sicuti est liber, qui appellatur Hester: cuius res gesta in laudem Dei non longe ab his temporibus inuenitur; nisi forte Esdras in eo Christū septemprophetasse intelligendus est, quod inter iu uenes quodam orta quæstione, quid amplio B valeret in reb. cum reges vñus dixisset; alter vinum: tertius mulieres, quæ plerunq; regib. imperarent; idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem. Cōsulto autem Euangeliō Christum cognoscimus esse veritatem. Ab hoc tempore apud Iudeos restituto templo, nō reges, sed principes fuerunt vñq; ad Aristobolum; quorū sup putatio temporum, nō in scripturis sanctis, quæ canoniq; appellantur; sed in aliis inueniuntur, in quibus sunt & Machabœorum libris; *Malac. 7* quos non Iudei, sed Ecclesia pro canonice habet, propter quorundam martyrum pa siones vehementes, atque mirabiles, qui ante quād Christus venisset in carnem, vñque ad mortem pro Dei lege certauerunt, & mala grauissima atque horribilis pertulerunt.

Quod propheta authoritas omni origine gētilis philosophiæ inueniatur antiquior.

Caput XXXVII.

Tempore igitur nostrorum prophetarū, quorum iam scripta ad notitiam ferè omnium gentium peruererunt, philosophi gentium nondum erant, qui hoc etiam no mine vocarentur, quod cœpit à Samio Pythagora, qui eo tempore quo Iudeorum lo luta est captiuitas cœpit excellere atque co gnosci. Multo ergo magis cæteri philosophi post prophetas reperiuntur suis. Nam ipse *1. Esdra.* Socrates Atheniensis magister omnium, qui tunc maxime claruerunt, tenens in ea parte, quæ moralis, vel actiua dr, principiatu, post Esdram in Chronicis inuenitur. Non multo post etiam Plato natus est, qui longè ceteros *2. Lib. 1. 2. 3.* doctri nes, Socratis discipulos anteiret. Quibus si adda *Christia na. ca. 2. 28* etiam superiores, qui nōdū philosophi

Aug. Tomus Quintus. Z 3 vo-

D. AVRELLIA AVG. DE CIVITATE DEI

vocabantur, septem scilicet sapientes, ac deinde physicos, qui Thaleti successerunt in p-scrutada natura rerū studiū eius imitati, Anaximandrum. s. & Anaximenē, & Anaxagorā, aliosq; nonnullos, antequam Pythagoras se philosophum primus profiteretur, nec illi prophetas nostros vel viueros temporum antiquitate præcedunt, quandoquidem Thales, post quem cæteri fuerunt, regnante Romulo eminuisse fertur, quando de fontib. Israel in eis literis, quæ toto orbe manaret prophetiq; flumen erupit. Soli igitur illi Theologi poetæ, Orpheus, Linus, Musæus, & si quis alias apud Græcos fuit, his prophetis Hebræis, quorum scripta in autoritate habemus, annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi verum

Easd. 2.

F Theologum nostrum Moysen, qui vnum verum Deum veraciter prædicauit, cuius nunc scriptra in autoritate canone prima sunt, tempore præxenerunt, ac per hoc quantum ad Græcos attinet, in qua lingua literæ huius seculi maximè floruerunt, nihil habent vnde sapientiam suam iactent, quo religione nostra, vbi vera sapientia est, si non superior, saltem videatur antiquior. Verum quod fatendum est, non quidem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in Aegypto iam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, quæ illorum sapientia diceretur, alioquin non scriptum esset in libris sanctis, Moysen eruditum fuisse omni sapientia Aegyptiorum, tunc vtique quando ibi natus est, & à filia Tharaonis adoptatus, atque nutritus, etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia Aegyptiorum sapientiam prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit, quan-

Easd. 2.

Supra

eodē. 4.3.

Gene. 25

quidem & Abraham propheta fuit.

Quid autem sapientia esse potuit in Aegypto, antequā eis Isis,

quam mortuam tan-

quam Deam ma-

gnam co-

len-

dā putauerunt, literas trade-

ret? Isis porrò

Inachi

filia fuisse proditur, qui primus regna-

recepit Argiuis, quando

Abraham nepotes

reperiuntur

exorti.

G

Quod quedam sanctorum scripta ecclesiastici canon propter nimiam nō receperit vetustatem, ne per occasionem eorum falsa veris infererentur. Cap. XXXVIII.

I Am vero si longe antiquiora repetam, & ante illud grande diluuiu noster erat vti- Gene. 6.
que Noe patriarcha, quem prophetam quo
que non immerito dixerim. Siquidem ipsa
Arca quam fecit, & in qua cum suis evasit,
prophetia nostrorum temporum fuit. Quid
Enoch septimus ab Adam: Nonne ēt in cano- Gen. 6.
nica epistola Apostoli, Iude 13. prophetaſe præ-
dicatur? quorum scripta, ut apud Iudeos, &
apud nos in autoritate nō effent, nimia fe-
cit antiquitas, pp. quam videbanſ habenda
esse ſuſpecta, ne proferrenſ falſa pro veris.
Nam & proferunt quedā quæ ipſorum eſſe
dīr ab eis, qui pro ſuo ſenſu paſsim, qđ vol-
lunt credunt. Sed ea caſtitas canonis nō rece-
pit, non qđ eorum hoīum qui Deo placuer-
rūt, reprobef authoritas, ſed qđ iſta eſſe non
credanſ ipſorum. Nec mirū debet videri, qđ
ſuſpecta habeant, quæ ſub tanta antiquitatib.
nomine proferunt, qñ quidem in ipſa histo- 1. Pa. 19.
ria regum Iude & regum Israel, quæ res ge-
ftas continet, de qb. eidem scripture canonis 1. Pa. 9.
cæ credimus, commemoranſ plurima, quæ 13. 20.
ibi non explicanſ, & in libris aliis inueni- 31.
dīr, quos prophetæ ſcripferūt, & alicubi eo
rum quoq; prophetarū nomina non tacenſ:
nec tñ inueniunt in canone, quem populus
Dei recepit. Cuius rei farœor cauſa me latet,
niſi quod ego exiftimo etiam ipſos quib. ea,
quæ in autoritate religionis eſſe deberent,
sanctus vtiq; ipū reuelabat, alia ſicut hoīes
historica diligētia, alia ſicut prophetas inſpi-
ratione diuina ſcribere potuiffle, atq; hæc ita
fuſſe diſtincta, vt illa tanq; ipſis, iſta vero tan-
quam Deo per ipſos loquenti iudicarentur
eſſe tribuenda, ac ſic illa pertinerent ad vber-
tatē cognitionis, hæc ad religionis authorita-
tem, in qua authoritate custodiſ canon, præ-
ter quem ſi qua iam etiam ſub nomine vero
rum prophetarum scripta proferunt, nec ad
ipſam copiam ſcientiæ valent, qñ vtrum eo
rum fint, quorum eſſe dicunt, incertum eſt:
& ob hoc eis non adhibet fides, maxime hiſ,
in quib. etiam contra fidem librorum cano-
nicorum quædam leguntur, propter quod
ea proſrus illorum non eſſe appetet.

De

Gene.
Supr.
16.c.

Philo-
phia.

De Hebraicis literis, quæ nunquam in suæ lingue p̄prietate nō fuerūt. Cap. XXXIX.

Non itaque credendum est, quod nōnuli arbitrantur, Hebream tantum linguam, per illum qui vocabatur Heber, vnde Hebreorum vocabulum est fuisse seruatam, atque inde peruenisse ad Abraham: Hebreas autem literas à lege cœpisse, quæ data est per Moysen, sed potius per illam successionem patrum, memoratam linguam cum suis literis custoditā. Deniq; Moyses in populo Dei cōstituit, qui docendi literis p̄cessent, priusquam diuinę legis vllas literas nossent. Hos appellat scriptura grammaton isagogos, qui Latine dici possunt literarum inducētores, vel introductores, eo q̄ eas inducant. i. introducēt quodammodo in corda discētium, vel in eos potius ipsos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapientiæ suæ super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus inerat diuina sapientia, vlla se vanitate iniqua iā etauerit, quād nec Aegyptus inuenitur, quæ solet falso & inaniter de suarum doctrinarū antiquitate gloriari, qualicūque sapientiæ sua Patriarcharum nostrorum tempore preuenisse sapientiam. Neque enim quisquam dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritisim fuisse, antequā literas nossent, idest, antequam Iſis eo venisset easque ibi docuisset. Ipla porrò eorum memorabilis doctrina, quæ appellata est sapientia, quid erat nisi maxime astronomia, & si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda in genia, q̄ ad illuminandas vera sapientia metes valere solet? Nam quod attinet ad philosophiam, quæ se docere aliquid profitetur, vnde fiant homines beati, circa tēpora Mercurii, quem Trismegistum vocauerunt, in illis terris eiusmodi studia claruerunt. Longe

Mquidem ante sapientes quām philosophos habuit Græcia, sed tñ post Abrahā, & Iſaac, & Iacob, & Ioseph: nimirum et post ipsum Moysen. Eo quippe tempore, quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus Promethei frater, maternus atius Mercurii maioris, cuius nepos fuit Trismegistus ille Mercurius.

De Aegyptiorum mēdaciſſima vanitatem quæ antiquitati scientiæ suę centum millia adſcribit annorum. Cap. XL.

FRustra itaque vaniſſima p̄ſumptione garriunt quidam dicentes, ex quo ratio nem lyderum comprehendit Aegyptus amplius quām centum annorum millia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegunt, qui nō multum ante annorum duo millia literas magistra Iſide didicerunt. Non enim parvus author est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod à literarū etiam diuinarum veritate non diſſonat. Cum enim ab ipso primo hoſe, qui est appellatus Adā, nondum sex millia annorum compleantur, quomodo non illi ridendi potius, quām refellendi sunt, qui de ſpatio temporum tā diuersa, & huic exploratę veritati tam contraria perſuadere conantur? Cui enim narranti melius p̄terita credimus, quām qui etiam futura p̄dixerit, quæ p̄ſentia iā videmus? Nam & ipſa historicorum inter ſe diſſonantia copiam nobis p̄bet, vt eis potius crede re debeamus, qui diuinę, quam tememus, nō repugnant historię. Porro autem ciues impie ciuitatis, diffusi vſquequaque per terras, cum legunt doctissimos homines, quorum nullias contemnda videatur authoritas, inter ſe de reb. geltis ab eis tatis noſtre memoria remotissimis diſcrepātes, cui poti? crede re debeant, non inueniūt. Nos vero in noſtre religionis historia, ſulti authoritate diuina, q̄cqd ei refiſt, nō dubitamus eſſe falsissimū, quomodo libet ſe habeant cetera in ſecula rib. literis, quæ ſiue vera ſeu falſa ſint, nihil momēti afferūt, quo recte beatęq; viuamus.

De philosophicarum opinionum diſſenſio- D
nibus, & canonicarum apud Eccle-
ſiam concordia ſcripta-
rum. Cap. XLI.

VT autem iam cognitionem omittamus historię, ipſi philosophi à quibus ad iſta progreſſi ſumus, qui non videntur la- borare in ſtudiis suis, niſi vt inuenirent, quomodo vidēdum eſſet accommodate ad beatitudinē capiſcendam, cur diſcenſerūt & a magiſtri diſcipuli, & inter ſe condiscipuli, niſi quia vt homines humanis ſenſibus &

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

humanis ratiocinationibus ista quæsierant
vbi quanuis esse potuerit & studium glorian-
di, quo quisque alio sapientior & acutior vi-
deri cupit, nec sñx quadammodo addictus
alienæ, sed sui dogmatis & opinionis inuen-
tor, tñ vt nonnullos vel etiam plurimos eorū
fuisse concedam, quos suis doctorib. vel di-
scendi locis, amor veritatis abruperit, vt p-
ea certarent, quam veritatem putarent, siue il-
la essent, siue non esset quid agit, aut quo, vel
qua vt ad beatitudinē perueniat, humana se
porrigit infelicitas, si diuina nō ducit autho-
ritas? Deniq; authores nostri, in qb. non fru-
stra sacrarum literarum figitur, & terminat
canon, absit, vt inter se aliqua ratione dissen-
tiant. Vnde nō immerito cum illa scriberēt,
eis Deum vel per eos locutum, non pauci in
scholis, atq; gymnasii litigiosis disputatio-
nib. garruli, sed in agris atq; in vrbib. cū do-
ctis atq; indoctis totantiq; populi credide-
runt. Ipsi sane pauci esse debuerunt, ne mul-
titudine vilesceret, quod clarum religione
esse oporteret, nec tñ ita pauci, vt eorum nō
sit miranda consensio. Neque enim in multi-
tudine philosophorum, qui labore etiam li-
terario monumenta suorum dogmatum reli-
querunt, facile quis inuenierit, inter quos cū-
cta quæ sensere conueniant, quod, ostendere
hoc opere longum est. Quis aut secta cuiusli-
bet author sic est in hac dæmonicola ciuitate
approbatus, vt cæteri improbarent, qui ad
uerfa, & diuersa senserū? Nonne apud Athe-
nas, & Epicurei clauerūt afferentes res huma-
nas ad deorū curam nō pertinere, & Stoici,
qui contraria sentientes eas regi atq; muniri
diis adiutorib. atq; tutorib. dii putabant? Vñ
miror cur Anaxagoras reus factus sit, quia lo-
lem esse dixit lapidem ardente, negans vtique
Deum, cum in eadē ciuitate gloria clau-
ruerit, floruerit Epicurus, vixeritq; securus,
non solum solem, vel illum syderum Deum
esse non credens, sed nec Iouem, nec vllum
deorum omnino in mundo habitare conten-
dens ad quem præces hominum supplicatio-
nesq; perueniat. Nonne ibi Aristippus in vo-
luptate corporis summum bonum ponens,
ibi Antisthenes virtute animi potius homi-
nem fieri beatum asseuerās, duo philosophi
nobiles & ambo Socratice in tam diueris at-
que inter se contrariis finib. vlt̄ sumnum lo-
cantes, quorum etiam ille fugiēdum, iste ad-

ministrandam sapienti dicebat esse Repub-
licam, & ad suam quisq; sectam sectandam
discipulos congregabat? Nempe palā in con-
spicua & notissima porticu in gymnasiis, in
hortulis, in locis publicis, ac priuatis caterua-
tim pro sua quisq; opinione certabant. Alii
asserentes vnum, alii innumerabiles mūdos,
ipsum aut vnum, alii ortum esse, alii vero ini-
tium non habere, alii interitum, alii semp-
futurum, alii mente diuina, alii fortuitu & ca-
sib. agi. Alii immortales esse animas, alii mor-
tales, & q; immortales, alii reuolu in bestias. G
alii nequam, qui vero mortales, alii mox
interire post corpus, alii vivere etiam postea
vel paululum, vel diutius, nō tñ semper. Alii
constituentes in corpore finem boni, alii in-
afo, alii in vtroq; alii extrinsecus posita etiā
bona ad animam & corpus addentes, alii sen-
ibus corporis semper, alii non semper, alii
putantes nunquam esse credendum. Has &
alias penè innumerabiles dissensiones philo-
sophorum, quis vñquam populus, quis lena-
tus, quæ potestas, vel dignitas publica impie
ciuitatis diiudicandas, & alias probandas, ac
recipiendas, alias improbandas recuperandas
que curauit, ac non possim sine vlo iudicio
confuseque habuit in gremio suo tot contro-
uersias hominum dissidentium, nō de agris,
& domibus, vel quacunque pecuniaria ra-
tione, sed de his rebus, quibus aut misere vi-
uitur, aut beate? Vbi etsi aliqua vera dice-
bantur, eadem licentia dicebantur & falsa
prorsus, vt nō frustra talis ciuitas mysticum
vocabulum Babylonis acceperis. Babylon
quippe interpretatur confusio, quod nos iā
dixisse meminimus. Nec interest diaboli re-
gis eius, quam contrariis inter se rixentur er-
roribus, quos merito multæ variazque impie-
tatis pariter polsider. At vero gens illa, ille
popul⁹, illa ciuitas, illa Respublica, illi Israe-
lite, quib. credita sunt eloquia Dei, nullo mo-
do pseudoprophetas cū veris prophetis pa-
ri licentia confuderunt, sed concordes inter
se atque in nullo dissidentes, sacrarum lite-
rarum veraces ab eis agnoscebantur & tene-
bantur authores. Ipsi eis erant philosophi,
hoc est, amatores sapientie, ipsi sapiētes, ipsi
theologi, ipsi prophetæ, ipsi doctores probi-
tatis atque pietatis. Quicunque secundum il-
los sapuit, & vixit, non secundum homines,
sed secundum Deum, qui per eos locutus est,
sapuit &

Gen. 11

De
vide
fo.
cap.

Ecc. 20. sapuit & vixit. Ibi si prohibitum est sacrilegium, Deus prohibuit. Si dictum est, Honora patrem tuū & matrem tuam, Deus iussit. Si dictum est: Non moechaberis, non homicidium facies, non suraberis, & cætera huiusmodi, non hæc ora humana, sed oracula diuina suderūt. Quicquid philosophi quidam inter falsa, qua opinari sunt, verū videre potuerunt, & laboriosis disputationib. perflaudere moliti sunt, quod mundum istum fecerit Deus, eumq; ipse prouidentissimus administraret, de honestate virtutum, de amore patriæ, de fide amicitiae, de bonis operibus, atque omnib. ad mores probos pertinentib. rebus, quanuis nescientes ad quem finem, & quo nam modo essent ista omnia referenda, propheticis, hoc est, diuinis vocibus, quanuis per homines in illa ciuitate populo commendata sunt, non argumentationum cōversationibus inculcata, vt non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret.

L Qua dispensatione prouidentia Dei scripturæ sacræ veteris testamenti ex Hebræo in Græcum eloquium translata sunt, vt vniuersis gentib. innotescerent. Cap. XLII.

I. Mac. 8 **H** As sacras literas etiam unus Ptolemæo rum regum Aegypti nosse studuit & habere. Nam post Alexandri Macedonis, qui etiam magnus cognominatus est, mirificissimam minimeque diurnam potētiām, qua vniuersam Asiam, immò penè totum orbem, partim vi & armis, partim terrore subegerat, quando inter cætera Orientis regna, etiam Iudæam ingressus obtinuit, eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri diuifissent, sed potius dissipassent, bellis omnia vastaturi, Ptolemæos reges habere cœpit Aegyptus. Quorum primus Lagi filius, mulitos ex Iudæa captiuos in Aegyptum transfudit. Hinc autem succedens alias Ptolemæos, qui est appellatus Philadelpho, omnes quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit, insuper & dona regia in templum Dei misit, petiuitque ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama prædicante diuinas, & ideo concupiuerat habere in bibliotheca, quam nobilis-

simam fecerat. Has ei cum idem potifex misserit Hebræas, post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribibus seni homines, linguae utriusque doctissimi, Hebræ scilicet atque Græci. Quorum interpretatio vt Septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo. Traditur sanè tam mirabilem ac stupendum pleneque diuinum in eorum verbis fuisse consenatum, vt cum ad hoc opus separatim singuli federint, ita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare, in nullo verbo, quod idem significaret, & tantumdem valerer, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unus erat, quoniam reuera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, vt illarum scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erant tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur authoritas, credituris quan doque gentibus profutura, quod iam vide mus effectum.

De autoritate septuaginta interpretationum, quæ saluo honore Hebraicæ linguae, omnibus sit interpretibus præferenda.

Caput XLIII.

N Am cum fuerint & alii interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illo eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus Theodotion, sicut etiam illa est interpretatione, cuius author non appetat, & ob hoc sine nomine interpretatis quinta editio nuncupatur, hanc tamen quæ septuaginta est tanquam sola esset, sic recepit ecclesia, eaque vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique vtrum alia sit aliqua, ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione etiā in Latinam linguam interpretarum est, quod ecclesiæ Latinae tenent. Quanvis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronimus homo doctissimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas conuerterit. Sed eius tam literatum laborem, quanvis ludegi fateantur esse veracem se ptiuaginta vero interpretates in multis errasse contendant, tñ ecclesiæ Christi tot hominū autho-

De hoc vide in fo. eodem cap. 48.

M

*Diversus
Hieronymus.*

D. AVREL II AVG. DE CIVITATE DEI

authoritati ab Eleazaro tunc pontifice, ad hoc tantum opus electorum, neminem iudicant praeferendum, quia et si non in eis vnu apparuerit spiritus sine dubitatione diuin^o, sed inter se verba interpretationis sue septuaginta docti more hominum contulissent, vt quod placuisse omnibus, hoc maneret, nul lus eis vnu interpres debuit anteponi. Cum vero tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex Hebreo in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut agruit illis septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat quando illa doctrina, dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta christiana quando illa interpretati sunt. Qui profecto auctoritate diuina & aliud dicere potuit, tamquam Propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, vt si non eadem verba, idem tamē sensus bene intelligentibus dilucesceret, & aliquid pretermittere, & aliquid addere, etiam ut hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere seruitutem, quam verbis debebat interpres, sed diuinā potius potestatem, quae mentem replebat, & regebat interpretis. Non nulli autem codices Gr̄ccos interpretationis Septuaginta ex Hebreis codicibus emendatos putarunt. nec tamen ausi sunt detrahere, quod Hebrei non habebant, & Septuaginta posuerunt, sed tantummodo addiderūt, quæ in Hebreis inuenta, apud Septuaginta non erant, eaque signis quibusdam in stellarum modum factis, ad capita eorundem versuum notauerunt, quæ signa asteriscos vocant. Illa vero, quæ non habent Hebrei, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuum intercibus virgulis sicut scribuntur vñciæ signauerunt, & multi codices Gr̄ci has notas habentes usqueque diffisi sunt & Latini. Quæ autem non prætermissa, vel addita, sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, siue alio modo eundem sensum explicare monstrantur, nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei spiritus, quicquid est in Hebreis codicibus, & non est apud interpretes Septuaginta, nolit hoc per istos, sed illos

prophetas Dei spiritus dicere. Quicquid vero est apud Septuaginta, in Hebreis autem codicibus non est, per istos maluit, quam per illos idem spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo, alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per aliū, atque alium prophetam, vel aliter eadē per hunc, ac per illum dixit, ut voluit. Quicquid porrō apud utrosque inuenitur, per utrosque dicere voluit vnu atque idem spiritus, sed ita ut illi prædicerent prophetā, isti sequerentur prophetice illos interpretando, quia sicut in illis vera, & concordantia dicentibus vnu pacis spiritus fuit, sic & in ipsis non secum conferentibus, & tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus, idem spiritus vnu apparuit.

Quid intelligendum sit de Niniutarum exercicio, cuius denunciatio in Hebreo quadraginta dierum spatio tenetur, in Septuaginta autem tridui breuitate cōclu dif. Ca. XLIII.

Sed ait aliquis: Quomodo sciam quid Ionas propheta dixerit Niniuitis, utru triduum & Niniue euertetur, an quadraginta dies? Quis enim non videat non potuisse utruque tunc dicta Propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminentis exitii civitatem? Cui si tertio die fuerat futurus interitus, non utique quadragesimo die, si autem quadragesimo, non utique tertio. Si ergo a me queritur, quid horum Ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in Hebreo, quadraginta dies & Niniue subuertetur. Septuaginta quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, & in vnum eundemque sensum, quāuis sub altera significacione concurreret, admoneretque lectorum, utraq; auctoritate non sperabat historia sele attollere, ad ea requirenda propter quæ significanda historia ipsa conscripta est. Gestæ sunt q̄ppe illa in Niniue civitate, sed aliquid etiam significauerūt quod modum illius ciuitatis excedat sicut gestum est, quod ipse Propheta in ventre ceti triduo fuit, & tamen alium significauit in profundū inferni triduo futurum, qui dominus est omnium prophetarum. Quapp; si per illam civitatem

Nini
gura
clesia

Acto

Agga

Ioan. 2.
Mat. 11.

Niniue figuræ ecclesiæ.

uitiū reēte accipitur ecclesia gentium prophetice figurata, euersa. s. per pœnitentiam, vt qualis fuerat iam nō esset, hoc quoniā per Christum tactum est in ecclesia gentium, cuius illa Niniue figuram g̃erebat, siue per quadraginta dies, siue per triduum, idem ipse significatus est Christus, per quadraginta. s. q̃a tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem suam, & ascendit in cœlum, p. triduum vero, quia die tertio resurrexit, tanquam lectorum nihil aliud quām historię rerum gestarum inherere cupientem, de somno excitauerint septuaginta interpretes, iidē que propheta, ad periculatandam altitudinē

Acto. I.

L prophetię, & quodāmodo dixerint, in quadraginta diebus ipsum quare, in quo & triduum poteris inuenire, illud in ascensione, hoc in eius resurrectione repertus. Propter quod utroquennumero significare conuenientissime potuit, quorum vnum per Ionam, prophetam: alterum per Septuaginta interpretū prophetam, tamen vnum atque idem spiritus dixit. Longitudinem fugio, vt non h̃ec per multa demonstrem, in quibus ab Hebraica veritate putantur Septuaginta interpretes dispare, & bene intellecti inueniuntur esse concordes. Vnde etiam ego pro meo modu lo vestigia sequens Apostolorum, quia & ipsi ex utrisque, id est, ex Hebreis, & ex Septuaginta testimonia prophetica posuerunt, vtra que authoritate vtendum putaui, quoniam utraque vna atque diuina est. Sed iam quare stant, vt possimus exequamur.

M

Quod post instaurationem templi, prophetas Iudæi habere desisterunt, & exinde usque ad nativitatem Christi continuis aduersitatibus sint afflicti, vt probatur alterius templi ædificationem propheticis vocibus fuisse promissam.

Caput XLV.

Agge. I.

Poste aquam gens Iudæa cœpit non habere prophetas, proculdubio deterior facta est, eo. i. tempore, quo se sperabat instaurato templo post captiuitatem, quæ fuit in Babyloniam, futuram esse meliorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis, qđ pronunciatum est per Aggæum prophetam, dicentem. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quām primæ. Quod de nouo

testamento dictū esse paulo superius demonstrauit, vbi ait aperte Christum promittens. Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentib. Quo loco Septuaginta in interpres alium senium magis corpori quā capiti, hoc est magis ecclesiæ quām Christo conuenientem propheta authoritate dixerunt. Venient quę electa sunt domini de cunctis gentibus, id est homines, de quibus ipse Iesus in Euangelio. Multi, inquit vocati pauci vero electi. Talibus enim electis gentium, domus Dei ædificatur per testamentum novum lapidibus viuis, longe glorioſior, quām templum illud fuit, quod a rege Salomone constructum est, & post captiuitatem instauratum. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gens, sed multis cladi bus afflita est ab alienigenis regibus ipsiſq; Romanis, ne hanc Aggæi prophetiam in illa instaurazione templi opinaretur impletam. Non multo enim post adueniente Alexander, subiugata est, quando eti nulla facta est vastatio, quoniam non sunt ausi ei resistere, & ideo placatū facillime subditi receperunt, non erat tamen gloria tanta domus illius, quāta fuit in suorum regum libera potestate. Hostias sane Alexander immolauit in Dei templo, non ad eius cultum vera pietate conuersus, sed impia vanitate cum diis eum falsis colendum putans. Deinde Ptolemeus Lagi filius, quod supra commemooraui, post Alexandri mortem captiuos inde in Aegyptum transtulit, quos ei successor Ptolemeus Philadelphus benevolentissime inde dimisit, per quem factum est, quod paulo ante narravi, vt Septuaginta interpretum scripturas haberemus. Deinde contriti sunt bellis, que in Machabœorum libris explicantur. Post h̃ec capti a rege Alexandria Ptolemaeo, qui est appellatus Epiphanes, inde ab Antiocho rege Syriae multis & grauiſsimis malis ad idola colēda compulsi, templumque ipsum repletum sacrilegis superstitionibus gentiū, quod tamen dux eorum strenuissimus Iudas, qui etiam Machabæus dictus est, Antiochi ducib. pulsis ab omni idolatriæ contaminatione mundauit. Nō autem multo post Alchimus quidam per ambitionem, cum a genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex factus est. Hinc iam post annos fermè quinquaginta, in quibus eis tam

A
Mat. 20.

t. Re. 6.
1. Esd. 3.

Alexander sacrificio,
non vera citer Dei coluit.

Supra eo dē. c. 42.

2. Mac. 6. & 7.

1. Mac. 4. & 2. 10.

1. Mat. 7.
2. 1. 4.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

men pax non fuit, quanuis aliqua & prospere gesserint, primus apud eos Aristobolus assumpto diademate, & rex, & pontifex factus est. Antea quippe ex quo de Babyloniam captiuitate reuersi sunt templumque instauratum est, non reges sed duces, vel principes habuerunt, quanuis & qui rex est, possit dici princeps a principatu imperandi, & dux, eo quod sit ductor exercitus, sed non continuo quicunque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt, quod iste Aristobolus fuit.

Alexandra Regina. Cui successit Alexander etiam ipse rex & pontifex, qui crudeliter in suos regnasse traditur.

Post hunc vxor eius Alexandra Regina Iudeorum fuit, ex cuius deinceps tempore maia sunt eos secuta grauiora. Filii quippe hu- ius Alexandri Aristobolus & Hircanus inter se de imperio dimicantes, vires aduersus Israeliticam gentem prouocauerent Romanas. Hircanus namque ab eis contra fratrem poposcit auxilium. Tunc iam Roma subiugauerat Aphricam, subiugauerat Graeciam, lateque etiam aliis orbis partibus imperans, tanquam seipsum ferre non valens, se sua quodammodo magnitudine fegerat. Peruenie- rat quippe ad seditiones domesticas graues, atque inde ad bella socialia, moxque ciuilia, tantumque se comminuerat atque attriverat, ut ei mutandus Reipublica status, quo rege- retur regibus immineret. Pompeius ergo populi Romani praeclarissimus princeps, Iudeam cum exercitu ingressus ciuitatem capi, templum referat cum deuotione suppli- cis, sed iure victoris, ad sancta sanctorum quo nisi summum sacerdotem non licebat intra- re, non ut venerator, sed ut prophinator acce- dit. Confirmato que Hircani potificatu, & subiugata genti imposito custode Antipatro, quos tunc procuratores vocabant, vinclum secum Aristobolum ducit. Et ex illo die Iudei etiam tributarii Romanarum esse coeperunt. Postea Cassius etiam templum expoliauit. Deinde post paucos annos, etiam Herodem alienigenam regem habere meruerunt, quo regnante natus est Christus. Iam enim venerat plenitudo temporis significata propheticō spiritu per os Patriarcha Iacob, vbi ait: Non deficiet princeps ex Iuda neque dux de seminibus eius, donec veniat cui re- positorum est, & ipse expectatio gentium. Non ergo desuit Iudeorum princeps ex Iudeis,

vsque ad istum Herodem, quem primum accepérunt alienigenam regem. Tempus ergo iam erat, vt veniret ille, cui depositum erat, quod nouo promissum est testamento, vt ipse esset expectatio gentium. Fieri autem non posset, vt expectaret gentes eum venturum, sicut eum cernimus expectari, vt veniat, ad faciendum iudicium in claritate potentiae, nisi prius in eum crederent, cum venit ad patiem- dum iudicium in humilitate patientie.

De ortu saluatoris nostri secundum quod verbum caro factum est, & de di- spersione Iudeorum per omnes gentes sicut fuerat prophetatum.

Ca. XLVI.

Regnante ergo Herode in Iudea, apud Romanos autem iam mutato Reipu- blica statu, imperante Cæsare Augusto, & per eum orbe pacato, natus est Christus secundum precedentem prophetiam in Beth- leem Iudea, homo manifestus ex homine virgine, Deus occultus ex Deo patre. Sic enim propheta predixerat: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Qui ut se commedaret Deum miracula multa fecit, ex quibz quædam quantum ad eum praedicandum satis unum est esse, scriptura euangelica continet. Quorum primum est quod tam mirabiliter natus est, ultimum autem quod cum suo resuscitato a mortuis corpore ascendit in cœlum. Iudei autem, qui eum occiderunt, & in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori & resurgere, vastati infelicius a Romanis funditusque a suo regno, vbi iam eis alienigenæ dominabantur, eradicati sunt, dispersi que per terras. Quandoquidem utique non defunt, & per scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo, quas plurimi eorum considerantes, & ante passionem, & maxime post eius resur- rectionem crediderunt in eum, de quibus prædictum est: Si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliqua salucent. Cæteri vero exceptati sunt, de quibus prædictum est: Fiat mensa eorum coram ipsi in laqueum, & in retributionem, & in scandala.

Hebr. 9.

Cassius, rē plū eundē spoliat.

Mat. 2.

Gene. 49

scandalum. Obscurerunt oculi eorum ne videantur, & dorsum eorum semper incurua. Proinde cum scripturis nostris non creditur, com plenf in eis fuisse, quas cœci legunt, nisi forte quis dixerit illas prophetias Christianos fin xisse de Christo, qua Sybillæ noīe, vel aliorū proferunt, si quæ sunt, quæ non pertinent ad populum Iudæorum. Nobis qdem ille sufficiunt, quæ de nostrorum inimicorum codicib. proferuntur, quos ascimus pp hoc testi monium, quod nobis inuite perhibet eosdē codices habendo atque seruando per omnes gentes etiam ipsos esse dispersos, quaqua ver sum Christi ecclesia dilatatur. Nam prophe tia in Psalmis, quos etiam legunt, de hac re præmissa est, ubi scriptum est: Deus meus mi fericordia eius præueniet me. Deus meus de monstrauit mihi de inimicis meis, ne occide ris eos, nequando obliuiscans legem tuam. Disperge illos in virtute tua. Demonstrauit ergo Deus Ecclesia in eius inimicis Iudæis gratiam misericordie suæ, quoniam sicut dicit Apostolus, delictum illorum salus est in gentib. Et ideo non eos occidit, idest, non in eis perdidit, quod sunt Iudæi, quanquam a Romanis fuerint deuicti & oppressi, ne obli ti legem Dei, ad hoc de quo agimus testimoniū nihil valeret. Ideo parum fuit, ut dicere. Ne occideris eos, nequando obliuiscant legem tuā: nisi etiam adderet, disperge illos, quoniam si cum isto testimonio scripturarū in sua tantummodo terra non vbiique essent, profecto ecclesia, quæ vbiq; est, eos propheta rum quæ de Christo præmissa sunt testes in omnibus gentibus habere non posset.

An ante tempora Christi aliqui fuerint extra Israelicum genus, qui ad coelestis ciuitatis consortium pertinerent. Cap. XLVII.

Quapropter quisquis alienigena, idest, non ex Israel progenitus, nec ab illo populo in canonem sacrarum literarum re ceptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiam venit, aut venerit, ad cumulum a nobis commemorari potest, non quod necessarius sit etiam si desit, sed quia non incongrue creditur suisse & in aliis gentibus homines, quibus hoc mysterium re uelatum est, & qui hoc etiam prædicare impulsi sunt, siue participes eiusdem gratiæ sue

rint siue expertes, siue per malos angelos do cti sunt, quos præsentem Christum, quem Iudæi nō agnoscebant scimus fuisse confessos. Nec ipsis Iudæos existimo audere contede re, neminem putuisse ad Deum præter Israe litas, ex quo propagatio Israel coepit esse, re probato eiūs fratre maiore. Populus enim re *Gen. 25* uera, qui proprie Dei, populus dicere, nullus alius fuit. Homines autem quosdam non terrena, sed coelesti societate ad veros Israe litas supernæ ciues patriæ pertinentes etiam in aliis gentibus fuisse negare non possunt, quia si negant, facillime conciduntur de sancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proselytus, idest, aduena populi Israel fuit, sed ex gente Idumæa genus ducens, ibidem mortuus est, qui diuino sic laudatur elo quio, vt quod ad iustitiam, pietatemque attinet, nullus ei homo suorum temporum co æquetur: Quæ tempora eius, quamvis nō inueniam in chronicis, colligimus tamen ex libro eius quem pro sui merito Israelitæ in au thoritatem canonicam receperunt, tertia ge neratione posteriore fuisse quam Israel. Diuinitus autem prouilium fuisse non dubito, vt ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum' vi xerunt eique placuerunt, pertinens ad spir italem Hierusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est unus mediator Dei & hominum ho mo Christus Jesus qui venturus in carne, sic *I. Ti. 2.* antiquis sanctis prænunciabatur, quemadmo dum nobis venisse nunciatus est, vt vna ea demque fides per ipsum omnes in Dei ciuitatem, in domum Dei, in Dei templum præ destinatos perducat ad Deum. Sed quæcum que aliorum prophetarum de Dei per Christū Iesum gratia proferuntur, possunt putari a Christianis esse confitæ. Iō nihil est firmius ad conuincendos quoilibet alienos, si de hae re contendent, nostrosque fulcierdos, si re ste sapuerint, q; vt diuina prædicta de Christo ea proferantur, quæ in iudæorum scripta sunt codicibus. Quibus auulis de sedi bus propriis, & propter hoc te stimonium toto orbe di spersis, Christi vñque quaque crevit eccl esia.

D

Prophe-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Prophetiam Agg^{ei}, qua dixit maiorem futuram gloriam domus Dei, quam pri-
mum fuisset, nō in reedificatione templi,
sed in Ecclesia Christi esse completam.
Cap. XLVIII.

G Hec domus Dei maioris est gloriae, q
uerat illa prima lignis, & lapidibus,
caterisque preciosis rebus, metallisque con-
structa. Non itaq; Agg^{ei} prophetia in tem-
pli illius instaurazione completa est. Ex quo
enim instauratum est, nunquam ostenditur
habuisse tantam gloriam, quantam habuit
tempore Salomonis, immo potius ostenditur
primum cessatione prophetiae fuisse do-
mus illius gloriam diminutam, deinde ipsius
gentis cladibus tantis usque ad ultimum exci-
dium, quod factum est a Romanis, sicut ea
qua supra sunt commemorata testatur. Hęc
autem domus ad nouum pertinens testamen-
tum, tanto utique maioris est gloriae, quanto
meliores sunt lapides viui, quibus credenti-
bus, renouatisque constituitur. Sed ideo per
instaurationem templi illius significata est,
quia ipsa renouatio illius aedificii significa-
eloquio propheticō alterum testamentum,
quod appellatur nouum. Quod ergo Deus
dixit per memoratum Prophetam: Et dabo
pacem in loco isto, per significantem locū
ille qui eo significatur intelligentus est, ut
quia illo loco instaurato, significata est ec-
clesia, qua fuerat aedificanda per Christum,
nihil aliud accipiatur, quod dictum est, da-
bo pacem in loco isto, nisi dabo pacem in lo-
co, quem significat locus iste, quia quodam-
modo omnia significantia videntur earum
rerum, quas significant sustinere personas, si
cū dictum est ab Apostolo, Petra erat Chri-
stus, qm̄ petra illa de qua hoc dictum est, si-
gnificabat utiq; Christum. Maior est itaque
gloria domus huius noui testamenti, quam
domus prioris veteris testamenti, & tūc ap-
parebit maior, cum dedicabitur. Tunc enim
veniet desideratus cunctis gentib. sicut legi-
tur in Hebreo. Nam prior eius aduentus nō
dum erat desideratus omnibus gentib. Non
enī quem deberent desiderare, sciebant, in
quem non crediderant. Tunc etiam secundū
septuaginta interpres, quia & ipse prophē-
ticus sensus est, venient quae electa sunt do-
mini de cunctis gentibus. Tunc enim vere

non venient, nisi electa, de quibus dicit Apo-
stolus. Sicut elegit nos in ipso ante mundi cō-
stitutionem. Ipse quippe architectus, qui di-
xit. Multi sunt vocati, pauci vero electi, non I
de his dixit, qui vocati sic venerunt, vt de
coniuicio proiicerentur, sed de electis demō-
stratus est edificatam domum, qua nullam
deinceps formidabit ruinam. Nūc autem & Mat. 13,
hi quando replet ecclesias, quos tanquam
in area ventilatio separabit, non appetet ta-
ta gloria domus huius, quanta tunc appare-
bit, quando quisquis ibi erit, semper erit.

De incerta multiplicatione Ecclesie, qua in
hoc seculo multi reprobi miscentur ele-
ctis. Cap. XLIX.

In hoc ergo maligno seculo in his diebus
malis, ubi per humilitatem præsentem fu-
turam comparat Ecclesia celitudinem, &
timorum stimulis, dolorum tormentis, labo-
rum molestiis, tentationum periculis erudi-
tur, sola spe gaudens, quoniam sane gau-
det, multi reprobi miscentur bonis, & utri-
que tanquam in sagenam euangelicam col-
liguntur, & in hoc mundo tanquam in mari-
vtrique inclusi retibus, indiscretē natant, do-
nec perueniatur ad littus, ubi mali segregen-
tur a bonis, & in bonis tanquam in templo
suo sit Deus omnia in omnibus. Proinde vo-
cem nunc agnoscimus eius impleri, qui lo-
quebatur in Psalmo, atque dicebat: Annun-
ciaui, & locutus sum, multiplicati sunt su-
per numerum. Hoc fit nunc, ex quo pri-
mum per os præcursoris sui Ioannis, dein-
de per os proprium annunciauit, & locutus
est, dicens: Agite pœnitentiam, appropin-
quabit enim regnum cœlorum. Elegit disci-
pulos, quos & Apostolos nominavit, humili-
liter natos, in honoratos, illiteratos, vt quic-
quid magnum essent, & facerent, ipse in eis
esset, & faceret. Habuit inter eos unum, quo
malo utens bene, & suæ passionis dispositum
impleret, & Ecclesie suæ tolerandorum ma-
lorum præberet exemplum. Seminato quantu-
m per eius oportebat præsentiam corpo-
ralem sancto Euanglio passus est, mortuus
est, resurrexit, passione ostendens quid su-
stine pro veritate, resurrectione quid spe-
rare in aeternitate debeamus, excepta altitudi-
ne sacramenti, qua sanguis eius in remissio-
nem

Aff. 1. nem peccatorum fusus est. Cōuersatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis, atque ipsis videntibus ascendit in cœlum, & post dies decem promissum spiritum sanctū misit patris sui: cuius aduenientis in eos qui crediderant, tunc signum erat maximum, & maxime necessarium, vt vnuſquisq; eorum linguis omnium gentium loqueretur, ita significans vnitatem catholicę Ecclesię per omnes gentes futura, ac sic linguis omnibus locuturam.

De prædestinatione Euangelii, quę per passiones prædicantium clarior & potentior facta est. Cap. L.

Efa. 2. **D**einde secundum illam prophetiam: Ex Sion lex prodiēt, & verbum domini de Hierusalem, & secundum ipsius domini Christi prædicta, vbi post resurrectionē stūpentib. eum discipulis suis aperuit sensum, vt intelligeret scripturas, & dixit eis, quoniā sic scriptum est: Et sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientib. ab Hierusalem: Et vbi rursus eis de aduentu eius nouissimo requireretib. respōdit, atq; ait: Non est vestrum scire tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudea, & Samaria, & vsque in fines terrę. Primum se ab Hierusalē diffidit Ecclesia, & cum in Iudea atq; Samaria plurimi credidissent, & in alias gentes leminatum est, eis annunciantib. Euangelium, quos ipse sicut luminaria & aptauerat verbo, & accéderat spiritu sancto. Dixerat enim eis: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Qui vt frigidi timore nō essent, igne charitatis ardebat. Denique per ipsis non solum, qui eum & ante passionem, & post resurrectionē viderat, & audierant, verum etiā & post obitum eorū per posteros eorum inter horrendas persecutions, & varios cruciatus, ac funera martirum prædicatum est toto orbe Euangelium, contestante domino signis, & ostentis, & variis virtutibus & spiritu sancti muneribus, vt populi gentium credentes in

Luc. 24. **M**at. 10.

Acto. 1. **M**inde secundum illam prophetiam: Ex Sion lex prodiēt, & verbum domini de Hierusalem, & secundum ipsius domini Christi prædicta, vbi post resurrectionē stūpentib. eum discipulis suis aperuit sensum, vt intelligeret scripturas, & dixit eis, quoniā sic scriptum est: Et sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientib. ab Hierusalem: Et vbi rursus eis de aduentu eius nouissimo requireretib. respōdit, atq; ait: Non est vestrum scire tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudea, & Samaria, & vsque in fines terrę. Primum se ab Hierusalē diffidit Ecclesia, & cum in Iudea atq; Samaria plurimi credidissent, & in alias gentes leminatum est, eis annunciantib. Euangelium, quos ipse sicut luminaria & aptauerat verbo, & accéderat spiritu sancto. Dixerat enim eis: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Qui vt frigidi timore nō essent, igne charitatis ardebat. Denique per ipsis non solum, qui eum & ante passionem, & post resurrectionē viderat, & audierant, verum etiā & post obitum eorū per posteros eorum inter horrendas persecutions, & varios cruciatus, ac funera martirum prædicatum est toto orbe Euangelium, contestante domino signis, & ostentis, & variis virtutibus & spiritu sancti muneribus, vt populi gentium credentes in

eum, qui pro eorum redēptione crucifixus est, Christiano amore venerarentur sanguinem martyrum quem diabolico furore fuderunt, ipsi reges quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt, & falsos Deos inciperent persequi, quorum causa cultores Dei veri fuerant antea persecuti.

Quod etiam per hereticorum dissensiones fides catholica roboretur. Cap. LII.

VIdens autem diabolus templa dēmonum deserit, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hereticos mouit, qui sub vocabulo Christiano dostrinḡ resistent Christianę, quasi possent indifferenter sine villa correptione haberi in ciuitate Dei, sicut ciuitas confusione indifferenter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes. Qui ergo in Ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumque sapient, si correpti vt sanum rectumq; lapiat, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt: hæretici sunt, & foras exeentes, habentur in exercentibus inimicis, etiam sic quippe veris illis catholicis membris Christi malo suo proflunt, dum Deus vtitur & malis bene, & diligentibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes Ecclesia quolibet errore cæcentur, vel malitia depraventur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent inimicis eius patientiam, sit tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiā, vt autem etiam inimici diligentur, exercent iā, uel eius benevolentiam, aut etiam beneficentiam, siue suasibili doctrina cum eis agatur, excent, siue terribili doctrina vel disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impię ciuitatis aduersus peregrinantem in hoc mundo ciuitatem Dei vasa propria commouendo, nihil ei nocere permittitur. Cui proculdubio & rebus prosperis confortatio, vt non frangatur aduersis, & rebus aduersis exercitatio, vt non corrumperatur prosperis, per diuinam prouidentiam procuratur, atque ita temperatur utrunque ab alterutro, vt in Psalmo illam vocem non aliunde agnoscamus exortam, **psal. 93.**

Secun-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo, consolations tuæ iocundaue
runt animam meam. Hinc est & illud Apo-

Rom. 12. **I.Ti. 3.** stoli: Spe gaudentes, in tribulatione patiētes.

C volūt in Christo pie viuere, persecutione in
patiuntur, nullis putandum est deesse posse
temporibus, quia & cum ab eis qui foris sūt,
non s̄euientibus v̄ esse tranquillitas, & reue-
ra vtile est, plurimumq; consolationis affert
maxime infirmis, non tñ desunt, immo multi
sunt intus, qui corda pie viuentium suis per-

Rom. 2. **I.Ti. 3.** ditis morib. cruciāt, quoniā per eos blasphe-
matur Christianum & catholicum nomen.

Quod quanto charius est eis, qui volunt pie
viuere in Christo, tanto magis dolent, quod
per malos intus positos fit vt minus quā pio-
rum mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoq;
heretici, cum Christianum, cogitantur ha-
bere nomen, & sacramēta Christiana, & scri-
pturas, & professionem, magnum dolorem
faciunt in cordib. piorum, quia & multi vo-
lentes esse Christiani, propter eorum dissen-
tiones hesitate coguntur, & multi maledici-
etam in his inueniūt materiā blasphemandi
Christianū nomen, quia ipsi quoquo modo
Christianī appellantur. His atque huiusmo-
di prauis morib. & errorib. hominum perse-
cutionem patiunt, qui volunt in Christo pie
viuere, etiam nullo infestante, neq; vexante

D corpus illorum. Patiuntur quippe hanc per-
Psal. 93. secutionem non in corporib. sed in cordib.
Vnde illa vox est: Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo. Non enim
ait, in corpore meo. Sed rursus quoniam co-
g
Ti. 2. **Rom. 8.** **Psal. 39.** gitantur immutabilia diuina promissa, & qđ
ait Apostolus: Nouis dominus, qui sunt eius:
quos enim præscivit, & prædestinavit cōfor-
mes fieri imaginis filii sui, ex eis perire nul-
lus potest, ideo sequitur in illo Psalmo: Con-
solatioues tuæ iocundauerunt animam meā.

**Dolor pio-
rum.** Dolor autem ipse qui fit in cordib. piorum,
quos persequuntur mores Christianorū ma-
lorum sive falorum, prodest dolentib. quo-
niam de charitate descendit, qua eos perire
nolunt, nec impedire salutem aliorum. Deni
que magnæ consolations fiunt etiam de cor-
rectionib. eorum, quæ piorum animas tanta
iocunditate perfundunt, quantis dolorib. de
tua perditione cruciauerant. Sic in hoc secul-
lo de numero persecutionum in his duobus

malis, non solum a tempore corporalis præ-
sentię Christi & Apostolorū eius: sed ab ipso
Abel, quem primū iustum impius frater oc-
cidit, & deinceps v̄que ad huius seculi finē,
inter persecutions mundi & consolations
Dei peregrinando procurrit Ecclesia.

An credendum sit quod quidam putant, im-
pletis decem persecutionib. quæ fuerunt,
nullam superesse præter vndecimam, quæ
in ipso Antichristi tempore sit futura.

Caput LIL

PRoinde nec illud qđem temere puto esse
dicendum sive credendum, quod non
nullis visum est, vel videtur non amplius ec-
clesiam passuram persecutions v̄que ad tē-
pus Antichristi, quum quod iam passa est, id
est decem, & vndecima eademque fit ab An-
tichristo nouissima: Primā quippe compu-
tant a Nerone, quæ facta est, secundam a Do-
mitiano, tertiam a Traiano, quartam ab An-
tonino, quintam a Seuero, sextam à Maximi-
no, septimam a Decio, octauam a Valeriano,
nonam ab Aureliano, decimam a Dio-
cletiano & Maximiano. Plagas enim Aegy-
ptiorum, quoniam decem fuerunt, antequā
inde exire inciperet populus Dei, putant ad
hunc intellectum esse referendas vt noui ffi-
ma Antichristi persecutio similis videatur vñ
decimæ plагæ, quæ Aegyptii, dum hostiliter
persequerentur Hebreos, in mari rubro po-
pulo Dei per siccum transiente, perierunt.
Sed ego illa re gesta in Aegypto, istas perse-
cutiones propheticæ significatas esse non ar-
bitror, quamuis ab eis, qui hoc putant, exqui-
site, & ingeniose illa singula his singulis cō-
parata videantur, non propheticō spiritu sed
coniectura mentis humanæ, quæ aliquando
ad verum peruenit, aliquando fallit. Quid
enim, qui hoc sentiunt, dicturi sunt de perse-
cutione, quæ ipse dominus crucifixus est? In G
quo eam sunt numero posituri? Si autem hac
excepta existimant computandum, tanquam
illæ numerandæ sint, quæ ad corpus perti-
nent, non quæ ipsum caput est appetitum &
occisum, quid agent de illa, quæ posteaquā
Christus ascendit in cœlum, Hierosolymis
facta est, vbi beatus Stephanus lapidatus est,
vbi Iacobus frater Ioannis gladio trucida-
tur, vbi Apostolus Petrus vt occidere-
tur

Acto. 8.
C. 6.

Acto. 1.

Ex. 14.

Acto. 9.

A&to. 8. tur inclusus est, & per angelum liberatus, vbi fugati, atq; dispersi de Hierosolymis fratres, vbi Saulus, qui postea Paulus Apostolus factus est valetabat Ecclesiam, vbi ipse quoque iam fidem quam persequebatur euangelizas qualia faciebat, est paulus siue per Iudaeam, siue per alias gentes, quacunq; Christum feruentissime predicaba? Cur ergo eis a Nero ne videtur ordiendū, cū ad Neronis tempora inter atrocissimas persecutions, de quibus nimis longum est cūcta dicere, Ecclesia

A&to. 12. crescendo peruenirea? Quod si a regibus factas persecutions in numero existimat esse debere, rex fuit Herodes, qui etiam post ascensum domini grauissimā fecit. Deinde quid respondent etiam de Iuliano, quem non numerant in decē? An ipse non est Ecclesiā persecutus, qui Christianos liberat literas docere ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus maior, qui post eū tertius imperator fuit, fidei Christianę confessor extitit, militiaq; priuatus est. Vt omittā que apud Antiochiā facere cęperat, nisi vnius fidelissimi, & constatissimi iuuenis, qui cū multis, vt torquerentur apprehensis, per totū diē primus est tortus inter Vngalas cruciatus q; psallentis libertatem atq; hilaritatē miratus exhorruis- set, & ī ceteris deformius erubescere timueret. Postremo nostra memoria Valens supradicti. Valentiniani frater Arrianus, nonne magna persecutione per orientis partes catholica vatauit Ecclesiam? Quale est autem non considerare Ecclesiam per totum mundum fructificantem atq; crescentē, posse in aliis gentibus persecutions pati a regibus, & quando in alijs non patiatur? Nisi forte non est persecutio computanda, quādo rex Gothorū in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabilē, cū ibi nō essent nisi catholici quorū plurimi martyrio coronati sunt, sicut ā quibuldā fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se ista vidissi incunctāte recordabātur, audiuius. Quid modo in Perside? Nonne ita in Christianos ferbuit persecutio, si tamen iam quieterit, ut fugientes inde nonnulli vsq; ad Romanā oppida peruererint? Hęc atq; huiusmodi mihi cogitanti, non videtur esse definitus numerus persecutio, quibus exerceri oportet Ecclesiam. Sed rursus affirmare aliquas futuras a regibus pręter illam nouissimam, de qua nullus am-

bigit Christianus, non minoris est temeritas. Itaq; hoc medio relinquimus, neutrā partem questionis huius astrenues siue destruetes, sed tantummodo ab affirmandi quodlibet horum audaci presumptione reuocantes.

De tempore nouissime persecutionis occulto. Cap. L III.

Illam sane nouissimam persecutionē, que ab Antichristo futura est, praesentia sua ipse extinguet Iesum, sic enim scriptū est, quod interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione presentię suę. Hic queri solet, quā illud erit a importune omnino. Si enim hoc nobis nosse prodebet, a quo melius quā ab ipso Deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerunt inde apud eum, sed a praesente quęsierunt dientes. Donec mine, si hoc in tempore representabitis regnū Israel? At ille: Non est, inquit, vestrum nosse tempora, que pater in sua posuit potestate. Non vtique illi de hora vel die vel anno, sed de tempore interrogauerant, quando illud accepere responsum. Frustra igitur annos, qui huic seculo remanent, computare ac definire conamur, cum hoc scire non esse nostrum ex ore veritatis audianus. Quos tamē alij quadringentos, alij quingentos, alij etiā mille ab ascensione domini vtique ad eius ultimum aduentum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare, & non necessarium. Coniecturis quippe vtuntur humanus, non ab eis certum aliquid de scripture canonica authoritate profertur. Omnium vero de hac re calculatiūm digitos resoluti, & quiescere intet ille qui dicit: Non est velut scire tempora, que pater in sua posuit potestate. Sed hec quia euangelica sententia est, mirum non est non ea represso fuisse deorum multorum fallorumque colores, quo minus fingerent demoni responsis, quos tanquam Deos collunt, definitum esse quanto tempore manus religio Christiana. Cum enim videbent, nec tot tantisque persecutions eam potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse, excogitauerunt, ne scio quos versus Græcos tanquam confuenti cuidam diuino oraculo effusos, vbi

A&to. 1.

A&to. 1.

A&to. 1.

All. Fig.

memoriā

při ē ca

tumis in

Petrum

ceo milie

sicium, ē

magnum.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Christum quidem ab huius tanquam sacrilegij criminē faciunt innocentē: Petru autē maleficia fecisse subiungunt, vt coleretur Christi nomen per trecentos sexagintaquinq̄ annos: deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorū, o ingenia literata digna credere ista de Christo, que credere non vultis in Christū, quod eius discipulus Petrus, ab eo magicas artes non didicerit: sed

H ipso innocentē, tamen eius discipulus maleficus fuerit, nomenq; illius, quām suū coli maluerit magicis artibus suis, magnis labōribus, & periculis suis, postremo ēt effusione sanguinis sui. Si Petrus maleficus fecit, vt Christū sic diligeret mundus, quid fecit innocē Christus, vt eū sic diligeret Petrus? Respondent igitur sibi ipsi, & si possunt intelligat illa superna graia factū esse, vt propter eternam vitam Christum diligeret mundus: qua gratia factū est, vt propter eternam vitā ab illo accipiendam, & vsq; ad temporalement mortem pro illo patiendam? Christum diligeret Petrus. Deinde isti dij qui sunt, qui possunt ista prædicere, nec possunt auertere ita subcumbentes vni maleficio & vni sceleri magico, quo puer, vt dicunt, anniculus occisus, & dilaniatus, & ritu nefario sepultus est, vt sectam sibi aduersariam tam prolixo tempore conualescere, tot tantarūq; persecutō horrendas crudelitates non resistēdo, sed patiendo superare, & ad suorum simulachrorū, templorū sacrōrū oraculorū euerſionem peruenire permitterent? Quis postremo est Deus, non noster vtq; sed ipsorum, qui vel ille Iesus tāto scelere, vel impulsus est ista præstare? Non enim alicui Dēmoni hoc adscribitur, sed Deo dicunt illi versus, haec Petrum arte magica definisse. Talem Deum habent, qui Christum non habent.

De stultissimo mendacio Paganorum, quo Christianam religionem non vltra trecentorum sexagintaquinq; annorum mensuram spatiū esse fixerunt. Gap. LIII.

H Ace atque huiusmodi multa colligentur, si nondum annus iste transiisset, quem diuinatio facta promisit & decepta vanitas creditit. Cū vero ex quo nominis Christi cultus per eius in carne presentiam, & per

Apostolos institutus est anta aliquot annos, anni trecenti sexagintaquinq; completi sint, quid aliud querimus vnde ista falsitas refellatur? Vt enim in Christi nativitate huiusrei nō ponamus initium, quia infans & puer discipulos non habebat, tamen quando habere cœpit, proculdubio tunc innotuit per eius corporalem præsentiam doctrina & religio Christiana, idest, posteaquam in fluvio Jordane ministerio Ioannis est baptizatus, propter hoc enim de illo prophetia illa præcesserat: Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terre, sed qn priusquā passus esset, & resurrexisset à mortuis, nondum fides fuerat definita, in resurrectione quippe Christi definita est: nam sic Apostolus Paulus Atheniensibus loquitur, dicens: Iam nunc annunciat hominibus, omnes vbiique agere penitentiam: eo quod statuit diem iudicare orbem in æquitate, in viro, in quo definiuit fidem omnibus, resuscitans illum à mortuis: melius in hac questione soluenda inde initium sumimus: præserit quia tunc datus est ēt spiritus sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi operabat in ea ciuitate, ex qua debuit incipere lex secunda, hoc est, Testim nouum. Prima enim data fuit lex in monte Sina per Moysen, quod Testamentū vocatur vetus. De hac autē qn per Christū data est, prædictū est: Ex Sō lex prodier, & verbū Domini ex Hierusalē. Unde & ipse per omnes gentes, dixit prædicari oportere in nomine suo penitentiam, sed tamen incipientibus ab Hierusalē. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, vt in Christum Iesum, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat, credereetur. Ibi hæc fides tam insignibus initijs incanduit, vt aliquot hominū millia in Christi nomine mirabiliter alacritate conuerla, venditis suis rebus, vt egenis distri buerentur, proposito sancto, & ardētissima charitate ad paupertatē voluntariā peruenient, atq; inter frementes & sanguinē sitientes Iudeos se vsq; ad mortē pro veritate certare, non arma potētia, sed potētiorē patientia pararent. Hoc si nullis magicis artibus factū est, cur credere dubitant eadem virtute diuina per totum mundum idem fieri potuisse, qua hoc factū est? Si autem vt Hierosolymis, sic ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum multitudo,

que

Luc. 24.

Act. 1.

Act. 2.

Act. 3.

Act. 4.

B

Act. 1. In
Christum
nō in Pe
tri chri
stiani cre
dunt.

quæ illum in cruce, vel fixerat prensum, vel
riferat fixum, iam maleficū illud fecerat Pe-
trus, ex ipso anno quærendum est, qñ trecen-
ti sexaginta quinque completi sint. Mortuus
est ergo Christus duobus geminis consulib.
Luc. 24. octauo calēdas Aprilis. Resurrexit tertia die,
Act. 1. sicut Apostoli suis etiam sensibus probaue-
runt. Deinde post quadraginta dies ascendit
in cœlum: post decem dies, idest, quinqua-
fimo post suam resurrectionem die misit ipi-
ritum sanctum. Tunc tria millia hominum
Apostolis eum prædicantibus crediderunt.
Act. 2. Tunc itaq; nominis illius cultus exortus est,
sicut nos credimus, & veritas habet, efficacia
spiritus sancti: sicut autem finxit vanitas im-
pia vel putauit, magicis artibus Petri. Paulo
post etiam signo mirabili facto, quando ad
verbum ipsius Petri quidam medicus ab vte-
ro matris ita claudus, vt ab alijs portaretur,
& ad portam templi vbi stipem peteret, po-
neretur, in nomine Iesu Christi saluus exili-
uit, quinque millia hominum crediderunt.
Act. 3. Ac deinde alijs atque alijs accessibus creden-
tium creuit ecclesia. Ac per hoc colligitur et
dies, ex quo annus ipse sumpsis initium, sci-
licet quando missus est spiritus sanctus, idest,

B per idus Maias. Numeratis proinde consuli-
bus, trecenti sexaginta quinque anni reperi-
tur impleti, per eisdem idus Maias, consu-
latu Honorij & Euticiani. Porro sequenti an-
no cum socium accepisset Honorius consu-
lem Manlium Theodorum, quando iam se-
cundum illud oraculum dæmonum, aut fig-
mentum hominum nulla esse debuit religio
Christiana, quid per alias terrarum partes
forstan factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in ciuitate notissima & eminentissima Carthagine Aphricæ Gaudentius & Iouius comites Imperatoris Honorij, quartodecimo calendaras Aprilis fal-
lorum deorum templa euererunt, & simu-
lachra frigerunt. Ex quo vñque ad hoc tem-
pus per triginta serme annos, qui si non vi-
deat quantum creuerit cultus nominis Chri-
sti, præsertim posteaquam multi eorum Chri-
stiani facti sunt, qui tanquam vera illa diui-
natione reuocabantur à fide, eamque com-
plo eodem annorum numero inanem ir-
ridendamque viderunt? Nos ergo qui sumus
Christiani cre- vocamusque Christiani, non in Petrum cre-
dimus, sed in quem creditit Petrus. Petri de-

Christo ædificati sermonibus non carmini-
bus venenati, nec decepti maleficis, sed be-
neficijs eius adiuti. Ille Petri magister Chri-
stus in doctrina, quæ ad vitam ducit æternā,
ipse est & magister noster. Sed aliquando iā
claudamus hunc librum, hucusque differen-
tes, & quantum satis vñsum est demonstran-
tes quisnam sit duarum ciuitatum cœlestis
atque terrenæ ab initio vñque in finem per-
mixtarum mortalis excursus. Quarum illa
quæ terrena est fecit sibi quos uoluit, uel un-
decunque, uel ēt ex hominibus fallios deos,
quibus sacrificando seruiret. Illa autem, quæ
coelestis peregrinatur in terra falsos deos nō
facit, sed à uero Deo ipsa fit, cuius verum
sacrificium ipsa fit. Ambæ tamen tempora-
libus, uel bonis pariter utuntur uel malis pa-
riter affliguntur, diuersa fide, diuersa spe, di-
uerso amore, donec ultimo iudicio separen-
tur, & percipiat unaquæq; suum finem, cu-
ius nullus est finis. De quibus ambarum fini-
bus deinceps differendum est.

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER DECIMVS NONVS.

Quod in quæstione, quæ de finib. bonorum
& malorum philosophica disputatio ven-
tilauit, ducentas octoginta & octo sectas
esse Marcus Varro perspexerit. Cap. I.

Voniam de ciuitatis vtriusq; ter-
renæ scilicet & cœlestis debitum
finib. deinceps mihi video di-
sputandū, prius exponēda sunt
quātum operis huius terminā-
di ratio patitur, argumenta mortalium, qui-
bus sibi ipsi beatitudinē facere in huius vitæ
infelicitate moliti sunt, vt ab eorum reb. va-
nis spes nostra quid differat, quā Deus nobis
dedit, & res ipsa: hoc est vera beatitudo quā
dabit, non tantum autoritate diuina, sed ad-
hibita etiam ratione, qualēm propter infide-
les possumus adhibere,clareat. De finibus
enim bonorum & malorū multa & multipli-
citer inter se philosophi disputationarunt. Quam
quæstionem maxima intentione versantes, in-
uenire conati sunt, quid efficiat hominē bea-

A a 2 tum.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tum. Illud enim est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter seipsum: & illud finis mali, propter quod vitanda sunt cetera, ipsum autem propter seipsum. Finem ergo boni nūc dicimus, non quo consummatur, vt non sit, sed quo perficiatur, vt plenum sit: & finem mali non quo esse desinat, sed quousq; nocendo perducat. Fines itaq; isti sunt summum bonum & summum malum. De quibus inueniendis atque in hac vita summo bono adipiscendo, vitando autem summo malo, multum, sicut dixi, laborauerunt, qui studium sapientiae in huius seculi vanitate professi sunt: nec tamē eos, quamvis diuersis errantes modis, naturae limes intantum ab itinere veritatis deviare permisit, vt non alij in animo, alij in corpore, alij in vroque fines bonorum poneant & malorum. Ex qua tripartita velut generali distributione sectarum, Marcus Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum varietatem diligenter & subtiliter scrutatus aduerit, vt ad cclxxxij. sectas, non quā iā essent, sed quā esse possent, adhibens qualiam differentias, facilime perueniret. Quod vt breuiter ostēdam, inde oportet incipiam, quod ipse aduerit, & posuit in libro memorato: Quatuor esse quādam, quā homines si ne magistro, sine vlo doctrinæ administriculo, sine industria vel arte viuendi, quā virtus dicitur, & proculdubio discitur, velut naturaliter appetunt: aut voluptatem, quā delectabiliter mouetur corporis sensus: aut quietē, quā fit vt nullam molestiam quisque corporis patiatur: aut vtranque, quam tamen vno nomine voluptatis Epicurus appellat: aut vniuersaliter prima natura, in quibus & hāc sunt, & alia: vel in corpore, vt membrorum

*All. Quatuor ab hominena-
turaliter appetun-
tur.*

H integritas, & salus atque incolumentis eius: vel in animo, vt sunt ea quā vel parua, vel magna in hominum reperiuntur ingenij. Hāc igitur quatuor, idest voluptas, quietes, vtrunque prima natura, ita sunt in nobis, vt vel virtus quam postea doctrina inserit, propter hāc appetenda sint: aut ista propter virtutem, aut vtraque propter seipsa: ac per hoc fiunt hinc duodecim sectæ. Per hanc enim rationem singulæ triplicantur: quod cū in vno demonstrauero, difficile non erit id in ceteris inuenire. Cum ergo voluptas corporis, animi virtuti aut subditur, aut præfertur, aut

iungitur, tripartita variatur diuersitate sectarum. Subditur autem virtuti, quādo in vsum virtutis assumitur. Pertinet quippe ad virtutis officium, & viuere patriæ, & propter patriam filios procreare, & quorum neutrum fieri potest sine corporis voluptate. Nam si ne illa nec cibus potusq; sumitur, vt viuantur, nec concubitur, vt generatio propagetur. Cum vero præfertur virtuti, ipsa appetitur propter seipsum, Virtus autem assumenda creditur propter illam, id est, vt nihil virtus agat, nisi ad consequendam vel conseruandam corporis voluptatem, quā vita deformis est quidem, quippe vbi virtus seruit dominā voluptati, quāvis nullo modo hāc dicenda sit virtus. Sed tamen etiam ista horribilis turpitudo habuit quosdam philosophos patronos, & defensores suos. Virtuti porro voluptas iungitur, quando neutra eārum propter alteram, sed propter seipſas ambe appetuntur. Quapropter sicut voluptas vel subdita, vel prælata vel iuncta virtuti tres sectas facit, ita quietes, ita prima naturae alias ternas inueniuntur efficere. Pro varietate quippe humanarum opinionum virtuti aliquando subduntur, aliquando præferuntur, aliquando iunguntur, ac sic ad duodenarium sectarum numerus peruenit. Sed iste quoque numerus duplicatur adhibita vna differentia, socialis videlicet vītē: quoniam quisquis sectatur aliquam istarum duodecim sectarum, profecto aut propter se tantum id agit, aut etiam propter sociū, cui debet hoc velle, quod sibi. Quocirca duodecim sūt eorum, qui propter se tantummodo vnamquāque tenendam putant: & aliae duodecim eorum, qui nō solum propter se sic vel sic philosophandum esse decernunt: sed etiam propter alios, quorum bonum appetunt sicut suum. Hāc autem sectæ vigintiquatuor iterū geminatur, addita differentia ex Academicis nouis, & fiunt quadraginta octo. Illarum quippe vigintiquatuor, vnamquāque sectarum potest quisque sic tenere ac defendere ut certam, quemadmodum defenderunt Stoici, quod hominis bonum, quo beatus esset, in animi tantummodo uitute cōsisteret. Potest alius ut incertam, sicut defenderunt Academici noui, quod eis etiā non certum, tamē uerisimile uidebatur. Vigintiquatuor ergo sūt per eos, qui eas uelut certas ppter uerita-

*All. Phi-
losophus
causa*

tem

tem & alia vigintiquatuor per eos qui easdem velut incertas propter verisimilitudinem sequendas putat. Rursus, quia vnamquamque istarum quadraginta octo sectarum potest quisque se qui habitu ceterorum philosophorum. Itemque potest aliis habitu Cynicorum. Ex hac etiam differentia duplicatur, & non agnitas sex fiunt. Deinde quia earum singulas quasque ita tueri homines possunt atque lectari, ut aut ociosam deligant vitam, sicut hi qui tantum modo studijs doctrinæ vacare voluerunt, atque valuerunt: aut negociosam, sicut hi, qui cum philosopharentur, tamen administracione Reipub. regendisq: rebus humanis occupatisimi fuerunt: aut ex virtute, genere temperata, sicut hi qui partim eruditio ocio, partim necessario negocio: alternantia vita sua tempora tribuerunt. Propter has differentias potest etiam triplicari numerus iste sectarum, & ad ducentas octoginta octo perducit. Hac De Varronis libro quantum potui breuiter, ac dilucide posui, sententias eius meis explicans verbis. Quomodo autem refutatis certe xis vnam eligat, quam vult esse Academicorum veterum, quos a Platone institutos usque ad tertium Polemonem, qui ab illo quartus eius scholam tenuit, quem Academia dicta est, habuisse certa dogmata vult videri: & ob hoc distinguitab Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, quod philosophia genus ab Archesilaoo cepit successore Polemonis: eaque sectam, id est veterum Academicorum sicut dubitatione, ita omni errore carere arbitratur: longum est per omnia demonstrare, nec tamen omni ex parte res omittenda est. Remouet ergo prius illas omnes differentias, quod multiplicauere sectarum: quas ideo remouendas putat, quia non in eis est finis boni. Neque enim existimat villam philosophi sectam esse dicendam, quae non eo differt a ceteris, quod diuersos habeat fines bonorum & malorum: quodquidem nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit. Quod autem beatum facit ipse est finis boni. Nulla est igitur causa philosophandi, nisi finis boni. Quamobrem quem nullum boni fine sectatur, nulla philosophia secta dicenda est. Cum ergo queritur de sociali vita, utrum sit tenenda sapienti ut summum bonum, quo sit homo beatus, ita velit, & curet amici sui, quemadmodum suum, an sua tantummodo beatum

dinus causa faciat quicquid facit non de ipso summo bono questione est, sed de assumendo vel non assumendo socio ad huius participationem boni, non propter seipsum, sed propter eundem socium, ut eius bono ita gaudeat, sicut gaudet suo. Item cum queritur de Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, utrum sint res habendae, in quibus philosophandae sint, an sicut alijs philosophis placuit certas eas habere debeamus: non queritur, quid in boni fine sectandum sit, de ipsis boni veritate, quod videtur sectandum, utrum sit, nec ne dubitandum hoc est, ut id planius eloquer, utrum ita sectandum sit, ut qui sectatur, dicat esse verum: an ita, ut qui lectatur dicat verum sibi videri, etiam si forte sit falsum, tamen eterique se etetur unum atque idem bonum. In illa etiam differentia, quae adhibetur ex habitu & consuetudine Cynicorum, non queritur quisnam sit finis boni, sed utrum in illo habitu & consuetudine sit viuendum ei, qui verum sectatur bonum, quodlibet ei verum videatur esse atque sectandum. Denique fuerunt, qui cum diversa sequerentur bona finalia, alij virtutem alij voluptatem, eundem tamen habitum & consuetudinem tenebant, ex quo Cynici appellabantur. Ita illud quicquid est, unde philosophi Cynici discernuntur a ceteris, ad eligendum ac tenendum bonum, quo beati fierent, utique nil valebat. Nam si aliquid ad hoc interesset, profecto idem habitus eundem finem sequi cogeret, & diuersus habitus eundem sequi finem non sineret.

Quo remotis omnibus differentijs, quae non sectantur, sed questiones sunt, ad tripartitam summi boni definitionem. Varro perueniat quarum tamen una sit eligenda. Cap. II.

In tribus quoque illis vita generibus, uno scilicet non legniter, sed in contemplatione vel inquisitione veritatis ocioso, altero in gerendis rebus humanis negotioso, tertio ex virtute genere temperato, cum queratur quid horum sit, potius eligendum, non finis boni habet controversiam: sed quid horum trium difficultatem, vel facilitatem affert ad consequendum, vel retinendum finem boni, id in ista questione versatur. Finis enim boni, cum ad eum quisque peruerterit, protinus beatum facit. In ocio autem

Aug. Tomus Quintus. Aa 3 ter-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

terato, vel negocio publico, vel quādō vtrū que vicibus agitur, non continuo quisq; beatus est. Multi quippe in quodlibet horum trium possunt vivere, & in appetendo boni fine, quo sit homo beatus, errare. Alia est igitur questio de finibus bonorum & malorum, quę vnamquamq; philosophorum sectā facit, & aliae sunt questiones de sociali vita, de cunctatione Academicorum, de vestitu & viatu Cynicorum, de tribus vite generibus, oīcio, actuoīo, ex vtroq; modificato, quarū nulla est in qua de bonorum & malorum finibus disputatur. Proinde quoniā Marcus Varro has quatuor adhibens differentias, idest, ex vita sociali, ex Academicis nouis ex Cynicis, ex isto vite genere tripartito ad sectas ducentas octoginta octo pertinent, & si quę aliae possunt similiter adjici, remotis eis omnibus: quoniam de lectando summo bono nullam inferunt questionem, & ideo sectae nec sunt, nec vocande sunt: ad illas duodecim, in quibus queritur quid sit bonum hominis, quo assecuto sit beatus, vt ex eis vna veram, ceteras falsas ostendat esse, reuertitur.

G Nam remoto illo tripartito genere vita, duæ partes huius numeri detrahuntur, & sectio[n]em sex remanent. Remota vero differentia ex Cynicis addita, ad dimidium rediguntur, & quadraginta octo sunt. Auferamus et quod ex Academicis nouis adhibitū est, ruris dimidia pars remanet, idest vigintiquatuor. De sociali quoq; ita quod accesserat similiter auferatur, & duodecim sunt reliquæ quas ista differentia, vt vigintiquatuor fieret duplicauerat. De his ergo duodecim nihil dici potest cur sectæ non sint habenda. Nihil quippe aliud in eis queritur, quam finis bonorum & malorum. Inuentis autem bonorum finibus, profecto econtrario sunt malorum. Hę autem vt hant duodecim sectæ, illa quatuor triplicantur, voluptas, quies, vtrunque & prima naturę, quę primigenia Varro vocat. Hęc quippe quatuor dum singillatim virtuti aliquando subduntur, vt non propter seipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur, aliquando preferuntur, vt non propter seipsa, sed propter hęc adipiscenda vel conseruanda necessaria virtus putetur: aliquando iunguntur, vt propter seipsa & virtus, & ista appetenda credantur; quaternarium numerum triplum reddunt, & ad duo

decim sectas perueniunt. Et illis autem quatuor rebus Varro tres tollit, voluptatem sci licet, & quietem, & vtrunque non quod eas improbet, sed quod primigenia illa naturę, & voluptatem in se habeant, & quietem. Quid ergo opus est ex his duabus tria quādam sacere, duo scilicet, cū singillatim apperuntur voluptas aut quies, & tertium cum ambo simul, quandoquidem prima naturę, & ipsas, & præter ipsas alia multa contineant: De tribus ergo sectis ei placet diligenter esse tractandum, quę nam sit potius eligenda. Non enim veram plusquam vnam vera ratio esse permittit siue in his tribus sit: siue alicubi alibi, quod post videbimus. Interim de his tribus quomodo vnam Varro eligat, quantum breuiter aperteque possumus, differamus, istę nempe tres sectas ita fiunt: cum vel prima naturę propter virtutem, vel virtus propter primam naturę, vel vtraque, idest, & virtus, & prima naturę propter seipsa sunt expetenda.

De tribus sectis summum hominis bonum quarentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens veteris Academicæ Antiocho authore sententiam. Cap. III.

Q Vid ergo istorum trium sit verum atque sectadum, isto modo persuadere conatur. Primum, quia summum bonum in philosophia non arboris, pecoris, non Dei, sed hominis queratur, quid sit ipse homo querendum putat. Sentit quippe in eius natura duo esse quēdam, corpus & animam, & horum quidē duorum melius esse animā, longeq; præstabilius oīno nō dubitat. Sed vtrum anima sola sit homo, vt ita sit ei corpus tanquam equus equiti, querendum putat. Eques enim non homo & equus, sed solus hō est: ideo tñ eques dicitur, quod aliquo modo se habeat ad equū. An corpus solum sit homo, aliquo modo se habens ad animā, sicut poculū ad potionem: non enim calix & poculum, quā continet calix, simul dicitur poculum, sed calix solus ideo tamen quod potionē cōtinendit fit accommodatus. An vero nec anima sola, nec solum corpus, sed simul vtrunque sit homo, cuius pars sit vna, siue anima, siue corpus: ille autem totus ex vtroque constet vt homo sit, sicut duos equos iunctos bigas

Lbigas vocamus, quorum siue dexter, siue finitima pars est bigarum, vnum vero eorum quo modo se habeat ad alterum, bigas non dicimus, sed ambos simul. Horum autem trium hoc eligit tertium, hominemque nec animam solam, nec solum corpus, sed animam simul & corpus esse arbitratur. Proinde summu bonum hominis, quo sit beatus, ex virtutisq; rei bonis constare dicit, & anima scilicet & corporis. Ac per hoc prima illa natura propter seipsum existimat esse experta, ipsamq; virtutem, quam doctrina inserit velut artem viuendi, quae in anima bonis est, excellentissimum bonum. Quapropter eadem virtus, id est, ars agenda vita, cum acciperit prima natura, quae sine illa erant, sed tamen erant etiam, quando eis doctrina adhuc deerat, omnia propter seipsum appetit, simulq; etiam seipsum, omnibusq; simul & seipsum utitur, eo fine ut omnibus delectetur, atque perfruatur, magis minusq; ut quaeque inter se maiora, atq; minora sunt, tamen omnibus gaudens & quaedam minora, si necessitas postulat, propter maiora uel adipiscenda uel tenenda contemnens. Omnim autem bonorum uel animi uel corporis, nihil sibi uirtus omnino praeponit. Hac enim bene uitatur & seipsum, & ceteris quae hominem faciat beatum bonis. Vbi vero ipsa non est, quamlibet multa sint bona, non bona eius sunt, cuius sunt: ac per hoc nec eius bona dicenda sunt, cui male utenti utilia esse non possunt. Hac ergo uita hominis, qua uirtute, & alijs animi, & corporis bonis, sine quib. uirtus esse non potest, fruitur, beata esse dicitur. Si uero & alijs, sine quibus esse uirtus potest, uel ullis uel pluribus, beatior. Si autem prorsus omnibus, ut nullum omnino bonum desit, uel animi uel corporis, beatissima. Non enim hoc est uita q; uirtus, quoniam non omnis uita, sed sapiens uita uirtus est, & tamen qualisque uita sine ulla uirtute potest esse, uirtus uero sine ulla uita non potest esse. Hoc & de memoria dixerim atq; ratione, & si quid aliud tale est in homine. Sunt enim hec & ante doctrinam, sine his autem non potest esse ulla doctrina, ac per hoc nec uirtus, quae utique discitur. Bene autem currere, pulchrum esse corpore, uiribus ingentibus praevalere, & cetera huiusmodi talia sunt, ut & uirtus sine his esse possit, & ipsa sine uirtute bona sunt: tamen & secundum istos etiam ipsa propter seipsum diligitur uirtus, utiturq; illis & fruatur, sicut uirtutem decet. Hanc uitam beatam socialem perhibent esse, quae amicorum bona propter seipsum diligat sicut sua, eisque propter seipsum hoc uelut quod sibi, siue in domo sint, sicut coniunx, & liberi, & quicunque domestici: siue in loco, ubi domus eius est, sicuti est vrbs, ut sunt hi, qui ciues uocantur, siue in orbe toto, ut sunt gentes, quae ei societas humana coniungit, siue in ipso mundo, qui censemur nomine celi & terrae, sicut esse dicunt Deos, quos uolunt amicos esse homini sapienti, quos nos familiarius angelos dicimus. De bonorum autem & econtrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum, & hanc inter se & nouos Academicos affirmant esse distantiam: nec eorum interest quicquam, siue Cynico, siue alio quolibet habitu & uictu, in his finibus quos ueros putant, quisque philosophetur. Ex tribus porro illis uitae generibus, otioso, actuoso, & quod ex utroque copositum est, hoc tertium sibi placere assuerant. Hac sensisse atque docuisse Academicos veteres Varro asserit, authore Antiocho magistro Ciceronis & suo, quem sanè Cicero in plurib. suis Stoiicum, quam ueterem Academicum vult uidiri. Sed quid ad nos, qui potius de rebusipsis iudicare debemus, quam pro magno de hominibus quid quisque senserit, scire?

De summo bono & summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos, qui sumum bonum in se sibi esse dixerunt. Cap. IIII.

SI ergo queratur a nobis, quid ciuitas Dei de his singulis interrogata respondeat, ac prius de finibus bonorum, malorumque quid sentiat, respondebit aeternam uitam esse summum bonum, aeternam uero mortem summum malum, propter illam proinde adipiscendam, istamque uitandam, recte nobis esse uiuendum. Propter quod scriptum est: Iustus ex fide uiuit. Quoniam neque bonum nostrum iam uidemus, unde oportet, ut credendo queramus: neque ipsum recte uiuere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuuet & orates, qui & ipsam fidem dedit, qua nos ab illo adiuuados esse credamus. Illi autem qui in ista uita fines bonorum & malorum esse putauerunt,

runt, siue in corpore, siue in anima, siue in vtroque; ponentes summum bonum: atq; vt id explicatus eloquar, siue in voluptate, siue in virtute, siue in vtraque: siue in quiete, siue in virtute, siue in vtraq; siue in voluptate simul & quiete, siue in virtute, siue in vtrisque: siue in primis naturæ, siue in virtute, siue in vtrisque: hinc beati esse, & à seipso beati fieri mira vanitate voluerunt. Irrisit hoc veritas per

Psal. 93. prophetam dicentem: Nouit dñs cogitationes hominum, qm̄ vanæ sunt. Vel sicut hoc testi-

1. Cor. 3. monium posuit Apostolus Paulus: Dñs nouit cogitationes sapientium, qm̄ vanæ sunt. Quis n.sufficit quantouis eloquentia flumine vita huius miserias explicare? Quā lamentatus est Cicero in consolatione de morte filiæ, sicut potuit. Sed quantum est q̄ potuit? Ea quippe quæ dicuntur prima naturæ, qn̄, vbi, quo tam bene se habere in hac vita possunt, vt non sub incertis casib. fluctuant? Quis enim dolor contrarius voluptati, quæ inquietudo contraria quieti, in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum certe amputatio vel debilitas, hominis expugnat incolitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires laßitudo, mobilitatē torpor, aut tarditas. Et quid horum est, q̄ ne queat in carnē sapientis irruere? Status quoque corporis atq; motus, cum decentes atq; congruentes sunt, inter naturæ prima numerantur. Sed quid si aliqua mala valetudo membra tremore cōcutiat? Quid si vsque ad pondas in terrâ manus, dorſi spina curuetur, & hominem quodāmodo quadrupedē faciat? Nonne omnem statuendi corporis, & mouendi speciem decusq; peruerteret? Quid ipsius animi primigenia, quæ appellantur bona, vbi duo prima ponunt propter comprehensionem, perceptionemq; veritatis, sensum & intellectum? Sed qualis quantusq; sensus remanet, vt si alia taceam, fiat homo surdus & cecus? Ratio vero & intelligentia quo recedat, vbi soperiet, si aliquo morbo efficiatur insanus? Phrenetici multa absurdâ cū dicunt, vel faciunt, plerunq; à bono suo proposito, & moribus aliena, imo suo bono proposito moribusq; contraria, siue illa cogitemus, siue videamus, si digne consideremus, lachrymas tenere vix possum⁹, aut forte nec possumus. Quid dicā de his, qui dēmonum patiuntur incurſus? Vbi habent absconditam

vel obrutam intelligentiam suam, qn̄ secundum suā voluntatem, & anima eorū & corpore malignus vtitur spiritus? Et quis cōfudit hoc malū in hac vita cuenire non posse sapienti? Deinde perceptio veritatis in hac carne qualis aut quanta est, qā sicut legimus in veraci libro Sapientiæ: Corpus corruptibile

Sapientiæ aggrauat animā: & deprimit terrena inhabita-

tatio ſensum multa cogitantem? Impetus por-

G ro vel actionis appetitus, si hoc modo rectè latine appellatur, ea quā Græci vocāt *φύσις*, quia & ipsam primis naturæ deputat bonis:

nonne ipse est, quo geruntur, ēt inſanorum illi miferabiles motus, & facta quæ horremus, qn̄ perueritur ſensus, ratio q̄ soperit?

Porro ipſa virtus, quæ nō est inter prima na-

turæ, qm̄ eis poſtea doctrina introducente

superuenit, cum ſibi bonorum culmen ven-

dicit humanorum, quid hic agit, niſi perpe-

tua bella cum vitijs: nec exterioribus, ſed in-

terioribus: nec alienis, ſed planè noſtris, &

proprijs: & maxime illa, q̄ Græce *σωφροσύνη*,

Latine temperantia nominatur, qua carnales frenant libidines, ne in quæ flagitia mentē

conſentientem trahant. Neque n nullum eſt

vitiū, cum ſicut dicit A poſtolus, Caro con-

G cupiscit aduersus ſpiritum: cui vitio contra-

ria virtus eſt, cum ſicut idem dicit, Spiritus cōcupiscit aduersus carnem. Hæc n.inquit,

fibi intiē aduersantur, vt non ea quæ vultis

faciat: Quid autē facere volumus, cum per-

fici volumus fine ſum̄ boni, niſi vt caro ad-

uersus ſpiritum non concupiscat, nec ſic in

nobis hoc vitiū, contra q̄ ſpiritus concupi-

ſcat? Quod in hac vita quamvis uelutum, qn̄

facere non ualemus, id ſaltem in adiutorio

Dei faciamus, ne carni concupiſcenti aduer-

H ſus ſpiritu, ſpiritu ſuccumbente cedamus,

& ad perpetrandum peccatum noſtra conſen-

fione petrahantur. Abſit ergo vt quandiu in

hoc bello intestino ſumus, iam nos beatitudinem, ad quā uincendo uolumus peruenire, adepts eſſe credamus. Et quis eſt uisque-

A. L. to Cey impa-

deo sapiens, ut contra libidines nullum ha-

beat omnino conflictū? Quia illa uirtus, que

prudentia dicitur; nonne tota uigilantia ſua

bona diſcernit a malis, ut in illis appetendis,

iftisq; uitandis nullus error obrepat? Ac per

hoc & ipſa in nos malis, uel mala in nobis eſſe teſtatur. Ipſe n. docet nos malum eſſe ad

peccandum cōſentire, bonumq; eſſe ad pec-

candum

Iandum non consentire libidini. Illud tñ malum, cui nos non consentire docet prudenter, facit temperantia. Nec prudentia, nec tēperantia tollit huius uitæ. Quid iustitia, cuius munus est sua cuiq; tribuere? Vnde sit in ipso homine quidā iustus ordo naturæ, ut anima subdatur Deo, & animæ caro, ac per hoc Deo & anima & caro. Nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius quam in huius operis iā fine requiescere? Tanto quippe minus anima subditur Deo, quanto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit: & tanto minus anima subditur caro, quanto magis aduersus spiritū concupiscit. Quandiu ergo nobis inest hæc infirmitas, hæc pefliss, hic languor, quo nos iā saluos, et si non dum saluos quo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Nam uero illa uirtus, cuius est nomen fortitudo, in quantacunque sapientia euidentissima testis est humorum malorum, quo cōpellitur patientia tolerare. Quæ mala Stoici Philosophi miror, qua fronte mala, mala non esse contendunt: quib. fatentur, si tanta fuerint, ut ea sapiens uel non possit, uel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibimet inferre, atq; ex hac uita emigrare. Tantis autē superbiz stupor est in his hominibus, hic se habere finem boni, & a se ipsis fieri beatos putantibus, ut sapiens eorum, hoc est qualem mirabiliter uanitate describit, etiam si exceptetur, obsurdescat, obmutescat, membris debilitetur, doloribus crucietur, & si quid aliud talium malorum dici aut cogitari potest, indicat in eum, quo sibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis uitam constitutam, eos non pudeat beatam uocare. Qui tam beatā, quo ut finiatur, mortis querit auxilium. Si beatā est, maneat in ea: si uero propter ista mala fugitur ab ea, quo est beatā? aut quo ista non sunt mala, quo uincunt fortitudinis bonum? eademq; fortitudinem non solum sibi cedere, uerum etiam delyrare cōpellunt, ut & eandem uitam dicant beatā, & persuadeant esse fugiendam. Quis usque adeo cecus est, ut nō uideat, q; si beatā esset, fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis pondus, qua premitur: hanc fugiendam fasteantur: quid igitur causa est, cur non est misera fracta superbiz cervice, fateantur? Vtrū to Cesaris obsecro Cato ille patientia, an potius impatiens. Non n. hoc fecisset, nisi

victoriam Cesaris impatiens tulisset. Vbi est fortitudo? Nempe cessit, nēpe succubuit, nempe usque adeo superata est, ut uitam beatam derelinqueret, desereret, fugeret. An nō erat iam beatā? Misera ergo erat. Quō igitur mala non erant, quo uitam miseram, fugiendamq; faciebat? Quapropter etiam ipsi, qui mala ista esse confessi sunt, sicut Peripateticī, sicut ueteres Academicī, quorum lectam Varro defendit, tolerabilius quidem loquuntur, sed eorum quoque mirus est error, q; in his malis, & si tam grauia sint, ut morte fugiēda sint, ab ipso sibimet illata, qui hęc patitur, uitam beatam tñ esse contendunt. Mala sunt, inquit, tormenta atque cruciatus corporis: & tanto sunt peiora, quanto potuerunt esse maiora: quibus ut careas, ex hac uita fugiendum est. Qua uita obsecro? Hac, inquit, quo tantis aggrauatur malis. Certè ergo beatā est in eisdem ipsis malis, propter quo dicas esse fugiendam: an ideo beatam dicas, quia licet tibi ab his malis morte discedere? Quid si ergo ī eis aliquo iudicio diuinō tenereris, nec permittereris mori, nec unquam sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem miseram calam dices utam. Non igitur propterea misera non est, quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit, etiam abs te ipso misera iudicatur. Non itaque propterea quoniā breuis est, nulla miseria debet uideri: aut q; est absurdius, quia breuis miseria est, ideo et beatitudo appellari. Magna uis est in eis malis, quo cogunt hominem secundum ipsis etiam sapientem, sibimet auferre quod homo est: cum dicant, & uerum dicant hanc esse naturae primam quodammodo, & maximam uocem, ut homo concilietur sibi, & propterea mortem naturaliter fugiat: ita sibi amicus, ut esse se animal & in hac coniunctione corporis atque animæ uiuere uelit, uehementer quo appetat. Magna uis est in eis malis, quib. iste naturae uincitur sensus, quo mors omnimodo omnibus uiribus, conatusque uitatur: & ita uincitur, ut quo uatabitur, optetur, appetatur: & si non potuerit aliunde contingere, ab ipso homine sibimet inferatur. Magna uis est in eis malis, quo fortitudinem faciunt homicidam, si tamen adhuc dicenda est fortitudo: quo ita his malis uincitur, ut hominem quem sicut uirtus tegendum tuendumq; suscepit, non modo nō posse.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

possit per patientiam custodire, sed insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem sapiens ferre patienter, sed quæ accidit

Aliunde. Secundum istos autem si eam sibi p se inferre compellitur, profecto facendū est eis, non solum mala, sed intolerabilia etiam mala esse, quæ hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur, quæ istorum tam magnorū tamq; grauium malorum aut premitur oneribus aut subiacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines, qui hoc dicunt, sicut vieti malis ingrauescentibus, cum sibi ingeunt mortē, cedunt infoelicitati: ita vieti certis rationibus, cum quærunt beatā vitam, dignarentur cedere veritati, & non sibi putarēt in ista mortalitate sine summi esse boni gaudendum: vbi virtutes ipsæ, quibus hic certe nihil melius atque utilius in homine reperiatur, quanto maiora sunt adiutoria cōtra vim periculorum, laborum, dolorum, tanto fideliora testimonia miseriariū. Si enim vera virtutes sunt, quæ nisi in eis, quib. vera ineptas, esse non possunt: non se profitentur hoc posse, vt nullas miserias patientur homines, in quibus sunt. Neque n. mendaces sunt verae virtutes, vt hoc profiteantur: sed vt vita humana, quæ tot & tantis huius seculi malis esse cogitur misera, spe futuri seculi sit beata, sicut & salua. Q[uo]d n. beata est, quæ nondum salua est? Vnde & Apostolus Paulus nō de ho

Bminibus imprudētibus, impatientib. intēperantibus, & iniquis, sed de his qui secundum veram pietatē viuerent, & ideo virtutes quas haberent, veras haberent, ait: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim quis videt, quid sperat? Si autem quod videmus, speramus, per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui, ita spe beati facti sumus: & sicut salutem, ita beatitudinem, non iam tenemus præsentem, sed expectamus futuram, & hoc per patientiam: quia in malis sumus, quæ patienter tolerare debemus, donec ad illa veniam bona, vbi omnia erūt, quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iam tolerare debeamus. Talis salus, quæ in futuro erit seculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinem isti philosophi, quoniam non videntes nolunt credere, hic sibi conantur falsissimam fabricare, quanto superiore, tanto mendaciore virtute.

De sociali vita, quæ cum maxime expetenda sit, multis offensionibus sēpe subuerit. Cap. V.

Quod aut̄ socialem vitam volunt esse sapientis, nos multo amplius approbamus. Nā vnde ista Dei ciuitas, de qua huius operis ecce iā vnde uicesimum librum versamus in manibus, vel inchoaretur exortu, vel progredere excursu, vel apprehenderet debitos fines, si non esset socialis vita sanctorum? Sed in huius mortalitatis erumna, quot & quantis abundet malis societas humana, quis enumerare valeat? quis estimare sufficiat? Audiant apud Comicos suos hominem

Terentius in Adelphi.

Idem Eunuchus.

cum sensu atq; consensu omnium hominū dicere: Duxi vxorem, quā ibi miseriam vidi patni filij, alia cura. Quid itidem illa, quæ in amore vitia cōmemorat idem Terentius: Injuriæ, suspitiones, inimicitiae, bellum, pax rufus: nonne res humanas vbiq; impleverunt? Nonne hæc & in amicorū honestis amorib. plerunq; cōtingunt? Nonne his usquequaq; plena sunt res humanæ, vbi iniuriæ, suspitiones, inimicitiae bellū mala certa sentimus? Parem vero in incertum bonum, qm̄ corda eorum, cū quib. eam tenere volumus, ignoramus: & si nosse hodie possemus, qualia cras futura essent, vtiq; nesciremus: Qui porro inter se amiciores solent esse, vel debent, quam qui vna ēt continentar domo? Et tñ quis inde securus est, cum tanta sēpe mala ex eorū occultis infidilijs extenterint: tanto amariora, quanto pax dulcior fuit: qua vera putata est, cum astutissime fingeretur. Propter q̄ om-

F

Tullius

Li. de Am

citia.

Al. I. Si

mula

amicus

opprimit,

non suble

nat.

Mas. 7.

mitti: Nullæ sunt occultiores infidile, quam hæc quæ latent in simulazione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eū qui palam est aduersarius, facile cauendo vitare posis. Hoc vero occultum intestinū ac domesticum malum non solum existit, verum etiam opprimit: antequā propiscere, atque explorare potueris. Propter q̄ etiam diuina vox illa: Et inimici hominis domestici eius, cum magno dolore cordis auditur: quia & si quisq; tam fortis sit, vt æquo animo perferat: vel tam vigilans, vt prouido consilio caueat, quæ aduersus eū molitur amicitia simulata: eorum tñ hominū perfidū malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse

Ipsa bonus est, grauiter excrucietur necesse est: siue semper mali fuerint, & se bonos finixerint: siue in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus communione perfugiū in his malis humani generis tuta non est, qd ciuitas, quā quanto maior est, tanto forum ejus litibus & ciuilibus, & criminalibus plenius, etiam si quiescant non solum turbulenta, verum etiam saepius & cruentæ seditiones: ac bella ciuilia: à quoru euentibus sunt aliquā liberae ciuitates, a periculis nunquam?

De errore humanorum iudicorum, cum veritas latet. Cap. V I.

Quid ipsa iudicia hominum de hominibus, quā ciuitatibus in quantilibet pace manentibus, deesse non possunt, qualia putamus esse quā misera, quam dolenda: quandoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? Vnde saepē coguntur tormentis innocentium testimonia ad alienam causam pertinēt.

Hec tem quārere veritatem, quid cum in sua causa quisque torqueret, & cum queritur utrum sit nocens cruciatur: & innocens luit pro in certo scelere certissimas penas: non quia illud commisisse detegitur, sed quia nō commisisse nescit? Ac per hoc ignorantia iudicis plerūq; est calamitas innocentis. Et qd est intolerabilius, magisque plangendum, rigandumque si fieri posset, fontibus lacrymarum: cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, sic per ignorantiam miseriam, vt & tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorū sapientiā delegerit ex hac vita fugere, quā diutius illa sustinere tormenta: quod non commisit, commisisse se dicit. Quo damnato, & occiso, utrum nocentem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciēs occideret, torserit: ac per hoc innocentem, & vt sciret torserit, & dum nesciret, occidit: In his tenebris vite socialis, sedebit iudex ille sapiens, an non audet? Sedebit plane. Constringit enim eum, & ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nefas dicit. Hoc enim nefas esse nondicit, quod testes innocentem in causis torquentur alienis: quod hi qui arguntur vi do-

loris plerūq; superati, & de se salsa confessi etiam puniuntur, innocentem, cum iā torti fuerint innocentem: & si non morte puniantur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerūq; moriuntur. Quid quod aliquādo & ipsi qui arguūt, humanae societati fortasse ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, & mentientibus testibus, reoq; ipso contra tormenta durante immaniter, nec satente, probare quod obijciunt non valentes, quanvis vera obiecerint à iudice nesciente damnantur. Hęc tot & tanta mala non deputat esse peccata. Non enim hęc fecit sapiens iudex necessarii voluntate, sed necessitate nesciendi. Et tamen quia cogit humanae societas, necessitate etiam iudicandi. Hęc est ergo quam dicimus miseria, certe hominis, & si non malitia sapientis. An vero necessitate nesciendi atque iudicandi torquet insontes: punit infantes: & parū est illi quod non est reus, si non sit insuper & beatus? Quanto consideratius, & homine dignius, & hominem agnoscit in ista necessitate, eamque miseriā in se odit: & si pie sapit, clamat ad Deum: De necessitatibus meis erue me.

K

Psal. 24.

De necessitate linguarum, quā societas hominum dirimitur: & de miseria bellorum, etiam quā iusta dicuntur.

Cap. V III.

Post ciuitatem vel urbem sequitur orbis terre, in quo tertium gradum ponunt societas humanae, incipientes a domino, atq; inde ad urbem, deinde ad orbem terrę progrediendo venientes. Qui vtiq; sicut aquarū congeries, quanto maior est, tanto periculis plenior. In quo primum linguarum diuersitas hominū alienat ab homine. Nam si duos similes inuicem sicut obiam, neque pretire, sed simul aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius: facilius sibi animalia muta etiam diuersi generis, quam illi, cum sint homines ambo sociantur. Quando enim quę sentiunt inter se communicare non possunt, propter solā linguarum diuersitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo nature: ita vt libentius homo sit cum cane suo, quam cum homine alieno. At enim opera data est, vt imperiosa ciuitas non solū iugum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

A iugum verum etiam linguam suam dominis gentibus per pacem societatis imponeret: pro qua non decesset, immo & abundaret etiam interpretu copia. Verum est. Sed hoc quam multis, & quam grandibus bellis, quanta strage hominum, quanta effusione humani sanguinis comparatur est, quibus transactis, non est tamen eorum multorum finita miseria. Quanuis enim non defuerit, neque hostes, desint, exterem nationes, contra quas semper bella gesta sunt, & geruntur tamen etiam ipsa imperij latitudo perit peioris generis bella, socialia scilicet & ciuilia: quibus miserabilius quatiturgenus humanum, siue cum belligeratur, ut aliquando conquefcantur: siue cum timetur, ne rursus exurgat. Quorum malorum multas, & multiplices clades duras, & diras necessitates, sicut dignus est, eloqui velim, quanquam nequaquam sicut res postulat, possem: quis erit prolixus disputationis modus? Sed sapiens inquietum, iusta bella gesturus est. Quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi extitisse bellorum: quia nisi iusta essent, ei gerenda non essent, ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis aduersa iusta bella ingerit gerenda sapienti. Quae iniquitas virtutem hominum est dolenda, quia hominum est, & si nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Hec itaque mala tam magna, tam horrenda, tam saeva, quisquis cum dolore considerat miseriam necesse est fateatur. Quisquis autem vel patiatur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo virtutem miserius, ideo se putat beatum, quia & humanum prodidit sensum.

B Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum a periculis praesentis vite trepidari necesse sit. Cap. VII L.

Si autem non contingat quedam ignorancia similis dementiae, quae tamen in huius vita misera conditione sepe contingit, ut creditur vel amicus esse, qui inimicus est: vel inimicus, qui amicus est: quid nos consolatur in hac humana societate erroribus, erumnisque plenissima, nisi fides non facta, & mutua dilectio verorum bonorumque amicorum? quos quanto plures in locis pluribus habemus, tanto longius latiusque metuimus, ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius seculi. Non enim tantum-

modo solicii sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captiuitatibus affligantur: ne in eadem seruitute talia patientur, qualia nec cogitare sufficimus: verum etiam ubi timor est multo amarior, ne in perfidiam, malitiam, nequitiamque mutantur. Et quoniam ista contingit, tanto utique plura, quanto illi sunt plures, & in pluribus locis, & in nostram notitiam perferuntur, quibus cor nostrum flagris utatur, quis potest, nisi qui talia sentit aduertere? Mortuos quippe audire mallemus: quanvis & hoc sine dolore non possemus audire. Quorum enim nos vita propter amicitiam spe Ccialis solatia delectabat, unde fieri potest, ut eorum mors nullam nobis ingerat mortitudinem? Quam qui prohibet prohibebat, si potest amica colloquia: interdicat amabilem societatem, vel interdicat affectum omnium humanarum necessitudinum, vincula metis immitti stupore dirumpat: aut sic eis utendum censeat, ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc quo pacto futurum est, ut eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis est vita? Hinc est enim & luctus quidam in humano corde quasi vulnus, aut ulcerus, cui sanatio adhibetur officiosa consolationes. Non enim propterea non est quod sanetur: quoniam quanto est animus melior, tanto in eo citius faciliusque sanatur. Dum igitur est de charissimorum mortibus, maxime quoniam sunt humanae societati officia necessaria, nunc emittimus, nuncasperius affligitur vita mortalium: mortuos tamen eos, quos diligimus, quam vel a fide, vel a bonis moribus laplos, hoc est, in ipsa anima mortuos audire seu videre mallemus. Qua ingenti materia malorum plena est Dterra: propter quod scriptum est: Nunquid notatio est vita humana super terram? Et propter quod ipse dominus ait. Vnde mundo ab scandalis. Et iterum: Quoniam abundauit, inquit, iniquitas, refrigerescet charitas multorum. Ex quo fit, ut bonis amicis mortuis gratuleremus, & cum mors eorum nos confortemus, ipsa nos certius consoletur: quoniam malis caruerunt, quibus in hac vita etiam boni homines vel conforterunt, vel depravantur, vel in vicesque periclitantur.

Iob. 7.
Mai. 18.
Mai. 14.

De

F De amicitia sanctorum angelorum, quæ homini in hoc mundo non potest esse manifesta propter fallaciam dæmonum, in quos inciderunt, qui multos sibi deos collendos putauerunt. Cap. IX.

I N societate uero sanctorum angelorum, quam philosophi illi, qui nobis deos amicos esse uoluerunt, quarto constituerunt loco: uelut ad mundum uenientes ab orbe terrarum, ut sic quodammodo cōplete rentur & cœlum, nullo modo quidem metuimus, ne tales amici uel morte nos sua, uel depravatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscentur: quod etiā ipsum ad erumnas huius pertinet uita, & ali quando satanas, sicut legimus, transfigurat se in angelum lucis ad tentandos eos, quos ita uel erudiri opus est, uel decipi iustum est. Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos dæmones amicos factos, eosq; tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallacie res patiatur inimicos. Et cui magna ista Dei misericordia necessaria est, nisi magnæ humanæ miseria, quæ ignorantia tanta premitur, ut facile istorū simulazione fallatur? Et illos quidem philosophos in impia ciuitate, qui deos sibi amicos esse dixerunt, in dæmones malignos incidiisse certissimum est, quib. tota ipsa ciuitas subditur, æternum cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris uel potius sacrilegijs, quibus eos colendos, & ex ludis immūdissimis, ubi eorum crima celebrantur, quibus eos placandos putauerūt, eisdem ipsis authorib. & exactoribus talium tantorumq; dedecrum, satis ab eis qui colantur apertum est.

Quis fructus sancti de superata huius uitæ tentatione paratus sit. Cap. X.

S Ed neque sancti & fideles unius ueri Dei summiq; cultores, ab eorum fallacijs & multiformi tentatione securi sunt. In hoc n. loco infirmitatis & dieb. malignis etiam ista sollicitudo non est inutilis: ut illa securitas, ubi pax plenissima atque certissima est, desiderio seruentiore queratur. Ibi n. erunt naturæ munera, hoc est, quæ naturæ nostræ ab omnium naturarum creatorë donantur, non

solum bona, uerum etiam sempiterna, non solum in animo, qui sanabitur per patientiæ, uerum etiam in corpore, quod resurrectione renouabitur. Ibi uirtutes non contra uita uel mala quæcumque certantes, sed habentes uictoriæ præmium æternum, pacem, quam nullus aduersarius inquietet. Ipsa est enim beatitudo finalis, ipsa perfectionis finis qui consumenter non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati, quando pacem habemus, quantulacunque hic haberi potest in uita bona. Sed hac beatitudo illi, quam finalē dicimus, beatitudini cōparata, prorsus miseria reperitur. Hanc ergo pacem, quæ hic potest esse, mortales homines in rebus mortalibus quando habemus, si recte uiuimus bonis eius recte utitur uirtus, quando uero eam non habemus, etiam malis quæ homo patitur, bene utitur uirtus. Sed tunc est uera uirtus, quando & omnia bona, quibus bene utitur, & quicquid in bono usu bonorum & malorum facit, & seipsum ad eum finem refert, ubi nobis talis & tanta pax erit, qua melior & maior esse non posse.

All. Pax temporalis.

De beatitudine pacis æternæ, in qua sanctis finis est, id est uera perfectio. Cap. XI.

Q Vapropter possumus dicere, finem bonorum nostrorum esse pacem, sicut æternam diximus uitam, præsertim quia ipsi ciuitati Dei, de qua nobis est ista operosissima disputatio in sancto dicitur Psalmo. Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. Qui posuit fines tuos pacem. Quando enim confirmatæ fuerint seræ portarum eius, iam in illâ nullus intrabit, nec ab illa ullus exhibet. Ac per hos fines eius eam debemus hic intelligere pacem, quam uolumus demonstrare finale. Nam & ipsis ciuitatis mysticum nomé, id est Hierusalem: quod, ut ante iam diximus, usq; pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam in his rebus mortalib. frequentatur, ubi utiq; non est uita æterna, proprie-
tatem ciuitatis huius, ubi erit summum bonum eius, æternam uitam maluimus com memorare quam pacem. De quo fine Apostolus ait. Nunc uero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum uestrum in

Rom. 6.6.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

in sanctificationem , finem vero vitam æternam . Sed rursus quia vita æterna ab eis qui familiariatem non habent cum scripturis sanctis , potest accipi etiam malorum vita : vel secundum quosdarn etiam philosophos propter animæ immortalitatem : vel etiam secundum fidem nostram propter poenæ interminabiles impiorum , qui vi que in eternū cruciari non poterunt , nisi etiam vixerint in æternum , profecto finis ciuitatis huius , in quo summum habebit bonum , vel pax in vita æterna , vel vita æterna in pace dicendus est , vt facilius ab omnibus possit intelligi . Tam est enim pacis bonus , vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri : nihil desiderabilius concupisci , nihil postremo possit melius inueniri . De quo si aliquanto diutius loqui voluerimus , non erimus quantum arbitror onerosi legentibus , & propter finem ciuitatis huius , de qua nobis sermo est , & propter ipsam dulcedinem pacis , quæ omnibus chara est .

Quod etiam bellantium sequitia omnesq; hominum inquietudines ad pacis finem cupiant peruenire , sine cuius appetitu nulla natura sit . Cap . XII .

Quod quisquis mecum res humanas nataramq; cōem vtcunq; intueur agnoscit . Sicut n . nemo est qui gaudere nolit , ita nemo est qui pacem habere nolit . Qñquidē & ipsi qui bella volunt , nihil aliud quam vincere volunt : ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire . Nam quid est aliud Victoria , nisi subiectio repugnantium ? Quod cum factum fuerit , pax erit . Pacis igitur intentione geruntur & bella : ab his etiam qui virtute in bellicā studient exercere imperādo atque pugnando . Vnde pacem constat belli esse optabilem finem . Omnis n . homo etiam belligerando pacem requirit , nemo autē bellum pacificando . Nam & illi qui pacem in qua sunt perturbari volunt , non pacem oderunt , sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari . Non ergo vt sit pax nōlunt , sed vt ea sit , quam volunt . Denique & si per seditionē se ab alijs separauerunt , cum eis ipsis conspi ratis vel coniuratis suis , nisi qualemcumque impiorū . Pacis speciem tenent , non efficiunt quod intendunt . Proinde latrones ipsi vt vehemen

tius & tutius infesti sint paci ceterorum , pacem volunt habere sociorum . Sed & si vnu sit tam præpollens viribus & cōsocios ita cauens , vt nulli socio se cōmittat , solusq; insidiāns & præualens , quibus potuerit oppres sis & extintis prædas agat , cū eis certe quos occidere nō potest , & quos vult latere quod facit , qualemcumq; vmbram pacis tenet . In domo autem sua cum vxore & cum filijs , & si quos alios illic habet , studet profecto esse pacatus , eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur . Nam si non fiat , indignatur , corripit , vindicat , & domus suæ pacem , si ita necesse sit etiam sequiendo cōponit : quam sentit esse non posse , nisi cuidam principio , quod ipse in domo sua est , cetera in eadem domesticā societate subiecta sint . Ideoque si offerretur ei seruitus plurium vel ciuitatis vel gentis , ita vt sic ei seruirent quē admodum sibi domi suæ seruiri volebat : nō se iam latronem latebris conderet , sed regem conspicuum sublimaret , cum eadem in illo cupiditas & malitia permaneret . Pacem itaque cū suis omnes habere cupiunt , quos ad suum arbitrium volunt viuere . Nam & cum quibus bellum gerūt suos facere si possunt , volunt , eisq; subiectis leges suæ pacis impone . Sed vt faciamus aliquem qualem canit A. A. 8.

poetica & fabulosa narratio : quem fortasse propter ipsam insociabilē feritatem semiho minem , quam hominem dicere maluerunt . Quamuis ergo huius regnum diræ speluncæ fuerit solitudo , tamq; malitia fuerit singulare , vt ex hac ei nomen inuentum sit : nā manus Græce ονορ dicitur , quod ille vocabatur , vt nulla coniux ei blandum ferret referetq; sermonem , nullis filijs vel alluderet parvulis , vel grandiusculis imperaret , nullo amici colloquio frueretur , nec Vulcani patris : quo vel hinc tantum non parvū felicior fuit : quia tale monstru ipse non genuit , nihil cuiusquam daret : sed à quo posset quicquā vellet , & quando posset , & quantum vellet auferret . Tamen in ipsa sua spelūca solitaria , cuius vt describitur , semper recenti cōde tepebat humus , nihil aliud quam pacem volebat . In qua nemo illi molestus esset , nec eius quietem vis ullius terrorve turbaret . Cum corpo re suo denique pacem habere cōpiebat : & quantū habebat , tantum illi bene erat . Quandoquidem membris obtemperātibus impe rabat :

rabat: & ut suam mortalitatem aduersum se
 ex indigetia rebellantem, ac seditione famis
 ad dissociandam atq; excludendam de cor-
 pore anima concitante, quata posset festina-
 tione pacaret, rapiebat, nec abat, vorabat: &
 quanuis immanis ac ferus, paci tamen suę vi-
 te ac salutis immaniter & ferociter consule-
 bat. Ac per hoc si pacē quan in sua spelunca
 atq; in seipso habere fatigebat, cum alijs ét
 habere veller, nec malus, nec monstrum, nec
 semi homo vocare tur. Aut si eius corporis
 forma, & atrorum ignium vomitus ab eo de-
 terrebat hominū societatem: forte non no-
 cédi cupiditate, sed viuēdi necessitate sequie-
 bat. Verū iste non fuerit, vel quod magis cre-
 dendum est, talis non fuerit, qualis vanitate
 poetica describitur. Nisi enim nimis accusa-
 retur Dacus, parum Hercules laudaretur. Ta-
 lis ergo homo, siue semi homo melius, vt di-
 xi, creditur non fuisse: sicut multa figura
 Poetarū. Ipse enim seuissimę ferę, vnde ille
 partem habuit feritatis, nam & semi ferus di-
 c̄tus est, genus propriū quadam pace custo-
 diunt coeundo, gignendo, pariēdo, fetus fo-
 uendo, atq; nutriendo, cum sint pleriq; in-
 sociabiles & soliuagae: non scilicet vt oves,
 cerui, columbae, sturni, apes: sed vt leones,
 vulpes, aquila, noctuae. Quā enim Tigris nō
 filijs suis mitis immurmurat, & pacata ferita
 te blanditur? Quis milius, quātumlibet soli-
 tarius rapinis circumuolet: nō coniugii co-
 pulat, nidum congerit, oua confouet, pullos
 alit, & quasi cū sua matrefamilias societate
 domesticam quanta potest pace conseruat?
 Quanto magis homo fertur quodāmodo na-
 turę suę legibus, ad ineundā societate pacē-
 que cū hominibus, quantū in ipso est omni-
 bus obtinendā: cū etiā mali pro pace suorū
 belligerēt, omnesq; si possint suos facere ve-
 lint, vt vni cuncti cuncta deseruant: quo pa-
 cto, nisi vt in eius pace vel amando, vel timē-
 do consentiant? Sic enim superbia peruerse
 imitatur Deū. Odit nanq; cū socijs, & equali-
 tate sub illo: sed imponere vult socijs domi-
 nationē suā pro illo. Odit ergo iustā pacem
 Dei, & amat iniquam pacē suam. Non ama-
 re tamen qualemcunq; pacem nullo modo
 potest. Nullum quippe vitium ita contra na-
 turā est, vt naturę delectat etiam extrema vesti-
 gia. Itaq; pacem iniquorum in pacis cōpara-
 tione iustorum, ille videt, nec pacem esse di-
 cendam, qui nouit p̄eponere recta prauis,
 & ordinata peruersis. Quod autē peruersum
 est, hoc etiam necesse est, vt in aliqua, & ex
 aliqua, & cū aliqua rerum parte pacatum sit:
 in quibus est, vel ex quibus constat alioquin
 nihil esset omnino. Velut si quisquam capite
 deorsum p̄eheat, peruersus est vtq; situs cor-
 poris, & ordo membrorū: quia id quod de-
 super esse natura postulat, subter est & quod
 illa subter vult esse, desuper factū est. Contur
 babit carnis pacem ista peruersitas, & ideo
 est molesta. Veruntamen anima corpori suo
 pacata est, & pro eius salute fatigat, & ideo
 est qui doleat. Quā si molestijs eius exclusa
 discesserit, quandiu membrorū manet com-
 pago, nō est sine quadam partium pace, qđ
 remanet: & ideo adhuc est qui p̄eheat, & qđ
 terrenum corpus in terrā nititur, & vinculo
 quo suspensum est renititur, in sua pacis or-
 dinem tēdit, & locum quo requiescat, quo-
 dammodo ponderis voce poscit, iamq; ex a-
 nime ac sine yllo sensu, à pace temen natura
 li sui ordinis non recedit: vel cum tenet eā,
 vel cum fertur ad eam. Si enim adhibeantur
 medicamenta, atq; curatio, quę formam ca-
 daueris dissolui dilabiq; nō finat, adhuc pax
 quedā partes partibus iungit, totamq; mo-
 lem applicat terreno & conuenienti, ac per
 hoc loco pacato. Si autem nulla adhibeatur
 cura condiendi, sed naturali cursui relinqua-
 tur, tādiu quasi tu multua dīsidētibus exala-
 tionibus, & nostro inconuenientibus sensui.
 Idē enim est, qđ in puto re lentitur, donec
 mundi conueniat elemētis, & in eorū pacē
 particulatim paulatimque discedat. Nullo
 modo tñ inde aliquid legibus summi illius
 creatoris ordinatorisq; subtrahit, à quo pax
 vniuersitatis administratur. Quia & si de ca-
 daueri maiore maioris animantis animalia
 minuta nascantur, eadē lege creatoris quaq;
 corpuscula in salutis pace suis animalis ser-
 uiūt. Et si mortuorū carnes ab illis animalib.
 deuorentur, easdem leges per cuncta diffu-
 sas ad salutem generis cuiuscq; mortaliū con-
 grua congruis pacificantes quaquaer-
 lum trahantur, & rebus quibus
 cunque iungantur, & in res
 quaslibet conuertan-
 tur, & commu-
 tetur, inue-
 niūt.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De pace vniuersali , quæ inter quaslibet perturbationes priuari non potest lege naturæ,dū sub iusto iudice ad id quifq; peruerit ordinatione quod meruit voluntate.

Cap. XIII.

non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura,in quantum natura est malum est, sed per ueritas eā malā facit. Itaq; in veritate nō stetit, sed veritatis iudicium non euasit: quia in ordinis tranquillitate non manst, nec ideo tñ à potestate ordinatoris effugit. Bonū Dei,

quod illi est in natura, non eum subtrahit iustitia Dei qua ordinatur in pena:nec ibi Deo bonum inequitur quod creauit, sed malum quod ille commisit. Neq; enim totum affert, quod naturæ dedit: sed aliquid admitt, aliquid relinquit, vt sit qui doleat quod admitt. Et ipse dolor testimonium est boni adepti, & boni relicti. Nisi enim bonum relictū esset, bonum amissum dolore non possent. Nam qui peccat peior est, si lætatur in damnatione æquitatis. Qui vero cruciatur, si inde nihil acquirat boni , dolet damnum salutis. Et quoniam æquitas ac salus vtrunq; bonū est, boniq; amissione dolendum est potius quam lætandum, si tamen non sit compensatio melioris. Melior est autem animi æquitas, quam corporis sanitas. Profecto conuenientius in iustus dolet in supplicio, quam lætatus est in delicto . Sicut ergo lætitia deserti boni in peccato testis est voluntatis malæ: ita dolor amissi boni in supplicio testis est naturæ bone. Qui enim dolet amissam naturæ lux pacū ex aliquibus reliquijs pacis id dolet: quibus fit vt sibi amica natura sit. Hoc autem in ex tremo supplicio recte fit, vt iniqui & impij naturalium honorū damna in cruciati bus defleant, sentientes eorum ablatorē iustissimum Deū, quem cōtempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo naturarum omnium sapientissimus cōditor , & iustissimus ordinator : qui terrenorum ornamentorum maximū instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quædā bona, huic vitæ cōgrua, id est, pacē temporalē pro modulo mortalis vitæ in ipsa salute & incolumitate ac societate sui generis : & * quæq; huic paci vel recuperandæ necessaria sunt: sicut ea quæ apte ac conuenienter adiacent sensibus , lux ista visibilis auræ spirabilis , aquæ potabiles , & quicquid ad alendū, tegendū, curādū, ornādūq; corpus cōgruit: eo pacto æquissimo, vt quicunq; mortalibus talibus bonis paci mortalium accōmodatis recte vltus fuerit, accipiat ampliora atq; meliora ipsam sci licet immortalitatis pacem, cīq; conuenientem

P Ax itaque corporis, est ordinata temperatūra partium . Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum . Pax animæ rationalis , ordinata cognitionis actionisq; consensio. Pax corporis & animæ, ordinata vita & salus animantis. Pax hominis mortalis, & Dei immortalis , ordinata in fide sub aeternali lege obedientia. Pax hominū, ordinata cōcordia. Pax domus, ordinata imperandi atq; obediendi cōcordia coabitantiū . Pax cōmunitatis, ordinata imperandi atq; obediendi concordia ciuium. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima & concordissima societas, fruendi Deo, & inuicē in Deo. Pax omnium rerū tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispartiūq; rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio . Proinde miseri in quantum miseri, vtiq; in pace non sunt. Tranquillitate quidē ordinis carent, vbi perturbatio nulla est. Verum tamen quia merito iusteque miseri sunt in ea quoq; ipsa sua miseria præter ordinem esse non possunt. Non quidē cōiuncti beatis, sed ab eis tamen ordinis lege seiuinci. Qui cum sine perturbatione non sint, rebus in quibus sunt, quantacunq; congruentia coaptantur. Ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas: in eis ergo nonnulla pax. Verū ideo miseri sunt quia & si in aliqua securitate nō dolent, nō tñ ibi sunt , vbi securi esse ac dolore non debeant. Misériores aut si pax eis cū ipsa lege non est , qua naturalis ordo administratur. Cum aut dolent , ex qua parte dolent, pacis perturbatio facta est: In illa vero adhuc pax est, in qua nec dolor vrit, nec cōpago ipsa dissoluitur. Sicut ergo est quædam vita sine dolore: dolor autē sine aliqua vita esse non potest: sic est pax quædam sine ullo bello, bellum vero esse sine aliqua pace non potest, non secundum id quod bellum est, sed secundum id , quod ab eis vel in eis geritur: quæ aliquæ naturæ sunt: quod nullo modo essent, si non qualicunq; pace subsisterent. Quapropter natura est, in qua nullum malum est, vel etiā in qua nullum potest esse malum. Est autem natura in qua nullum bonum sit,

All. que
cōsequente
2. Cor.
Mag. 2.

tem gloriae & honore in vita eterna ad fruem
dum Deo, & proximo in Deo, qui aut perpe-
tra. i. iniuste, nec illa accipiat, & haec amittat.

De ordine ac lege siue celesti siue terrena,
per quam societati humana etiam do-
minando consulitur, & consulen-
do seruitur. Cap. XIII.

OMnis igitur vsus rerum temporallium fer-
tur ad fructum terrenae pacis in ciuitate
terrena: in celesti autem ciuitate refertur ad fru-
ctum pacis eternae. Quapropter irrationalia es-
semus anima, nihil appeteremus praeter
ordinatam temperaturam partium corporis
& requiem appetitionum: nihil ergo praeter
quietem carnis & copiam voluptatum, ut pax
corporis prodesse paci anima. Si enim de-
sit pax corporis impeditur etiam irrationalis
pax animae: quia requiem appetitionum
consequi non potest. Vt rursum autem simul pa-
ci prodest, quia inter se habent anima & cor-
pus, id est, ordinatae vita & salutis. Sicut enim
pacem corporis amare se ostendunt anima-
ta, cum fugiunt dolorem: & pacem anima, cum
propter explendas indigentias appetitionum
voluptatem sequuntur: ita mortem fugiendo
satis indicant quantum diligent pacem, qua si
ibi conciliantur anima & corpus. Sed quia ho-
mini rationalis anima inest, totum hoc quod
habet commune cum bestiis subdit pacem ani-
mam rationalis, ut mente aliquid contempla-
tur, & secundum hoc aliquid agat, ut sit ei
ordinata cognitionis actionisq; consensio:
quam pacem rationalis anima dixeramus.
Ad hoc enim velle debet nec dolore mole-
stari, nec desiderio perturbari, nec morte dis-
solui ut aliquid vtile cognoscatur, & secundum
eam cognitionem, vitam moresq; compo-
natur. Sed ne ipso studio cognitionis propter
humane mentis infirmitatem in pestem alicuius
erroris incurrit, opus habet magisterio
diuino, cui certus obtemperet, & adiutorio
ut liber optemperet. Et quoniam quadiu est
in isto mortali corpore, peregrinatur a domino,
per fidem ambulat, non per speciem: ac
per hoc omnem pacem vel corporis, vel ani-
mam vel simul corporis & animae: refert ad

Dicitur autem quoniam quadiu est
in isto mortali corpore, peregrinatur a domino,
per fidem ambulat, non per speciem: ac
per hoc omnem pacem vel corporis, vel ani-
mam vel simul corporis & animae: refert ad
illam pacem, quem homini mortali est cum Deo
immortali, ut ei sit ordinata in fide sub eterno
lege obedientia. Iam vero quia duo pre-

cipua precepta, hoc est dilectionem Dei, & di-
lectionem proximi, docet magister Deus: in que
bus tria inuenit homo quem diligit: Deum, seip-
sum, & proximum, atque ille in se diligendo
non errat qui diligit Deum, consequens est, ut
etiam proximo diligendum Deum consulatur,
quem iubetur sicut seipsum diligere. Sic vir-
xori, sic filiis, sic domesticis, sic ceteris quis-
bus potuerit hominibus ad hoc sibi a proximo,
si forte indiget, consulit velit, ac per hoc
erit pacatus, & quantum in ipso est omni homini, pa-
ce hominum, id est, ordinata concordia. Cuius
hic ordo est: primus ut nulli noceat, deinde
ut etiam proficit, cui poterit. Primitus ergo in
est ei suorum cura, ad eos quippe habet op-
portuniorem facilioremq; aditum consule-
di, vel naturae ordine, vel ipsius societatis hu-
manae. Vnde Apostolus dicit. Quisquis autem
suis & maxime domesticis non prouidet, fidei
denegat, & est infidelis deterior. Hinc itaque est
pax domestica oritur, id est, ordinata impera-
di obediendi; concordia cohabitantium.
Imperant enim qui consulunt, sicut viri uxori,
parentes filiis, domini seruis. Obediunt
autem quibus consultur, sicut mulieres mar-
itis, filii parentibus, servi dominis. Sed in domo
iusti viventis ex fide, & adhuc ab illa ce-
lesti ciuitate peregrinantibus, etiam qui imper-
ant, seruiunt eis, quibus videntur imperare.
Neque enim dominandi cupiditate imper-
at, sed officio consulendi, nec principandi
superbia, sed prouidendi misericordia.

De libertate naturali, & de seruitute, cuius
prima causa peccatum est, qua homo ma-
les voluntatis, et si non est macipiū
alterius hominis, seruus est
propriæ libidinis.

Cap. XV.

Hoc naturalis ordo prescribit, ita Deus G
omini condidit. Nam dominetur, in-
quit, piscium maris, & volatilium celi, & om-
nium repentium, quem repunit super terram. Ra-
tionalis factum ad imaginem suam, noluit nisi ir-
rationalibus dominari, non hominem homini,
sed hominem pecori. Inde primi iusti, pa-
stores pecorum magis quam reges hominum
constituti sunt: ut etiam sic insinuaret Deus,
quid postularet ordo creaturarum, & quid exi-
gat meritum peccatorum. Conditio quippe
Aug. Tomus Quintus. B b serui-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De æquo iure dominandi.

Cap. XVI.

Gen. 9.

seruitutis iure intelligitur imposta peccato
ri. Proinde nusquam scripturarum legimus
seruū, ante quam hoc vocabulo Noe iustus
peccatum filij vindicaret. Nomen itaq; istud
culpa meruit, non natura. Origo autem vo-
cabuli seruorum in Latina lingua inde credi-
tur ducta: quod hi qui iure belli possent oc-
cidi, a victoribus cum seruabantur, servi fie-
bant: à seruādo appellati quod etiam ipsum

H sine peccati merito non est. Nam &c cum ju-
stum geritur bellum, pro peccato contrario
dimicatur & omnis victoria cum etiam ma-
lis prouenit diuino iudicio vītos humiliat:
vel emendans peccata, vel puniens. Testis est
homo Dei Daniel, cum in captiuitate pos-
tus peccata sua, & peccata populi sui confi-
tetur Deo: & hanc esse causam illius captiu-
tatis pio dolore testatur. Prima ergo seruitu-
ris causa peccatum est: vt homo homini con-
ditionis vinculo subderetur: quod nō sit ni-
fi. Deo iudicante, apud quem non est ini-
quitas: & nouit diuersis pēnas meritis distri-
buere delinquentium. Sicut autem superius

Danie. 9.

Ioan. 8.

Dominus dicit, Omnis qui facit peccatum,
seruus est peccati: ac per hoc multi quidem
religiosi Dominis iniquis, non tamen libe-
ris seruunt: à quo enim quis deuictus est,
huic & seruus addictus est. Et vtiq; felicius
seruitur homini quam libidini, cum l̄quisi-
mo dominatu vester corda mortaliū, vt
alias omittat, libido ipsa dominandi. Ho-
minibus autem illo pacis ordine, quo alijs
alijs subiecti sunt; sicut prodest humilitas ser-
uientibus, ita nocet superbia dominantibus.

I Nullus autem natura in qua prius Deus ho-
minem condidit, seruus est hominis, aut pec-
cati. Verum pēnalis seruitus ea lege ordina-
tur, qua naturalem ordinem conferuari iu-
bet, perturbari vetat; quia si contra eam le-
gem non esset factum, nihil esset poenali ser-
uitute coercendum. Ideoque Apostolus eti-
am seruos monet subditos esse Dominis
suis: & ex animo eis cum bona voluntate ser-
uire: vt scilicet si non possunt à Dominis li-
beri heri, suā seruitutem ipsi quodāmodo li-
beram faciant non timore subdolo, sed fide-
li dilectione seruiendo, donec transeat ini-
quitas: & evacuetur omnis principatus &
potestas humana: & sit Deus omnia in om-
nibus.

Q uo circa etiam si habuerunt seruos &
iusti patres nostri, sic administrabant
domesticam pacem: vt secundum hęc tem-
poralia bona filiorum fortē a seruorum
conditione distinguerent: ad Deum autem
colendū, in quo xterna bona speranda sunt,
omnibus domus suæ membris pari dilectio
ne consulerent. Quod naturalis ordo ita præ
scribit, vt nomen patrum familias hinc exor-
tum sit, & tam late vulgatum est, vi inique e-
tiam dominantes hoc se gaudeant appellari.
Qui autem veri patres familias sunt, omni-
bus in familia sua tāquam filiis ad colendū,
& promerendum Deum consulunt: deside-
rantes atq; optantes venire ad cęlestem do-
mum, vbi necessarium non sit officium im-
perandi mortalibus: quia necessarium non
erit officium consulendi iam in illa immor-
talitate felicibus, quo donec veniatur, magis
debent patres, quod dominantur, quam ser-
ui tolerare, quod seruunt. Si quis autem in
domo per inobedientiam domesticę paci-
adueratur, corripitur, seu verbo, verbere,
seu quolibet alio genere pēnē iusto atq; lici-
to, quantum societas humana concedit pro
eius qui corripitur utilitate, vt paci vnde dis-
filuerat coaptetur. Sicut n. non est beneficen-
tię adiuuando efficere: vt bonum quod ma-
ius est amittatur: ita non est innocentia par-
cedo sinere, vt in malum grauius incidatur.
Pertinet ergo ad innocentis officium: nos
solum nemini malum inferre, verum etiam
cohibere à peccato, vel punire peccatum: vt
aut ipse qui plectitur, corrigatur experimen-
to, aut alijs terreatur exemplo. Quia igitur
hominis domus initium sive particula de-
bent esse: ciuitatis, omne autem initium ad
aliquem sui generis finem, & omnis pars ad
vniuersi, cuius pars est integratam refertur:
satis apparet esse consequens, vt ad pacem ci-
uicam pax domestica referatur, id est, vt ordi-
nata imperandi obediendiq; concordia co-
habitantium, referatur ad ordinatam impe-
randi obediendiq; concordiam ciuiū. Ita fit,
vt ex lege ciuitatis praecepta sumere patrem-
familias oporteat, quibus domum suam sic
regat, vt sit paci accommodata ciuitatis. M

Vnde

Abac. 9.

Sapien. 9.

Vnde cœlestis societas cū terrena ciuitate pacem habeat, & vnde discordiam.

Cap. XVII.

Sed domus hominū, qui non viuunt ex fide, pacē terrena ex huius temporalis vite rebus cōmodisq; sectatur. Domus aut̄ hominū ex fide viuentiū, expectat ea, quae in futurū æterna promissa sunt, terrenisq; rebus ac temporalib. tanquam peregrina vtitur: nō quib. capiatur & auertatur, quo tendit in Deū, sed quib. sustentetur, ad facilius toleranda, minimeq; augēda onera corporis corruptibilis, q̄ aggrauat animā. Idcirco rerum vita huic mortali necessariū utriusq; hominibus fidibus & infidelibus, & vtriq; domui cōis est ylus: sed finis vtēdi cuiq; suis propriis, multumq; diuersis. Ita ē terrena ciuitas, quæ nō viuit ex fide, terrena pacem appetit, in eoq; defigit imperandī obediendiq; cōcordiā ciuiū, ut sit eis de reb. ad mortalem vitam pertinentibus humanarū quēdā cōpositio volūtatum. Ciuitas autem cœlestis, uel potius pars eius, quæ in hac mortalitate peregrinatur, & uiuit ex fide: ēt ista pace necesse est utatur, donec ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem, uelut captiuā uitā suę peregrinationis agitt iam promissione redēptionis & dono spiritali tanquam pignore accepto, legib. terrena ciuitatis, quibus hec admistrantur, quæ sustentandæ mortali uitæ accōmodata sunt, obtemperare non dubitat, ut qm̄ cōis est ipsa mortalitas, seruetur in rebus ad eam pertinentibus inter ciuitatem vtranq; concordia. Verū quia terrena ciuitas habuit quosdam suos sapientes, quos diuina improbat disciplina: qui uel suplicati uel decepti a dēmonib. crederent multos deos conciliādos esse reb. humanis: ad quorū diuersa quodāmodo officia diuersa subdita pertinerent, ad aliū corpus, ad aliū animum, inq; ipso corpore ad aliū caput, ad aliū cervicem, & cetera singula ad singulos. Similiter in animo, ad aliū ingenium, ad aliū doctrinā, ad aliū iram, ad aliū concupiscentiam: inq; ipsis rebus uite adiacentib. ad aliū pe-

Bcus, ad aliū triticum, ad aliū uinum, ad aliū oleū, ad aliū fylas, ad aliū numeros, ad aliū navigationem, ad aliū bella atq; uictorias, ad aliū coniugia, ad aliū

partum ac secunditatē, & ad alios alia cœtra. Cœlestis aut̄ ciuitas cū unū Deum solū colendum nosceret, eiq; tantummodo seruendum seruitute illa, quæ Græce ἀρχεία dī: & non nisi debetur, fideli pietate censeret, factū est ut religionis leges cū terrena ciuitate nō possent habere cōes, prōq; his ab ea dissentire habent necesse: atq; oneri esse diuersa septentribus, eorumq; iras & odia & persecutionē impetus sustinere, nisi cū animos aduersantium aliquā terrore sui multitudinis, & semper diuino adiutorio propulsaret. Hec ergo Al. I. Ec- cœlestis ciuitas dum peregrinatur in terra, ex cōfessio. omnibus gentibus ciues euocat, atq; in om- lētū. nib. linguis peregrinā colligit societatem: nō curans quicquid in moribus, legibus, institutiisq; diuersum est: quibus pax terrena uel cōquiritur, uel tenetur: nihil eorum rescindens vel destruens, immo ēt seruans ac sequens: q̄ licet diuersum sit in diuersis nationibus, ad vnum tñ eudemq; finem terrena pacis intendit: si religionem qua unus summus & uerus Deus colendus docetur, non impedit. Vtitur etiam ergo cœlestis ciuitas in hac sua peregrinatione pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinētibus, humanarum uoluntatum cōpositionē quantum salua pietate ac religione conceditur, tuetur atq; appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cœlestem pacem: quæ uere ita pax est, ut rationalis duntaxat creature sola pax habenda atq; dicenda sit, ordinatissima scilicet & concordissima societas fruendi Deo, & inuicem in Deo: quo cum uentum fuerit, Sapien. 9 non erit uita mortalís, sed planè certeq; uitalis: nec corpus animale, q̄ dum corrupti- tur, aggrauat animam, sed spiritalē sine ulla indigentia ex omni parte subditum uolunta- ti. Hanc pacem dum peregrinatur in fide, habet: atq; ex hac fide iuste uiuit, cum ad illam pacem adipiscendā refert, quicquid bonarū actionum gerit, erga Deum & proximum, quoniam uita ciuitatis utique socialis est.

Quod diuersa sit Academæ nouę ambiguitas a constantia fidei Christianæ.

Cap. XVIII.

Quod autem attinet ad illā differentiā, quam de Academicis nouis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia, omnino

B b 2 ciuitas;

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Al. 1. De-
 metia no-
 ue Aca-
 demie, de
 omnibus
 incerta.
 Sapient. 9
 I. Co. 13.
 Abac. 2.
 2. Cor. 5.
E
 ciuitas Deitalem dubitationem tāquam de-
 mētiam detestatur : habens de rebus quas
 mente atq; ratione cōprehendit, etiam si par-
 uam propter corpus corruptibile, q̄ aggra-
 uat animam: quoniam sicut dicit Apostolus,
 Ex parte scimus, tñ certissimam scientiam,
 creditq; sensibus in rei cuiusque evidētia,
 quibus per corpus animus vtitur: quoniam
 miserabilius fallitur, qui nunquam putat eis
 esse credendum. Credit etiam scripturis san-
 ctis & veteribus & nouis quas canonicas ap-
 pellamus, ynde fides ipsa cōcepta est, ex qua
 iustus viuit: per quam sine dubitatione am-
 bulamus, quādiu peregrinamur à domino,
 qua salua atque certa de quibūdām rebus,
 quas neque sensu, neq; ratione percipimus,
 neq; nobis pēt scripturam canonīcā clarue-
 runt, nec per testes, quibus non credere ab-
 surdum est, in nostram notitiam peruenérūt,
 sine iusta reprehensione dubitamus.

De habitu & moribus populi Christiani.

Cap. XIX.

Nihil sane ad istam pertinet ciuitatem,
 quo habitu vel more vivendi, si non
 est contra diuina præcepta, istam fidem qua
 peruenitur ad Deum, quikque lectetur: vnde
 ipsoz quoq; philosophos qn̄ Christiani fūt,
 non habitum vel cōuetudinem vīctus, que
 nihil impedit religionem, sed falsa dogmata
 mutare compellit. Vnde illam quam Varro
 adhibuit ex Cynicis differentiam, si nihil tur-
 piter atque intemperanter agat, omnino nō
 curat. Ex tribus vero illis vītē generibus, otio
 so, actuoso, & ex vtroque cōposito: quamuis
 salua fide quisque possit, in quolibet eorum
 vitam ducere, & ad sempiterna prāmia per-
 uenire, interest tamen quid amore tendat ve-
 ritatis, quid officio charitatis impendat. Nec
 sic quisque debet esse otiosus, vt in eodem

F
 Eccl. 2.
 otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic
 actuoso, vt contemplationem non requirat
 Dei. In otio non iners vacatio delectare de-
 bet, sed aut inquisitio aut inuentio veritatis:
 vt in ea quisque proficiat, & quod intuenter
 alteri non inuidet. In actione vero nō aman-
 dus est honor in hac vita sive potentia: quo-
 niam omnia vana sub Sole: sed opus ipsum
 quod per eundem honorem vel potentiam
 fit, si recte atque utiliter fit, idest, valeat ad eā

salutem subditorum, quæ secundum Deum
 est: vnde iam superius disputauimus. Propter
 quod ait Apostolus: Qui episcopatum desi-
 derat, bonum opus desiderat. Exponere vo-
 luit quid sit episcopatus: quia nomen est ope-
 ris, non honoris. Gr̄ecum est enim, atque in-
 de ductum vocabulum q̄ ille qui prēficitur,
 eis quibus prēficitur superintendit, curam

1. Tim. 5.
8. q. 1.
Qui epis-
copatum,
Et 5. sen-
dit. 24.
cap. sunt
et alia.

eorum scilicet gerens, et quippe super, ὁκο-
 τὸς vero intentio est: ergo ἐπικοπέαν si veli-
 mus, Latinē superintendere possumus dice-
 re: vt intelligat nō se esse Episcopū, qui prae-
 esse dilexit, non prodeſſe. Itaque studio co-
 gnoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod
 ad laudabile pertinet otium. Locus vero su-
 perior sine quo regi populus non potest: &
 si ita tenetur atque administretur vt decet,
 tñ indecenter appetitur. Quamobrem otium
 sanctum querit charitas veritatis: negotium
 iustum suscipit necessitas charitatis. Quam
 farcinam si nullus imponit, percipiendę atq;
 intuenda vacandum est veritati. Si autem im-
 ponitur, suscipienda est propter charitatis ne-
 cessitatem. Sed nec sic omnimodo veritatis
 delectatio deferenda est, ne subtrahatur illa
 suauitas, & opprimat ista necessitas.

Quod ciues sanctorum in huius vītē tempo-
 rē spe beati sint. Cap. XX.

QUAMOBREM summum bonum ciuita-
 tis Dei, cum sit æterna pax atq; perfe-
 cta: non per quam mortales transeant naſcen-
 do atque moriendo, sed in qua immortales
 maneant nihil aduersi omnino patiēdo, quis
 est qui illam vitam vel beatissimam neget,
 vel in eius cōparatione istam, quæ hic agitur
 quātislibet animi & corporis externarumq;
 rerum bonis plena sit, non miserrimam iudi-
 cet? Quam tñ quicunque sic habet, vt eius v-
 sum referat ad illius finem, quem diligit ar-
 dentissime, ac fidelissime sperat: non absurd-
 e dici etiam nunc beatus potest, spe illa po-
 tius, quam re ista. Res vero ista sine spe illa
 beatitudo falsa & magna miseria est. Non n.
 veris animi bonis vtitur: quoniam non est vera
 sapientia, quæ intentionem suam in his, quæ
 prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet tē-
 peranter, iuste q; distribuit: non in illum di-
 rigit finem, vbi erit Deus omnia in omnibus
 æternitate certa & pace perfecta.

An

An secundum diffinitiones Scipionis, quæ in dialogo Ciceronis sunt, vñquam fuerit Romanarē publica. Cap. XXI.

Qapropter nunc est locus, vt quam posterō breuiter ac dilucide expediam, quod in secundo huius operis libro me demonstrarū esse promisi: secundum diffinitiones, quibus apud Ciceronem vñtūr Scipio in libris de Republicā: nunquam Rempublicam fuisse Romanam. Breuiter enim Rempublicam diffinit esse rem populi, quæ diffinitione si vera est, nunquam fuit Romana respublica; quia nunquam fuit res populi: quam diffinitionem voluit esse Reipublicā. Populum enim esse definiuit cętum multitudinis, iuris consensu & vtilitatis cōmuniōne sociatum. Quid autem dicat iuris consensum, disputando explicat: per hoc ostendes geri sine iustitia non posse Républicā. Vbi ergo iustitia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim iure sit, profecto iuste sit. Qd autem sit iniuste, nec iure fieri potest. Nō enim iura dicenda sunt, vel putāda iniqua hominum constituta, cum illud etiam ipsi ius esse dicant, quod de iustitia fonte manauerit: falsum esse, quod à quibusdam non recte sentientibus dici solet: id esse ius, quod ei, q plus potest, vtile est: Quocirca vbi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus cętus hominum non potest esse, & ideo nec populus iuxta illam Scipionis vel Ciceronis diffinitionem. Et si non populus, nec res populi: sed qualiscūq; multitudinis, quæ populi nomine digna non est: ac per hoc si respublica res populi est, & populus non est, qui consensu non sociatus est iuris. Non est autē ius, vbi nulla iustitia est: proculdubio colligitur vbi iustitia non est, non esse républicam. Iustitia porro ea virtus est, quæ sua cuiq; distribut. Quæ igitur iustitia est hominis, quæ ipsum hominem Deo vero tollit, & immunit de demonibus subdit? Hoccine est sua cuique distribuere? An qui fundum auferit eius, à quo emptus est, & tradit ei, qui nihil in eo habet iuris, iniustus est: & qui seipsum auferit dominanti Deo, à quo factus est, & malignis seruit spiritibus, iustus est? Disputatur certè acerime atq; fortissime, in eisdem ipsius de republica libris aduersus iniustitiam pro iustitia. Et quoniam cum prius ageretur

pro iniustitiae partibus cōtra iustitiam. & di ceretur nisi per iustitiam rempublicam stare, augeriq; non posse: hoc veluti validissimū positum erat iniustum esse, vt homines hominibus dominantibus seruiant: quam tamē iniustitiam nisi sequatur imperiosa ciuitas, cujus est magna respublica non eam posse prouincijs imperare. Responsum est à parte iustitiae, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit vtilis seruitus, & pro vtilitate eorū fieri, cum recte sit, id est, cum improbis au fertur iniuriarū licentia: & domiti se melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt. Subditumq; est vt ista ratio firmaret: ve lut à natura supra nobile exemplū atq; dictū est. Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, ceterisq; vitiis animi partibus? Plane hoc exemplo satis edoctum est, quibusdam esse vtile seruit M tem & Deo quidē vt seruiatur vtile esse omnibus. Seruiens autē Deo animus, recte imperat corpori, inq; ipso animo ratio domino Deo subditā recta imperat libidini vitijsq; ceteris. Quapropter vbi homo Deo non seruit, quid in eo putandū est esse iustitiae: quādoquidem Deo nō seruiēs, nullo modo pōt iuste animi corpori, aut humana ratio vitijs imperare? Et si in homine tali non est vlla iustitia, proculdubio nec in hominū cętu, qui ex hominibus talibus cōstat. Non est hic ergo iuris ille consensus, qui hominum multitudinē populū facit, cuius res dicitur esse respublica. Nam de vtilitate quid dicā, cuius etiam commutatione sociatus cętus hominum, sicut se habet ista definitio, populū nuncupatur? Quamuis enim si diligenter attendas, nec vtilitas sit vlla viuentium, qui vi uunt impie: sicut viuit omnis qui non seruit Deo, seruitq; démonib. tāto magis impijs, quāto magis sibi cū sint immūdissimi spūs, tāquā dijs sacrificari volunt. Tamē quod de iuris consensu diximus, satis esse arbitrō, vnde appareat per hanc diffinitionem non esse populū, cuius respublica esse dicatur, ī quo iustitia nō est. Si enim dicunt non spiritibus immūdis, sed dijs bonis atq; sanctis in sua re publica seruisse Romanos, nunq; eadē toutes repetēda sunt, quæ iā satis, immo vltra q satis est diximus? Quis enim ad hunc locum per superiorēs hunus operis libros peruenit, q dubitare adhuc possit malis & impuris dē

K **L** Aug. Tomus Quintus. B b 3 mo-

er 1. Tim. 5.
8. q. 1.
Qui epif.
copiatum.
Et 5. sen.
diff. 24.
cap. sunt
& alia.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Exo. 22. monibus seruisse Romanos, nisi vel nimium stolidus, vel impudentissime cōtētiosus? Sed vt taceam quales sunt, quos sacrificijs colebant, in lege veri Dei scriptū est. Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Deo tantū. Nec bonis igitur, nec malis dijs sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione prēcipit.

An verus sit Deus cui Christiani seruiunt, cui soli debeat sacrificari. Cap. XXII.

Gen. 22. Sed responderi potest: Quis iste Deus est, aut unde dignus probatur, cui deberent obtemperare Romani, vt nullum deorū p̄ter ipsum colerent sacrificijs? Magna cēcita tis est adhuc querere, quis iste sit Deus. Ipse est Deus cuius Prophētē p̄dixerūt ista que cernimus. Ipse est Deus, à quo responsum accepit Abraham: In semine tuo benedicen tur oēs gentes. Quod in Christo fieri, qui se cundū carnem de illo semine exortus est, ijdē ipsi qui remanerūt huius nominis inimici velint nolint cognoscunt. Ipse est Deus cuius diuinus spiritus p̄ eos locutus est: quo rū p̄dīcta atq; completa per Ecclesiā, quam videmus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est Deus, quē Varro doctissimus Romanorū Iouē putat, quā-

*D*uis nesciens quid loquatur. Quod tñ ideo cō memorandū putau, quoniā vir tantē scientiē, nec nullum istum Deū potuit existimare nec vilem. Hunc enim esse credit, quem summū putauit Deū. Postremo ipse est Deus quē doctissimus philosophorum, quanuis Christianorum, acerrimus inimicus, etiam *All. Per phirius,* Per eorum oracula, quos Deos putat, Deum magnū Porphyrius confitetur.

Christia ni inimi- cus acer- rimus. Quæ Porphyrius dicat oraculis deorum re sponsa de Christo. Cap. XXXIII.

*N*am in libris, quo δελτών φιλοσοφίας appellat, in quibus exequitur, atq; conscribit rerum ad philosophiā pertinentium, velut diuina responsa, vt ipsa verba eius, quē admodū ex lingua Græca in Latinam interpretata sunt, ponam. Interrogāti, inquit, quē Deum placando reuocare possit vxorem suam à Christianismo: Hæc ait versibus Apollo. Deinde verba velut Apollinis ista sūt: Forte magis poteris in aqua impressis literis

scribere, aut inflans pennas leues per aera, vt auis volare, quam semel pollutę reuoces. impiā vxoris sensum. Pergat quomodo vult inanibus fallacijs perseuerans, & lamentatio nibus fallacijs mortuum Deum cātans, quem iudicib⁹ recta sentientibus perditū, pessima in speciosis ferro iuncta mors interfecit. Deinde post hos versus Apollinis, qui non stāte metro Latine interpretati sunt, sub iunxit atq; ait: In his quidem tergiuersationem irremediabilis sententię eorum manifestauit, dicens: Quoniam Iudei suscipiunt Deum magis quam isti. Ecce vbi decolorās Christū, Iudeos p̄p̄ositū Christianis: confitens, quod Iudei suscipiāt Deum. Sic enim expofuit versus Apollinis, vbi à iudicib⁹ recta sentientibus Christū dicit occisum, tanquam illis iuste iudicantibus merito sit ille punitus. Viderit quid de Christo vates mendax Apollinis dixerit, atque iuste crediderit: aut fortasse vatem, quod non dixit, dixisse iste ipse cōfinxerit: quam vero sibi constet, vel ipsa oracula inter se faciat conuenire, postea videbimus. Hic tñ Iudeos tanquā Dei susceptores recte dicit iudicasse de Christo, quod eum morte pessima excruciantū esse censuerint. Deus itaq; Iudeorum, cui perhibet testimoniu, audiēdus fuit, sic dicens: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Deo tantum. Sed ad manifestiora veniamus, & audiamus quā magnum Deum dicat esse Iudeorum. Ita ad ea quæ interrogauit Apollinē, quid melius, verbum sive ratio, an lex? Respondit, inquit, versibus hęc diens. Ac deinde subiicit Apollinis versus, in quibus & isti sunt, vt quantū satis est inde decerp̄am. In Deū vero, inquit, generationem, & in regem ante omnia: quē tremit cęlum & terra atque mare & infernorū abdita, & ipsa numina perhorrescant: quorū lex est pater, quem valde sancti honorant Hebrei. Tali oraculo Dei sui Apollinis, Porphyrius tā magnū Deū dixit esse Hebreorū, vt eū & ipsa numina perhorrescant. Cū ergo Deus iste dixerit, Sacrificans dijs eradicabitur: miror quod ipse Porphyrius nō per horruerit, & sacrificans dijs eradicari nō permidauerit. Dicit etiā bona philosophus iste de Christo, quasi oblitus illius, de qua paulo ante locuti sumus, contumelię suę: aut quasi in somnis dij eius maledixerint Christo & euigilātes eū bonū cē cognouerint, digneq;

lauda-

All. Aliēni à veritate.

All. Astūtia diabolū mira.

Gaudauerint. Deniq; tāquā mirabile aliquid atq; incredibile prolaturus: prēter opinionē, inquit, profecto quibusdam videatur esse q̄ dicturi sumus. Christum. n. dij pīssimū pronunciauerunt, & immortalē factū, & cum bona prædicatione eius meminerunt. Christianos aut̄ pollutos inquit & contaminatos, & errore implicatos esse dicunt: & multis talibus aduersus eos blasphemij vtuntur. Deinde subiicit, velut deorū oracula blasphemantiū Christianos. Et post hēc: de Christo aut̄, inquit, interrogantib. si est Deus, ait Hecate: Qm̄ quidē immortalis anima post corpus ut incedit, nosti: à sapientia aut̄ abscisa semper errat, viri pietate præstantissimi est illa anima, hanc colunt^z aliena a se veritate.
*All. Ales
ni à veri
tate.*

Heinde post verba huius quasi oraculi sua ipse contexens: Pīssimum igitur virū, inquit, eum dixit, & eius animam sicut & aliorum piorum post obitū immortalitate donatā, & hanc colere Christianos errantes. Interrogātibus aut̄ inquit: Cur ergo damnatus est, oraculo respondit dea: Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositū est: anima aut̄ piorum cœlesti fidei infidet. Illa vero anima alijs animabus fataliter dedit, quibus fata non annuerunt deorū obtinere dona, ne que habere Iouis immortalis agnitionē errore implicari. Propterea ergo dijs exoī: quia qb. fato nō fuit nosse Deū, nec dona a dijs ac cipere, his fataliter dedit iste errore implicari. Ipse vero pius, & in cœlum sicut pīj incēfit. Itaque hunc quidem non blasphemabis, miraberis autem hominū dementiā, ex eo in eis facile præcepī; periculum. Quis ita stultus est, vt non intelligat aut ab homine callido eq; Christianis inimicissimo, hac oracula fuisse confida, aut consilio simili ab imparis dēmonib. ista fuisse responsa, vt scilicet qm̄ laudant Christum, propterea credantur veraciter vituperare Christianos: atq; ita si possint intercludant viā salutis ēternā, in qua fit quisq; Christianus? sua quippe nocēdi astutia milleformi sentiunt non esse contrarium, si credatur eis laudantibus Christum, dum tñ credatur etiam vituperantibus Christianos: vt eum qui vtrūq; crediderit, talem Christi faciant laudatorē, ne velit esse Christianus. Ac sic quamuis ab illo laudatus, ab istorum tñ dēmonum dñatu eum non libaret Christus: præsertim quia ita laudant Chri-

stum, vt quisquis in eum talē crediderit, qualis ab eis prædicatur Christianus verus non sit, sed Fotinius hæreticus, qui tantummodo hominem non ēt Deum nouerit Christū: & ideo per eum saluus esse non posset: nec istorū mendacioquorum dēmonū laqueos vitare vel soluere. Nos aut̄ neq; Apollinem vituperantem Christū, neq; Hecaten possumus approbare laudantem. Ille quippe tanquam iniquū Christum vult credi, quem a iudicibus recta sententias dicit esse occisum: ista hominē pīssimum, sed hominem tantum. Vna est tñ & illius & huius intentio, ut nolint homines esse Christianos: quia nisi Christiani erunt, ab eorū erui potestate non poterunt. Iste uero philosophus, uel potius qui talibus aduersus Christianos, quasi oraculis credunt, prius faciat si possunt, ut inter se de ipso Christo Hecate atque Apollo concordent, enīq; aut ambo uituperent, aut ambo collaudent. Quod si facere potuissent, nihilominus nos & uituperatores & laudatores Christi, fallaces dēmones uitaremus. Cū uero eorū Deus & dea inter se de Christo, ille uituperando ita laudādo dissentiant: profecto eis blasphemantibus Christianos, non credunt homines, si recte ipsi sentiant. Sanè Christum laudans uel Porphyrius uel Hecate, cū dicat eum ipsum dedisse fataliter Christianis, ut implicaretur errore, causas tñ eiusdem, sicut putat, pandit erroris. Quas anteq; exuerbis eius exponā, prius quāro, si fataliter Christus Christianis erroris implicatiōnem: utrum uolens, an nolens dederit. Si nolens, quō iustus? si nolens, quō beatus? Sed iam causas ipsius audiamus erroris. Sunt, inquit, spiritus terreni minimi loco terreno quodā, malorum dēmonū potestati subiecti ab his sapiētes Hebrorū, quorum unus iste etiam Iesus fuit, sicut audisti diuina Apollinis oracula, quæ superius dicta sunt, ab his ergo Hebrewi dēmonibus pīssimis, & minoribus spiritib. uerabant religiosos, & ipsis uacare prohibebant: uenerari aut̄ magis cœlestes deos, amplius autem uenerari Deum patrem. Hoc autem, inquit, & dij præcipiunt, & in superiorib. ostendimus quēadmodū animaduertere ad Deum monent, & illum colere ubiq; imperant: Verum indocti & impīz natura, quibus uere fatum non concepsit a dijs dona obtinere, neque habere Iouis immortalis

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

notionem, non audientes & deos & diuinos viros: Deos quidē omnes recusauerunt, prohibitos autē dēmones, non solum nullis odijs insequi, sed et̄ reuereri delegerunt. Deū autē simulantes se colere, ea sola per quā Deus adoratur, non agunt. Nam Deus quidē vpto te omniū pater nullius indiget: sed nobis est bene, cū eū per iustitī & castitātē aliasq; virtutes adoramus, ipsam vitā precē ad ipsum facientes, per imitationē & inquisitionē de ipso. Inquisitio. n. purgat, iquit: imitatio dei- ficit affectionē ad ipsum operādo. Bene qui dem prædicauit Deū patrē, & quib. sit colen dus morib. dixit. Quibus præceptis propheticis libri pleni sunt H̄eb̄rōrum, qm̄ sanctōrum vita siue vituperatur, siue laudatur. Sed

M in Christianis tantum errat, aut tantū calumniatur, quantū volunt dēmones, quos opinatur Deos, quasi cuiquā difficile sit recolere, qua turpia, qua dedecora erga Deorum obsequiū in theatris agebantur & tempis: & attendere quā legantur, dicantur, audiatur in ecclēsijs, vel Deo vero quid offeras: & hinc intelligere vbi ædificiū, & vbi ruina sit morū. Quis autē huic dixit, vel inspiravit, nisi dia bolicus spiritus tam vanum apertumq; mendaciū, qd̄ dēmones ab Hebr̄eis coli prohibitos reuereantur potius, quam oderint Christiani. Sed Deus ille, quē coluerunt sapientes Hebr̄orū, et cœlestib. sanctis angelis & virtutibus Dei, quos beatissimos tanquā ciues in hac nostra peregrinatione mortali veneramur & amamus, sacrificari vetat, intonans in lege sua, quam dedit populo suo Hebr̄eo & valde minaciter, dicens: Sacrificans dijs eradicabitur. Et ne quisquā putaret dēmonib. pessimi terrenisq; spiritibus, quos iste dicit minimos vel minores, ne sacrificetur esse p̄ceptum: quia & ipsi in scripturis sanctis dicti sunt dij, non Hebr̄orum, sed gentiū. Quod

Psal. 95. euidenter in Psalmo lxx. interpres posuerunt, dicentes: Qm̄ omnes dij gentium doe monia. Ne quis ergo putaret istis quidem dēmonijs prohibitū esse, cœlestib. autē vel omnibus, vel aliquibus sacrificari esse permisū, mox addidit, Nisi Dño soli, idest, nisi Dño tantum, ne forte in eo quod dicit, nisi Dño soli, Dñm solem credat esse quispiam, cui sacrificandum putet. Quod non ita esse intelligendum in scripturis Græcis facillimē reperitur. Deus igitur Hebr̄orum, cui tam ma-

gnū tantus ēt iste philosophus perhibet testimoniū, legem dedit Hebr̄eo populo suo, Hebr̄eo sermone conscriptam: non obscuram & incognitam, sed omnib. iam gentibus diffamatam: in quā a lege scriptum est: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Dño tātum. Quid opus est in hac eius lege, eiusq; prophetis de hac rē multa perquirere, immo non perquirere? Non. n. abstrusa vel rara sunt, sed aperta & crebra colligere, & in hac disputatione mea ponere: quib. luce clarius appareat, nulli omnino, nisi tantum sibi, Deum verum & summū voluisse sacrificari. Ecce hoc vnum breuiter: imo granditer, minaciter, sed veraciter dicitū ab illo Deo, quem tā excellenter eorū doctissimi prædicant, audiatur, timeatur, impleatur, ne inobedientes eradicationē cō sequatur. Sacrificans, inquit, dijs eradicabitur, nisi Dño tantum: non quo rei egeat alicuius, sed quia nobis expedit, vt res eius simus. Hinc. n. cānitur in sacris literis Hebr̄orum: Dixi dño Deus meus es tu, qm̄ bonorū meo rum non eges. Huius autē præclarissimum atque optimum sacrificiū nos ipsi sumus. Hac est ciuitas eius, cuius rei mysterium celebramus oblationibus nostris, quā fidelibus note sunt, sicut in libris præcedētib. disputationi. Cessaturas. n. vietiā, quas in umbra futuri offerebant iudei: & vnum sacrificium gētes à solis ortu v̄sq; ad occasum, sicut iam fieri cernimus oblaturas per prophetas Hebr̄eos oracula in crepore diuina. Ex quibus quantū sati visum est, nonnulla protulimus, & huic iam operi aperimus. Quapropter vbi non est ista iustitia, vt secundum suam gratiam ciuitati obedienti Deus imperet vnuſ & summus, nec cuiquam sacrificaret, nisi tantum sibi: & per hoc in omnibus hominib. ad eādem ciuitatem pertinentib. atque obedientibus Deo, animus ēt corpori, atq; raro vitijs ordine legitimo fideliter imperet: vt quemadmodum iustus vnuſ, ita cōetus populusq; iustorum viuat ex fide, quā operatur per dilectionem, quam homo diligit Deum, sicut diligendus est Deus, & proximū sicut seipsum. Vbi ergo non est ista iustitia, profecto non est cōetus hominum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus. Quod si non est, vtq; populus non est, si vera est hāc populi definitio, ergo nec Respub. est, quia res populi non est, vbi ipse populus non est.

B Psal. 15.

Mala 1.

Exo. 22.

Abae. 1.
Galat. 5.
Mat. 22.

Qua

Qua definitione constet populi & Reipublicæ nuncupationem recte sibi, non solum Romanos, sed etiam regna alia vendicare. Cap. XXXIII.

Si autem populus non isto, sed alio definitur modo velut si dicatur: Populus est cœtus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordi communione sociatus: profecto ut videatur qualis quisq; populus sit, illa sunt intuenda quæ diligit. Quæcunq; tñ diligit, si cœtus est multitudinis non pecorum, sed rationalium creaturarum, & eorum quæ diligit, communione concordi sociatus est, nō absurde populus nuncupatur: tanto vtique melior, quanto in melioribus: tantoque de terior, quanto est in deterioribus concors. Secundum istam definitionem nostram Romanus populus, populus est: & res eius sine dubitatione respublica. Quid autem primis temporibus suis, quidve sequentib; populus ille dilexerit: & quibus moribus ad cruentissimas seditiones, atq; inde ad socialia, atque ciuilia bella perueniens, ipsam cōcordiam, quæ salus est quodammodo populi, ruperit

F atque corruperit, testatur historia: de qua in præcedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen vel ipsum non esse populum, vel eius rem dixerim non esse rem publicam, quamdiu manet qualiscunque multitudinis rationalis cœtus, rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod autem de isto populo, & de ista Republica dixi, hoc de Atheniensium, vel quorumcunque Græcorum: hoc de Aegyptiorum, hoc de illa Babylonie Assyriorum, quando in rebus suis publicis imperia vel parua vel magnatenuerūt: & de alia quacunque aliarum gentium intelligar dixisse atque sensisse: Generaliter quippe ciuitas impiorum, cui non imperat Deus obedienti sibi, ut sacrificium non offerant, nisi tantummodo sibi: & per hoc in illa & animus corpori, ratioque vitijs recte ac fideliter imperet, caret iustitiae veritate.

Exo. 22. **Q**uod non possint ibi veræ esse virtutes, vbi non est vera religio. Cap. XXV.

Quamlibet enim videatur animus corpori & ratio vitijs laudabiliter imperare: si tñ Deo animus & ratio ipsa non fer-

uit, sicut sibi seruendum esse ipse Deus præcepit, nullo modo corpori vitijsq; recte imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens dñia, veri Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis do-
monibus corruptientibus prostituta? Proinde virtutes, quas sibi habere videt, per quas imperat corpori & vitijs ad quodlibet adipiscendum vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiā ipsæ uitia sunt potius quam uirtutes. Nam licet a quibusdam tunc veræ & honestæ putentur esse uirtutes, cum ad seiphas referuntur: nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflate ac superba sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim nō est a carne, sed super carnem, quod carnem facit viuere: sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominem facit beatæ viuere: nec solum hominem, sed etiam quamlibet potestatem uirtutemque cœlestem.

De pace populi alienati a Deo, qua uititur ad pietatem populus Dei, dum in hoc peregrinus est mundo.

Cap. XXVI.

Quocirca ut uita carnis anima est, ita beata uita hominis Deus est. De quo dicunt sacræ literæ Hebreorum: Beatus populus, cuius est dominus Deus ipsius. Misericordia populus ab isto alienatus Deo, diligit tamen ipse etiam quandam pacem suam nō improbandam, quam quidem non habebit in fine, quia non ea bene uititur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac uita, nostra etiam intereat, quoniam quamdiu per mixta sunt ambæ ciuitates, utimur & nos pace Babylonis, ex qua ita per fidem Dei populus liberatur, ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod & Apostolus admonuit Ecclesiam, ut oraret pro regibus eius atque sublimibus, addens & dicens, ut quietam & tranquillâ uitiam agamus cum omni pietate & charitate. Et Prophetæ Hieremias cū populo ueteri Dei uenturam prænunciaret capiuitatem, & diuinitus imperaret, ut obediēter in Babyloniam irent Deo suo etiam ista penitentia seruientes, monuit & ipse ut oraret pro illa, dicens, quia in pace eius erit pax vestra, utiq; interim temporalis pax, quæ bonis malisque communis est.

Ue

Pf. 145.

1. Tim 2.

Hier. 29.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

De pace seruientium Deo, cuius perfecta trā
quillitas in hac temporali vita non potest
apprehendi. Cap. X XVII.

Pax autem nostra propria, & hic est cum
Deo per fidem, & in æternum erit cum
illo per speciem. Sed hic siue illa cōmunitis,
siue nostra propria talis est pax, vt solatium
miserie sit potius quam beatitudinis gaudiū.

L ipsa quoque nostra iustitia quamuis vera sit propter veri boni finem , ad quem refertur: tñ tanta est in hac vita, ut potius peccatorum remissione constet, quam perfectione virtutum. Testis est oratio totius ciuitatis Dei, quæ peregrinatur in terris. Per omnia quippe nē

Mat. 6. bra sua clamat ad Deum : Dimitte nobis debita nostra , sicut & nos dimittimus debitoribus nostris . Nec pro eis est efficax haec oratio , quorum fides sine operibus mortua est : sed pro eis quorumi fides per dilectionem operatur . Quia enim Deo quidem subdita , in hac tamen conditione mortali , & corpore corruptibili , quod aggrauat animam : non perfecte vietis ratio imperat : ideo necessaria est iustitia etis oratio . Nam profecto quanquam impetratur nequaquam sine conflicitu vitiis imperatur . Et vtique aliquid subrepit in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti , siue hostibus talib . vietiis subditis ; dominanti . Vn-

Al. 1. Effi-

cax non

posse est ef-

fe ecclesie ora-

tio , nisi

tantum

fidelibus

per dilec-

tionem

operabit.

Ioan. 2.

Gal. 5.

Sapien. 9

Sapiens. 9 stibus talib. vicitis subditisq; dominanti. Vnde si non facili operatione, certe labili locutione aut volatili cogitatione peccet. Et ideo quandiu virtus imperatur, plena pax non est: quia & illa, quae resistunt, periculisq; debellantur prælio: & illa que victa sunt, nondum securo triumphat otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. In his ergo tentationibus, de quibus omnibus in diuinis eloquuis breuiter dictum est: Nunguid non ten-

Iob.7. M ratio est vita humana super terram? quis ita
viuere se praesumat, vt dicere Deo, Dimitte
nobis debita nostra, non necesse habeat, nisi

Mat. 6. homo elatus? Nec vero magnus: sed inflatus ac tumidus: cui per iustitiam resistit, qui gratiam largitur humilibus. Propter q̄ scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hic itaque in vnoquoque iustitia est, vt obediēti Deus homini, animus corpori, ratio autem vitijs etiam repugnantibus imperet, vel subigendo vel resistendo, atque

1. Pet. 6. vt ab ipso Deo petatur, & meritorum gratia,
& venia delictorum, ac de acceptis bonis gra-

tiarum actio persoluatur. In illa vero pace finali quo referenda, & cuius adipiscēd^r causa habenda est ista iustitia, quoniam sanata immortalitate atq; incorruptione natura virtutia non habebit: nec vnicuiq; nosstrūm vel ab alio vel a seipso quicquam repugnabit: non opus erit, ut ratio viujs, quæ nulla erunt im- peret: sed imperabit Deus hoī, animus corpori, tantaq; obediendi ibi erit suauitas & fa cilitas, quanta viuendi regnandiq; foelicitas. Et hoc illic in omnibus hominibus atque in singulis æternum erit eternumq; esse certum erit: & ideo pax beatitudinis huius, vel beati tuto pacis huius summum bonum erit.

In quem finem venturus sit exitus impiorum. Cap. XXVIII.

Eorum autem qui nō pertinent ad istam ciuitatem Dei , erit econtrario miseria sempiterna, quæ etiam secūda mors dicitur: quia nec anima ibi vivere dicenda est quæ à vita Dei alienata erit:nec corpus, quod æternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo du-
rior ista secunda mors erit: quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini, & mors vitæ , ita bellum paci vide-
tur esse contrarium : merito queritur : sicut pax in bonorum finibus prædicata est atque laudata , quod vel quale bellum finibus ma-
lorum ecotriario posse intelligi . Verum qui hoc querit , attendat quid in bello noxiūm pernitiosumque sit:& videbit nihil aliud esse quam inter se rerum aduersitatem atque con-
flictum. Quod igitur bellum grauius & ama-
rius cogitari potest , quam vbi voluntas sic aduerfa est passioni , & passio voluntati , vt nullius earum victoria tales inimicitie finian-
tur:& vbi sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, vt neutrū alteri cedat ? Hic enim quando contingit iste conflictus , aut dolor vincit,& sensum mors adimit: aut na-
tura perdurans vincit,& dolorem sanitas tol-
lit. Ibi autem & dolor permanet , vt affligat :& natura perdurat,vt sentiat, quia vtrunque ideo non deficit , ne poena deficit . Ad hos autem fines bonorum & malorum , illos ex-
petendos,istos cauendos, quoniam per iudi-
cium transibunt ad illos boni , ad istos mali,
de hoc iudicio quantum Deus donauerit, in
consequenti volumine disputabo .

D.AV-

D. A V R E L I I A V G V S T I N I
Episcopi de Ciuitate Dei, ad
Marcellinum.

LIBER VIGESIMVS.

Quod quanuis omni tempore Deus iudicet
in hoc tamen libro de nouissimo eius iu-
dicio est proprie disputandum. Cap. I.

De die vltimi iudicij Dei, q ipse
donauerit locuturi, eumque
assertuti aduersus impios & in-
credulos tanquam in adiusti-
fundamēto prius ponere testi-
monia diuina debemus. Quibus qui nolunt
credere humanis ratiunculis falsis atq; falla-
cibus contraenire conantur: ad hoc vt aut
aliud significare contendant, quod adhibe-
tur testimonium de literis sacris, aut omni-

2.7.4. **D**no diuinitus esse dictū negent. Nullum existi-
mo esse mortalium, qui ca ea sicut dicta sunt
intellexerit, & à summo ac vero Deo per
animas sanctas dicta esse crediderit, non eis
cedat atq; consentiat: siue id etiam ore fatea-
tur, siue aliquo vitio fateri erubescat, aut me-
tuat: vel etiam peruicacia simillima insania,
id quod falsum esse nouit, aut credit, etiā cō-
tentissime defendere molitur. Quod ergo in confessione ac professione tenet om-
nis ecclesia Dei veri Christū de celo esse vé-
turum ad viuos ac mortuos iudicandos, hūc
dīnī iudicij vltimū dī dicimus, id est, no-
uissimū tempus. Nam per quot dies hoc iu-
dicū tendatur, incertū est: sed scripturarum
more sanctarum diem poni solere pro tem-
pore, nemo qui illas literas quamlibet negli-
genter legerit, nescit. Ideo autem cum diem
iudicij Dei dicimus, addimus vltimū, vel no-
uissimū: quia & nunc iudicat & ab humani
generis inicio iudicavit: dimittens de paradi-
so: & à ligno vita separās primos homines

Gen. 3. 2. Pet. 2. peccati magni perpetratores, immo etiam
E quando angelis peccantibus non pepercit:
quorū ptinceps homines à seipso subuersus
inuidēdo subuerit, proculdubio iudicavit.
Nec sine illis alto iustoq; iudicio, & in hoc
aereo celo & in terris, & dēmonū & homi-
nū miserrima vita est erroribus erūnīq; ple-
niissima. Verū etiā nemo peccasset, non sine
bono rectoq; iudicio Deus vniuersam ratio-

nalē creaturam perseverautissime sibi domi-
no suo coherentem in eterna beatitudine re-
tineret. Iudicat etiam, non solum vniuersali-
ter de genere dēmonum atq; hominū, vt mi-
seri sint propter primorū meritū peccatorū
sed etiā de singulorū operibus proprijs, que
gerunt arbitrio voluntatis. Nam & dēmones
ne torqueantur, precantur: nec vtq; iniuste
vel parcit eis, vel pro sua quiq; improbita-
te torquentur. Et & homines plerunq; occul-
te luunt pro suis factis diuinitus pēnas: siue
in hac vita, siue post mortem: quanvis nullus
hominum agat recte nisi diuino adiuue-
tur auxilio: nullus dēmonū aut hominū agat
iniq; nisi diuino eodemq; iustissimo Dei iu-
dicio permittatur. Sicut enim ait Apostolus: Rom. 9.
No est iniq;itas apud Deum. Et sicut ipse ali-
bi dicit: Inscrutabilia sunt iudicia Dei & in-
uestigabiles viae eius. Non igitur in hoc li-
bro de illis primis, nec de ipsis medijs Dei iu-
dicijs, sed de ipso nouissimo iudicio, quan-
tum ipse tribuerit, dispucabo quando Christus de celo uenturus est uiuos iudicaturus
& mortuos. Iste quippe dies iudicij proprie-
tate quarelæ locus, cur iniustus ille sit felix, &
& cur iustus ille infelix. Omnia nanque
tunc non nisi bonorum uera & plenisima
felicitas, & omnium non nisi malorum di-
gna & summa infelicitas apparebit.

De uarietate rerum humanarum, cui non
potest dici deesse iudicium Dei, quan-
uis nequeat inuestigari.

Cap. II.

Nunc autem & mala æquo animo ferre
discimus, quæ patiuntur & boni & bo-
na non magnipendere, quæ adipiscuntur &
mali. Ac per hoc ēt in his rebus, in quibus
nō apparet diuina iustitia salutaris est diuina
doctrina. Nescimus enim quo iudicio Dei
bonus ille sit pauper, malus ille sit diues: iste
gaudeat, quæ pro suis perditis moribus cruci-
ciari debuisse mēroribus arbitramur, cōtri-
stetur ille, quæ vita laudabilis gaudere debui-
se p̄suadet exeat: de iudicio nō solū iniulus,
verū ēt dānatus innocēs, aut iniq;ate iudicis
pressus, aut falsi obrutus testimoniiis. E cōtra-
rio scelestus aduersarius eius, nō solū impu-
nitus, uerū etiā uindicaturus insultet: impius
optime

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Homine optime valeat, prius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes, & qui nec verbo quenquam ledere potuerunt, diuersa morborum atrocitate affligatur, infantes utiles rebus humanis immatura morte rapiantur, & qui videntur nec nasci debuisse, diutius sine insuper viuant, plenus criminibus sublimetur honoribus, & hominem siue quere latenebris ignorabilitatis abscondatur, & cetera huiusmodi, que quis colligat, quis enumeret? Que si haberent in ipsa velut absurditate constantiam, ut in hac vita in qua homo, sicut sacer psalmus eloquitur, vanitati similis factus est, & dies eius velut umbra prætereunt non nisi mali adipiscerentur transitoria bona ista atque terrena, nec nisi boni talia parentur mala, posset hoc referri ad iudicium iustum Dei, vel etiam benignum, ut qui non erant assecuti bona eterna, que faciunt beatos, his temporalibus vel deciperent pro malitia sua, vel pro Dei misericordia consolarentur bonis, & qui non erant passuri eterna tormenta, temporalibus ypi pro suis quibuscumque vel quantum scilicet peccatis affligerentur, ut propter implendas virtutes exerceretur malis. Nunc vero quando non solum in malo sunt boni, & in bono mali, quod vir in iustum: verum etiam plerunque & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniunt, magis inscrutabilia sunt iudicia Dei, inuestigabiles

Rom. 11. vique illius. Quanvis ergo nesciamus quo iudicio Deus ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem summa virtus est, & summa sapientia, summaque iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniuritas, salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona seu mala quae videmus esse bonis malisque: communia, & illa bona querere, quae bonorum, atque illa mala maxime fugere, quae propria sunt malorum. Cum vero ad illud Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam poprie dies iudicij, & aliquando dies domini nuncupatur, non solù quocunque tunc iudicabuntur verum etiam quocunque ab initio iudicata, & quocunque usque ad illud tempus adhuc iudicada sunt, apparebunt esse iustissima. Vbi hoc quoque manifestabitur, quam iusto iudicio Dei fiat, ut nunc tam multa ac pene omnia iusta iudicia Dei sensus mentesque mortaliū lateant, cum tamen in hac re piorum fidem non lateat, iustum esse quod latet.

Quid in libro Ecclesiastes Salomon de his que in hac vita & bonis & malis sunt communia disputatione. Cap. III L

Nempere Salomon sapientissimus rex Israhel, qui regnauit in Hierusalem, liberum qui vocatur Ecclesiastes, & a Iudeis quoque habetur in sacrarum canone literarum, sic exorsus est. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Que homini abundantia ex omni labore suo quo laborat sub sole? Et cum ex hac sententia coniecteret cetera, commemorans erumnas, eroresque vitæ huius, euanescentes interea temporum lapsus, ubi nihil solidum, nihil stabile retinetur, in ea rerum vanitate sub Sole, illud etiam deplorat quodammodo, quod cum sit abundantia sapientiae super insipientiam, sicut est abundantia lucis super tenebras, sapientis oculi sint in capite ipsis, & stultus in tenebris ambulet, unus tamen incursus incurrit omnibus vtique in hac vita, que sub Sole agitur: significans videlicet ea mala, que bonis & malis videmus esse communia. Dicit etiam illud quod & boni patientur mala tanquam mali sint, & mali tanquam boni sint adipiscatur bona: ita loquens. Est, inquit, vanitas que facta est super terram, quae sunt iusti, super quos venit quasi factum impiorum, & sunt impiorum, super quos venit sicut factum iustum. Dixi quoniam, hoc quoque vanitas. In hac vanitate, cui quantum latius visum est, intimandus totum istum librum vir sapientissimus deputauit, non vtique ob aliud, nisi ut eam vitam desideremus, que vanitatem non habet sub hoc Sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc sole. In hac ergo vanitate, nunquam nisi iusto Dei rectoque iudicio similis eidem vanitati factus vanesceret homo? In diebus tamen vanitatis suae interest plurimum, ut resistat, an obtemperet veritati, & utrum sit expers verae pietatis, an particeps, non propter vitæ huius vel bona acquirenda, vel mala vitanda vanescendo transeuntia, sed propter futurum iudicium, per quod erunt & bonis bona, & malis mala, sine fine mansura. Denique iste sapiens hunc librum sic conclusit, ut dicaret. Deum time, & mandata eius custodi, quia hoc est, omnis homo, quia omne hoc opus Deus adducet in iudicium in omni respectu, siue bonum siue malum.

Quid

All. Qui
mandatio
Dei non
custodi;
nihil est.

Rom. 3.

Mat. 13.

P. 143.

All. Qui mandatū Dei non custodit, nihil est. Quid breuius, verius, salubrius dici potuit? Deum, inquit, time, & mandata eius custodi: quia hoc est omnis homo. Quicunque. n. est hoc, est cultus vtiq; mandatorum Dei: qm̄ qui hoc non est, nihil est. Non. n. ad veritatis imaginē reformatur, remanens in similitudine vanitatis. Quia omne hoc opus, i. q ab homine fit in hac vita, siue bonū, siue malum, Deus adducet in iudiciū, i. omni dēspecto, i. in omni ēt qui contēptibilis hic vñ, & ideo nec vñ: qm̄ Deus & ipsum videret, nec eum de spicit, nec eum cum iudicat, præterit.

Matt. 12.

Quod ad differendum de nouissimo iudicio Dei, noui primū testamenti, ac deinde veteris testimonia prolatus sit. Cap. IIII.

Huius itaque ultimi iudicij Dei testimonia de scripturis sanctis quæ ponere in stitu, prius eligenda sunt de libris instri noui, postea de veteris. Quamuis. n. vetera priora fuit tempore, non tñ anteponenda sunt dignitate: qm̄ illa vetera præconia sunt nouorum. Noua igitur ponenda sunt prius, quæ, ut firmius probemus, assumentur & vetera. In veteribus habentur lex & prophetæ, in nouis Euangeliū & Apostolica literæ. Ait autem Apostolus: Per legen. n. cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & prophetas: iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum. Hæc aut iustitia Dei ad nouum pertinet testimoniū, & testimoniu habet à veteribus libris, hoc est, à lege & prophetis. Prius ergo ipsa causa ponenda est, & postea testes introducendi. Hunc & ipse Iesus Christus ordinē seruandum esse demonstrans: Scriba, inquit, eruditus in regno Dei, similis est viro patrifamilias proferenti de thesauro suo noua & vetera. Nō dixit vetera & noua: qd vtiq; dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare, quam temporum.

Rom. 3.

But iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum. Hæc aut iustitia Dei ad nouum pertinet testimoniū, & testimoniu habet à veteribus libris, hoc est, à lege & prophetis. Prius ergo ipsa causa ponenda est, & postea testes introducendi. Hunc & ipse Iesus Christus ordinē seruandum esse demonstrans: Scriba, inquit, eruditus in regno Dei, similis est viro patrifamilias proferenti de thesauro suo noua & vetera. Nō dixit vetera & noua: qd vtiq; dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare, quam temporum.

Quibus sententijs Domini Saluatoris diuinum iudicium futurum in fine seculi declaretur. Cap. V.

Ergo ipse Saluator cum obiurgaret ciuitates in quibus virtutes magnas fecerat, neq; crediderant, & eis alienigenas anteponeret. Verumtñ, inquit, dico vobis, Tyro

& Sidoni remissius erit in die iudicij quam vobis. Et paulo post alteri ciuitati: Amen, inquit, dico tibi, quia terra Sodomorum remis fuis erit in die iudicij quam tibi. Hic evidenter prædicat diem iudicij esse venturum.

Matt. 13.

Et alio loco: Viri Niniuitæ, inquit, surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in predicatione Ionæ: & ecce plus quā Ionashic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomō hic. Duas hoc loco res discimus: & venturum esse iudicium, & cum mortuorū resurrectione venturum. De Niniuitis. n. & Regina Austri qm̄ hæc dicebat, de mortuis sine dubio loquebāt, quos tñ in die iudicij resurrectos esse prædictit. Nec ideo dixit condemnabunt, quia & ipsi iudicabunt: sed quia ex ipsorum cōparatione isti merito damnabuntur. Rursus alio loco, cum de hominum bonorū, & malorum nunc permixtione, postea separatione, quæ vtiique in die iudicij futura est, loqueretur, adhibuit similitudinē de tritico seminato, & superseminatis zizanijs, eamq; suis exponēs discipulis: Qui seminat, inquit, bonū semen, est filius hominis: ager autem est hic mūdus: bonum vero semen hi sunt filii regni: zizania autem hi filii sunt nequam. Inimicus aut qui seminavit ea, est Diabolus. Mēsis autem consummatio seculi, messores vero angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cōburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mitter filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniuriam, & mittent eos in caminū ignis, ibi erit fletus & stridor dentiū. D

Tunc iusti fulgebūt sicut Sol in regno patris eorum.

Qui habet aures audiēdi, audiat. Hic quidem iudicū uel diem iudicij non nominauit, sed multo eū clarius, ipsis rebus expressit, & in fine seculi futurū esse prædictit. Item

discipulis suis. Amen, inquit, dico vobis, qd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cū

federit filius hominis in fede maiestatis lux,

federibis & vos super sedes duodecim, iudicantes

duodecim tribus Israel. Hinc discimus

cū suis discipulis iudicaturū Iesum. Vnde &

alibi Iudeis dixit: Si ego in Beelzebub ejcio

demonia, filij vestri in quo ejciunt? Ideo ipsi

*judices**Matt. 12.**Luc. 11.*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Iudices vestri erunt. Nec qm super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cum ipso iudicaturos putare debemus.

**A. l. D. uo
de nati v
nu mer us
quid hic
i s por ter.**

Duodenario quippe numero, vniuersa quædā significata est iudicantium multitudo propter duas partes numeri septenarij, quo significatur plerunq; vniuersitas, q; duæ partes, i. tria & quatuor, altera per alterā multiplicata duodecim faciūt. Nā & quatuorter, & tria quater diuodecim sunt, & si qua alia huius duodenarij numeri, q; ad hoc valeat, ratio reperitur. Alioquin qm in locū Iudea traditoris Apostolum Matthiā legimus ordinātū, Apostolus Paulus, qui plus illis omnib. laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, non habebit, qui profecto cū alijs sanctis ad numerum iudicū se pertinere demonstrat, cum dicit. Nescitis quia angelos iudicabimus? De ipsis quoq; iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est. Non n. quia dictum est, Iudicantes duodecim tribus Israēl, tribus Leui, quæ tertiadecima est ab eis iudicanda non erit, aut solum illū populum, non etiam ceteras gentes iudicabunt. Quod aut̄ ait, in regeneratione, proculdubio mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic n. caro nostra regenerabitur per incorruptionē, quemadmodū est anima nostra regenerata per fidē. Multa prætereo, quæ de ultimo iudicio ita dici videntur, vt diligenter considerata reperiantur ambigua, vel magis ad aliud pertinentia, siue scilicet ad eum

F saluatoris aduentum, quo per totū hoc tēpus in ecclesia sua venit, hoc est, in membris suis particulatim atq; paulatim, qm tota corpus est eius, siue ad excidium terrenæ Hierusalē, quia & de illo cum loquitur, plerunque sic loquitur, tanquā de fine seculi, atque de illo die iudicij nouissimo & magno loquatur ita vt dinoscet non possit omnino, nisi ea quæ apud tres Euangelistas, Matthēum, Marcū, & Lucam, de hac re similiter dicta sunt, inter se omnia conferantur. Quædam quippe alter obscurius, alter explicat planius, vt ea quæ ad vnam rē pertinentia dicūtur, appareat vnde dicantur. Quod facere vtecunq; curauit in quadā epistola, quam rescripti ad beatæ memorie virum Hesychium Salonianæ vrbis Ep̄m, cuius epistola titulus est de fine seculi. Proinde iam illud hic dicam q; in Euangelio secundum Matthēum de separatione honorū

& malorū legitur periudicium præsentissimum atq; nouissimum Christi. Cum aut̄ venire, inquit, filius hominis in maiestate sua, &

omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, & cōgregabuntur ante eū omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, G

sicut pastor segregat oves ab hēdis. Et statuet oves quidem à dextris suis hēdos aut̄ à sinistris.

Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erūt, Venite benedicti patris mei poscidete patrū vobis regnū a constitutione mundi. Esu

riui. n. & dedidisti mihi manducare, sitiui, & dedidisti mihi bibere. Hos̄ pes eram, & collegisti me. Nudus, & cooperiuitis me. Infirmitas, & visitasti me. In carcere erā, & visitasti ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes.

Dñe, qm vidimus te esuriētē, & pauiimus, sitientem, & dedimus tibi potum? Qm aut̄ te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperiustum? Aut qm te vidimus infirmum, aut̄ in carcere, & venimus ad te?

Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quādū vni fecistis de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet, inquit, & his, qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Deinde similiter etiā his enumerat, q; illa non fecerint, quæ dextros fecisse memorauit. Similiterq; interrogantibus, qm eum viderint in horū indigenia constitutum, q; minimis suis non factum est, sibi factum non fuisse responderet, sermonemq; cōcludens. Et hi, inquit, in suppliciū æternū ibunt, iusti autem in vitam æternā.

Ioannes vero Euangelista apertissime narrat eum in resurrectione mortuorum futurum prædictissime iudicium. Cum n. dixisset: Neq; n. pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificant filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum, protinus addidit, Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternā, & in iudicium non veniet, sed transierit a morte in vitam. Ecce hic dixit fideles suos in iudicium non venire. Qūo ergo per iudicium separabuntur a malis, & ad eius dextram stabunt, nisi quia hoc loco iudicium pro dñatione posuit. In tale quippe iudicium non venient, qui audiunt verbū eius, & credunt ei qui misit illum.

Quæ

Ioan. 5.

Mat. 8.

Ioan. 5.

K

2. Cor. 5.

Rom. 10.

L

Pf. 100.

Ioan. 5.

Quæ sit prima resurrectio, quæ secunda. Cap. VI.

*D*einde adiungit & dicit: Amen amē di-
co vobis, quia venit hora, & nunc est,
qñ mortui audient vocē filij Dei: & qui au-
dierint, vivent. Sicut enim pater habet vitam
in semetipso, sic dedit & filio habere vitam
in semetipso. Nondū de secunda resurrectione
ne corporū loquitur, quæ in fine futura est,
sed de prima, q̄ nunc est. Hāc quippe vt di-
tingueret, ait: Venit hora & nunc est. Nō aut̄
ista corporū, sed animarū est. Habent enim
& animæ mortē suam in impietate, atq; pec-
catis. Secundū quam mortē mortui sunt, de
qbus idē dñs ait: Sine mortuos sepelire mor-
tuos suos: vt scilicet in anima mortui, in cor-
pore mortuos sepelirent. Propter istos ergo
impietate & iniuriam in anima mortuos: ve-
nit, inqt, hora, & nūc est, quando mortui au-
diēt vocē filij Dei: & qui audierint, vivent.

*K*ui audierint: dixit: qui obedierint, qui cre-
diderint, & vsq; in finē perseverauerint. Nec
fecit hic yllā differentiā bonorū & malorū.
Omnibus enim bonum est audire vocē eius
& vivere ad vitā pietatis ex impietatis mor-
te transundo. De qua morte ait Apostolus

Paulus: Ergo oēs mortui sunt, & pro omnibus
mortuus est vñus, vt qui viuunt, iam non
sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est,
& resurrexit. Oēs itaq; mortui sunt in pec-
caris, nemine prorsus excepto: siue originali-
bus, siue ēt voluntate additis: vel ignoran-
do, vel sciendo, vel faciendo q̄ in iustū est;
& pro omnibus mortuis, viuus mortuus est
vñus, idest, nullū habens omnino peccatū: vt
qui per remissionē peccatorū viuunt, ja non

Rom. 10c. sibi viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus
est propter peccata nostra, & resurrexit pro-
pter iustificationē nostrā: vt créderentes in eū,
qui iustificat impium, ex impietate iustifica-
ti, tanquā ex morte viuiscati ad primam re-
surrectionem, quæ nūc est animarū, pertine-
re possimus. Ad hāc, enim primam non per-
tinente, nisi qui erunt in aternū: ad secundā

*L*vero, de qua mox locuturus est, & beatos p-
tinere docebit, & miseros. Ista est misericor-
dię, illa iudicij. Propter quod in Psalmo scri-
ptū est: Misericordiam & iudicium cantabo
tibi domine. De quo iudicio consequenter
adiunxit, atq; ait potestatem dedit ei iudiciū

facerē, quia filius hominis est. Hic ostendit,
quod in ea carne veniet iudicaturus, in qua
venerat iudicandus. Ad hoc enim ait: quo-
niā filius hominis est. Ac deinde subiugēs
vñ agimus: Nolite, inquit, mirari hoc: quia
veniet hora, in qua omnes qui in monumen-
tis sunt, audient vocē filij Dei: & procedēt
qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ: qui
vero mala egerūt, in resurrectionē iudicij.
hoc est illud iudiciū, quod paulo ante sicut
nūc pro damnatione posuerat, dicens: Qui ver-
bū meū audit, & credit ei qui misit me, ha-
bet vitam aeternam: & in iudicium non ve-
nit, sed transit à morte in vitam, idest, perti-
nendo ad primam resurrectionem, qua nūc
transitur à morte animarū ad vitā virtutū, in
damnationem non veniet, quam significauit
appellatione iudicij: sicut etiā in hoc loco,
vbi ait: Qui vero mala egerunt, in resurrec-
tionē iudicij, idest, damnationis. Resurgat
ergo in prima, qui non vult in secunda resur-
rectione damnari. Venit ergo hora: & nunc
est, quando mortui audient vocē filij Dei: &
qui audierint vivent, id est, in damnationē
nō venient, quæ secunda mors dicitur: in quā
mortē post secundā, quæ corporū futura est,
resurrectionē p̄cipitabuntur, qui in prima
qua animarū est, nō resurgunt. Veniet enim
hora, vbi non ait, & nunc est: quia in fine se-
culi erit, hoc est, in ultimo & maximo iudi-
cio Dei, quando omnes qui in monumentis
sunt, audient vocē eius, & procedent. Nō di-
xit, quemadmodum in prima: & qui audie-
rint vivent. Non enim omnes viuent, ea scili-
cet, vita, quæ quoniā beata est, sola viadicē-
da est. Nā vtq; sine qualicunq; vita nou pos-
sent audire, & de monumentis resurgentे car-
ne pcedere. Quare aut̄ nō oēs viuet in eo q̄
sequitur, docet: qui bona, inquit, fecerunt, in
resurrectionem vitæ, hi sunt qui viuent: qui
vero mala egerunt, in resurrectionem iudi-
cij, hi sunt qui non venient: quia secunda
morte morientur. Mala quippe egerūt, quo-
niā malē vixerunt: male autem vixerunt,
quia in prima, quæ nūc est animarum resur-
rectione non reuixerunt, aut in eo quod re-
uixerant, non in finem usque manserunt. Si-
cut ergo duas sunt regenerationes, de quib.
iam supra locutus sum: una secundum fidē,
quæ nūc fit per baptismum: alia secundum
carnem, quæ fit in eius incorruptione at-
que

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

que immortalitate per iudicium magnū ,at-
que nouissimum , ita sunt & resurrectiones
dux,vna prima,quæ nunc est, animarū, quæ
venire non permitit in mortē secunda. Alia
secunda q̄ nunc nō est, sed in fine seculi futu-
ra est, nec animarū, sed corporū est, quæ per
vltimū iudiciū alios miceret in secundā mor-
tē, alios in eam vitā, quæ nō habet mortem.

De duabus resurrectionibus & de mille an-
nis , quid in Apocalypsi Ioannis scriptū
sit, & quid de eis rationabiliter sentiatur.
Cap. VII.

Apo. 20.

DE his duabus resurrectionibus idem
Ioannes Euangelista in eo libro q̄ dici-
tur Apocalypsis, eo modo locutus est, vt ea-
rum prima à quibusdā nostris nō intellecta,
insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas
verteretur . Ait quippe in libro memorato
Ioannes Apostolus: Et vidi angelum descen-
dentem de celo, habentem clauem abyssi, &
& catenam in manu sua, & tenuit draconem
illum serpentem antiquum, qui cognomina-
tus est diabolus, & Satanás, & alligauit illum
mille annis, & misit illū in abyssum & clau-
fit, & signauit super eū , vt non seduceret iā
gentes donec finiantur mille anni , post hęc
oportet eū solui breui tempore. Et vidi sedes
& sedentes super eas, & iudicium datū est il-
lis , & animas occisorū propter testimonīū
Iesu, & propter verbū Dei. Et si qui non ado-
rauerunt bestiam, nec imaginē eius, nec ac-
ceperint inscriptionē in frōte, aut in manu
sua, & regnauerunt cū Iesu mille annis, reli-
qui eorū nō vixerunt, donec finiantur mille
anni. Hęc resurrectio prima est. Beatus &
sanctus est , qui habet in hac prima resurre-
ctione partē . In istis secunda mors non ha-
bet potestatem , sed erunt sacerdotes Dei &
Christi, & regnabunt cū eo mille annis. Qui
propter hęc huius libri verba primam resur-
rectionē futurā suspiciati sunt corporalē, in-
ter cetera maxime numero annorū mille p-
moti sunt, tanquę oporteret in sanctis eo mo-
do velut tantū tēporis fieri sabbatismū, vaca-
tionē. S. sancta post labores annorum sex mi-
lium, ex quo creatus est homo , & magni il-
lius peccati merito in huius mortalitatis erū-
nas de paradisi felicitate dimisus est, & vt
quoniā scriptū est: Vnus dies apud domi-

Gen. 3.

num sicut mille anni, & mille anni sicut dies
vnus , sex annorū milibus tanquā sex diebus
impletis , sequatur velut sabbati septimus in
annis mille postremis, ad hoc. S. sabbatū cele-
brandū resurgentibus sanctis. Quæ opinio
esset vtcunq; tolerabilis , si aliquę delitię spi-
ritales in illo sabbato affutare sanctis per do-
mini præsentia crederentur . Nā etiam nos
hoc opinati fuimus aliquando. Sed cum eos
qui tunc resurrexerint, dicant immoderatissi-
mis carnalibus epulis vacatuos, in quibus
cibus tantus ac potus, vt non solū nullā mo-
destiā teneant , sed modum quoq; ipsius in-
credulitatis excedant , nullo modo ista pos-
sunt nisi à carnalibus credi. Hi aut qui spiri-
tales sunt, istos ista credentes ^{XVII. 14. 5. 6.} appelle-
lāt Gr̄co vocabulo: quod verbū è verbo ex-
primentes, nos possumus miliarios nuncu-
pare . Eos aut longū est resellere ad singula,
sed potius quema. Imodū scripture hęc ac-
cipienda sit, iam debemus ostendere. Ait ip-
se dominus noster Iesus Christus : Nemo
potest introire in domum fortis , & vasa ei-
ius eripere, nisi prius alligauerit fortē, diabo-
lum vōlens intelligi fortē, quia ipse genus
humanū potuit tenere captiuū , vasa vero
eius quæ fuerat erepturus, fideles suos futu-
ros, quos ille in diuersis peccatis atq; impie-
tarib. possidebat. Vt ergo alligaretur hic for-
tis, propterea vidit iste Apostolus in Apoca-
lypsi angelū descendē de celo, habentē cla-
uē abyssi, & catenā in manu sua. Et tenuit, in
quit, draconē, illū serpentē antiquū, qui co-
gnominatus est diabolus & Satanás: & alliga-
uit eū mille annis, hoc est , eius potestatē ab
eis seducendis ac possidendis, qui fuerant li-
berādi cohibuit atq; frenauit. Mille autē an-
ni, duobus modis possunt, quantū mihi oc-
currit, intelligi: aut quia in vltimis annis mil-
le ista res agitur, id est, sexto annorū miliario
tanquā sexto die, cuius nunc spatia posterio
ra volūtūr; sicuturo deinde sabbato , quod
non habet vesperā, requiē scilicet sanctorū,
quæ non habet finē, vt huius miliarij tanquā
drei nouissimam partē, quæ remanebit usq;
ad terminum seculi, mille annos appellau-
rit, eo loquendi modo , quo pars significa-
tur à toto: aut certe mille annos pro annis
omnibus huius seculi po suit: vt perfecto nu-
mero notaretur ipsa temporis plenitudo .
Millenarius enim numerus denarij num-
All. M.
lenarii

ri

Pf. 104.

Apo. 2C

Eph. 1.
Colo. 1.

2. Ti. 2

ri quadratum solidum reddit. Decē quippe decies ducta, fiunt centum, quæ iam figura quadrata, sed plana est. Ut aut in altitudinē surgat, & solida hat, rursus centū decies multiplicantur, & mille fiunt. Porro si cētū ipsa aliquo modo pro uniuersitate aliquā ponuntur, quale illud est, quod dñs omnia sua dimittenti & eum sequenti promisit, dicēs: Ac

F cipiet in hoc seculo centuplum. Quod expo
Mat. 19. nens quodammodo Apostolus ait: Quasi ni
hil habentes, & omnia possidentes: quia &

2. Cor. 6. ante iam dictum erat: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum est: quanto magis mille pro vniuersitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius denariæ quadratur? Vñ & illud me lius intelligitur, quod in Psalmo legit: Memor fui in seculū testamēti sui, uerbi quod mādauit in mille generationes, id est in oēs. Et misit illū, inquit, in abyssum: utiq; diabolū misit in abyssum. Quo nō significata est

Ps. 104. multitudo innumerabilis impiorū, quorum

Apo. 20. in malignitate aduersus Ecclesiam dei multum profunda sunt corda, non quia ibi diabolus ante nō erat, sed ideo dī illuc missus, quia exclusus a credētib. plus cepit impios possidere. Plus nāq; poscidetur a diabolo, q; nō solū alienatus est a deo, verumetia gratis odit seruientes deo. Et clausit, inq., & signauit super eū, ut iā nō seduceret gētes, donec finiat mille anni. Clausit su p eū, dictū est, interdixit ei ne posset exire, id est, uetiū trā sigredi. Signauit at quod addidit: significasse mihi uī, quod occultum esse uoluit, qui pertineat. Hoc quippe in seculo isto prorsus later, q; & qui uī stare, utrum sit casurus, & qui uī iacere, utrum sit resurrecturus, incertū est.

Ab eis at gentib. seducendis huius interdicti vinculo & claustro diabolus prohibetur atq; cohibetur, quas pertinentes ad Christū

Ephes. 1. seducebat ante, uel tenebat. Has.n.deus ele
Colo. 1. git ante mundi constitutionē eruere de potestate tenebrarum, & transferre in regnū filij claritatis suæ, sicut Apostolus ait. Nā seduce re illū gētes et nūc, & secum trahere in æternam poenam, sed nō prædestinatas in æternam uitā, quis fidelis ignorat? Nec moueat, quod sāpe diabolus seducit etiam illos qui iam regenerati in Christo, uias ingrediuntur dei. Nouit.n.dñs qui sunt eius, ex his in

æternam damnationem neminē ille seducit. Si o.n. nouit eos dñs, ut deus, quem nihil latet etiam futurorum, non ut homo, qui hominem ad præsens uidet, si tñ videt, cuius cor non uidet, qualis aut postea sit futurus, nec seipsum uidet. Ad hoc ergo ligatus est diabolus, & inclusus in abyssō, ut iā nō seducat gētes, ex quibus constat Ecclesia, quas antea seductas tenebat, antequam esjet Ecclesia. Nec.n. dictum est, ut non seduceret aliquem, sed ut nō seduceret, inquit, iā gentes, in quibus Ecclesiam procul dubio uoluit intelligi. Donec finiantur mille anni, id est, aut quod remanet de sexto die, qui constat ex mille annis, aut oēs anni, quibus deinceps hoc seculū peragendū est. Nec sic accipiēdū est qđ ait, ut non seduceret gentes donec finiantur mille anni, quasi postea seducturus sit eas dūtaxat gētes, ex quibus prædestinata constat Ecclesia, a quibus seducendis illo est uinculo claustroq; prohibitus. Sed aut illa locutione dictū est, quē in scripturis aliquoties inuenitur, qualis est in Psalmo. Sicut oculi nostri ad dominum deum nostrū, donec misereatur nostri. Neq;n. cum misertus fuerit, non erunt oculi seruorum eius ad dominum deum suū. At certe iste est ordo uerborū. Et clausit, & signauit super eū, donec finiat mille anni. Qđ uero interposuit, ut nō seduceret iā gentes, ita se habet, ut ab hu ius ordinis conexione sit liberū, & seorsum I intelligēdū, uelut si post adderet, ut sic se habet tota sententia. Et clausit, & signauit super eū, donec finiat mille anni, ut nō seducet iā gētes, id est, ideo clausit, donec finiat mille anni, ut iam non seduceret gente.

De alligatione & solutione diaboli.

Caput VIII.

P Ost hēc, inquit, oportet eum solui breui tpe. Si hoc est diabolo ligari, & inclusi, Ecclesiam non posse seducere: hēc ergo erit solutio eius, ut poscit? Absit. Nūquam enim ab illo Ecclesia seducetur prædestinata, & electa ante mundi constitutionem; de qua dictum est: Nouit dominus, qui sunt eius; Ephes. 1. & tamen hic erit Ecclesia illo tempore etiā 2. Tim. 2. quo soluendus est diabolus; sicut ex quo est instituta, hic fuit & erit omni tēpore, in suis Aug. Tomus Quintus. Cc. vtiq;

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

vtiq; qui succedunt nascendo morientibus.
Nam paulo post dicit, q̄ solutus Diabolus se

Apocal. A ductas gétes toto orbe terrarum attrahet in
20. bellum aduersus eā: quorum hostium numerus erit ut arena maris. Et ascenderunt, in-

Ibid. quiet, super terrae latitudinem, & cinxerunt castra sanctorum, & dilectam ciuitatem: & descendit ignis de cœlo a deo, & comedit eos; & Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudo prophetæ: & cruciabūtur die ac nocte in secula seculorum. sed hoc iam ad iudiciū nouissimum pertinet, quod nunc propterea cōmemorandum putauī, ne q̄s existimet eo ipso paruo tpe, quo soluetur Diabolus in hac terra, Ecclesiā nō futurā, illo hic eam uel non inueniente, cū fuerit solutus, vel absuētē, cū fuerit modis omnibus persecutus. Non itaq; per totū hoc tps, qđ liber iste complectitur à primo. sed aduentu Christi usq; in seculi finē, quo erit secundus eius aduentus: ita Diabolus alligatur, ut eius hęc ipsa sit allagatio; per hoc interuallum, qđ mille annorum numero appellat non seducere Ecclesiā, qñquidem illam nec solutus utique seducturus est. Nam profecto si ei alligari est, nō posse seducere siue non permitti: quid erit solui, nisi posse seducere siue permitti? Quod absit ut fiat: sed allagatio Diaboli, est non permitti exercere totam tentationē, quam pōt vel vi vel dolo 2d seducendos homines in partē suam cogendo uolenter, fraudulenterve fallendo. Quod si permettere in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorū plurimos tales quales Deus id sperpet nō uult, & si teles deiiceret, & ne erederet, impediret. Qđ ne faceret, alligatus est. Tunc aut̄ soluetur, qñ & breue tps erit. Nā tribus annis & sex mensibus legitur totis suorumq; uiribus fæuiturus: & tales erūt, cum quibus ei belligerādū est, ut uinci tāto eius impetu insidijsq; non possint. Si aut̄ nunq; solueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sancte ciuitatis fidelissima patientia probaretur: minus deniq; perspicere tur, nam magno eius malo tam bene fuerit vsus omnipotens Deus, qui eum nec oīno abilulit a tentatione sanctorum, quanuis ab eorum interioribus hominibus ubi in Deū creditur, foras missum: ut forinsecus eius op-

pugnationē pficeret, & in eis q̄ sunt ex parte ipsius alligauit: ne quātā posset effundēdo & exercendo malitiam innumerabiles infi-

mos, ex quibus ecclesiam multiplicari & impleri oportebat: alios credituros, alios iā credentes, a fide pietatis hos deterret, hos frangeret. Et soluetur in fine, vt q̄ fortē aduersariū dei ciuitas superauerit, cū ingēti gloria sui redēptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. In eorum sanē, qui tunc futuri sunt, sancto rū atq; fideliū comparatione quid sumus?

Qñquidem ad illos probandoς tantus soluerit inimicus, cum quo nos ligatos tātis periculis dimicamus. quanuis & hoc temporis interuallū, quōdā milites Christi tam prudentes, & fortes fuisse atque esse non dubium est, ut etiam si tunc in ista mortalitate uiuerēt, qñ ille soluetur, oēs insidias eius atq; impetus, & cauerent prudētissime, & patientiē sustinerent. Hęc aut̄ allagatio diaboli nō solū facta est, ex quo coepit ecclēsia pr̄ter Iudæam terrā in nationes alias, aliasq; dilatari: sed et nunc fit, & fieri usq; ad terminū seculi, quo soluēdus est: q̄a & nunc homines ab infidelitate, in qua ipse eos possebat, conuertuntur ad fidem, & vsq; in illum finem sine dubio conuertentur. Et utiq; vnicuiq; fidelium iste fortis tunc alligatur, qñ ab illo tanquam uas eius eripitur, & abyslus ubi inclusus est non in eis cōsumpta est, qñ sunt mortui, qui tunc erant qñ esse coepit inclusus, sed successerunt eis alii nascendo, atq; succedūt donec finiat hoc seculū,

Mat. 11.

qui oderint Christianos: in quorū quotidie uelut in abyſlo cæcis, & profundis cordibus includatur. Vtrum autem etiam illis ultimis tribus annis & mēsibus sex qñ solutus totis virib. sequiturus est, aliquis in qua nō fuerat fit accessurus ad fidem, nōnulla quæſtio est.

Dam. 12.

Quō. n. stabit quod dicitū est: Quis intrat in domum fortis, vt uasa eius eripiat, nisi prius alligauerit fortē, si etiā soluto eripiūt? Ac p̄ hoc ad hoc cogere uidetur ista sententia, ut credamus illo licet exiguo tempore nemine accessurum esse populo Christiano, sed cū eis, qui iam Christiani reperti fuerint diabolum pugnaturum ex quibus etiam si aliqui uicti secuti eum fuerint, non eos ad predestinatum filiorum dei numerum pertinere. Neq; enim frustra idem Ioānes Apostolus,

Mat. 11.

Apo. 20.

Apocal.

20.

B

le annorum numero appellat non seducere Ecclesiā, qñquidem illam nec solutus utique seducturus est. Nam profecto si ei alligari est, nō posse seducere siue non permitti: quid erit solui, nisi posse seducere siue permitti? Quod absit ut fiat: sed allagatio Diaboli, est non permitti exercere totam tentationē, quam pōt vel vi vel dolo 2d seducendos homines in partē suam cogendo uolenter, fraudulenterve fallendo. Quod si permettere in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorū plurimos tales quales Deus id sperpet nō uult, & si teles deiiceret, & ne erederet, impediret. Qđ ne faceret, alligatus est. Tunc aut̄ soluetur, qñ & breue tps erit. Nā tribus annis & sex mensibus legitur totis suorumq; uiribus fæuiturus: & tales erūt, cum quibus ei belligerādū est, ut uinci tāto eius impetu insidijsq; non possint. Si aut̄ nunq; solueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sancte ciuitatis fidelissima patientia probaretur: minus deniq; perspicere tur, nam magno eius malo tam bene fuerit vsus omnipotens Deus, qui eum nec oīno abilulit a tentatione sanctorum, quanuis ab eorum interioribus hominibus ubi in Deū creditur, foras missum: ut forinsecus eius op-

Mat. 12.

E qui & hanc Apocalypsim scripsit, in epistola sua de quibusdam dixit. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permanissent usque nobiscum. Sed quid fieri de parvulis? Nimirum quippe incredibile est, nullos iam natos & nondum baptizatos, praeoccupari Christianorum filios illo tempore infantes: nullos et ipsi nasci iam diebus: aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lauacrum regenerationis modo quoconque perduci. Quod si fieri, quo pacto soluto iam diabolus valet ista eripientur, in cuius domum nemo intrat, ut valet eius eripiat, nisi prius alligaerit eum? Immo vero id petius est credendu, ut nec qui cadant de ecclesia, nec qui accedant ad ecclesiam illo tempore defuturos, sed profecto tam fortes erunt & parentes pro baptizandis parvulis suis: & hi qui tunc primitus credituri sunt, ut illi sortem vincant etiam non ligatum, i. oibus, quibus antea nunquam, vel artibus insidiantem, vel urgente viribus, & vigilanter intelligent, & toleranter ferent: ac sic illi etiam non ligato eripientur. Nec ideo falsa erit euangelica illa sententia. Quis intrat in domum fortis, ut valet eius eripiat, nisi prius alligaerit fortem? Secundum. n. finis eius veritatem, ordo iste servatus est, ut prius alligaeretur fortis, creptiusque; valet eius: longe lateque; in oibus generalibus ex firmis & infirmis ita multiplicaretur ecclesia, ut ex ipsa rerum diuinorum predicatorum & impletarum robustissima fide, etiam soluto valet posset auferre. Sicut. n. fatendum est, multorum refrigerescere charitatem, cum abundant iniquitas: et inusitatim maximisque; persecutionibus atque fallacijs diaboli iam soluti, eos qui in libro vita scriptum non sunt, esse multos cesturos, hinc cogitandum est, non solum quos bonos fideles illud tempore inueniet, sed nonnullos etiam qui fortis adhuc erunt, adiuuante dei gratia per considerationem scripturarum: in quibus & alia & finis ipse pronunciatus est, quem venire iam sentiunt: ad credendum, quod non credebant, futuros esse firmiores: & ad vindicandum etiam non ligatum diabolum fortiores. Quod si erit, propterea precessisse credenda est eius alligatio, ut & ligati & soluti expoliatio sequeretur: quoniam de hac re dictum est.

Matt. 12. F ideo falsa erit euangelica illa sententia. Quis intrat in domum fortis, ut valet eius eripiat, nisi prius alligaerit fortem? Secundum. n. finis eius veritatem, ordo iste servatus est, ut prius alligaeretur fortis, creptiusque; valet eius: longe lateque; in oibus generalibus ex firmis & infirmis ita multiplicaretur ecclesia, ut ex ipsa rerum diuinorum predicatorum & impletarum robustissima fide, etiam soluto valet posset auferre. Sicut. n. fatendum est, multorum refrigerescere charitatem, cum abundant iniquitas: et inusitatim maximisque; persecutionibus atque fallacijs diaboli iam soluti, eos qui in libro vita scriptum non sunt, esse multos cesturos, hinc cogitandum est, non solum quos bonos fideles illud tempore inueniet, sed nonnullos etiam qui fortis adhuc erunt, adiuuante dei gratia per considerationem scripturarum: in quibus & alia & finis ipse pronunciatus est, quem venire iam sentiunt: ad credendum, quod non credebant, futuros esse firmiores: & ad vindicandum etiam non ligatum diabolum fortiores. Quod si erit, propterea precessisse credenda est eius alligatio, ut & ligati & soluti expoliatio sequeretur: quoniam de hac re dictum est.

Matt. 14. Quis intrabit in domum fortis, ut valet eius eripiat, nisi prius alligaerit fortem?

Apoc. 20.

Quid sit regnum sanctorum cum Christo? per mille annos, & in quo discernatur a regno aeterno. Cap. IX.

Interea dum mille annis ligatus est dominus, sancti regnare cum Christo est ipsis mille annis eisdem sine dubio, & eodem modo intelligenda, i. isto iam tempore prioris eius aduentus. Excepto quippe illo regno, de quo in fine dicturus est: Venite benedicti patris mei, posidete paratum vobis regnum. Nisi nam aliquo modo longe quidem impari iam nunc regnarent cum illo sancti eius, quibus ait: Ecce ego vobis sum usque in coenunctionem seculi: profecto non est nunc dicere ecclesia regnum eius, regnum ve celorum. Nam utique isto tempore in regno dei eruditus scriba ille, qui profert de thesauro suo noua & vetera: de quo supra locuti sumus. Et de ecclesia collectori sunt zizania menses illi, que permisit cum tritico simili crescere usque ad messem. Quod exponens ait, Messis est finis seculi: menses autem angelii sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi: mittet filius homines angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Nunquid de regno illo, ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno eius, quod est hic ecclesia, colligentur. Item dicit: Qui soluerit vobis de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum: qui autem fecerit & sic docuerit, magnus vocabitur in regno celorum. Vtrumque dicit in regno celorum, & qui non facit mandata que docet: hoc est n. soluere, non seruare, non facere: & illi qui facit & sic docet: sed istum minimum, illum magnum. Et continuo secutus adiungit. Dico. n. vobis, quia nisi abdauerit iustitia vestra super scribarum & phariseorum, i. super iustitiam eorum, qui soluerunt quod docet. De scribis enim & phariseis dicit alio loco: Quid dicit & non faciunt. Nisi ergo super eos abdauerit iustitia vestra, i. ut vos non soluatis, sed faciatis potius quod docetis: non intrabitis, inquit, in regnum celorum. Alio modo igitur intelligendum est regnum celorum, ubi ambo sunt: & ille, s. qui soluit quod docet, & ille qui facit: sed ille minimus, iste magnus. Alio modo autem regnum celorum dicitur, quo non intrat nisi ille qui facit. Ac per hoc utrumque

nunc est, cū mortui audient vocē filij dei: & quod audierint, uiuent reliqui uero eorum non uiuent. Quod vero subdidit: Donec finiatur mille anni: intelligendum est, quod eo tēpore non uixerunt, quo uiuere debuerunt, ad uitam s. de morte transēdo. Et iō cum dies venerit, quo fiet & corporū resurrectio, non ad uitam de monumentis procedent, sed ad iudicium: ad damnationem s. quā secunda mors dicitur. Donec n. finiantur mille anni, quicunq; non uixerit, id est, isto toto tpe, quo agitur prima resurrectio, non audierit vocem filij dei, & ad uitam de morte nō trāsferit: profecto in secunda resurrectione, q̄ carnis est, in mortem secundā cum ipsa carne transibit. Sequitur. n. & dicit. Hac resurrectio prima est. Beatus & sanctus qui habet in hac prima resurrectione partē, id est, parti ceps eius est. Ipse autē particeps eius, qui non solū a morte quā in peccatis est reuiuiscit, uerum etiam in eo qd̄ reuiixerit, p̄manet. In istis, inquit, secunda mors non habet potestatē. Habet autē in religiōs, de quib. superius ait.

B Reliqui corū non uixerūt, donec finiantur mille anni: qm̄ illo toto temporis interuallo qd̄ mille annos uocat, quātūcūq; in eo quis que corū uixit in corpore, nō reuixit a morte: in qua eū tenebat impietas, ut sic reuiuiscēdo prime resurrectionis particeps fieret, atq; in eo potestatē secunda mors nō haberet.

Quid respondentum sit eis, qui putant resurrectionē ad sola corpora, non etiā ad animas pertinere. **Cap. X.**

SVNT qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum, ideo istam quoq; in corporibus primam futuram esse contendunt. Quorum n. est, inquit, cadere, eorū esse resurgere. Cadunt autē corpora moriendo: nam & a cadendo cadauerā nuncupant.

Cadauer à caden- do. Non ergo animarū, inquit, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicūt, qui eam resurrectionem appellat? Nam ēm interiorem, non ēm exteriorem hominem utiq; resurrexerant, quibus ait. Si consurrexitis cum Christo, quāe sursum sunt sapite: Quem sensum uerbis aliis alibi posuit, dicens. Ut quemadmodum Christus a mortuis resurrexit per gloriam patris, sic & nos in nouitate uitiae ambulemus. **Hinc est & illud. Surge qui dormis, &**

exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Quod autē dicunt, non posse resurgere nisi q̄ cadunt, & ideo putant resurrectionē ad corpora, nō ad animas pertinere, quia corporū est cadere, cur non audiunt, Non recedatis ab illo ne cadatis: &, si domino stat, aut cadit, &, qui putat se stare, uideat ne cadat? Puto. n. q̄ in anima, non in corpore casus iste cauendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autē & animae, profecto & aīas resurgere cōfīdendum est. Quod autē cū dixiſ set. In istis secunda mors non habet potestatem, adiunxit atq; ait. Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cū eo mille annis: non utique de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie iam uocantur in ecclesia sacerdotes: sed sicut oēs Christianos dicimus p̄p̄ mysticum christina: sic omnes sacerdotes, qm̄ membra sunt unius sacerdotis. De quibus Apostolus Petrus. Plebs, inqt, sancta, regale sacerdotiū. Sanè licet breuiter atq; tranſeunter insinuauit deum esse Christū, dicendo sacerdotes dei & Christi, hoc est, patris & filii: quanuis p̄p̄ formā serui fit filius hoīs, ita ēt sacerdos Christi effectus fit in æternū, ēm ordinem Melchisedech.

De qua re in hoc opere non semel diximus. De Gog & Magog, quos ad persequendam ecclesiam Dei solutus prope finem seculi diabolus incitat. **Cap. XI.** **D** Ps. 109.

ET cum finiti fuerint, inquit, mille anni, soluetur Satanas de custodia sua, & exhibet ad seducendas nationes, quāe sunt in quatuor angulis terrae Gog & Magog, & trahet eos in bellum, quorum numerus est ut arena maris. Ad hoc ergo tunc seducet, ut in hoc bellum trahat. Nam & antea modis quibus poterat, per mala multa & uaria seducebat. Exibit autem dictum est, in apertam persecutionem: de latebris erupet odiorū. Hac n. erit nouissima persecutio nouissimo imminentē iudicio, quam sancta ecclesia toto terrarum orbe patietur, vniuersa scilicet ciuitas Christi ab uniuersa diaboli ciuitate quantacūq; erit ultraq; super terrā. Gētes q̄p̄ pe istā, quas appellat Gog Magog, non sicut accipiendae, tanquā sint aliqui in aliqua parte terrarum Barbari constituti: sive quos nū Gog, quidā suspicatur Getas & Massagetas, p̄p̄ & Māliteras horum nominū primas, sive aliquos geg.

Error ēa liquoriū, ex signifi- catione harū dñis Aug. Tomus Quintus Cc 3 alios

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

alios alienigenas, & a Romano iure seiu-
etos. Toto nanq; orbe terrarū significati sūt
isti esse, cū dictū est. Nationes, q; sunt in qua
tuor angulis terræ, easq; subiecit esse Gog
& Magog. Quorū interpretationum nomi-
num esse comperimus Gog tectum, Magog
detectum, tanquā domus, & ipse qui procedit
de domo. Gentes igitur sunt, in quibus dia-
bolum uelut in abyssō superius intellige-
bamus inclusum: & ipse de illis quodammodo
sele efferens & procedens, ut ille sint tectū,
ipsa de tecto. Si at vtrūq; referamus ad gen-
tes, nō vnū horū ad illas, alterū ad diabolū,
& tectū ipsæ sunt, q; in eis nūc includitur,
& quodammodo tegitur inimicus antiquus,
& de tecto ipsæ erunt, q; in apertum odium
de operto erupture sunt. Quod uero ait: Et

^{pa. 20.} **G** ascenderunt super terrę latitudinē, & cinxe-
runt castra sanctorum, & dilectā ciuitatem:
non vtq; ad vnum locum venisse vel uen-
turi esse significati sunt, quasi aliquo uno lo-
co futura sint castra sanctorum, & dilecta ci-
uitas, cum hęc nō sit nisi Christi ecclesia to-
to terrarū orbe diffusa: ac per hoc ubicunq;
tūc erit, q; in oībus gētib. erit, qd signifi-
ca tūc est noīe latitudinis terrę: ibi erūt caltra sā-
ctorū, ibi erit dilecta deo ciuitas eius, ibi ab
oībus inimicis suis: q; & ipsi in oībus gēti-
bus cū illa erūt psecutionis illius immanita-
te cingēt, hoc est, in angustias tribulationis
artabit, urgebit, cōcludebit: nec militia suā
deseret, q; uocabulo est appellata castrorum.

An ad ultimum supplicium pertineat impiorum, quod descendisse ignis de coe-
lo, & eosdem comedisse memo-
ratur. **Cap. XI.**

^{pa. 20.} **Q** uod uero ait, Et descēdit ignis de cœlo
& comedit eos: non extremū pūadū est
^{Matt. 25.} id enī suppliciū, qd erit cū diceat: Discedite
a me maledicti in ignē aternū. Tunc quippe
in ignē mittētur ipsi, nō ignis de cœlo ueniet
su pīlos. Hic at bñ intelligitur ignis de eos
lo de ipsa firmitate sanctorū, qua nō cessuri
sunt sequentibus, ut eorum faciant uolunta-
tem. Firmamentum n. est cēlum, cuius fir-
mitate illi cruciabuntur ardentiissimo zelo,
q; nō potuerunt attrahere in partes Anti-
christi sanctos Xpi. Et ipse erit ignis q; come-

det eos, & hoc a deo: q; dei mutier infupe-
rables fiunt sancti, uñ excruciatūr inimi-
ci. Sicut n. zelus in bono positiū est, ybi legi-
tur, Zelus domus tuę comedit me: Ita econ-
tratio in malo, ubi dī Zelus occupauit ple-
bē ineruditā. Et nunc ignis contrarios come-
det, & nūc utiq; excepto, s. ultimi illius igne
iudicij. Aut si ipsam plagam, qua percutiēdi-
citur, sunt ecclesię persecutores veniente iā Chri-
sto, quos uiuentes inueniet super terram, ^{2. Th. 2.} 1/4. 11
quando interficiet Antichristum spiritu oris
sui, ignē appellauit descendente de cœlo
eosq; comedentem, neq; hoc ultimum sup-
plicium erit impiorum, sed illud quod facta
corporum resurrectione passuri sunt.

An ante tempus persecutionis Antichristi
mille anni annumerandi sunt.

Caput XIII.

Hec persecutio nouissima, q; futura
est ab Antichristo, sicut iā diximus: q; I
& in hoc libro superius, & apud Danielem
prophetam possum. est, tribus annis & sex
mensibus erit. Quod tps quanū exiguum,
vtrum ad mille annos pertineat, quibus & ^{Dan. 11.}
diabolum ligatū dicit, & sanctos regnare cū
Xpo: an eisdem annis hoc parū spatiū supe-
raddatur, atq; sic extra, merito ambiguit: q; Apoc. 2.
si dixerimus ad eosdem annos hoc pīnere,
non tanto tpe, sed prolixiore cum Christo
regnum sanctorum reperiētur extendi, q;
diabolus alligari. Profecto n. sancti cū suo
rege etiā in ipsa prēcipue persecutione re-
gnabunt mala tanta uincentes, q; iā diabo-
lus nō erit alligatus, vt eos persequi omnib.
viribus possit. Quo erga ista scriptura eisdē
mille annis utrunq; determinat, diaboli f.
alligationē regnumq; sanctorū: cū triū an-
norū & sex mensium interuallo prius desi-
gnat alligatio diaboli. q; regnum sanctorum
in his mille annis cum Christo? Si at dixeri-
mus parū persecutionis huius hoc spatiū
non computandū in mille annis, sed eis im-
pletis potius adjiciendū, vt proprie posset in-
telligi, quod cum dixisset, Sacerdotes dei &
Christi regnabūt cū eo mille annis: adiecit,
Et cū finiti fuerint mille anni, soluetur Sata-
nas de custodia sua. isto enim mō & regnū
sanctorū, & uinculum diaboli simul celatu-
ra esse significat, ut deinde psecutionis illi-
tempus.

tempus nec ad sanctorum regnum, nec custodiā satanæ, quorū virtus in mille annis est, pertinere, sed superadditū & extra computandum esse credatur; fateri sanctos in illa persecutio regnatos nō esse cū Christo. Sed quis audeat dicere, tunc cū illo non regnatura sua membra, qñ ei maxime atq; fortissime cohærebunt, & quo t pē quanto erit acrior impetus belli, tanto maior gloria non cedenti, tanto densior corona martyrij? Aut si pp tribulationes, quas passuri sunt, nō dīcendi sunt regnaturi, qñ erit vt et superioribus diebus in eisdem mille annis quicunq; tribulabantur sanctorum eo ipso t pē tribulationis sue cū Christo non regnasse dicantur; ac per hoc & illi quorū aias author libri huius vidisse se scribit occisorum pp testimonium Iesu, & pp verbū dei, nō regnabat cum Christo, qñ patiebantur persecutione: & iſi regnum Christi non erant, quos Christus excellētius posidebat. Absurdissimum

Lid quidem est, & omnino aduersandū. Sed certe aia viētrices gloriosissimorum martyrum, oib; doloribus, ac laboribus superatis atq; finitis, postea q; mortalia membra posuerūt, cum Christo utiq; regnauerunt & regnant, donec finiatur mille anni, vt postea receptis etiā corporibus iam immortalibus regnent.

Dan. 12. Proinde tribus illis annis atque dimidio aia occisorū pro eius martyrio, & quæ antea de corporibus exierunt, & quæ ipsa nouissima persecutione sunt exituræ, regnabit cū illo, donec finiatur mortale seculum, & ad illud regnum ubi mors non erit, transeat. Quocirca cū Christo regnantiū sanctorū, plures anni erunt, q; vinculi diaboli, & custodiarū: q; illi

Apo. 20. cum suo rege dei filio, iam diabolo non ligato etiam per tres illos annos, ac semissim regnabunt. Remanet igitur, vt cū audimus, Sacerdotes Dei & Christi regnabunt cū illo mille annis; & cum finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de custodia sua: aut non regni huius sanctorū intelligamus annos mille finiri, sed vinculi diaboli atque custodiarū. Aut annos mille, i. annos oēs suis quisq; horis diuersis, ac proprijs prolixitatibus finidos, ampliores sanctorum regno, breuiores diaboli vinculo: aut certe qm trium annorum & sex mensium breuisimū spatum est, cōputari voluisse credatur, sive quod minus

satanæ vinculū, sive quod amplius vñ regnum habere sanctorū: sicut de quadringētis annis in sextodecimo huius operis volumine disputauit; qm plus aliquid erant, & tamē quadringēti sunt nuncupati, & talia sēpe reperiuntur in literis sacris, si quis aduertat.

De damnatione diaboli cum suis, & per recapitulationem de resurrectione corporum omnium mortuorum, & de iudicio ultimæ tribulationis. Cap. X I I I.

Post hanc autem commemorationem nouissimæ persecutionis, br̄ complectitur totum, quod ultimo iam iudicio diabolus, & cum suo principe ciuitas inimica passura est. Dicit.n. Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, quo & bestia & pseudo prophetæ excruciantur die ac nocte in secula seculorum. Bestiam bene intelligi ipsam impiam ciuitatem, supra iam diximus. Pseudo vero propheta eius, aut Antichristus est, aut imago illa, i. figuramentum illud, de quo ibi locutus. Post hæc nouissimum iudicium, qđ erit in secunda resurrectione mortuorum, que corporum est, recapitulando narrat, quo sive rit sibi reuelatū. Et vidi, inquit, thronum magnū & candidū, & sedentem super eū, cuius a facie fugit cœlum, & terra, & locus eorū non est inuenitus. Non ait, vidi thronum magnū & candidū, & sedentem super eum, & ab eius facie fugit cœlū & terra, qm nondum factum est, i. antequam esset de viuis & mortuis iudicatu: sed eum se vidisse dixit in throno sedentem, a cuius facie fugit cœlum & terra, sed postea. Peracto quippe iudicio tunc esse definit hoc cœlum & hæc terra, quando incipiet esse cœlum nouum & terra noua. Mutatione nanque rerum non omnimodo interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus ait. Præterit enim figura huius mundi, volo vos sine soliditudine esse. Figura ergo præterit, non natura. Cum ergo se Ioannes vidisse dixisset sedentē super thronum, a cuius facie, quod postea futurum est, fugit cœlum & terra. Et vidi, inquit, mortuos magnos & pusilos, & aperti sunt libri; & aliis liber apertus est, qui est vita viuis cuiusque, & iudicati sunt mortui ex

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Ipsis scripturis librorū sūm facta sua. Libros
 Liberū dixit esse apertos, & librū. Sed librum cuius
 modi sit, nō tacuit, qui est, inquit, vitæ vnius
 cuiusq;. Ergo illi libri, quos priore loco pos-
 sunt, intelligēti sunt sancti, & veteres, & no-
 vi, vt in illis ostenderetur, q̄ Deus fieri sua man-
 data ius sisset: in illo autem qui est vita vniuersi
 iusque, qd horum quisq; nō fecisset siue fe-
 cisset. Qui liber si carnaliter cogite, q̄s eius
 magnitudinē, aut longitudinē valeat & simila-
 re? Aut quanto t̄ p̄ legi poterit liber, in quo
 scripta sunt vniuersæ vitæ vniuersorū? An
 tatus angelorū numer⁹ aderit, quātus hoīmer-
 erit: vt & vitā suā quisq; ab angelo sibi adhi-
 bito audiat recitari? Nō ergo vñus liber erit
 oīum, sed singuli singulorū: Scriptura vero
 ista vñū volēs intelligi: Et alijs, inquit, liber
 apertus est. Quādam igit̄ viselit intelligenda
C diuina; qua fieri, vt cuiq; opera sua, vel bona,
 vel mala cūcta in memorīa reuocent, & mē-
 tis intuiu mira celeritate cernātur: vt accu-
 set, vel excusat scia consciā: atq; ita simul,
 & oēs, & singuli iudicentur. Quæ nimurum
 vis diuina, libri nomē accepit. In ea quippe
 quodammodo legi⁹, quicquid a faciēte reco-
 lit⁹. Vt autē ostendit, qui mortui sint iudicāti, i.
 pusilli cū magnis, recapitulando dicit tanq;
 ad id rediens, qd p̄terierat, potius ve-
 ditor: Et exhibuit mare mortuos, qui in eo
 erant: & mors, & infernus reddiderunt mor-
 tuos quos in se habebant. Hoc proculdubio
 prius factū est, q̄ effēt mortui iudicauit: & tñ
 illud prius dictū est. Hoc ergo est qd̄ dixi re-
 capitulando eū ad id redisse, qd̄ intermis-
 erat. Nunc autē ordinē tenuit atq; vt explicaret
 ipse ordo, cōmodius ēt de iudicatis mortuis,
 quod dixerat, suo repetiuit loco. Cum n. di-
 xisset: Et exhibuit mare mortuos, qui in eo
 erant, & mors, & infernus reddiderunt mor-
 tuos, quos in se habebā: mox addidit, quod
 paulo ante dixerat. Et iudicati sunt singuli
 sūm facta sua. Hoc est n. quod supra dixerat:
 Et iudicati sunt mortui secundum facta sua.

D Qui sunt mortui, quos ad iudicium exhibuit
 mare, vel quos mors & infernus red-
 diderint. Cap. X V.

Sed qui sunt mortui, quos exhibuit mare,
 qui in eo erant? Neque n. qui in mari mo-

riuntur, nō sunt in inferno, aut corpora co-
 rum seruātur in mari: aut, qd̄ est absurdius,
 mare habebat bonos mortuos, & infernus
 malos? Quishoc putauerit? Sed profecto cō-
 ueniēter quidam hoc loco, mare pro isto se-
 culo positū accipiunt. Quum ergo, & quos
 hic inueniet Christus in corpore cōstitutos,
 simul significaret cum ijs, qui resurrecti
 sunt, iudicados: et ipsos mortuos appellavit,
 & bonos, quibus dī: Mortui. n. estis, & uita Col. 3.
 vestra abscondita est cum Christo in deo. Et Matt. 8.
 malos, de quaib⁹ dī: Sine mortuos, sepelire
 mortuos suos. Pñt mortui ēt p̄p hoc dici, q̄
 mortalitā gerunt corpora. Vnde Apost. Cor-
 pus quidē, inquit, mortuū est p̄p peccatum,
 spiritus autem uita est p̄p iustitiam. Vtrungq; in
 hōe viuente, atq; in hoc corpore constituto
 esse demōstrans: & corpus mortuum, & spi-
 ritū vitam. Nec tñ dixit corpus mortale sed
 mortuum quis. eadem paulo post ēt morta-
 lia corpora, sicut ystatiū vocantur appellet.
 Hos ergo mortuos exhibuit mare, qui in eo
 erant, i.e. exhibuit homines hoc seculū quicq;
 in eo erant, qui nōdūm obierant. Et mors, &
 infernus, inquit, reddiderunt mortuos, quos
 in se habebant. Mare exhibuit; quia sicut in-
 venti sunt, affuerunt; Mors vero & infernus
 reddiderunt: qm̄ vitæ, & le qua iam exierant,
 reuocauerunt. Nec frustra fortasse non satis
 fuit, vt diceret: mors, aut infern⁹, sed vtrungq;
 dictum est: Mors, p̄p bonos, qui tantummo-
 do mortem perpeti potuerunt, non & infernū:
 infernus autem p̄p malos, qui ēt p̄x-
 nas apud inferos pendunt. Si. n. non absurdus
 credi vē, antiquos etiam sanctos, qui venturi
 Christi tenuerunt fidem, locis quidem a tor-
 mētis inpiorum remotissimis, sed apud in-
 feros fuisse, donec eos inde sanguis Christi,
 & ad ea loca defensus erueret: profecto de-
 incepit boni fideles effuso illo precio iam re-
 dempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiā
 receptis corporibus, bona recipiāt, que me-
 rentur. Cum autem dixisset: Et iudicati sunt
 singuli secundum facta sua: breuiter subiecit,
 quemadmodum fuerint iudicati: Et mors, &
 infernus, inquit, misi sunt in flagrū ignis;
 his nominibus significans diabolum, quo-
 man mortis est author & infernarum poe-
 narum: vniuersamque simul demonum so-
 cietatem. Hoc n. quod supra evidenter pre-
 occu-

Goccupando iam dixerat: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris. Quod ibi vero obscurius adiunxit, dicens: Quod & bestia, & pseudo propheta: hic apertius: Et qui non sunt inventi, inquit, in libro vite scripti, misi sunt in stagnum ignis. Non deum liber iste commemorat, ne obliuione fallatur: sed prædestinatio significat eorum, quibus æterna dabitur vita. Neque nescit eos deus: & in hoc libro legit, ut sciat: sed potius ipsa eius præsentia de illis, quae falli non potest: liber est vita: in quo sunt scripti, id est, præcogniti.

Prefixa
dei liber
m.u.e. **D**e celo nouo, & terra noua. Cap. XVI.

Mat. 25. **F**inito autem iudicio, quo prænuntiavit iudicando malos, restat ut etiæ de bonis dicat. Iam n. explicavit quod bear Apo. 21. a domino dictum est: Ibunt isti in supplicium eternum; sequitur, ut explicet, quod est ibi connectitur: nulli aut in vitam æternam. Et vidi, inquit, celum nouum, & terram nouam. Nam primum celum, & terra prima recesserunt: & mare iam non est. Isto fiet ordine, quod superius præoccupando iam dixit: vidisse te super thronum sedentem, a cuius facie fugit celum & terra: Iudicabis quippe his, qui scripti non sunt termini in libro vite, & in æternum ignem missi, qui cognitus ignis cuiusmodi, & in qua mundi, vel rerum parte futurus sit, hoīem scire arbitror neminem, nisi forte cui spūs diuinus ostendit. Tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit: sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluvij. Illa itaque, ut dixi, conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, arrendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabilis mutatione conueniant, ut s. mūdus in melius innouatus, apte accommodetur hoībus, & carne in melius innouatis. Quod autem ait: Et mare iam non est: utrum maximò illo ardore sicce, an & ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Cœlum quippe nouum, & terram nouam futuram legimus. De mari autem novo aliquid me uspiā legisse, non recolo, nisi quod in eodem libro repetitur, tanque mare vitru simile crystallo. Sed

tunc non de isto fine seculi loquebatur, nec proprie dixisse videtur mare, sed tanque mare. Quāuis & nunc sicut amat prophetica locutio proprijs verbis translata miscere, ac sic quodammodo velare quod domino potuit de illo mari dicere. Et mare iam non est: de quo supradixerat. Et exhibuit mare mortuos, quin eo erant. Iam n. tunc non erit hoc seculum vita mortalium turbulentum, & procellosum, quod maris nomine figurauit.

I
Apo. 3 T.
Apo. 20.

De ecclesiæ glorificatione sine fine, post mortem. Cap. XVII.

Et ciuitatem, inquit, magnam Hierusalem nouam vidi descendente de cœlo, a Deo aptatâ quasi nouam nuptiam, ornatam marito suo. Et audiui uocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hoībus, & habitabit cū eis, & ipsi erunt populus eius, & ipse deus erit cū eis. Et abstergit ab oculis eorum oēm lachrimam & mors iam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quia priora abierunt. Et dixit sedens in throno: Ecce noua facio oīa. De cœlo descendere ista ciuitas domino, quoniam celestis est gratia, qua deus eā fecit. Propter quod ei dicit est per Esaiam. Ego sum domins facies te. Et de cœlo quidem ab initio sui descendit, ex quo per huius seculi tempore gratia Dei desuper veniente per lauacrum regenerationis in spiritu sancto missum de cœlo, subinde ciues eius accrescunt. Sed per iudicium dei, quod erit nouissimum per eius filium Iesum Christum, ranta eius & tam noua de dei munere claritas apparet, ut vi nulla remaneat vetustatis vestigia, quoniam & corpora ad incorruptionem, atque immortalitatem nouam ex vetere corruptione atque mortalitate transibunt. Nā hoc de isto tempore accipere, quo regnat cum rege suo mille annis, impudentiae nimiae mihi uerum, cū apertissime dicar. Abstergit deus omnem la chrymam ab oculis eorum, & mors iam non erit, neque luctus, neque clamor, sed neque ullus erit dolor. Quis nam sit absurdus & obstinatissima contentione vesanus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis erumnis, non dico populū sanctum, sed unumquemque sanctorum, qui hanc uel ducat, vel ductus sit, vel duxerit vitam, nullas habentem lachrymas,

Apo. 20.

Apo. 21.

L

Apo. 21. **H**abitu corruptibilium qualitatibus, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, arrendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabilis mutatione conueniant, ut s. mūdus in melius innouatus, apte accommodetur hoībus, & carne in melius innouatis. Quod autem ait: Et mare iam non est: utrum maximò illo ardore sicce, an & ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Cœlum quippe nouum, & terram nouam futuram legimus. De mari autem novo aliquid me uspiā legisse, non recolo, nisi quod in eodem libro repetitur, tanque mare vitru simile crystallo. Sed

mas,

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mas, & dolores, cum potius quāto quisq; est sanctior, & desiderij sancti plenior tanto sit eius in orando fletus vberior? An nō est uox

M ciuitas supernē Hierusalem, quæ dicit: Facte
Esa. 41. sunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac no-
Psal. 6. Æte? Et, Lauabo per singulas noctes lectum
Psal. 37. meū, in lachrymis meis stratum meū rigabo.
Psal. 38. Et, Gemitus meus nō est absconditus a te. Et,
2. Cor. 5. dolor meus renouatus est. Aut vero nō eius

Rom. 8. filij sunt, qui ingemiscunt grauati, in quo no-
llunt expolari, sed superuestiri, vt absorbeat
mortale hoc a vita? Nonne ipsi sunt, qui pri-
mitias habētes spiritus in semetip̄is ingemi-
scunt, adoptionem expectātes, redēptionem
corporis sui? An ipse Apost. Paulus non erat
superuī Hierosolymitanus, vel non multo
magis hoc erat, qñ pro Israelitis fratribus car
inalibus suis tristitia illi erat magna, & conti-
nuus dolor cordi eius? Qñ aut̄ mors nō erit

Rom. 9. in ista ciuitate, nisi qñ dicetur. Vbi est mors
Act. 10. 15. contentio tua, vbi est mors aculeus tuus?
Aculeus aut̄ mortis, est peccatum. Quod tūc
vtiq; nō erit, qñ diceā, vbi est nunc vero nō
quilibet infimus ciuiis illius ciuitatis, sed idē
ipse Ioannes in epist. sua clamat, Si dixerim
mus, q̄a peccatum nō habemus, nosip̄los sedu
cimus, & veritas in nobis non est. Et in hoc
quidem libro, cuius nomen est Apocalypsis,

A obscure multa dōr, vt mentem legentis exer
ceant, & pauca in eo sunt: ex quorū manife
statione indagenē cetera cū labore, maxime
quia sic eadem multis modis repetit, vt alia,
atq; alia dicere videā: cū aliter, atq; aliter,
hac ipsa dicere inuestigetur. Verū in his ver
bis, vbi ait: Absterget deus oēm lachrymā ab
oculis eorū, & mors iā non erit neq; luctus,
neq; clamor, sed nec ullus dolor, tanta luce
dicta sunt de seculo futuro & immortalita
te, atq; eternitate sanctorum, tunc n. solum
atque ibi solum ista non erunt, vt nulla de
beamus in literis sacris querere, vel legere
manifesta, si hac putauerimus obscura.

Quid Apostolus Petrus de nouissimo dei
iudicio prædicauerit. Cap. XVIII.

B **N** Unc iam videamus, quid etiā Apost.
Petrus de hoc iudicio scriperit. Ven
ient, inquit, in nouissimo dierum il
lusione illudentes, s̄m proprias cōcupiscen-

tias suas euntes, & dicentes. Vbi est promis
sum p̄sentiæ ipsius? Ex quo n. patres dor
mierunt, sic oīa perseverant ab initio crea
tū. Latet n. illos hoc volentes, quia celi erant
& terra de aqua, & per aquam cōstituta
dei verbo, per qua, qui tūc erat mundus, aqua
inundatus deperit. Qui aut̄ nunc sunt coeli
& terra, eodem verbo repositi sunt, igni re
seruandi in diē iudicij, & perditionis homi
num impiorū. Hoc vnu vero non lateat vos
charissimi, quia vnu dies apud domū, sicut
mille anni, & mille anni, sicut dies vnu, nō
tardat dñs promissum, sicut quidam tardita
tem existimant, sed patiēter fert p p vos, no
lens aliquem perire, sed oēs in penitentiam
converti. Veniet aut̄ dies dñi vt fūr, in quo

2. Th. 3. celi magno impetu transcurrent, elementa
aut̄ ardentia resoluentur, & terra, & qua in
ipsa sunt opera, exurentur. His ergo oībus

percutiibus, quales oportet esse vos in san
ctis conuersationibus expectantes, & prope
raentes ad presentiam dei dñi per quam celi
ardentes soluerit, & elementa ignis ardore
decoquentur. Nous vero coelos, & terram
nouam s̄m promissa ipsius, expectamus, in
quib. iustitia inhabitat. Nihil hic dixit de re
furrectione mortuorū, sed sane de perditio
ne mundi huius sati, vbi etiam cōmemorās
factum ante diluuiū, vñ admonuisse quodā
modo quatenus in fine huius seculi mundū
istum periturum esse credamus. Nam & illo
tempore perisse dixit qui tunc erat mundum, nec
solum orbem terre, verum etiam celos, quos
vtiq; istos aereos intelligimus, quorū locū,
ac spaciū, tunc aqua crecendo superauerat.
Ergo totus, aut pene totus aer iste ventosus,
quod cœlū vel potius coelos vocat, sed istos
vtiq; imos, non illos supremos, vbi sol, & lu
na, & sydera constituta sunt, conuersus fue
rat in humidam qualitatem, atq; hoc modo
quum terra perierat, cuius terra utiq; prior
facies fuerat deleta diluuiō. Quā autem nūc
sunt, inquit, cœli & terra, eodem verbo re
positi sunt, igni reseruandi in diem iudicij

D & perditionis hominum impiorum. Pro
inde, qui cœli & qua terra, id est, qui mun
dus, pro eo mundo, qui diluuiō perit ex ea
dem aqua repositus est: ipse igni nouissimo
reseruatur in diem iudicij, & perditionis
hominum impiorum. Nam & hominum
propter

Questio

Dani. 3

2. Th. 2

Ibidem

propter magnam quandam commutationem,
non dubitat dicere perditionem futurā , cū
tū eorum, quāvis in aeternis poenis sit māsa
ra natura. Quārat forsitan aliquis, si post fa-
Quesitio. Etūm iudicium mūdus iste ardebit, antequā
pro illo cōclum nouum, & terra noua repo-
nātur, eo ipso tempore conflagrationis eius,
vbi erunt sancti, quum eos habentes corpo-
ra in aliquo corporali loco esse necesse sit?
possumus ratiōnē, futuros eos esse in superio-
ribus partibus, quo ita nō ascēdet flamma il-
lius incēdijs, quēadmodū nec unda diluuij.
Talia quippe illis inerunt corpora, ut illie
E sint, ubi esse voluerint, sed nec ignē con-
flagrationis illius pertimescent immortales, at
que incorruptibiles facti, sicut uirorum triū
Dani. 3. corruptibilia corpora, atq; mortalia, in camī
no ardenti uiuere illęsa potuerunt.

Quid Apostolus Paulus Thessalonicensibus
scriperit, & de manifestatione An-
tichristi, cuius tempus dies

Domini subsequetur.

Cap. XIX.

Multas euangelicas, apostolicas senten-
cias de diuino isto iudicio nouissimo vi-
deo mihi esse pr̄tereundas, ne hoc uolumē
in nimiam longitudinē prouolatur, sed nul-
lo mō est pr̄tereundus Apostolus Paulus, q̄
scribēs ad Thessalos. Rogamus, inquit, uos
fratres per aduentū domini nostri Iesu Chri-
sti, & nostrę congregatiōnis in ipsum, ut nō
eito moueamini mente, neq; terreamini, ne
que per spiritum, neq; per uerbum, neq; per
Epistolā tanquā per nos missam, quasi instet
dies dñi. Ne quis uos seducat ullo modo,
qm̄ nisi uenerit, refuga primū, & reuelatus
fuerit hō peccati, filius interitus, qui aduersa-
tur, & superextollitur supra omne quod di-
eit deus, aut quod colitur, ita vt in templo
dei sedeat, ostentā se, tanquam sit deus. Nō
retinetis in memoria, quod adhuc quum es-
sem apud uos, h̄c dicebam uobis? Et nunc
quid detineat scitis, ut reueletur in suo t̄pe.
Ibidem. Iam n. mysterium iniquitatis operatur. Tan-
tum qui modo tener, teneat, donec de me-
dio fiat. Et tunc reuelabitur iniquus ille, quē
dñs Iesu interficiet spiritu oris sui, & eu-
guabit illuminatione pr̄sentia sua, cū, cu-

ius est pr̄sentia & in operationem Satanae, in
omni uirtute, & signis, & prodigijs menda-
cijs, & in omni seductione iniquitatis, his, q̄
pereunt: pro eo q̄ dilectionem ueritatis nō
recepereunt, ut salui fierent. Et ideo mittet il-
lis deus operationem erroris, ut credant mē-
dacio, & iudicentur omnes qui nō credide-
runt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nūl
li dubium est, eum de Antichristo ista dixit Ḡ
se, dieq; iudicij. Hunc n. appellat diem dñi
non esse uenitum, nisi ille prior uenerit,
quem refugā vocat: vtiq; a dñō deo. Quōd
si de omnibus impiis merito dici potest, quā
to magis de isto? Sed in quo templo dei, ut
deus sit lessurus incertum est: utrum in illa
ruina templi quod a Salomone rege constru-
Etūm est, an uero in Ecclesia. Non n. templū
alicuius idoli, aut dæmonis, templum Dei
Apostolus diceret. Vnde nonnulli, non ip-
sum principem, sed uniuersum quodammodo
corpus eius, id est, ad eum pertinentē ho-
minum multitudinem simul cum ipso suo
principe hoc loco intelligi Antichristū uo-
lunt. Rectiusq; putant etiam Latine dici: si
eu in Græco est: non in templo dei, sed in
templo dei sedeat, tanquā ipse sit tēplū dei,
qd̄ est Ecclesia, sicut dicimus, sedet in ami-
cū, id est, uelut amicus: uel si quid aliud isto
locutionis ḡne dici solet. Qd̄ aut ait: Et nūc
qd̄ detineat scitis, id est, quid sit in mora, q̄
cā sit dilationis eius, ut reueletur in suo tem-
pore, scitis: quoniam scire illos dixit, aperte
hoc dicere noluit. Et ideo nos qui nescim⁹,
quod illi sciebant, peruenire cum labore ad
id quod sensit Apostolus cupimus, nec uale-
mus: pr̄sertim quia & illa quā addidit hūc
sensem faciunt obscuriorē. Nam quid est:
Iam n. mysterium iniquitatis operatur. Tm̄
qui modo tener, teneat, donec de medio fiat,
& tunc reuelabitur ille iniquus? Ego pro-
sus quid dixerit, me fateor ignorare. Suspi-
tiones tamen hominum, quas, uel audire,
uel legere de hac re potui, non tacebo. Qui-
dā putant hoc de imperio dictum fuisse Ro-
mano, & propterea Paulum Apostolum,
non id aperte scribere uoluisse, ne calum-
niā uidelicet ineurreret, q̄ Romano im-
perio male optauerit, cū speraret aeternū:
ut hoc quod dixit. Iam enim mysteriū ini-
quitatis operatur, Neronem uoluerit intelli-
gi:

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

gī: cuius iam facta uelut Antichristi videban
tur. Vnde nonnulli ipsum resurrectum, &
futurum Antichristum suspicantur. Alij ue-
ro, nec eum occisum putant, sed subtractum
potius, ut putaretur occisus: & viuū occulta
ri in uigore ipsius etatis, in qua fuit, cū cre-
deretur extinctus, donec suo tpe reueletur,
& restituatur in regnum. Sed multum mihi
mira est h̄c opinantium tanta pr̄sumptio.

Illud tamen quod ait Apostolus: Tantū qui modo tenet, teneat donec de medio fiat: non absurde de ipso Romano imperio creditur dicitum, tanquam dictum sit: Tm̄ qui modo imperat, imperet: donec de medio fiat, id est, de medio tollatur: Et tunc reuelabitur ini-
quus: quem significari Antichristum, nullus ambigit. Alii uero, & quod ait: quid detineat scitis: & mysterium operatur iniquitatis, nō putant dictū, nisi de malis & fiētis, q̄ sunt in Ecclesia: donec perueniat ad tm̄ numerū, q̄ Antichristo magnū populū faciat, & hoc ei se mysteriū iniquitatis, quia uerū occultū. Horta-
ri at Apostolū fideles, ut in fide quā tenet te-
uaciter perseuerent, dicendo: Tm̄ qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, hoc est, donec exeat de medio Ecclesia mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Ad ip-
sum. n. mysterium pertinere arbitrantur, qđ ait in epistola sua Ioannes Euangelista. Pue-
ri nouissima hora est, & sicut audistis, qđ An-
tichristus sit uenturus: nunc autem Antichri-
sti multi: saēti sunt. Vnde cognoscimus, qđ nouissima sit hora. Ex nobis exierunt: sed nō

Kerant ex nobis. Quòd si fuissent ex nobis, p-
mansissent utiq; nobiscum. Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Ioannes nouissimam dicit, exierunt multi hæretici de medio Ecclesia, quos multis dicit Anti-
christos, ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Christum, sed ad illum nouissimum Antichristum pertinebunt, & tunc reuelabi-
tur. Alius ergo sic, alijs aut̄ sic Apostoli ob-
scura uerba coniectat, quod tñ eum dixisse nō dubium est, non ueniet ad uiuos & mor-
tuos iudicandos Christus, nisi prius uenerit ad seducēdos in anima mortuos aduersarius eius Antichristus, quāuis ad occultum iam iudiciū dei pertineat, quod ab illo seducē-
t. **Th.2.** Pr̄sentia quippe eius erit, sicut dictum est, ēm operationem. Satang in omni uirtute,

& signis, & prodigiis mendacij, & in omni seductione inq̄tatis, his, q̄ pereunt. Tunc. n. Apo. 10.

soluteur Satanas, & per illū Antichristum in omni sua uirtute mirabiliter quidē, sed men-
daciter operabitur. Quod solet ambigi, utru

*Signa, &
Prodigi
mendacij.
L*

propterea dicta sunt signa & prodigiā mendacij: qm̄ mortales sensus per phantasmatā decepturus est: ut quod non facit, facere ui-
deatur. An quia illa ipsa etiam si erunt uera
prodigiā, ad mendaciū pertrahent creditu-
ros, non ea potuisse nisi diuinitus fieri, uirtu-
tem diabolī nescientes, maxime q̄ tantam
quantam nunquam habuit accipiet potesta-
tem. Non. n. quando de celo ignis cecidit, &
tanta familia cū tantis gregibus pecorū fan-
eti Job, uno impetu absumpfit, & turbo ir-
ruens, & domū deiiciens, filios eius occidit,
phantasmata fuerunt, que tñ fuerunt opera
Satanæ, cui deus dederat hanc potestatem.

Propter quid horū ergo dicta sint prodigiā,
& signa mendacij, tūc potius apparebit. Sed
pp̄ quodlibet horum dictū sit, seducētur eis
signis, atq; prodigiis, qui seduci merebūtur:
pro eo q̄ dilectionem veritatis, inquit, non
recepérunt, vt salui ferent. Nec dubitauit
Apostolus addere, & dicere: Ideo mittet illis
deus operationē erroris, ut credāt mēdaciō.
Deus. n. mittet, quia deus diabolū facere
ista permettit iusto ipsius iudicio: quāuis fa-
ciat ille iniquo, malignoq; consilio. Vt iudi-
centur, inquit, omnes, qui non crediderunt
ueritati, sed cōfenserunt iniquitati. Proinde
iudicati seducētur, & seducti iudicabunt. M

Sed iudicati seducētur illis iudicis dei oc-
culte iustis, & iuste occultis, quib. ab initio
peccati rōnalis creaturę nūquā iudicare ces-
sauit. Seducti aut̄ iudicabunt nouissimo,
manifestoq; iudicio per Iesum Christū, in-
flissime iudicaturum, iniustissime iudicatiū.

Quid idem Apostolus in prima ad eosdem epi-
stola, de resurrectione mortuorum
docuerit. Cap. X. *Ibid.*

Sed hic Apostolus tacuit de resurrectione
mortuorum. Ad eosdem autem scribens
in epistola prima: Nolumus, inquit, ignorare
uos fratres, de dormientibus, ut non con-
tristemini, sicut & ceteri, qui spem non ha-
bent. Nam si credimus, quòd Iesus mortuus
est, &

Ibidem

I. Co. 1.5

Ibidem.

Gen. 3.

Ibidem. est, & resurrexit: ita & deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc n. vobis dicimus in verbo dñi, quia nos viuētes, qui reliqui sumus in aduentum dñi, nō præueniemus eos qui ante dormierunt: qm̄ ipse dñs in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descender de celo, & mortui in Christo

B resurgent primi. Deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cum illo rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cū dño erimus. Hæc verba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, qn̄ vniuersit dñs Christus, vtq; ad viuos & mortuos iudicandos, præclarissime ostendunt. Sed queri solet: vtrum illi quos hic viuentes inuenturus est Christus, quorū personam in se atq; illos, qui tūc secum viuebant, transfigurabat Apostolus, nunq̄ oīno morituri sint: an ipso t̄pis punc̄to, quo cum resurgentibus rapien tur in nubibus obuiam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt. Neque n. dicendum est, fieri non posse ut dum per aera in sublime portantur in illo spatio, & moriantur, & reuiuiscent. Quod n. ait, Et ita semper cum dño erimus: non sic accipiendum est, tanq; in aere nos dixerit semper cum dño esse mansuros, quia nec ipse utiq; ibi manebit, qua vieniens transiit: Venienti quippe ibit obuiam, non manenti: sed ita cum dño erimus, i. sic erimus semper habētes corpora sempiterna,

C ubiq; cum illo fuerimus. Ad hūc autem sensum, quo existimemus etiam illos, quos hic viuos inuenturus est dñs, in ipso paruo spatio, & passuros mortē, & accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos v̄ vrgere, vbi dicit: In Christo oēs viuiscabūt: cum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporū dicat: Tu quod seminas, non viuiscat, nisi moriatur. Qūo igitur, quos viuentes hic Christus inueniet, per immortalitatem in illo viuiscabuntur: & si non moriantur, cum videamus p p hoc esse dictum: Tu quod seminas non viuiscatur, nisi prius moriatur? Aut si recte non dicimus seminari, nisi ea corpora homiū, quæ moriendo quoquo modo reuertuntur in terram: sicut fæse habet ē illa in transgressor patrem generis humani diuinitus prolata finia: Terra es & in terrā ibis: fatendum est istos, quos nondū de cor-

poribus egressos, cum véniet Christus, intreriet; & in ipsis verbis Apostoli, & illis de Genesi, nō teneri: qm̄ sursum in nubibus rapti, non vtq; seminantur. quia nec eunt in terram, nec redeunt, siue nullam prorsus experiantur mortē, siue paululū in aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit: quod idem dicit Apostolus, cū de resurrectione corporū ad Corinthios: loqueretur: Oēs resurgemus: D vel sicut alij codices habent, Oēs dormiemus. Cum ergo, nec resurrectio fieri possit, nisi mors præcesserit; nec dormitionē possimus illo loco intelligere, nisi mortem, quō oēs, vel dormient, vel resurgent, si tā multi, quos in corpore inuēturus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperiuntur Christo veniente viuentes, eiq; in obuiam rapient, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia reddituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias; siue vbi dicit: Tu quod seminas, non viuiscatur, nisi moriat; siue vbi dicit: Oēs resurgemus, aut oēs dormiemus, quia nec illi per immortalitatem viuiscabunt, nisi quamlibet Paulum tñ ante moriant: ac per hoc, & a resurrectione non erunt alieni, quam * dormitio præcedit quamvis breuisima, non tñ nulla. Cur aut nobis incredibile videat illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atq; ibi protinus immortaliter, atq; incorruptibiliter reuiuiscente, quum credamus, qd̄ idē ipse Apostolus alibi apertissime dicit: in ictu oculi futuram resurrectionē, & in membra sine fine viatura tanta facilitate tamq; inestimabili velocitate redditurū antiquissimorū cadaverū puluerem? Nec ab illa finia, qua homini dictū est: Terra es, & in terra ibis: futuros illos sanctos arbitremur imunes, si eorū morientiū in terra nō recidēt corpora, sed sicut in ipso raptu morient̄ ita, & resurgent dū seruntur in aera. In terram quippe ibis, est, in hoc ibis amissa vita, quod eras anteq; sumeres vitam: i. hoc eris exanimis, quod eras, anteq; esse animatus. Terræ quippe insufflavit deus in faciem flatū vitæ, cum factus esset homo in animam uiuam: tanquam diceretur, Terra es animata, quod non eras: terra eris exanimis, sicut eras.

Gen. 3. Quod sunt & anteq; putrefacta corpora, Gen. 2.

mor-

Ibidem.

Gen. 3.

E
1. Co. 15.
al. dormitione præcedunt.

E
1. Co. 15.

Gen. 3.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

mortuorum, quod erunt & illa, si morientur, & dicuntur moriatur, cum vita carebūt, quam cōtinuo receptura sunt. Sic ergo ibūt in terram, quia ex viuis hoībus terra erūt, quemadmodum it in cinerem, quod fit cinisit in vetustatem, quod fit vetusit in testam, quod ex luto fit testa; & alia arescentia sic loquimur. Quō autem sit futurum, quod nūc expectamus, pro nāc ratuñculæ virib. vtrungs coniçimus; tunc potius erit, vt nosse possumus. Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne, qn̄ Christus venturus est viuos iudicaturus, & mortuos; oportet, si Christiani esse volumus, vt credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra: si quemadmodum futura sit, perfecte comprehendere nō valemus. Verum iam, sicut supra promisimus, de quo iudicio dei nouissimo etiam propheticī veteres libri, quid prænunciauerint, quātūm satis esse videbitur, debemus ostendere. Quā, sicut arbitror, nō tanta mora ne cessē erit tractari, & exponi, si istis, quā promisimus, lector, curauerit adiuuari.

Quid Esaias propheta de mortuorum resurrectione, & retributione iudicij sit locutus. Cap. XXI.

Esa. 26. **P**ropheta Esaias. Resurgent, inquit, mortui: & resurgent, qui in sepulchris erant, & latabūt oēs, qui sunt in terra. Ros. n. qui abs te est, sanitas illis est, terra vero impiorum cadet. Totum illud superius ad resurrectionē pertinet beatorum. Quod autem ait: terra vero impiorum cadet, bene intelligitur dictum, corpora impiorum ruina damnationis excipiunt. Iam vero, si de bonorum resurrectione, quod dictum est, diligenter & distinctius velimus intueri, ad prius referendum est, quod dictum est, Resurgent mortui: ad secundam vero quod sequitur: Et resurgent qui in sepulchris erant. Iam & si illos inquiramus sanctos, quos hic viuos inuenturus est dñs, eis congrue deputabitur, quod adiunxit: Et latabūt oēs, qui sunt in terra: ros. n. qui abs te est, sanitas illis est. Sanitatem loco isto immortalitatem re-
Etissime accipimus. Ea namq; est plenisima sanitas, quā nō reficitur alimentis tanquam quotidianis medicamentis. Item de iudicij

die spem prius dans bonis, deinde terrēs mis-
los idem Propheta sic loquitur, Hæc dicit
dñs, Ecce ego declino in eos, vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriam gētiū. Filii eorum super humeros portabuntur, & super genua consolabuntur. Quemadmodum, si quem mater consoletur, ita ego vos consolabor, & in Hierusalem consolabimini, & videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba exorientur. Et cognoscetur manus dñi coalentibus eum, & comminabīs contumacibus. Ecce n. dñs vt ignis veniet, & vt tempestas, currus eius, reddere in indignatione vindictam, & vastationem in flamma ignis. In igne n. dñi iudicabitur omnis terra, & in gladio eius oīs caro, multi vulnerati erunt a dño. In bonorum promissionem se declinare dicit, vt flumen pacis, quod profecto abundantiam pacis illius debemus accipere, qua maior esse non posit. Hac vtiq; in fine rigabimur: de quā in præcedenti libro abundantanter locuti sumus. Hoc flumen, se in eos declinare dicit, quibus tantam beatitudinē pollicetur, vt intelligamus in illius felicitatis regione, quā in coelis est, hoc flumine omnia satiari. Sed quia, & terrenis corporibus pax incorruptionis, atque immortalitatis vim influeret, ideo declinare se dicit hoc flumē, vt de superiori quodammodo etiam inferiora perfundat, & homines equales angelis reddat. Hierusalem quoque, non in illam, quā seruit cum filiis suis, sed liberam matrem nostram intelligamus, s̄m Apostolum, æternam in coelis: vbi post labores erumnarum, curarumq; mortalium consolabimur, tanquam paruuli eius in humeris, genibusq; portati. Rudes. n. nos, & novos blandissimis adiutorijs insolita nobis illa beatitudo suscipiet, ibi videbimus, & gaudebit cor nostrum. Nec exprefit, quid videbimus. Sed quid, nisi deum, vt impleatur in nobis promisum euangelicū Beati mundi corde, quoniam ipsi deum videbunt? Et **Matt. 5.** omnia illa, quā nunc non videmus, credentes autem pro modulo capacitatis humanæ, longe minus, quān sunt, atque incomparabiliter cogitamus? Et videbitis, inquit, & **K** gaudebit cor vestrum. Hic creditis, ibi videbitis. Sed quoniam dixit. Et gaudebit cor vestrum, ne putaremus illa bona Hierusalem.

Supral.
19.6.11.
Op. 11.

Mos prophetarū misere propria tropicis locutionibus.

Esa. 66.
Ibidem.

Phil. 3.
Rom. 8.

Iem, ad nostrum tantummodo spiritum pertinere: Et ossa, inquit, uestra, ut herba exoriatur, ubi resurrectione corporū strinxit, uelut qđ non dixerat, reddens. Neq; n. cū uiderimus, sicut cū fuerint facta, videbimus. Nā & de coelo nouo, ac terra noua, iā supra, dixerat, dū ea qđ sanctis promittuntur, in fine sepe ac multi formiter diceret. Erit, inquit, cœlū nouum, & terra noua, & erunt memores piorū, nec ascendent in cor ipsorum, sed lætitia & exultationem inueniēt in ea. Ecce ego faciā Hierusalē exultationē, & populū meū lætitia, & exultabo in Hierusalē, & letabor in populo meo, & ultra nō audietur in illa vox fletus, & cætera, quæ quidā carnales ad illos mille annos referre conantur. Locutiones n. tropicæ proprijs propheticō more miscetur, ut ad intellectū spiritualē intētio subtilia, cum quodā utili, ac salubri labore perueniat. Pigritia uero carnalis, vel ineruditæ, atq; inexcitatæ tarditas mētis cōtēta literæ superficie, nihil putat interius requiriēdum. Hæc de propheticis verbis, quæ ante istum locū scripta sunt, satis dixerimus. In hoc aut M loco, unde ad illa digressi sumus, cum dixiſſet. Et ossa ueltra ut herba exorientur, ut resurrectiōnem quidem carnis, sed tñ bonorum, se nunc commemorare mōstrare, adiūxit. Et cognoscetur manus dñi colentib. eū. Quid est, hoc nisi manus distinguentis cultores suos a contemptoribus suis? De quibus sequentia contexens. Et comminabitur, inquit, contumacibus, siue, vt ait alius interpres, incredulis. Nec tunc cōminabitur, sed quæ nunc dñr minaciter, tūc efficaciter implebuntur. Ecce n. dñs, inquit, ut ignis ueniet, & vt tēpestas currus eius, reddere in indignatione uindictam, & uastationem in flamma ignis. In igne n. domini iudicabitur omnis terra, & i gladio eius omnis caro, multi vulnerati erunt a dñs, siue tempestate, siue gladio, poenā iudicii significat, qñquidem ipsū dñm quasi ignem dicit esse uenturum eis, profecto quibus poenalis eius erit adūetus. Currus vero eius, qui pluraliter dicti sunt, āgelica ministeria nō icōueniēter accipim;. Quòd aut ait, omnem terram, & omnē carnē in eius igne, & in gladio iudicari, nō etiā hic spiritales intelligamus & sanctos, sed terrenos, atq; carnales, de quibus dictum est,

Qui terrēna sapiunt, & sapere ēm carnem, mors est, & quales omnino caro appellātur A a domino, ubi dicit: Nō permanebit spiritus meus in hominibus istis, qm̄ caro sunt. Qđ vero hic positum est. Multi vulnerati erunt a dñs, isto uulnere fiet mors secūda. Pōt qđē, & ignis, & gladius, & uulnus accipi in bono. Nam & ignem dñs uelle se dixit mittere in mundum. Et uisæ sunt illis linguae diuise, uelut ignis, qñ venit spiritus sanctus. Et non venit, inquit idem dominus, pacē mittere in terram, sed gladium. Et sermonem dei, dicit scriptura gladiū bis acutum: p p aciem geminā testamentorū duum. Et in cantico cāti corū, charitate se dicit sancta Ecclesia vulnerata, uelut amoris impetu sagittata. Sed hic cū legimus, uel audimus vltorem dñm esse uenturum, quēadmodū hēc intelligēda sint, clarum est. Deinde breuiter commemoratis eis, qui per hoc iudicium cōsūmentur sub figura ciborū in lege veteri uetitorū, a quibus se nō abstinuerūt p̄ctores, impiosq; significans, recapitulat ab initio gratiā noui testamēti a primo saluatoris adūetu, vsq; ad ultimū iudiciū: de quo nunc agimus, perducēs, finiensq; sermonē. Narrat nanq; dñm dicere B se venire, vt cōgreget oēs gentes: easq; uenituras, & visuras gloriā eius. Oēs n. sicut dicit Apostolus, peccauerunt, & egent gloria dei. Et relietur se dicit su p̄ eos signa qđ utique mirantes, credant in eum: & emisurum ex illis saluatos in gētes diuersas, & in lōgīas quas insulas, qđ non audierūt nomen eius, ne que uiderunt gloriam eius, & annūciaturos gloriā eius in gētibus, & adductores fratres iustorū, quibus loquebatur, id est, in fide sub deo patre fratres Israeliteū electorū. Adducturos aut ex omnibus gentibus munus domino, in iumentis, & uehiculis, quæ iumenta, & vehicula bene intelliguntur adiutoria esse diuina, p̄ cuiusq; generis ministeria dei, vel angelica, vel humana in ciuitatē sanctā Hierusalē: qđ nūc in sanctis fidelib. est diffusa per terras. Vbi n. diuinitus adiuantur, ibi credunt, & vbi credunt, ibi veniunt. Cōpara uit autem dñs illos, tanquam per similitudinem, filii Israel, offerentibus ei suas hostias cum Psalms in domo eius; quod ubiq; iam facit Ecclesia, & promisit ab ipsis se accepta rū sibi sacerdotes, & Leuitas: quod nthilomi

Matt. 10
Hebr. 4.
Cant. 4.
Esa. 66

Gen. 6
Esa. 66
Luc. 12
Act. 2.

Mos prophetarū miscere propriā tropicis locutionib; bus.

Esa. 66. Ibidem. Et ossa ueltra ut herba exorientur, ut resurrectiōnem quidem carnis, sed tñ bonorum, se nunc commemorare mōstrare, adiūxit. Currus vero eius, qui pluraliter dicti sunt, āgelica ministeria nō icōueniēter accipim;. Quòd aut ait, omnem terram, & omnē carnē in eius igne, & in gladio iudicari, nō etiā hic spiritales intelligamus & sanctos, sed terrenos, atq; carnales, de quibus dictum est,

Phil. 3. Rem. 8.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

*nus fieri nunc uidemus. Non. n. ex ḡne carnis & sanguinis, sicut erat primum ēm ordi
nem Aaron, sed sicut oportebat in testō no-
uo, ubi ēm ordinem Melchisedech summus
sacerdos est Christus : pro cuiusq; merito,
quod in eo grā diuina contulerit, sacerdotes
& Leuitas elegit: siēt nunc uidemus, q; non
iſto nomine, quod ſepe affequūtur indigni,
sed ea, q; non eſt bonis malisq; cōis, sanctita
te penſandi ſunt. Hęc cū de iſta, quę nunc
impertitur Ecclesiā, pſpiciua, nobisq; notis
ſima dei miseratione dixiſſe: promiſit & fi-
nes, ad quos per ultimū iudiciū facta bono-
rum, malorumq; diſcretione uenietur: dicēs
per Prophetam, vel de dñō, dicēs ipſe Pro-
pheta: Quō. n. cōclūm nouum, & terra noua
manebit coram me, dicit dñs: ſic ſtabit ſemē
veſtrū, & nomen veſtrū, & erit mēſis ex mē-
ſe: & ſabbatum ex ſabbato, & ueniet omnis
caro in cōſpectu meo adorare in Hierula-
lē, dicit dñs, & egredientur, & uidebūt mem-
bra hominū, qui preuaricati ſunt in me. Ver-*

*Eſa. 66
D* mis eorum non morietur: & ignis eorū non
extinguetur: & erunt uifui omni carni. Ad
hoc iſte prophetā terminauit librū, ad quod
terminabitur feſculū. Quidam fanē non in-
terpretati ſunt membra hominū, ſed cadaue-
ra uirorum, per cadauera ſignificantes ſeu iē-
tem corporum poenam, quanuis cadauer ni-
fi caro examinis non ſoleat nūcupari, illa ve-
ro animata erūt corpora. Alioq; nulla po-
tunt ſentire tormenta: niſi forte quia mortuo-
rum erunt corpora, id eſt, eorū, qui in ſecun-
dā mortem cadent: ideo non abſurde etiā
cadauera dici poſſunt. Vnde eſt & illud, qd
ab eodem prophetā dictū iam ſupra poſui:

*Terra uero impiorum cadet. Quis at non ui-
deat a cadendo eſſe appellata cadauera? Vi-
orum aut pro eo poſuiflē illos interpretes, qd
hominum manuſelutum eſt. Neq; n. quikquā
dicturus eſt, præuaricatrices feminas in illo
ſupplicio non futuras, ſed ex potiore præ-
ſertim, de quo fœmina facta eſt, uterque ſe-
xus accipitur. Verum, quod ad rem maxime
pertinet, quum & in bonis dicitur. Veniet
omnis caro, quia ex omni genere hominum
populus ille conſtabit. Non enim omnes ho-*

*Eſa. 66
E* mines ibi erunt, quando in poenis plures e-
runt, ſed ut dicere coeparam, cum & in bo-
nis caro, & in malis. membra uel, cadauera

nominātur, profecto post resurrectionē car-
nis, cuius fides his rerum uocabulis omnino
firmat illud, quod boni & mali ſuis finib. di-
rinetur, futurum eſſe iudicium declaratur,

Qualis futura ſit egressio ſanctorum, ad
uidendas poenias malorum.

Caput X XI L

S Ed quō egredientur boni ad uidēdas pe-
nas malorum? Nunquid corporis motu
beatas illas relicturi ſedes, & ad loca poena-
lia perrecturi, ut malorum tormenta conſpi-
ciant preſentia corporali? Absit, ſed egrediē-
tur per ſcientiam. Hoc n. uero ſignificatū
eſt, eos, qui cruciabuntur extra futuros. Pro M. 13
pter quod, & dominus ea loca tenebras exte-
riores uocat, quibus cōtrarius eſt ille ingre-
sus, de quo dicitur feruō bono: Intra in ga-
dium dñi tui: nec illuc mali putentur ingre-
di, ut ſciantur, ſed ad illos potius uelut egre-
di per ſcientiā, qua eos cognituri ſunt boni:
q; id quod extra eſt, cognituri ſunt. Qui enī
erunt in poenias, quid agatur intus in gaudio
dñi, neſcient: qui uero erunt in illo gaudio,
quid agatur foris in illis tenebris exteriori-
bus, ſcient. Ideo dictū eſt: egredientur, q; a
eos eſt, qui foris ab eis erūt, utiq; nō latebūt.
Si. n. hęc prophetā nondum facta noſſe po-
tuerunt, per hoc quod erat deus quantulun-
cūq; erat in eorum mortalium mentibus,
quō immortales sancti iā facta tūc nelicit,
cū deus erit oīa in omnibus? Stabit ergo in
illa beatitudine ſanctorū, ſemen, & nome Se G
men, ſcilicet de quo Ioannes ait. Et ſemen
eius in ipſo manet. Nomē uero, de quo per I. om̄. 3
hūc Eſaiā dictū eſt. Nomē aternū dabo eis. Eſa. 56
Et erit eis mensis ex mēſe, & ſabbati ex ſab-
bato, tanquā luna ex luna, & requies ex re-
quie, quorū utrūq; ipſi erūt, cum ex hiſ um-
bris ueteribus & téporalibus in illa lumina
noua, ac ſempiterna, transiſbunt, in penis au-
tem malorū, & inextinguibilis ignis, & ui-
uacissim⁹ uermis, ab alijs, atq; alijs aliter, at
que aliter eſt expoſitus. Alij quippe utrūque
ad corpus, alij utrūq; ad animam retulerūt:
alij proprie ad corpus ignē: uermē uero tro-
pice ad animam, quod credibilius eſſe uide-
tur. Sed nunc de hac diſtentia non eſt hu-
iis t̄pis diſputare, De iudicio nāq; ultimo

quo

quo fiet diremptio bonorum & malorum ,
hoc uolumen implere suscepimus , de ipsis
uero præmis & pœnis alias diligentius dis-
serendum est.

H. Quid prophetauerit Daniel, de persecu-
tione Antichristi , & de iudicio
Dei, regnoq; sanctorum .
Cap. XXXII.

Daniel de hoc ultimo iudicio sic prophe-
tat, ut Antichristū prius quoq; veturum
esse prænūciet: atq; ad æternū regnū sancto-
rū perducat narrationē suam. Cū n. uisione
prophetica quatuor bestias significātes qua-
tuor regna, vidissem, ipsum q; quartū a quodā
rege superatū, qui Antichristus agnoscit, &
post hæc æternū regnū filij hominis, qui in-
telligitur Xps. Horruit, inquit, spiritus me⁹ :

Dan. 7. ego Daniel in hebetudine mea , & uisus ca-
ptus mei cōturbabat me. Et accessit, inq; ad
vnū de astatis, & ueritatē quarebā ab eo
de his omnibus, & dixit mihi ueritatē. Dein
qd audierit ab illo, a quo de omnibus his
quaesuit, tanquā eo sibi exponentē sic loqui-
tur: Hæ quatuor bestiae magnæ, quatuor re-
gna surget in terra , quæ auferentur, & acci-
piēt regnū sancti altissimi, & obtincent illud
vlsq; in seculū, & vlsq; in seculum seculorū .
Et quærebam, inq; diligenter de bestia quar-
ta, quæ erat differens præ omni bestia, terribi-
lis amplius, dētes eius ferrei, & vngues eius
ærei, manducans & comminuēs, & reliqua
pedibus suis cōculcans , & de cornibus eius
I decem, quæ erant in capite eius, & de altero
qd alcedit, & excusit de prioribus tria, cor-
nu illud in quo erat oculi, & os loquēs mag-
na, & visus eius maior cæteris . Videbā, &
cornu illud fasiebat bellū cū sanctis, & pua-
lebat ad ipsos, donec venit uerulus dierū, &
regnū dedit sanctis altissimi, & tps peruenit,
& regnum obtinuerunt sancti . Hæc Daniel
quaesisse se dixit. Deinde, quid audierit, conti-
nuo subiungens: Et dixit, inquit, id est, ille a
quo quæsierat, respōdit, & dixit: Bestia quar-
ta, quartum regnum erit in terra , quod
præualebit omnia regnis , & manducabit
omnem terram, & conculcabit eam, & con-
cidet. Et decē cornua eius, decē reges surgēt,
& post eos surget aliis, q; superabit suis ma-

lis, oēs, qui ante eum fuerunt, & tres reges
humiliabit, & uerba aduerius altissimū lo-
quetur, & sanctos altissimi cōteret. Et suspi-
cabitur mutare tempora & legē, & dabutur
in manu eius usq; ad tempus, & tempora, &
dimidium temporis. Et iudicium teſebit, &
principatū remouebit ad exterminandū &
perdendū vlsq; in finē, & regnū, & potestas,
& magnitudo regū, qui sub oī ccelo sunt, da-
ta est sanctis altissimi . Et regnū eius, regnū
sempiternū, & oēs principatus ipſi seruent,
& obaudient. Hucusque, inquit, finis sermo-
nis. Ego Daniel, multū cogitationes meæ cō-
turbabat me, & forma mea immutata est su-
per me, & verbū in corde meo cōseruauit.
Quatuor illa regna exposuerunt quidā Asy-
riorū, Persarum, Macedonum, & Romano-
rū. Quām vero cōuenienter id fecerint, qui
nosse desiderant, legant presbyteri Hierony-
mi librum in Danielē, satis diligenter, erudi-
teq; conscriptum. Antichristi th aduersus ec-
clesiam seu iſuum regnū, licet exiguo spa-
tio tēporis sustinendū, donec Dei ultimo iu-
dicio regnū sancti accipiant sempiternū, qui
uel dormitans hæc legit, dubitare non finē .
Tēpus quippe, & tempora, & dimidium tem-
poris annū unum esse, & duos, & dimidiū,
ac per hoc tres annos & semissem, ēt nume-
ro dierū posterius posito dilucescit, aliquā in
scripturis, ac mensū numero declaratur. Vi-
dentur, n. t pā indefinite hic dicta lingua La-
tina, sed per dualē numerum dicta sunt, quæ
Latinī non habent. Sicut aut̄ Græci, ita hunc
dīr habere & Hebrai. Sic ergo dicta sunt tē-
pora, tanquam dicerentur duo tempora. Ve-
reri me sanè fateor, ne in decē regibus, quos
tanquam decem homines uidetur inuenētur
Antichristus forte fallamur, atq; ita ille ino-
pinatus adueniat, non existentibus tot regi-
bus in orbe Rom. Quid. n. si numero isto de-
nario uniuersitas regum significata est: post
quos ille venturus est, sicut millenario, cen-
tenario, septenario significatur plerunq; uni-
uersitas, & aliis atq; alijs numeris, quos nūc
commemorare non est necesse? Alio loco
idem Daniel: Et erit, inquit, tempus tribula-
tionis, qualis non fuit ex quo nata est gens
super terram usq; ad tempus illud. Et in tem-
pore illo saluabitur populus tuus omnis , q;
inuenitus fuerit scriptus in libro . Et multi

*Augusti
ni de Hie
ronimi li
bro in Da
nielē te
stimonii*

*Hebrei ,
sicut &
Græci ,
dualiū
sur nu-
mero.*

L

Aug. Tomus Quintus. D d dor-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

dormientium in terrę aggere exurgent. Hi in uitam eternam, & hi in opprobrium, & in confusionem aternā. Et intelligentes fulgebunt, sicut claritas firmamentū, & ex iustis multis, sicut stellæ in secula. Et adhuc sententia illi Euāgelicē est locus iste simillimus de resurrectione duntaxat mortuorum corporum.

M *Ioan. 5.*
Dan. 12.
Ioan. 5.

Nā qui illic dicti sunt esse in monumentis, ipsi hic dormientes in terrę aggere, vel si cut alij interpretati sunt in terrę puluere. Et sicut ibi procedent dictū est, ita hic exurgēt. Sicut ibi, qui bona fecerūt in resurrectione uitæ, qui aut̄ mala egerunt in resurrectione iudicij: ita & isto loco, hi in uitā eternam, & hi in opprobrium & in confusionē eternā.

Non at diuersum putetur, quod cū ibi positum sit, omnes qui sunt in monumentis, hic non ait Propheta, oēs, sed multi dormientiū in terrę aggere. Ponit n. aliquā scriptura pro

Gen. 17.

Gen. 22.

Dani. 12.

oībus multos. Propterea & Abrahā dictum est. Patrē multarū gentiū posuit. Cui tñ & alio loco: In semine, inquit, tuo benedicēt omnes gētes. De rali aut̄ resurrectione, huic quoq; ipsi prophēta Danieli paulo post dī:

Et tu veni, & requiesce adhuc n. dies in completionem consummationis, & requiesces: & resurges in forte tua in fine dierum.

In Psalnis Davidicis, quæ de fine seculi huius, & quæ de nouissimo

Dei iudicio prophetantur.

Caput X X I I I .

Df. 101.

Multa de iudicio nouissimo dñi in Psalnis, sed eorum plura transeunter & strīctim. Hoc tamen quod de fine huius seculi apertissime dictum est ibi, nequam filiatio præteribo. Principio terram tu fundasti domine, & opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & oēs sicut uestimentum veterascent, & sicut operitorum mutabis eos, & mutabuntur: tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient. Quid est quod Porphyrius, cum pietatem laudet Hebræorum, qua magnus & uerus & ipsiū numinib; terribilis ab eis colitur deus, Christianos ob hoc arguit maximæ stultitiae, etiā ex oraculis deorum suorum, quod istū mundum dicunt esse peritum? Ecce in literis pietatis Hebrorum dñi deo, quem confitete

tato philosopho, etiam ipsa numina perhor rescunt: opera, inquit, manū tuarum sunt coeli, ipsi peribunt. Nunquid qñ coeli peribunt mundus, cuius ijdē coeli superior pars est, & tutor, non peribit? Si hēc sententia Io

Ibid.

ui displaceat, cuius ut scribit iste philosophus, velut grauioris authoritatis oraculo in Christianorū credulitate culpatur, cui non similiter sapientiam tanquam stultitiam culpatur Hebræorum, in quorū libris piissimis inueniēt.

Porrō si in illa sapientia Iudiciorum, que Porphyrio tam multum placet, vt eam deorum quoq; suorum uocibus prædicet, legitur coelos ēē perituros, cur vsque adeo vana est ista fallacia, vt in fide Christianorum, uel inter

cetera, vel pra ceteris hoc detestetur, quod in ea periturus creditur mundus, quo utique nisi pereunte, celi nō possunt perire? Et in li-

teris quidē sacris, quæ propriae nostræ sunt, non Hebreis, nobisq; cōmunes, id est, Evan-

1. Cor. 7.

gelicis & Apostolicis libris legitur: Præterit figura huius mundi. Legitur, mundus transiit: legitur, cœlum & terra transibunt. Sed pu-

1. Ioan. 2.

to quod præterit, transiit, transibunt, aliquāto mitius dicta sunt, q̄ peribūt. In epistola quo

Luc. 21

que Petri Apostoli, ubi aqua inundatus qui tunc erat perisse dictus est mundus, satis clariū est, & quæ pars mundi a toto significa-

2. Pet. 3

ta est, & quatenus perisse dicta sit, & qui coeli repositi igni reseruandi in diem iudicij, &

perditionis hominū impiorum. Et in eo qd'

Ibid.

paulo post ait: Veniet dies dñi ut fur, in quo coeli magno impetu transcurrent: elementa

aūt ardēntia resoluentur, & terra, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. ac deinde subiecit his omnibus perentibus, quales oportet

vos esse? Possunt illi coeli intelligi perituri, quos dixit repositos igni reseruandos, & ea

elementa accipi arsura, q̄ in hac mundi parte subsistent procellosa, & turbulentia, in qua

eodem cœlos dixit esse repositos, saluis illis superioribus, & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sydera constata.

Mat. 24

Nam & illud quod scriptum est, stellas de cœlo esse casuras, præter quod potest

multo probabilius, & aliter intelligi, magis ostendit māsuros esse illos cœlos: si tñ stelle in

de casuræ sunt, uel cū tropica sit locutio, qd' est credibilis, uel in isto imo cœlo futurum sit utique mirabilius, quam nunc sic

Vnde

Esa. 53.

G

Esa. 65.

Esa. 39.

1. Thes. 4.

Aene. 2. Vnde & illa Vergiliana, St^alla facem ducēs, multa cum luce cucurrit, & Idēa se cōdedit sylua. Hoc aut̄ quod de psalmo commemo-
raui nullum cōelorum vī relinquere, quod peritum esse nō dixerit. *Vbi. n. dī.* Opera manuum tuarum sunt cēli, ipsi peribunt, q̄ nullum ab opere dei, tam nullum eorum a perditione fecerintur. Non n. dignabuntur de Petri Apost. locutione, quem vehementer oderunt, Hebræorum defendere pietatem, Deorum suorū oraculis approbatam, vt saltem ne totus mūdus periturus esse credatur, sic a toto pars accipiatur, in eo qđ dictū est. Ipsi peribunt, cū soli cēli infimi perituri sint, quēmadmodum in apostolica illa epistola a toto pars accipitur, qđ diluvio perisse dictus est mūdus, quāuis sola eius cum suis cōelis pars imā perierit. Sed quia hoc, vt dixi, non dignabuntur, ne uel Apost. Petri approbent sensū, vel tñ concedant cōflagrationi nouis simz, quantum dicimus valuisse diluuiū qui nullis aquis, nullis flammis totum genus hu-
manum perire posse contēdunt. Restat ut dicant, quod p. p ea Dī hebraeum sapientiam laudauerūt, quia istum psalmū nō legerāt. In psalmo etiam quadragesimo non de iudicio Dei nouissimo intelligitur dictum: Deus manifeste ueniet, Deus noster & non silebit. Ignis in cōspectu eius ardebit, & in circumitu eius tēpestas valida. Aduocabit cōelum sursum, & terram discernere popu-
lum suum. Cōgregate illi iustos eius, qui disponunt testm̄ eius super sacrificia. Hoc nos de dño nō Iesu Christo intelligimus, quem de cōlo speramus esse venturum ad uiuos & mortuos iudicādos. Manifestus n. ueniet inter iustos & iniustos iudicaturus iuste, qui prius uenit occultus ab iniustis iudicandus
2. Ti. 4. iniuste. Ipse, inquā, manifestus ueniet & nō silebit, in voce iudicis euidens apparebit, qui prius cū uenisset, occultus ante iudicem uiuit, qn̄ sicut ouis ad imolandū ductus est, & sicut agnus coram tondēte fuit sine uoce,
Esa. 53. quēmadmodum de illo per Esaiam legimus prophetatum, & in Euāgeliō videmus simple-
Esa. 65. tum. De igne uero & tēpestate cūm in Esaiā prophetia tale aliqd tractaremus quo effent hēc intelligenda, iam diximus. Quod uero dictum est: Aduocabit sursum, qm̄ sancti & iusti recte cēli appellantur: nimur hoc est, quod ait Apostolus: Simul cum illis rapiemur in nubibus in obuiam Xpō in aera. Nam fm̄ literæ superficiem, qn̄ sursum ad-
Esa. 39. uocatur cēlum, quasi posset esse nisi sursum? Quod autem adiunctum est: Et terrā discernere populum suum, si tantummodo subaudiatur adiocabit, i. aduocabit terrā, nec subaudiatur sursum, hūc uī habere sensum fm̄ rectam fidem, vt cēlum intelligatur in eis, qui cum illo sunt iudicaturi: & terra in eis, qui iudicandi sunt, & aduocabit cēlum sursum non hic intelligamus rapiet in aera, sed in iudiciarias sedes erget. Potest & illud intelligi: Aduocabit cēlum sursum, aduocabit angelos in supernis & excelsis locis, cū quibus descendat ad faciēdum iudicium: aduocabit & terram, i. homines in terra utiq̄ iudicandos. Si autem utrungs subaudiendum est, cum dicitur, & terram, i. & aduocabit & sursum, ut ille sit sensus, aduocabit cēlum sursum, & terram aduocabit sursum, nihil melius intelligi existimo, quām homines qui rapientur in obuiam Christo in aera, sed cēlum dictum propter animas, terram propter corpora. Discernere porrō populum suum, quid est nisi per iudicium separare bonus a malis, tanquam oves ab hōedis? Deinde conuersio sermonis ad angelos facta est. Congregate illi iustos eius. Profecto enim per angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem querimus, quos iustos ei cōgregaturi sint Angeli, qui disponunt, inquit, testamentum eius super sacrificia. Hēc est omnis uita iustorum, disponere testamentum Dei super sacrificia. Aut enim opera misericordiæ sunt super sacrificia, id est, sacrificijs præponenda, iuxta sententiam Dei dicentes. Misericordiam magis uolo quām sacrificiū: aut si super sacrificia, in sacrificijs intelligitur dictum, quomodo super terram fieri dicitur, quod fit utique in terra, profecto ipsa opera misericordia sunt sacrificia, quibus placetur Deo, sicut in libro huius operis decimo me differuisse iam reminiscor, in quibus operibus disponunt iusti testamentum Dei, quia propter promissiones, quā nouo eius testamento continentur, hēc faciunt. Vnde congregatis sibi iustis suis, & ad suam dexteram constitutis, nouissimo utique iudicio dicturus est Christus: Venite benedi-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Et patris mei, possidere paratum vobis regnum a constitutione mundi: Esuriui. n. & dedistis mihi manducare, &c. quae ibi proferuntur de bonorum operibus bonis, & eorum premijs sempiternis per ultimam suam iudicantis.

De prophetia Malachiae qua Dei iudicium ultimum declaratur, & quorum dicuntur peri purificatorias poenas facienda mundatio.

Cap. XXV.

Mala. 3. Propheta Malachiel, siue Malachias, qui & angelus dictus est, qui est Esdras sacerdos, cuius alia in canonem scripta recepta sunt, ab aliquibus creditur, nam de illo hanc esse Hebraeorum opinionem dicit Hieronymus, iudicium nouissimum prophetauit, dicens: Ecce venit dicit dominus omnipotens: Et quis sustinebit diem introitus eius, aut quis fere poterit, ut aspiciat eum? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflagratorij, & quasi herba lauantium. Et sedebit conflans, & emundabit filios Leui. Et fundet eos sicut aurum & argentum, & erunt domino offerentes hostias in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox super maleficos, & super adulteros, & super eos, qui iurant in nomine meo mendaciter, & qui fraudant mercedem mercenario, & opprimunt per potentiam uiduas, & percutiunt pupillos, & peruerunt iudicium aduenae, & qui non timent me dicit dominus omnipotens. Quoniam ego dominus Deus vester, & non mutor. Ex his quae dicta sunt videlicet apparere in illo iudicio quasdam querundam purificatorias poenas futuras. Vbi. n. df: Quis sustinebit diem introitus eius, aut quis ferre poterit, ut aspiciat eum, quia ipse ingreditur quasi ignis conflagratorij, & quasi herba lauantium, & sedebit conflans, & emundabit filios Leui, & fundet eos sicut aurum, & sicut argentum: quid aliud intelligendum est? Dicit tale aliquid & Esaias: Lauabit dominus frides filiorum & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Nisi forte sic eos

dicendum est emundari a fribus, & eliqui quodammodo cum ab eis mali per penale iudicium separantur, ut illorum segregatio atque damnatio purgatio sit istorum, quia sine talium de cetero commixtione victuri sunt: Sed cum dicit: Et emundabit filios Leui, & fundet eos sicut aurum & argentum, & erunt domino offerentes hostias in iustitia, & placebit domino sacrificium Iuda, & Hierusalem, utique ostendit eos ipsos, qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis iustitiae domino esse placituros, ac per hoc ipsi a sua iniustitia mundabuntur, in qua domino hostiae displicebant. Porro in plena perfectaque iustitia cum mundati fuerint, ipsi erunt. Quid nam acceptius deo tales offrerunt, quae scipios? Verum ista quæstio de purgatorijs penis, ut diligentius pertractetur, in ipsis aliud differenda est. Filios autem Leui, & Iuda, & Hierusalē, ipsam dei ecclesiam debemus accipere, non ex Hebreis tamen, sed ex alijs etiam gentibus congregatam, nec tam qualis nunc est, ubi si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipios seducimus, & veritas in nobis non est, sed qualis tunc erit velut area per ventilationem, ita per iudicium purgata nouissimum, eis quoque igne mundatis, quibus talibus mundatio necessaria est, ita ut nullus omnino sit, qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes nam qui sic offertunt, profecto in peccatis sunt, pro quibus dimittendis offrerunt, ut cum obtulerint, acceptumque deo fuerit, tunc dimittantur.

De sacrificiis quae sancti offerent deo sic placitura, quo in diebus pristinis & annis prioribus placuerunt. Cap. XXVI.

Mala. 3. Olens autem deus ostendere ciuitatem suam, tunc in ista consuetudine non futurū, dixit filios Leui oblaturos hostias in iustitia. Non ergo in p̄ctō. Ac *Mala. 3.* per hoc non pro peccato. Vnde intelligi potest in eo, quod fecerunt adiunxit atque ait: Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus, frustra sibi iudeos secundum legem veteris testamenti sacrificiorum suorum præterita tempora polliceri. Non enim tunc in iustitia, sed in peccatis hostias offerabant, quando pro peccatis præcipue ac primitus

Hebr. 7

Malac.

Gen. 3.

1. Tim.

Iob. 2

Abac.

1. Isa.

Malac.

*Ez. 6
Lignū
te.
Gene.
Gene.*

Ez. 6

Pron.

primus offerebant, vsque adeo, ut sacerdos ipse, quod debemus utique credere ceteris suis iustiorum, sum dei mandatum, soleret primū pro suis offerre peccatis: deinde pro populi. Quapropter exponere nos oportet quō sit accipiendo, quod dictū est: Sicut dieb. pristinis, & sicut annis prioribus. Fortassis n. tps illud commemorat, quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc n. puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati, scilicet Deo mīdissimas hostias offerebant. Ceterum ex quo cōmīssū præuaricationis cā inde dimisi sunt atque humana in eis natura dānata est, excepto uno mediatore, & post lauacrum regeneratis quibusque adhuc parvulis, nemo mūdus a sorde, sicut scriptū est, nec infans, cuius est uita vnius diei super terram. Quod si responderetur, et eos merito dici posse offerre hostias in iustitia, qui offerunt in fide. Iub. 25. Iacob. 2. Abac. 2. I. Isa. 1. Itus. n. ex fide uiuit, quāvis seipsum feducat, si dixerit se pētū non habere: & ideo non dicat, quia ex fide uiuit, nūquid dicturus est quod piām hoc fidei ipsi illi fini esse coequandū, qđ igne iudicij nouissimi mundabuntur, qđ offerunt hostias in iustitia? Ac per hoc quoniam post talem mundationem nullum pētū iustos habituos esse credendum est, profecto illud tps, quantum attingit ad nō habere pecatum, nulli temporī comparandum est, nisi qđ primi homines in paradiso ante præuaricationē innocentissima felicitate uixerūt. Recte itaque intelligitur hoc significatū esse, cū dictū est: Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Nā & per Esaiā postea quod cęlum nouum & terra noua promissa est: inter cetera, quae ibi de sanctiorū beatitudine per allegorias, & enigmata exequitur, quibus expositionē cōgruā reddere nos prohibuit Esa. 65. lignū vi. Lignū vitæ secundum dies, inquit, lignū uitæ erūt dies populi mei. Quis autem sacras literas attigit, & ignorat ubi deus planauerit lignū uitæ, a cuius cibo separatis illis hominibus quando eos sua de paradiso eiecit iniquitas, eidem ligno circumposita est ignea terribilisq; custodia? Quod si quisquam illos dies ligni uitæ, quos commemorauit, propheta Esaias: istos qui nunc aguntur Ecclesiæ Christi dies esse cōtendit, ipsumq; Christum lignum uitæ prophetice dictum, quia Pro. 3. ipse est sapientia dei, de qua Salomon ait: Li-

gnū uitæ est omniaibus amplectentib. eam, nec annos egisse aliquos ī Paradiso illos primos homines, unde tam cito electi sunt, ut nullum ibi gignerent filium: & ideo nō posse illud tempus intelligi, in eo quod dictū est: Sicut diebus pristinis, & sic uannis prioribus. Istam præterea quæstionem, ne cogar quod prolixum est cūcta discutere, ut aliqd horum veritas manifestata confirmet. Video quippe alterū sensum: ne dies pristinos, & annos priores, carnalium sacrificiorū nobis, p magnō munere per Prophetam promisso fuisse credamus. Hostiae namq; illæ ueteris legis, quæ de pecoribus immaculatis, ac sine uero prorsus uitio iubebantur offerri, significabant hostes sanctos, qualis solus inuenitus est Xps sine ullo omnino peccato. Proinde quod post iudicium cū fuerint etiam igni mundati, qui eiusmodi mundatione sunt digni, in omnibus sanctis nullū inuenietur omnino peccatum, atque ita seiplos offerent in iustitia, ut tales hostiae omnimodo immaculate, ac sine ullo uitio sine futura, erūt profecto sicut primis diebus, & sicut annis prioribus, qđ in umbra huius rei futura mundissimæ offerebatur hostia. Hæc erit namq; munditia, tunc in immortali carne, ac mente sanctorū, quæ figurabatur in illarū corporibus hostiarum. Deinde propterea, qui nō mundatione, sed damnatione sunt digni: Et accedam, inquit, ad vos in iudicium, & ero testis uelox super maleficos, & super adulteros, & cetera, quibus damnabilibus enumeratis criminibus addidit: Quoniam ego Dominus Deus vester, & non mutor. Tanquam diceret: Cū uos mutauerit, & in deterius culpa uestra, & in melius gratia mea, ego non mutor. Testem uero se dicit futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus. Eumque velocem, siue quia repente uenturus est, eritque iudicium ipso impinato eius aduentu celerrimum, qđ tardissimū putabatur: siue quia ipsas conuincet fine illa sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim, sicut scriptum est, impij interrogatio erit. Et Apostolus: Cogitationibus, inquit, accusantibus, vel etiam excusantibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum sum Euangelium meum per Iesum Christum. Etiam sic ergo dñs futurus testis intelligēdus est uelox, cum sine mora Aug. Tomus Quintus. Dd 3 reuo-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

reuoaturus est in memoriam, unde cōuin-
ēat, puniatq; conscientiam.

De separatione honorum & malorum,
per quam nouissimi iudicij di-
scretio declaratur.

Cap. XXVII.

Cap. 25. **I**llud etiam, quod aliud agens in decimo-octavo libro ex isto propheta posui, ad iudicium nouissimum pertinet, ubi ait: Erunt mihi, dicit dñs omnipotens, in die, quā ego facio in acquisitionem: & eligam eos sicut eligit hō filium suum, qui seruit ei: & cōuertar, & uidebitis, quid sit inter iustum, & ini-
Malac. 3

pium: & inter seruientem deo, & eū, qui nō seruit ei. Quia ecce dies uenit, ardens sicut elibanus, & cōburet eos, & erunt oēs alienigena, & vniuersi qui faciunt iniquitatē stipula, & succendet eos dies ieniens, dicit dñs minus omnipotens: & non relinquetur in eis radix, nequō ramus. Et orietur uobis, q; ti

Hmetis nome meū, sol iustitiae, & faintas id pēnis eius, egredientī, & faliatis sicut uituli de vinculis relaxati: & cōculabitis iniquos, & erāt cinis sub pedib. uestris, dicit dñs oīpotens. Hęc distantia pr̄emiorum, atq; poenarum iustos dirimens ab iniustis, quae sub isto sole in huius uita uanitate nō cernitur, quando sub illo sole iustitia in illius uite manifestatione clarebit. Tunc profecto erit iudicium, quale nunquam fuit.

De lege Moysi spiritualiter intelligēda, ne in
damnabilia murmura carnalis sensus
incurrat. Cap. XXVII I I.

Malac. 4 **Q**uod uero subiungit idē propheta: Memortote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Choreb ad omnē israel p̄ecea pta & iudicia, opportune cōmemorat, post declaratum tam magnū futurum inter obseruatores legis, cōtemptoresq; discrimen, simul ēt ut discant legem spiritualiter intelligere, & inueniāt in ea Xpm, per quē indicē facienda est inter bonos & malos ipsa discrecio. Non enim frustra idem dominus ait Iudeis: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me. n. ille scripsit. Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius promissa terrena rerū

cōlestiū, figuræ esse nescientes, in illa murmur corruerunt: ut dicere auderent, Vanus est, qui seruit deo. Et quid amplius, q; a custodiūmus mandata eius, & q; a ambulauimus supplices ante faciem dñi omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, & ædificātur oēs, qui faciunt iniquitatē. Quibus eoru

verbis quodāmodo propheta cōpuslus est, nouissimū pr̄enunciare iudicū: vbi mali,

nec saltē falso sint beati, sed apertissime apparet miserrimi: & boni nulla temporali sal-

tē miseria laborent. sed clara, ac sempiterna beatitudine perfruātur. Dixerat quippe isto-

rū talia quādā verba ēt superius dicentum: Omnis qui facit malum, bonus est in cōspe-

ctu domini: & tales ei placent. Ad hęc, in-

quam, contra deum murmura peruererūt, legem Moysi carnaliter accipiendo. Vñ & il-

le in psalmo septuagesimo secundo penē cō-

motus dicit suisse pedes suos, & effusos gref-

fus suos vtq; in lapsum, q; zelauit in pecca-

toribus, pacē p̄tōrū intuens: ita ut inter cō-

tera diceret. Quo sciuīt deus, & si est scienc-

ia in altissimo? Diceret etiā: Nūquid ua-

ne iustificauī cor meum, & laui inter inno-

cētes manus meas? Ut at solueret hanc diffi-

cillimam qōnem, quae fit cum uidentur bo-

ni esse miseri, & felices mali. Hoc, inqt, la-

bor est ante me, donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. In no-

uissimo quippe iudicio non sic erit: sed a pta

iniquoru miseria, & aperta felicitate iusto-

rum, longe, q; nunc est, aliud apparebit.

*Aug. su-
per Isa.
Tria. 25.
& 28.
Psal. 72*

Malac. 4 **C**um autem admonuisset, ut meminisset

legis Moysi: quoniam pr̄uidebat eos,

multo adhuc t̄pe, non eam spiritualiter, sicut

oportuerat, accepturos, continuo subiecit:

Et ecce ego mittam vobis Heliam Thesbitē,

ante q; veniat eius domini magnus & illu-

stris: qui conuertet cor patris ad filium, &

cor hominis ad proximū suum, ne forte ue-

niens, percutiam terrā penitus. Per hūc He-

liā magnum, mirabilemq; Prophetam expo-

sita sibi lege, yltimo tempore ante iudicium.

Judeos

4. Re.

Malac.

Ibidem

Malac.

Malac.

Philip.

& 3.

iudæos in Christum verum, i. in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris nō immerito speratur esse venturus; qui etiam nunc viuere non immerito creditur.

4. Re. 2. Curru nāq; igneo raptus est de rebus humanis; qđ cūdētūsime lācta scriptura testatur. Cum venerit ergo exponendo legem spiritualiter, quam nunc iudæi carnaliter sapiunt: cōuerteret cor patris ad filium, i. cor patrū ad filios.

Mala. 4. Singularem quippe pro numero plurali interpres Septuaginta posuerunt. Et est sensus, vt etiam filij sic intelligent legem, id est, iudæi quemadmodum patresem intellexerunt, i. Prophetæ, in quibus erat & ipse Moses. Sic enim cor patrum conuertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum & cor filiorum ad patres eorum, dum in id, quod sententia illi consentiant & isti. Vbi & Septuaginta differunt, & cor hominis ad proximum suum, sunt enim inter se valde proximi patres & filij: Quanquam in verbis Septuaginta interpretum, qui propheticè interpretati sunt, potest sensus alius, idemque lectioni congruens inueniri: ut intelligatur Helias cor dei patris conuersurus ad filium, non utique agendo, vt pater diligit filium, sed docendo, quod pater diligit filium: vt & iudæi, quem prius oderant, diligant eundem, qui noster est Christus. Iudæis enim nunc auersum cor habet deus a Christo nostro: quia non putant eum deum esse, neque dei filium. Eis ergo tūc cor eius conuertetur ad filium, cum ipso conuerso corde dicterint dilectionem patris in filium. Quod uero sequitur. Et cor hominis ad proximum suum, id est, conuertet Helias cor hominis ad proximum suum:

Mala. 4. quid melius intelligitur, quam cor hominis ad hominem Christum? Quum enim sit in forma dei deus noster: formam serui accipiens, esse dignatus est etiam proximus noster. Hec ergo faciet Helias. Ne forte, inquit, veniam & persecutiam terram penitus.

Philip. 2. Terra sunt enim qui terrena sapiunt: sicut iudæi carnales usq; nunc: ex quo vicio contra deum murmura illa uenerunt: quia mali ei placent, & vanus est qui seruit deo.

Quod in libris veteris testamenti cum deus legitur iudicaturus, non euidenter Christi persona monstretur, sed ex quibusdam testimonijs, vbi dñs deus loquitur, non dubie appareat, qđ ipse sit Christus. C.XXX.

Multa alia sunt scripturarū testimonia diuinarum de nouissimo iudicio Dei, quæ si oīa colligam nimis longum erit. Satis ergo sit, quod & nouis & veteribus literis sacris hoc prænunciatiū esse probauimus, per Christum futurum esse iudicium, i. iudicē Christum de celo esse venturum, non tam ueteribus qđ nouis euidenter expressum; propterea quia cū ibi dī: dñs Deus esse venturus, vel dñm Deum dī esse venturū, non consequēter intelligitur Christus. dñs.n. Deus & pater est, & filius, & spiritus sanctus, neque hoc in intestatum relinquere nos oportet. Primo itaq; demonstrandum est, quemadmodum Iesus Christus tanquam dñs Deus loquatur in prophetis liberis, & tñ Iesus Christus euidenter appareat: ut & qñ sic nō appareat & tñ ad illud ultimū iudicium dñs Deus dī esse venturus, possit Iesus Christus intelligi. Est locus apud Esaiā prophetam, qui hoc quod dico euidenter ostendit: Deus.n. per prophetam, Audi me, inquit, Iacob & Israel quem ego voco. Ego sum primus, & ego in sempiternum: & manus mea fundauit terram, & dextera mea firmavit celum. Vocabo eos, & stabunt simul, & congregabuntur oēs & audient. Quis eis enunciavit hæc? Diligens te, feci voluntatem tuam super Babylonem, vt auferrem semen Chaldaeorum. Et locutus sum, & ego vocabui. Adduxi eum, & prosperam feci uiā eius. Accidebat ad me, & audire hæc. Non a principio locutus sum in abscondito, qñ fiebant, ibi eram. Et nunc dñs deus misit me, & spiritus eius. Nempe ipse est qui loquebatur sicut dñs Deus, nec tñ intelligeretur Iesus Christus, nisi addidisset. Et nunc dominus Deus misit me, & spiritus eius. Hoc.n. dixit secundum formam serui de re futura, vtens præteriti temporis verbo, quemadmodum apud eundem prophetam legitur: Sicut ouis ad imolandum ductus est. Non enim ait ducetur, sed pro eo quod futurū erat præteriti temporis verbum posuit. Et assidue Pro-

Esa. 48.

Li. 2. de tri. c. 5

Philip. :

Esa. 5

D. AVRELI AVG. DE CIVITATE DEI

pheta sic loquitur. Est & alias locus apud Zachiām, qui hoc euidenter ostendit, qđ omni-

Zach. 1. potētem misit omnipotens. Quis quem nisi deus p̄t, deum filiū? Nam ita scriptū est, Hęc

F dicit dñs omnipotens: Post gloriā misit me super gentes, quae spoliauerūt vos, q̄a qui tetigerit vos, quasi q̄ tangit pupillam oculi eius. Ecce

Matt. 1. ego inferam manū mēam super eos, & erūt spolia his, qui seruierant eis, & cognoscetis,

quia dñs omnipotens, misit me. Ecce dicit

dñs omnipotēs, a dño omnipotente se missum.

Ioan. 7. Quis hic audeat intelligere nisi Christū lo-

quentē. s. ouibus quae perierāt domus Israēl?

Psal. 17. Ait tanq; in Euāgeliō: Non sum missus, nisi ad oues quae perierunt domus Israēl, quas

hic comparauit pupillæ oculi dei, p̄p excellētissimum dilectionis affectum, ex quo ge-

nere ouium etiam ipsi Apostoli fuerunt. Sed post gloriam resurrectionis vtique suæ, quae

Ioan. 7. anteq fieret, ait Euāgelistā Ioānes: Nondū

erat spiritus datus, q̄a Iesu nōdū erat glo-

rificatus: ēt super gētes missus est in Apo-

stolis suis: ac sic impletum est qđ in psālmo le-

gitur, Erues me de contradictionibus populi, cōstitues me in caput gētiū, vt qui spolia-

uerunt israelitas, quibus; israelitæ seruile-

rant, qñ sunt gētib⁹ subditi, nō vicissim eo-

G dem modo spoliarēt, sed ipsi spolia fierēt

Matt. 4. israelitarum. Hoc n. A apostolis promiserat,

Luc. 5. dicens: Faciam vos p̄scatores hoium. Et vni

Marc. 3. eorum: Ex hoc iam, inquit hoies eris capiēs.

Mat. 12. Spolia ergo fierint, sed in bonum tanq; erepta

Zach. 12. vasa illi forti, sed fortius alligato. Item per

eundem Prophetam dñs loquens: Et erit, in-

quit, in die illa, quāram auferre oēs gentes,

quae veniūt contra Hierusalēm, & effundam

super domū Daud, & super habitatores Hie-

rusalem spiritū gratiæ & misericordiæ, &

& aspiciēt ad me pro eo quod insultauerūt,

& plangent super eo planctū, quasi super

charissimum, & dolebūt dolore quasi super

vnigenitum. Nūquid nisi dei est auferre oēs

gētes inimicas sancte ciuitatis Hierusalēm,

quae veniunt cōtra eum, i. contrariae sunt ei?

Vel sicut ali⁹ sunt interpretati, veniunt super

eam, i. vt eam sibi subijciant, aut domū Da-

uid effundere, & super habitatores eiusdem

ciuitatis spiritū gratiæ & misericordiæ? Hoc

vtiq; dei est, & ex persona dei dī per Prophe-

tam, & tñ hunc deū hęc tam magna & tam

diuina facientem se se Christus ostendit, adiun-

gendo atq; dicendo, Et aspicient ad me pro

eo qnōd insultauerunt, & plangent super

eo planctū, quasi super charissimum, sive

dilectū, & dolebunt dolore quasi super uni-

genitum: Penitebit quippe in die illa iudeos

etiam eos, qui accepūt sunt spiritū gra-

tiæ & misericordiæ, quod in eius passione

insultauerunt Christo, cum ad eum aspexe-

rint in sua maiestate venientem, eumq; esse

cognouerint, quem prius humilē in suis pa-

rentibus illulerunt, quāuis & ipsi parētes eo-

rum tantæ illius impietatis authores resur-

gentes videbunt eum, sed puniēdi iam non

adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipsi

intelligendi sunt, vbi dīctum est: Et effundā

super domum Daud, & super habitatores

Hierusalem spiritū gratiæ & misericordiæ,

& aspicient ad me pro eo qđ insultauerunt,

sed tñ de illorū stirpe venientes, qui per He-

liā illo tpe sunt credituri. Sed sicut diximus

iudeis, vos occidistis Christum, quāuis hoc

parentes eorum fecerint, sic & isti se dolebūt

fecisse quodammodo, quod fecerunt illi, ex

quorum stirpe descendunt. Quāuis ergo ac-

cepto spiritu gratiæ & misericordiæ iam fi-

deles non damnabuntur cum impijs paren-

tibus suis, dolebunt tñ tanq; ipsi fecerint, qđ

I ab illis factum est. Non igitur dolebunt rea-

tu criminis, sed pietatis affectu. Sanè vbi di-

xerunt septuaginta interpres: Et aspicient

ad me pro eo qđ insultauerunt: sic interpre-

tatum est ad Hebreos: Et aspicient ad me

qnem confixerūt. Qno quidē verbo euiden-

tius Christus apparēt crucifixus. Sed illa in-

signtatio quā septuaginta ponere maluerunt,

eius vniuersa non defuit passioni. Nam &

detento, & alligato, & adiudicato, & oppro-

brio ignominioꝝ velis induito, & spinis co-

ronato, & calamo in capite percutso, & irri-

dēter flexis genibus adorato, & crucem suā

portanti, & in ligno iam pendenti vtiq; in-

signtauerunt. Proinde interpretationem non

sequētes vnam, sed vtrāq; iſigentes, eum &

insultauerūt, & confixerūt legimus, plenus

veritatē dominice passionis agnoscimus.

Cū ergo in propheticis literis ad nouissimū

judicium faciendum deus legitur esse ventu-

rus, et si eius alia distinctio nō ponat, trāmo-

do p̄p ipsum iudicium Christus debet intel-

ligi,

I. Iudei-

panis-

taſſe chri-

ſto.

I. Ibidem.

Phil.

Mat.

Esa.

Mat.

Quid

gnifi-

calam-

quaſſi-

tu, &

nū ſia-

cans.

Mat.

Eſa. .

Psal.

telligi, qd et si ipse p*r* iudicabit, per aduetum
t*n* filij ho*s* iudicabit. Nam & ipse per sua
pr*ae*senti*a*e manifestatione*n* o*u* iudicabit que*n*
Esa. 42. quam, & o*u* iudicium dedit filio. Qui mani-
Mat. 12. festabatur homo iudicaturus, sicut homo est
iudicatus. Quis est. n. alius, de quo item deus
loquitur per Esaiam sub no*i*e Iacob & Israel
de cuius semine corpus accepit? Quod ita
scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam il-
lum, Israel electus meus, assump*si* eum a*m*a
mea. Dedi spiritu*m*e*u* in illum, iudiciu*g*en
tibus proferet. Non clamabit ne*q*; cessabit,
ne*q*; audietur foris vox eius. Calam*u* qua-
saturn non conteret, & linum fumans, non
extinguet, sed in veritate proferet iudicium.
Resulgebit, & n*o* c*o*fringetur, donec ponat
in terra iudicium, & in no*i*e eius gentes spe-
rabunt. In Hebreo non legi*f* Iacob & Israel,
sed quod ibi legi*f* seruus meus nimurum Se-
ptuaginta interpretes volentes admonere qua-
tenus id accipendum sit, quia. f. p*p* formam
serui dictum est, in qua se altissimus humil-
limum pr*ae*buit, ipsius ho*s* nomen ad eum

Phil. 2. L significandu*u* posuerunt, de cuius genere ea-
Mat. 3. dem serui forma suscep*ta* est. Datus est in e*u*
Esa. 24. spiritu*s*anctu*m*, q*d* & columba*u* specie Euan-
Mat. 17. gelio teste monitratum est. Iudicium genti-
bus protulit, quia pr*en*unciavit futurum: q*d*
gentibus erat occultum. Mansuetidine non
clamauit: nec t*n* in pra*dic*anda veritate ces-
sauit. Sed non est audita foris vox eius, nec
auditur, q*n*quidem ab eis qui foris ab eius

Quid si- Quid si-
gnificet suos persecutores iudeos, qui calamo qual-
calamus fato perdita integritate & lino sumati amis-
qua*ffas*- so lumine comparati fu*v*t, non c*o*trivit, nec
su*s*, & li extinxit, quia pepercit eis, qui n*o*dum vene-
n*n* fumi- rat eos iudicare, sed ab eis iudicari. In veri-
tate san*e* iudicium protulit pr*ae*dicens eis q*n*

Mat. 17. puni*di* essent, si in sua malignitate persiste-
Esa. 42. rent. Resulgit in m*o*te facies eius, in orbe fa-
ma eius, nec c*o*fractus, siue c*o*rritus est, quia

ne*q*; in se, ne*q*; in ecclesia sua, vt esse desiste-
re, persecutoribus ce*ls*it. Et ideo non est fa-
ctum, nec fieri, quod inimicis eius dixerunt,
Psal. 40. vel d*icit*: Q*n* morietur, & peribit nom*e* eius,
donec ponat in terra iudicium. Ecce manife-
stum est, quod absconditum quererebamus.
Hoc n*o* est nouissimum iudicium, q*d* ponet
in terra, cum venerit ipse de c*o*elo. De quo

iam videmus impletum, q*d* hic ultimum po-
situm est: Et in no*i*e eius gentes sperabant.
Esa. 42. Per hoc certe q*d* negari non potest, et illud
credatur, quod impudenter negatur. Quis. n.
speraret, quod et*h*i, qui noluit adhuc credere

M

Mat. 12.

in Christum, iam nobiscum vident: & q*n*
negare non p*ot*est, dentibus suis frendent, &
tabescunt? Quis, inquam speraret gentes in
Christi no*i*e speraturas esse, q*n* tenebatur, li-
gabatur, c*ade*batur, illudebatur, & crucifi-
gebatur, q*n* & ipsi discipuli spem perdi-
rant, quam in illo habere iam ce*per*ant? Q*d*
tunc vix unus latro sperauit in cruce, nunc
sperant gentes longe late*q*; diffusa*e*. Et ne in
a*et*ernum moriat*u*, ipsa in qua ille mortuus
est cruce signantur. Nullus igitur, vel negat,
vel dubitat per Iesum Christum tale quale
istis sacr*is* literis pr*ae*n*unci*ciatur, futurum esse
nouissimum iudicium, nisi qui eisd*e* literis,
nescio qua incredula animositate seu c*ec*ita-
te non credit: qu*ae* iam veritatem suam orbi
demonstrauere terrarum. In illo itaq*u* iudi-
cio, vel circa illud iudiciu*u*, has res didicimus
esse futuras. Heliam Thesbiten, fid*e* iudgo-
r*u*, Antichristum persecuturum, Christum
ventur*u*, iudicatur*u*, mortuor*u* resurrectio-
nem, bonor*u* malorum*q*; direptione*u*; mun-
di c*o*flagrationem, ei*us*dem*q*; renouatione*u*. A

Qu*ae* o*ia* quid ventura esse credend*u* est.
Sed quibusmodis, & quo ordine veniat ma-
gis tunc docebit rerum experientia, qu*ad* nunc
valet c*o*sequi ad perfectu*u* ho*s*um intelligentia.
Existimo t*n* eo quo a me commemora*u* a
sunt ordine esse ventura. Duo nobis ad hoc
opus pertinentes reliqui sunt libri, vt adiu-
uante d*omi* promissa c*ople*amus, quor*u* unus
erit de malor*u* supplicio, alius de foelicitate
iustor*u*. In quibus maxime sicut deus dona-
uerit, argum*enta* refell*er* humana, q*u* contra
predicta ac promissa diuina sapi*er* sibi mi-
li*er* reddere v*ir* & salubris fidei nutrimenta
velut falsa & ridenda cont*en*ent. Qui vero
sim deum sapiunt, o*ia* qu*ae* incredibilia v*ir*
hominibus, tam*en* scriptur*is* sanctis, quarum
iam veritas multis modis asserta est, con-
tinentur, maximum argumentum tenent ve-
racem dei omnipotentiam, quem cert*u* ha-
bent, nullo modo in eis potu*is* ementiri, &
posse facere, quod impossibile est infideli.

F I N I S.

D. AV-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

D. AVRELII AVG. EPISCOPI

De ciuitate dei, ad Marcellinum.

Liber.

XXI.

De ordine disputationis, qua prius differendum est de perpetuo supplicio damnatorum cum diabolo, quam de æterna felicitate sanctorum. Caput I.

z. Ti. 4.



V M per Iesum Christum dñm nostrum iudicem viuorum atq; mortuorum ad debitos fines ambæ peruererint ciuitates, quarū una est dei, altera diaboli, & omnium ad eum pertinentium, in hoc libro a nobis, quantum ope diuina valebimus, diligentius disputandum est. Ideo aut hunc tenere ordinē malui, vt postea differam de felicitate sanctorum, qm vtrungs cum corporibus erit: & incredibilius vr esse in æternis corpora durare cruciatibus, q sine dolore vlo in æterna beatitudine permanere. Ac per hoc cum illam poenam non debere esse incredibilem demōstrauerero, adiuuabit me plurimum, vt multo facilius omni carens molestia immortalitas corporum in sanctis futura credatur. Nec a diuinis ordo iste abhorret eloquiis, vbi aliqui quidem bonoru beatitudi prius ponitur, vt est illud. Qui bona fecerunt in resurrectione vita, qui aut mala egerrūt, in resurrectione iudicij, sed aliqui & posterius, vt est: Mittet filius hois angelos suos, & colligēt de regno eius oia scādala, & mittent in caminum ignis ardentes: illuc erit fletus & stridor dentium: tūc iusti fulgebūt, sicut sol in regno patris sui. Et illud: Sic ibunt iniusti in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Et in prophetis, qd commemorare longum est, nunc ille, nunc iste ordo si quis inspiciat, inuenitur. Sed ego istum qua causa elegerim dixi.

Mat. 13.

Iean. 5.

An possint corpora in vstione ignis esse perpetua. Cap. I I.

Quid igitur ostendam unde conuincantur increduli, posse humana corpora animata atq; viuentia, nō solum nunq; morte dissolui, sed in æternorū quoq;

ignium durare tormentis? Nolunt. n. hoc ad omnipotentis nos referre potentiam, sed ali quo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si rñdebitus, esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tñ in medijs ignibus viuat, nonnullum etiam genus verum in aquarum calidarum scaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impune contrectat: illos aut nō solum sine vlla sui lesione ibi esse, sed extra esse nō posse, aut nolunt credere, si ostendre nō valemus: aut si valuerimus, siue oculis demonstrare res ipsas, siue per testes idoneos edocere, non satis hoc esse ad exemplum rei de qua quæstio est, eadem infidelitate contendunt: quia hæc animalia, G nec semper viuūt, & in illis feruoribus sine doloribus viuunt, sua quippe naturæ cōuenientibus vegetantur, illis non cruciantur elemētis: quasi nō incredibilis sit vegetari, q non cruciari talibus rebus. Mirabile est. n. dolere in ignibus, & tñ viuere, sed mirabilius viuere in ignibus, nec dolere. Si autem creditur, cur non & illud?

An consequens sit, vt corporeum dolorem sequatur carnis interitus. Cap. III.

Sed nullum est, inquiunt, corpus quod dolere possit, nec possit mori. Et hoc vnde scimus? Nam de corporibus quis certus est dæmonum, vtrum in eis doleant, qn se affligi magnis cruciatibus confitetur? Quod respondetur, terrenum corpus solidum, satq; conspicuum nullum esse atq; vt uno potius nomine id explicem, nullam esse carnem quæ dolere possit, moriq; non possit, quid aliud dicitur, nisi quod sensu corporis homines & experientia colgerunt? Nullam nanq; carnem nisi mortalem sciūt. Et hæc est eorum tota ratio, vt quod experiens non sunt nequaquam esse posse arbitrentur. Nanque cuius rationis est dolorem facere mortis augmentum, cum uitæ potius sit indicium? Et si enim querimus vtrum semper possit viuere, certum tamen est viuere omne quod dolet, doloremq; omnem nisi in re viuente esse non posse. Necesse est ergo vt viuat dolens, non est necesse, ut occidat dolor, quia nec corpora ista mortalia & vtiique moritura, omnis dolor occidat.

Quod animalia quædā in igne nō viuant.

Mat. 4.

Inc. 16

dit. Ut autem dolor aliquis possit occidere , illa causa est, qm sic est anima connexa huic corpori, ut summis doloribus cedat atq; discedat, qm & ipsa compago membrorum, atq; vitalium sic infirma est, ut eam vim quæ magnum uel summum dolorum facit, nō valeat sustinere. Tunc at tali corpori anima & eo connectetur modo , ut illud uinculum sicut nulla temporis longitudine soluitur, ita nullo dolore rupatur. Proinde et si caro nuc talis nulla est, quæ sensum doloris ppeti possit, mortemq; non possit: erit tñ tunc talis caro, quæ lis nunc non est, sicut talis erit & mors, quæ lis nunc non est. Non n. nulla, sed sempiterna mors erit , qm nec viuere anima poterit deū non habendo , nec doloribus corporis carere moriendo: Prima mors animam nolentem pellit de corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore. Ab utraq; morte communiter id habetur, ut quod nō vult anima, de suo corpore patiatur. Attendut autem isti contradictores nullam esse nuc carnem quæ dolorem pati possit, mortemq; nō possit, & non attendunt esse tñ aliquid tale quod corpore maius sit. Ipse qpp animus , cuius præsentia corpus uiuit, & regitur, & dolorem pati potest , & mori non potest. Ecce k inuenta res est, quæ cum sensum doloris habeat, immortalis est: hoc igitur erit tunc etiā in corporibus damnatorum , quod nuc esse scimus in animis omnium. Si autem consideremus diligentius, dolor qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. Animæ n. est dolore, non corporis, etiam quando ei dolédi cæxistit a corpore, cum in eo loco dolet, ubi loquitur corpus. Sicut ergo dicimus corpora sentientia, & corpora uiuentia, cū ab anima sit corporis sensus & uita, ita & corpora dicimus dolentia, cum dolor corporis nisi ab anima esse non possit. Dolet itaq; anima cū corpore in eo loco eius, ubi aliquid contingit ut doleat. Dolet & sola quanvis sit in corpore, cum aliqua causa euam inuisibiliter tristis est ipsa corpore in columi. Dolet etiā nō in corpore constituta. Nam utiq; dolebat diues ille apud inferos, quando dicebat: Crucior in hac flama. Corpus autem nec exanime dolet, nec animatum sine anima dolet. Si ergo a dolore argumentum recte sumeretur ad mortem, ut ideo mors possit accidere, quia potuit accidere & dolor , magis ad animam pertineret mori , ad quam magis pertinet & dolere. L Cū vero illa qm magis dolere potest, non possit mori, quid momenti affert cur illa corpora, qm futura sunt in doloribus, ideo et moritura esse credamus? Dixerunt quidam Platoni ci, ex terrenis corporibus moribundisq; membris esse animæ & metuere, & cupere, & dolere, atq; gaudere. Vñ Vergilius: Hinc, inq; id ē, ex moribundis terreni corporis membris, metuant cupiuntq; dolent gaudentq;. Sed cōsuetus eos in quarto decimo huius operis libro, habere animas fin ipsos ab omni etiā corporis labore purgatas, diram cupiditatem , qua rursus incipiunt in corpora velle reuerti. Vbi autem potest esse cupiditas, profecto etiam dolor potest. Frustrata quippe cupiditas siue nō perueniendo, quo tendebat, siue amittendo, quo peruerenerat, vertitur in dolorem. Quapropter si anima, quæ vel sola uel maxime dolet, habet tamen quandam pro suo modo immortalitatem suam , non ideo poterunt illa corpora, quia dolebunt. Postremo, si corpora faciunt, ut animæ doleant, cur eis dolorum possint, morte vero inferre non possunt, nisi quia consequens nō est, ut morte faciat, quod dolorem facit. Cur ergo incredibile est, ita igne illis corporibus dolorem posse inferre non mortem, sicut ipsa corpora dolere animas faciunt, quas tamen non ideo mori cogunt? Non est ergo necessarium futuræ mortis argumentum dolor.

De naturalibus exemplis, quorum consideratio doceat posse inter ignes uiuentia corpora permanere.

Caput IIII.

Quapropter si, ut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagauit, Salamandra in ignibus uiuit. Et quidam notissimi Siciliae montes qui tanta diuturnitate temporis, atq; vetustate, vñq; nunc & deinceps flammis assuunt atq; integri perleuerant, satis idonei testes sunt, non oē qd ardet absumi. Et anima indicat, non eē quod dolere potest, posse etiā mori. Quid adhuc a nobis terro poscunt exempla, quibus doceamus nō esse incredibile, ut hominum corpora sempiterno supplicio punitorum , & in igne anima noua

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

non amittat, & sine detimento ardeant, & sine interitu doleant? Habebit.n. tūc ista carnis substantia qualitatē ab illo indīrā, qui tā miras & uarias tot rebus indidit, quas uideamus, ut eas, quia multæ sunt; non miretur. Quis .n. nisi deus creator oīum dedit carnī paonis mortui ne putresceret? Qđ cū audi tu incredibile uideretur, euēnit ut apud Carthaginē nobis cocta apponēretur hēc aus. De cuius pēstōe pulparū quantū uīsum est decerp̄tum seruari iussimus. Qđ post dierū tñ spatiū quanto alia caro quecunq; cocta putresceret prolatum atq; oblatū, nihil nostrū offendit olfactū. Itemq; repositū post dies amplius q̄ triginta, idem quod erat inuentum est. Idemq; post annum, nisi qđ aliquantum corpulentia siccioris, & contra etiōris fuit. Quis paleæ dedit uel tā frigidam vim, ut obrutas niues seruet: uel tam seruidam, ut poma immatura maturet? De ipso igne mira quis explicet, quo quęq; adusta nigrēscunt cū ipse sit lucidus, & pene omnia quę ambit, & lambit colore pulcherrimus decolorat, atq; ex pruna fulgida carbonē terrimum reddit? Neq; id quasi regulariter diffinitum est. Nam econtrario lapides igne candente percoſti, & ipsi fiunt candidi, & quāuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tñ illi luci, quod albū est, si eut nigrū tenebris. Cum itaq; ignis in lignis ardeat ut lapides coquat, cōtrarios habet nō in contrariis rebus effectus. Et si.n. lapides & ligna diuersā sunt, contraria tamen nō sunt, sicut album & nigrum: quorum in lapidib. unum facit, alterum in lignis, clarus illos clarificans, hēc obfuscās, cum in illis deficeret, B nisi in istis uiueret. Quid in carbonibus? Nō ne miranda est, & tanta infirmitas, ut iētu leuisimo frangantur, pressu facilissimo cōterātur, & tanta firmitas, ut nullo humore corrūpantur, nulla ætate uincantur, vsqueadeo, ut eos substerne soleant qui limites figūt, ad cōuincendum litigatores, quisquis post quā talibet tempora extiterit, fixumq; lapidem limitem non esse contendenter? Quis eos in terra humida infoſos, vbi ligna putrescerent, tandem durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis efficit? Intueamur etiam miraculum calcis, excepto eo de quo iam satis diximus, quod igne candescat, quo

alia tetra reddūtur, ēt occultissime ab igne, ignem concipit. Cumq; iam gleba tangentibus frigida sit tam latēter ignē seruat, vt nūli nostro sensu prorsus appareat, sed cōpertus experimento etiā dum non appetat, sciat, inesse sopus. Propter quod eam calcem uiuam loquitur, uelut ipse ignis latens aīa sit inuisibilis, uisibilis corporis. Iam uero mirum est, quod cum extinguitur, tunc accēditur? Vt.n. occulto igne careat, aqua infunditur, aqua ve perfuditur, & cū ante sit frigida, inde feruescit, unde seruentia cuncta frigescunt. Velut expirante ergo illa gleba, discedens ignis, qui latebat appetat, ac deinde tanquam mortua sic frigida est, ut adiecta unda nō sit artura, & quam calcem uocabamus uiuā, uocemus extinctā. Quid est qđ huic miraculo addi posse uideatur? Et tñ additur. Nā si non adhibeas aquam, sed oleū, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione vel in fusione feruescit. Hoc miraculū si de aliquo Indico lapide legeremus, siue audiremus, & in nostrū experimentum uenire nō posset, profecto aut mendaciū putaremus, aut certe granditer miraremur. Quarū uero rerum ante nostros oculos quotidiana docu mēta uerfantur, nō ḡne minus mirabili, sed ipsa asiduitate uileſcūt, ita ut ex ipsa India, q̄ remota est pars orbis a nobis, desierimus nōnulla mirari, q̄ ad nos potuerūt mirāda produci. Adamantē lapidē multi apud nos habent, & maxime aurifices insignioresq; gemarum, q̄ lapis nec ferro, nec igni, nec alia vi villa perhibetur, præterquam hircino sanguine vinci. Sed qui eū habēt atq; nouerūt, nunquid ita mirantur, vt hi quibus primum potētia eius ostendit? Quibus autem nō ostēditur, fortasse nō credunt, aut si credūt, inexperta mirantur, & si contigerit experiri, adhuc quidē mirantur insolita. Sed asiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem nouimus mirabilem ferri esse raptorem, quod cū primum uidi, uehementer inhorru. Quippe cernebam a lapide ferreum annulum rapuum atq; suspensum, deinde tanquam ferro quod rapuerat uim dedisset suam cōmū nemq; fecisit, iidem annulus admotus est alteri eūq; suspendit, atq; ut ille prior lapidi, sic alter annul⁹ priori annulo cohærebatur. Ac cesit

Seuer
Mileu
zanz.
al Bat
vines.

cessit eodem modo tertius, accessit & quartus. Iamque sibi per mutua connexis circulis non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhaerentium, quasi catena peperderat annularum. Quis istam uim lapidis non stupereret, quae illi non solu' inerat, verum etiam per totum suspensa transibat & inuisibilibus ea vinculis subligabat? Sed multo est mirabilius, quod a

Severus Milensis. fratre & coepiscopo meo Seuero Milleuitano de isto lapide cognoui. Seipsum nang; vi disse narrauit quemadmodum Bathanus quoniam comes Aphricæ, cum apud eum coniueretur ep's, eundem protulerit lapidem, & temuerit sub argento, ferrumque super argéum posuerit, deinde sicut subter mouebat ma-

num, qua lapidem tenebat, ita ferrum desuper mouebatur, atque argento medio nihilque patiente, concitatisimo cursu ac recursu infra lapis ab hoë, supra ferrum rapiebatur a lapide. Dixi quod ipse conspexi, dixi quod ab illo audiui, cui tanquam ipse videlicet credidi. Quid est de isto magnetе legerim, dicam: quod iuxta eum ponitur adamascum non rapit ferrum, & si iam rapuerat, ut ei appropinquauerit mox remittit. India mittit hos lapides. Sed si eos nos cognitos iam desistimus admirari, quanto magis illi, a quibus ueniunt, si eos facilimos habent: si forsitan habent ut nos calcem, quam miremodo aqua ferueantur, qua solet ignis extingui, & oleo non ferueantur, quo solet ignis accendi, quod in promptu nobis est, non miramus.

Quanta sint quae non recte queant agnosciri, & tamen eadem esse non sit possibile, ambiguum. Cap. V.

Veruntamen hoies infideles, quibus cum diuina uel praeterita vel futura miracula prædicamus, quae illis experienda non ualemus ostendere, rationem a nobis earum flagitant rerum, quam quoniam non possumus reddere (excedunt, r. uires mentis humanae) existimat falsa esse, quae dicimus: ipsi de tot mirabilibus rebus quas vel videre possumus uel uidemus, deberent reddere rationem. Quod si fieri ab hoë non posse viderint, fatendum est eis, non ideo aliquid non fuisse, uel futurum non esse, quia ratio inde non potest reddi, quoniam sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaque per plurima

qua mādata sunt literis, non gesta atque tracta, sed in locis quibusque manentia, quod si quisquam ire uoluerit & potuerit, utrum uera sit explorabit. Sed pauca cōmemoro. Agrigentum Siciliæ salē perhibent cum fuerit admotus igni, uelut in aqua fluesceret: cu' vero aqua, uelut in igne crepitare. Apud Garamantas quedam fonte tam frigidissimis diebus, ut non bibatur: tam seruidum noctibus, ut non tangatur. In Epiro aliud fonte in quo faces ut in ceteris extinguuntur accense, sed non ut in ceteris, accenduntur extinctæ. Asbeston Arcadiæ lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam non posset extinguiri. Lignum cuiusdam sicut Aegyptiæ non ut ligna cetera in aquis nature, sed mergi, & quod est mirabilius, cu' in imo aliquadiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quoniam madefactum debuit humoris pondere prægrauari. Poma in terra Sodomorū giganti quidem, & ad matritatis faciem peruenire, sed mortuæ pressuata, in sumum ac fauillam corio satiscente vanescere. Pyrites lapidem Persicum tenentis in manum si vchemēius prematur adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside giganti etiam lapidem Sclenitem, cuius interiorem cädorem cum luna crescere atque deficere. In Cappadocia etiam vento equas concipere, eosdemque foetus non amplius triennio uiuere. Tilon Indiæ insulæ eo præferri ceteris terris, quod oīs arbor, quæ in ea gigantur nunquam nudatur tegmine foliorum. De his atque alijs innumerabilibus mirabilibus quæ historia non factorum & tractatorum, sed manentium locorum tenet. Mihi autem aliud agenti, ea persequi nimis longum est.

Reddant rationem si pñt infideles illi, qui nolunt diuinis literis credere, quid aliud, quoniam non putantes eas esse diuinias, eoque res habeant incredibiles, sicuti hoc, est unde nunc agimus. Non n.admittit, inquit, ulla ratio, ut caro ardeat, nec absumatur doleat, neque moriat: ratiocinatores, uidelicet magni, de omnibus rebus quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem. Reddant ergo rationem de his quae pauca posuimus, quae præcudubio si esse nescirent, & futura esse diceremus, multo minus crederent, quam quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquid est uenturum. Quis enim eorum nobis

D. AURELLI AVG. DE CIVITATE DEI

nobis credere, si quemadmodum dicimus futura hoium viua corpora, quæ semper arsura atq; dolitura, nec tñ aliquæ moritura sint, ita diceremus in futuro seculo futurum factum, quæ faceret ignis, velut in aqua fluescere, eundemq; faceret aqua velut in igne crepitare: aut futurum fontem, cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat, vt nō poscit tangi: in æstibus vero diei sic algeat, vt bibi nō possit: aut futurum lapidem, vel eum, qui suo calore manū constringentis adureret, vel eum qui vnde cunq; accelus extingui omnino nō posset, &c. quæ prætermisisti alijs innumeris commemoranda interim duxi? Hæc ergo in illo seculo, qd' futurum est, si diceremus, futura, nobisq; increduli renderent, si vultis ut ea credamus, de singulis redditæ rōnem, nos nō posse cōfiteremur, eo q; istis & similibus dei miris operibus infirma mortalium ratio cīnatio vincitur, fixam tñ apud nos esse rōnem, nō sine ratione oipotentei facere, vnde aius humanus infirmus rationem non pot reddere, & in multis quidē rebus incertum nobis esse quid velit: illud tñ esse certissimū nihil eorū esse impossibile, quæcunq; voluerit, eiq; nos credere prædicenti, quem neq; impotentem, neq; mentientem possimus credere. Hi tñ fidei reprehensori, exatoresq; rōnis, quid ad ista rēdēt de quibus ratio reddi ab hoie non potest, & tñ sunt; & ipsi rationi naturæ vir esse contraria? Quæ si futura esse diceremus, similiter nobis sicut eorum, quæ futura esse dicimus, ab infidelibus ratio posceretur, ac per hoc cum in talibus operibus dei deficiat ratio cordis & sermonis humani: sicut ista nō ideo nō sunt, sic non ideo etiam illa non erunt, quoniam ratio de utrisq; ab homine non potest redi.

*Deo nihil impof-
fibile.*

H Cap. VI.

Quod non omnia miracula naturalia sint, sed pleraque humano ingenio modifeca, pleraque autem dæmonum arte composita.

I Hic ergo forte respondeant, prorsus nec ista sunt, nec ista credimus, falsa de his dicta, falsa conscripta sunt, & adiçiant ratiocinantes, atq; dicentes: Si talia credenda sunt, credite & quos quod in eas-

dem literas est relatum, fuisse vel esse quoddam Veneris phanum, atq; ibi candelabrum, & in eo lucernam sub diuo sic ardenter, ut eam nulla tempestas, nullus imber extingueret.

Vnde sicut ille lapis, ita ista *λύχνος αβεστος*, id est, lucerna inextinguibilis nominata est. Quod properea poterū dicerē, vt rēdēndi nobis angustias ingerant: quia si dixerimus non esse credendum, scripta illa miraculorū infirmabimus: si aut̄ credendum esse consenserimus, confirmabimus numina paganorū. Sed nos, sicut iam in lib. duodecimo huius operis dixi, nō habemus necesse oīa credere, quæ historia continet gentium, cum & ipsi inter se historici, sicut at Varro, quasi data opera, & quasi ex industria per multa difſentiāt: sed ea si uolumus credimus quæ nō aduersantur libris, quibus non dubitamus oportere nos credere. De his autem miraculorum locis, nobis ad ea quæ futura persuadere incredulis volumus, latis illa sufficiant, quæ nos quoq; possumus experiri, & eorum telites idoneos non difficile est invenire. De isto aut̄ phano Veneris, & lucerna inextinguibili, nō solum in nullas coartauit angustias, uerum etiam latitudinis nobis campus aperitur. Addimus n.ad istam lucernā inextinguibilem & humanarum & magicarū, i. per hoies dæmoniacarum artiū & ipsorum per seipso demonum multa miracula. Quæ si negare voluerimus, eidem ipsi cui credimus sacrarum literarum aduersabimur veritati. Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid de Asbelto ars humana molita est, aut arte magica factum est, quod hoies illo mirarentur in templo, aut demon quispiam sub hoie Veneris tanta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigium & appareret hominibus, & diutius permaneret. Illiciuntur aut̄ dæmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi, sed deus condidit delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, q; cuiusq; delectationi congruent per varia genera lapidum, herbarum, lignorū, animalium, carminum, rituum. Ut autem illiciuntur ab hominibus prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt, uel inspirando eorum cordibus uirus occultum, vel etiam fallacibus amicitijs apprendo, eorumque paucos discipulos

L

Aene. 4

I

2.C.11 Ios suos faciunt plurimorumq; doctores. Ne que n. potuit nisi primum ipsis docentibus disci quid quisq; illorum appetat, quod exhorreat, quo inuitetur nomine, quo cogat, unde magicae artes earumq; artifices extirent. Maxime autem possident corda mortaliuum, qua potissimum possessione gloriantur, cū se transfigurant in angelos lucis. Sū ergo facta eorum plurima, quæ quanto magis mirabilia contineantur tanto cautius uitare debemus. Sed ad hoc vnde nunc agimus, nobis etiam ipsa proficiunt. Si n. hæc immūdi dæmones possunt, quanto potentiores sunt sancti angeli, quanto potentioris his omnibus deus, qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsis angelos fecit?

Aene. 4. Quam ob rem si tot & tanta tamq; mirifica, quæ p[er]icula uera appellant, dei creatura vtentib. humani artibus fiunt, ut ea qui nesciunt opinentur esse diuina, vnde factum est, ut in quodam tēplo lapidibus magnetibus in solo & in camera proportione magnitudinis positis, simulachrū terrenū aeris illius medio inter utrungq; lapidem, ignoratiibus quid lursum esset, ac deorsum, quasi numinis potestate pendereret: quāde aliquid etiam in illa lucerna Veneris de la ipide Asbesto ab artifice fieri potuisse iam dimicimus; si magorum opera, quos nostra scriptura veneficos & incantatores uocat, int̄n dæmones extollere potuerunt, vt congrueret hominum sensibus sibi nobilis poeta videtur, de quadam foemina quę tali arte polleter, dicens:

Hæc se carminibus promittit soluere metes
Quas uelit, ast alijs duras immittere euras:
Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retro:

B Nocturnosq; ciet manes, mugire uidebis
Sub pedibus terram, & descendere mortibus ornos. Quāto magis deus potens est facere, que infidelibus sunt incredibilia, sed illius facilia potestati, quandoquidem ipse lapidum aliarumq; uim rerum & hominū in genia, qui ea miris utuntur modis, angelicas que naturas omnibus terrenis potentiores animantibus condidit; vniuersa mirabili uincente uirtute, & operandi, iubendi, finendi quę sapientia: uens omnibus tam mirabiliter creauit?

Quod in rebus miris summa credendi ratio sit omnipotētia creatoris.

Caput. vii.

Mat. 25.

C

F
Deus na
turarum
author -
demus

demus hāc esse uoluntatē omnipotētis dei , q̄ certe non ob aliud uocatur omnipotēs , ni si qm̄ quicquid vult pōt, qui potuit creare tā multa, quæ si non offendenterunt, aut a credē dis hodieq; testib, dicerentur, profecto impossibilia putarentur, non solum quæ ignotissima apud nos , verumetā quæ notissima posui. Illa. n. quæ præter eos, quorū de his libros legimus , non habent testem , & ab eis conscripta sunt , qui non sunt diuinitus docti atq; humanitus falli forte potuerū: licet cuiq; sine recta reprehensione non credere.

Nā nec ego uoltemere credi tuncta, q̄ posui, quia nec a meipso ira creduntur tanquā nulla de illis sit i mea cogitatiōe dubitatio , exceptis his q̄ vel ipse sum expertus: & cuius facile est experiri: sc̄ut de calce quod seruet in aqua, in oleo frigida est : de magnete lapide, quod nefcio qua sorbitione insensibili, stipulā non moueat, & ferrū rapiat: de car-

G ne nō putrefacte pauonis, cū putruerit & caro Platonis: de palea sic frigente, ut fluescere niue non sinat: sic calēte, ut masurescere pomā cōpellat: de igne fulgido, quod sūm fulgorem lapides coquēdo cādificet, & contra eundem suum fulgorem urēdo plurima obfuscet. Tale est, quod & nigra maculae offenduntur ex oleo sp̄lēdo, similiter nigrae lineaē de candido imprimuntur argento. De carbonibus etiam, q̄ accedente igne sic vertantur in contrarium, ut de lignis pulcherrimi terti, fragiles de duris, imputribiles de putribilibus fiant. Hæc ipse quādā cum multis, quādam cū omnibus noui, & alia plura, quæ huic libro inferere longum fuit. De his autem, quæ posui nō experta, sed lecta, p̄ter de fonte illo. vbi faces extinguntur ardētes, & accēdūtur extincta: & de pomis terre Sodomorum forinsecus quasi maturis, in trissecus fumeis, nec testes aliquos idoneos quibus utrū uera effent audire, potui reperi re. Et illum quidē fontenī nō inueni qui in

H Epiro uidisse le dicerēt, sed q̄ in Gallia simile nosſent nō longe a Gratianopoli ciuitate. De fructibus autem Sodomitarum arborū , nō tñ literæ fide dignæ indicant, verumetā tam multi se loquuntur expertos, ut hinc dubitare non possim. Cætera vero sic habeo, vt neq; affirmanda, neq; neganda decreuerim, sed ideo etiam ipsa posui, qm̄ apud eorū cō-

tra quos agimus historicos legi, ut ostendērem qualia multa, multiq; illorum nulla redita rōne, in suorum literatorum scripta literis credant, qui nobis credere, qm̄ id quod eorum experientiam sēpsumq; transgreditur omnipotentem deum dicimus esse facturū, nec hac redditā ratione dignantur. Nā quæ melior & ualidior ratio de rebus talib, redditur, q̄ cum omnipotens ea posse facere prohibetur, & facturus dicitur, quæ prēnūncias se ibi legitur, vbi alia multa prēnūnciavit, q̄ fecisse monstratur? Ipse quippe faciet, quia se factum esse prēdixit quæ impossibilia esse putantur, qui promisit, & fecit ut ab incredulis gencib; incredibilia crederentur.

Non esse, contra naturam, cum in aliqua re cuius natura innotuit, aliquid ab eo, quod erat notum, incipit esse di-

uersum. Cap. V III.

S I autem propterea respondent se non credere, quæ de humanis semper arsūris, nec unquam morituris corporibus dicimus, q̄a humanorum corporum naturam nouimus longe aliter institutam: vnde nec illa ratio hinc reddi potest, quæ de illis naturis mirabilibus reddebat, ut dici possit, uis ista naturalis est rei huius ista natura est, qm̄ scimus humanæ carnis istam non esse naturam. Habemus quidem quod respondēamus de literis factis, hanc ipfam scilicet humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum, id est, ut posset nunquam perpeti mortem, aliter autem post peccatum, qualis in erūna huius mortalitatis innotuit, ut perpetem uitam tenere non possit. Si ergo aliter quam nobis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum. Sed quoniam istis non credunt literis, vbi legitur qualis in paradiso uixerit homo, quantunque fuerit necessitate mortis alienus, quibus utique si crederent, non cū illis de pœna damnatorum, quæ futura est, operofius ageremus, de literis eorum, qui doctissimi apud illos fuerunt aliquid profendum est, quo appareat posse fieri ut aliter se habeat quæque res, quam prius in rebus innotuerat sua determinatione naturæ. Est in Marci Varronis libris, quorum inscriptione est de genere populi Romani: quod eisdem

eisdem verbis quibus ibi legitur, & sic ponā: In celo, inquit, mirabile extitit portetū. Nam stella Veneris nobilissima, quam Plautus uesperuginē, Homerus Hesperō appellat pulcherrimam dicens, Castor scribit tñ portentum extitisse, ut muraret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum, ita neq; antea neq; postea sit. Hoc factum Ogyge rege dicebat Adraſtus Cyzicenus & Diō Neapolites Mathematici nobiles. Hoc certe Varro tantus author portetū non appellareret, niſi elle contra naturam eideretur. Oīa quippe portenta contra naturam dicimus esse, sed non sunt. Quō est. n. contra naturam, quod dei fit uoluntate, cum uoluntas tāti utique conditoris conditē rei cuiusque natura fit? Portentum ergo sit non contra naturam, sed contra quam est non natura. Quis ā portentorum numerat multitudinē, quā historia gentium continentur? Sed nunc in hoc uno attendamus, quod ad rem, de qua agimus, pertinet. Quid ita dispositum est ab auctore naturę cœli & terræ, quemadmodum cursus ordinatisimus syderum? Quid tā ratis legibus fixis q; firmatum? Et tamen quando ille uoluit qui summo regit imperio ac potestate, quod condidit, stella præ ceteris magnitudine ac splendore notissima, colorē, magnitudinem, figuram, & quod est mirabilis sui cursus ordinem legemq; mutauit. Turbavit profecto tunc, si ulli iam fuerūt canones astrologorum, quos uelut inerabili computatione de præteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos habent, quos canones sequēdo ausi sunt dicere, hoc quod de Lucifero contingit, nec antea, nec postea contigisse. Nos autem in diuinis libris legimus etiam solem ipsum & stetisse, cum hoc

Ioh. 10. a domino Deo petiuisset uir sanctus Iesus Naue, donec coepit præliū victoria termi-

naret, & retrorsum redisse, ut regi Ezechiae quindecim anni ad uiuendum additi, hoc ēt

4. Re. 20 A prodigio pmissionis dei significarētur adiūcto. Sed ista quoq; miracula, q; meritis scim⁹ cōcessa sanctorū, qñ credūt isti facta, magis artib. tribuunt. Vñ illud est qđ superius

Aene. 4. cōmemorauit dixisse Vergiliū. Sistere aquam fluuiis, & uertere sydera retro. Nā & fluuiū stetisse superius, inferiusq; fluxisse, cum po-

Ioh. 3. pulsus dei ductore supra memorato Iesu Na-

ue viā carperet, & Helia propheta transeun te, ac postea discipulo eius Heliſeo id elle fa
ctū in sacris literis, & retrouersum fuisse ma ximum sydus regnante Ezechia mō cōmemorauimus. Quod vero de lucifero Varro
scripsit, non est illuc dictum alicui homini peteti id fuisse concessum. Non ergo de no tia naturarum caliginem sibi faciat infideles, quasi nō posſit in aliqua re diuinitus fieri aliud, q; in eius natura per humanam suā experientiam cognoverunt, quāuis & ipsa q; in rerū natura omnibus nota sunt, nō min⁹ mira sint, essentq; stupenda cōſiderantib. cū ētis, si solerent hoīes mirari niſi rara. Quis B
n. consulta rōne non uideat in hominū innumerabili numerositate, & tanta natura si militudine, ualde mirabiliter sic habere singulos singulas facies, ut nisi inter se similes essent, nō diserneretur spēs eorū ab animalibus ceteris: & rursus niſi inter se dissimiles essent, nō diserneretur singuli ab hominib. ceteris. Quos ergo similes cōfitemur, ecclē dissimiles inuenimus. Sed mirabilior est cōſideratio dissimilitudinis, qñ similitudinis iustius uī exposcere natura communis. Et tñ quoniam quę sunt rara, ipsa sunt mira, multo enim amplius admiramur qñ duos ita similes reperimus, vt in eis discernendis aut ſemper, aut frequenter erremus. Sed qđ dixi scriptum a Varrone, licet eorum sit hi storicus idemq; doctissimus, fortasse uere factū esse nō credit, aut quia non diu māſie alius eiusdem syderis cursus, sed redditū est ad solitum cursum, minus iſto mouetur exēplo. Habeat ergo aliud quod etiā nūc possit ostendi eis, quā puto debere sufficere, quo commoueantur, cum aliud aduerterint in aliqua institutione natura, eamq; sibi notis simam fecerint, non ſe inde deo debere præscribere, quasi eam non posſit in lōge aliud, q; eis cognita eſt uertere atq; mutare. Terra Sodomorum non fuit utique ut nunc eſt, sed iacebat, simili ceteris facie, eademque uel etiam uberiore foecunditate pollebat. Nām dei paradiso in diuinis eloquis comparata eſt. Hac postea quāta de celo eſt, ſicut illorum quoque attestatur historia, & nūc ab eis, qui ueniunt ad loca illa con ſpicitur, prodigiosa fuligine horroř eſt, & poma eius interiorē fauillam mēdaci ſuper

Aug. Tomus quintus. Ee ficit

*Terra ſo
domorū
facie: mu
tata*

Gen. 13.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

ficie maturitatis includunt. Ecce nō erat tatis & talis est. Ecce a conditore naturū natura eius in hanc foedissimam diuersitatem mirabili mutatione conuersa est. Et qđ post tam longum accidit tempus, tam longo tpe perseverat. Sicut ergo non sicut impossibile deo quas uoluit instituere, sic ei non est impossibile in quicquid uoluerit, quas instituit mutare naturas. Vnde illorum quoq; miraculorum multitudo syluescit, quæ monstra, ostenta, portenta, prodigia nūcupatur.

Mōstra. recolere & commemorare si uelim, huius *Prodigia* operis quis erit finis? Monstra sanè dicta per *Portēta.* hibent a monstrando, quod aliquid significā

Dō demonstrent, & ostenta ab ostendendo, & portenta a portendendo, id est, p̄aeſtēdendo, & prodigia, quod porro dicāt, id est, futura p̄adūcāt. Sed uiderint eorum conieſtores, quō ex eis siue fallantur, siue instinētū spirituum, quibus cura est tali poena dignos animos hominum noxiæ curiositatis retribus implicare, etiam uera p̄adūcāt, siue multa dicendo aliqui in aliud ueritatis incurrant. Nobis tñ ista quæ uelut contra naturam fiunt, & contra naturam fieri dicunt, quo more hominum locutus est & Apostolus, dicendo, contra naturam in olea infūsum oleastrum, factū esse participē pinguedinis oleæ, & mōl̄tra, ostenta, portenta, prodigia, nūcupantur, hoc mōl̄strare debēt, hoc ostēdere, uel p̄aeſtēdere, hoc p̄adūcere quod facturus sit Deus, qua de corporibus hominum se p̄anunciat esse facturū, nulla impediens difficultate, nulla p̄aſribente lege naturæ, quomodo autem p̄anunciauerit, satis in lib. superiore docuisse me existimo, decerpēdo de scripturis sanctis & nouis & ueteribus, non quidē omnia ad hoc pertinetia, sed quæ sufficere huic operi iudicauit.

Rom. 11.

E De gehenna & eternarum qualitate poenarum. Caput. IX.

Ma. 66.

Q Uod igitur de sempiterno suppicio dātiorum per suum Prophetam deus dicit nec omnino, fiet: vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Ad hoc n. uehementius commendandum, etiā dominus Iesu cum membra quæ hominē scandalizat, pro his omnibus poneret, quos

ut sua membra dextra, quis diligit, eaq; p̄cip̄eret amputari. Bonum est, inquit, tibi debilem introire in uitam, qđ duas manus habetem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Similiter de pede: Bonum est tibi, inquit, claudum introire in uitam, qđ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non aliter ait & de oculo: Bonum est tibi, luscum introire in regnum Dei, qđ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non eum piguit uno loco eadē uerba ter dicere: quem non terreat ista repetitio, & illius poenæ comminatio, tam uehementis ore diuino? Vtrunq; aut̄ horū, ignem Latq; uermen, qui uolunt ad animæ penas non ad corporis pertinere, dicunt etiam uiri dolore sero atq; instructuose poenitentes eos qui fuerūt a regno dei separati, & ideo ignē pro isto dolorem urentem non incongrue ponī potuisse contendunt. Vnde illud Apostoli est: Quis scandalizatur, & ego nō vror?

I. Cor. 11.

Eundem euam dolorem uermem putant intelligēdum esse: Nam scriptum est, inquiūt, Sicut tinea uestimentum, & uermis lignū, sic moeror excruciat eorū uiri. Qui uero penas, & animæ, & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uiri corpus, animam autem rodi quodammodo uerme moeroris affirmat. Quod etiā credibilius dī, quia utiq; absurdum est, ibi dolorē aut corporis, aut animæ futurum, ego tamen facilius existimo, ut ad corpus dicam utrumque pertinere, qđ neutrum, & ideo tacitum in illis diuinæ scripturæ uerbis animi dolorem, qđn consequens esse intelligitur etiā si non dicatur, ut corpore sic dolente animus quoque sterili poenitentia crucietur. Legitur quippe & in ueteribus scripturis: Vindicta carnis impiis ignis & uermis. Potuit breui dī, vindicta impij. Cur ergo dictum est carnis impij, nisi quia utrumque, id est, & ignis & uermis, poena erit carnis? Aut si vindicta carnis propterea dicere uoluit, quia hoc in homine uindicabitur, quod secundum carnem uixerit. Propter hoc enim in mortem secundam quam significauit Apostolus dicens,

Pr. 15.

Demonibus eff corpora aerea, & crassa.

Rom. 8.

cens, Si n. fm carnem vixeritis, moriemini. Eligat quisq; quod placet, aut ignē tribuere corpori, aio vermem: hoc proprie, illud tropice, aut vtrung; proprie corpori. Iam n. satis superioris disputauit posse animalia etiam in ignibus viuere inustione sine cōsumptio-ne, in dolore sine morte per miraculum om ni potenterissimi creatoris, cui hoc possibile esse, qui negat, a quo sit quicquid naturisom nibus miratur, ignorat. Ipse n. est deus qui oīa in hoc mundo magna & parua miracula, quæ commemo-ravimus, etiam incompatibiliter plura quæ non commemo-ravimus fecit, eademq; ipso mundo uno atque oīum maximo miraculo inclusit. Eligat ergo vnū de duobus quisq; quod placet, vtrum & ver mem ad corpus proprie, an ad aīum, translat-o a corporalibus ad incorporalia vocabulo existimet pertinere. Quid autem horum verum sit, res ipsa expeditius indicabit, quādo erit scientia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarum illarum poenarum necessaria nō sit experientia, sed ea quæ tunc erit plena atq; perfecta, ad hoc quoq; sciendum sapientia sola sufficiat. Nunc n. ex parte scimus, do nec veniat quod perfectum est, dumtamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, vt nullis ab igne afficiant̄ doloribus.

An ignis gehennalis si corporalis est, possit malignos spiritus, id est, dæmones incorporeo tactu suo adurere.

Caput X.

AHIC occurrit querere, si non erit ignis incorporalis noxious, sicut est animi dolor, sed corporalis tactu noxious, vt eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiam poena spirituum malignorum? Mat. 25. Idem quippe ignis erit supplicio scilicet hominum attributus & dæmonum, dicente Christo: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, nisi quia sunt quedam sua etiam dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus uisum est, ex isto aere crasso atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur. Quod genus elementi si nihil igne perpeti posset, non ueretur feruefactus in balneis. Ut enim urat prior uritur, facitque quem patitur. Si

aūtem quisquam nulla habere corpora dæmones asseuerat, non est de hac re aut laborar. dum operosa inquisitione, aut contentio disputatione certandum: Cur enim nō dicamus, quanvis miris, tamen ueris quodis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hoīum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter alligari? Adhærebunt ergo si eis nulla sunt corpora spiritus dæmonum, immo spiritus dæmones, licet incorporei corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi, quibus adhærebunt eorum iunctura inspirentur, & animalia fiant, quæ constent spiritu & corpore, sed ut dixi miris & ineffabilibus modis adhærendo accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus uitam, quia & iste alius modus quo corporibus adhærent spiritus, & animalia fiunt omnino mirus est, nec comprehendti ab homine potest, & hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arturos sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues quando dicebat, Crucior in hac flamma: nisi conuenienter responderi cernerem, talem fuisse illam flammam, quales oculi quos leuauit, & Lazarum uidit, qualis lingua cui humorē exiguum defiderauit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulauit, ubi tamen erant sine corporibus animæ. Sic ergo incorporeis & illa flamma, qua exarsit, & illa guttula, quam poposcit, qualia etiam sunt visa dormientium, siue in ecstasi cernentium res incorporeas, habentes tamen similitudinem corporum. Nam ipse homo cum spiritu, nō corpore sit in in talibus visis, ita se tamen tunc similem suo corpori videt, vt discerne-re omnino nō possit. At vero gehenna illa, quod etiam stagnum ignis & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum & dæmonum, solida hominum, aerea dæmonum, aut tantum hominum corpora cum spiritibus, dæmones autem spiritus sine corporibus hærentes sumendo penam, non impertiendo vitam corporalibus ignib. Vnus Apo. 20. quippe vtrisque ignis erit, fidei ueritas dicit.

Ee 2 An

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

An hoc ratio*j*ustit*x* habeat vt non sint extensiora poenarum tempora quam fuerint peccatorum. Cap. XL

Panarii genera.

Sic aut quidam eorum , contra quos defendimus ciuitatem dei , iustum putat , ut pro peccatis quamlibet magnis , paruo . s.t p*e* perpetratis pena quisq; damnetur eterna , quasi ullius id unquam iustitia legis attendat , vt tanta mora t*p*is quisq; puniatur , quanta mora t*p*is vnde puniretur admisit .

Exo. 21. Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius , damnum , vincula , verbera , talionem , ignominiam , exilium , mortem , seruitutem . Quid horum est quod in breve t*p*s pro cuiusq; peccati celeritate coartetur , vt tata vindicetur morula , quanta deprehenditur perpetratum , nisi forte talio ? Id.n.agit vt hoc patiatur quisq; quod fecit . Illud est legis : Oculum pro oculo , dentem pro dente . Fieri . n. potest , ut tam breui t*p*e quisq; amittat oculum seu eritate vindi!ta , quam tulit ipse alteri improbitate peccati . Porro autem si aliena&emdashfœminæ osculum infixum rationis sit verbere vindicare , non qui illud p*u*cto t*p*is fecerit , incomparabili horarum spacio verberatur , & suauitas voluptatis exiguae diuturno dolore punitur ? Quid in vinculis ? Nunquid ibi tam diu quisque iudicandus est esse debere , quandiu fecit , vnde meruit alligari , cum iufluisse annosas penas seruus in cōpedibus penda : , qui uerbo aut i*c*tu celerrime transiente vel lace sciuat dñm vel plagauit , Iam vero dampnum , ignominia , exilium & seruitus , cum plerunque sic infliguntur , ut nulla venia relaxentur , nonne pro huius uite modo similia poenis v*n*ra eternis ? Ideo quippe eterna esse non p*u*t , quia nec ipsa uita , quæ his plectitur , porrigitur in eternum , & t*n* peccata , quæ vindicatur longissimi t*p*is penitus , breuisimo t*p*e perpetrantur , nec quisquam extitit qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta , q*u*i cito factu est vel homicidium , vel adulterium , vel sacrilegium , vel quodlibet aliud scelus , non t*p*is longitudine , sed iniuriantis & impietatis magnitudine metiendum . Qui uero pro aliquo grandi crimen morte multat , nunquid mora , qua occiditur , quæ per breuis est , eius supplicium leges estimant , & non q*u*i in sem

piternum auferunt de societate viuentium ? Quod est aut de ista ciuitate mortali hoies supplicio primæ mortis , hoc est , de illa ciuitate immortali hoies supplicio secundæ mortis auferre . Sicut . n. non efficiunt leges huius ciuitatis , vt in eam quisq; reuocetur occisus , sic nec illius , vt in vitam reuocetur eternam , secunda morte damnatus . Quo ergo est , inquiunt , q*d* ait Christus vester : In qua mensura mensi fueritis , in ea remetietur uobis , si t*p*ale peccatum supplicio punitur eterno ? Nec attendunt non p*p* æquale t*p*is spatii , sed propter vicissitudinem mali , id est , vt qui mala fecerit , mala patiatur , eadem dictam fuisse mensuram , quamvis hoc in ea re proprie posit accipi , de qua dñs cum hoc dicebat loquebatur , id est de iudicijs , & condemnationibus . Proinde qui iudicat & condemnat iniuste , si iudicatur & condemnatur iuste , in eadem mensura recipit , quamvis non hoc quod dedit , Iudicio . n. fecit . iudicio patitur . Quamvis enim fecerit damnatione , quod iniquum est , patiat damnatione quod iustum est .

De magnitudine præuaricationis primæ , ob quam eterna poena omnibus debeatur , qui extra gratiam fuerint saluatoris . Cap. XII.

Sed pena eterna ideo dura & iniusta sensibus v*f* humanis , quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissimæ purissimeq; sapientiae , quo sentiri possit quantum nefas in illa prima præuaricatione commissum sit . Quanto . n. *Hominis magis homo fruebatur deo , tanto maiore Lypsi.* impietate dereliquit deum , & factus est malo dignus eterno , qui hoc in se peremisit bonum : quod esse posset eternū . Hinc est universa generis humani massa damnata , q*m* qui hoc primitus admisit cum ea , quæ in illo fuerat radicata , sua stirpe puoitus est , ut nullus ab hoc iusto debitoq; supplicio , nisi misericordia & indebita gratia libereretur , atque ita dispergatur genus humanum , ut in quibusdam demoniaretur , quid ualeat misericors gratia , in cæteris quid iusta vindicta . Neque . n. vtrunque demonstraretur in omnibus , quia si omnes remanerent in peccatis iustæ

Hinc damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis: rursum si oes a tenebris transferentur in lucem, in nullo appareret severitas ultionis. In qua propterea multo plures, quod in illa sunt, ut sic ostendat, quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitiam iudicantis iuste nemo reprehenderet. Quia uero tam multi exinde liberantur, est unde agantur maxima gratia gratuito muneri liberantis.

Contra opinionem eorum, qui putant criminois supplicia post mortem causa purgationis tantum adhiberi.

Caput XIII.

Platonici quidem quamvis impunita nulla uelint esse peccata, tamen omnes penas emendationi adhiberi putant, uel humanis inflictas legibus, uel diuinis, sive in hac uita, sive post mortem: si autem parcatur hic cuiquam, aut ita plectatur ut hic non corrigatur. Hinc est Maronis illa sententia, ubi cum dixisset de terrenis corporibus mortibundisq; membris, quod ait. Hinc metuunt, cipiuntq; dolent, gaudentq; nec auras. Sumpciunt, clausa tenebris & carcere cecos: secutus adiunxit atque ait: Quin & supremo cum lumine uita reliquit: id est, cum die nouissimo relinquit eas ista uita: Non tamen, inquit, omne malum miseris, nec funditus omnes Corporeae excedunt pestes, poenitusque necessitate est.

Multa diu concreta modis inolescere miris. Ergo exercetur poenis ueterumq; malorum Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes Suspensæ ad uentos, aliis sub gurgite uasto Infectum eluitur scelus, aut exurit igni.

Qui hoc opinatur, nullas poenas nisi purgatorias uolunt esse post mortem, ut quoniā terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias poenas quod terrena contagione contractū est. Aer quippe accipitur in eo quod ait, suspēsa ad uentos. Aqua in eo quod ait, sub gurgite uasto. Ignis at suo noīe expressus ē, cū dixit, aut exurit igni. Nos uero etiā in hac quidē mortali uita esse quasdam poenas purgatorias cōfitemur, nō quib. affliguntur, quorū uita uel nō inde sit melior, uel potius

fit peior, sed illis sunt purgatoria, quod eis coartari corrigitur. Ceteræ omnes poenæ sive temporariae, sive sempiternæ, sicut unusquisque diuina prouidentia tractandus est, inferuntur, uel pro peccatis, sive præteritis, sive in quibus adhuc uiuit ille, qui plectitur, uel pro excercendis declarandisq; virtutibus, per homines & angelos, seu bonos, seu malos. Nā si quisquā mali aliquid alterius improbitate uel errore patiatur, peccat quidem hō, qui uel ignoratia, uel iniustitia cuiquā mali aliquid facit, sed non peccat Deus, qui iusto quāvis occulito iudicio fieri finit. Sed temporarias poenas alii in hac uita trā, alii post mortem, alii & ac pectora nunc & tunc, ueruntamen ante iudicium ille gatiorie iud severissimum nouissimumq; patiuntur. post mortem Non autem omnes uenient in tempora nas poenas, quæ post illud iudicium his sunt futurae, qui post mortem sustinent temporales. Nā quibusdā quod in isto nō remittitur, remitti in futuro seculo. i.e. futuri seculi æterno supplicio puniantur, iam supra diximus. Mat. 13. L.

De poenis temporalibus istius uita, quibus subiecta est humana conditio.

Caput XIV.

Rarisimi sunt autem, qui nullas in hac uita, sed tantum postea poenas luunt. Fuisse tamen aliquos qui usque ad decrepitam senectutem ne leuisissimam quidem febriculam senserint, quietamque duxerint uitam, ipsis & nouimus & audiuiimus: quamquam uita ipsa mortalium tota poena sit, quia tota tentatio est, sicut sacræ literæ personant, ubi scriptum est. Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Non. n. Job. 7. parua poena est ipsa insipientia uel imperitia, quæ usque adeo fugienda merito iudicatur, vt per poenas doloribus plenas, pueri cogantur quæque artificia uel literas discere, ipsumque discere, ad quod poenis adiunguntur, tam poenale est eis, ut nonnunquam ipsas poenas, per quas compelluntur discere, malint ferre quam discere. Quis autem non exhorreat & mori eligat, si ei proponat aut mors perpetienda, aut rursus infantia? Quæ quidem quod non a risu, sed a fletu ordinatur hac lucem, quid malorum ingressa sit nesciens prophetat quodammodo. Solū qñ Aug. Tomus quintus. E e 3 natus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Solus Zoroaster nescendo rixit.

Ecccl. 40. atus est ferunt risisse Zoroastrem, nec ei boni aliquid monstruosus risus ille portendit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inuentor, quæ quidem illi, nec ad præsentis uitæ uanam scilicet cœtra suos inimicos prodeſſe potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cū effet ipſe Bactrianorum rex, bello superatus est. Prorsus quod scriptū est: Graue iugum super filios Adā a die exi-
tus de uentre matris eorum, usq; in diem se pulturæ in matrem omnium: usq; adeo im- pleri necesse est, ut ipſi paruuli per lauacrum regenerationis ab originalis peccati, quo so lo tenebantur, uinculo iam soluti, mala mul ta patientes, nonnulli etiam incurſus spirituum malignorum aliqui patiatur. Quæ qui- dem paſſio abſit, ut eis obſit, si hanc uitā in illa ētate etiam ipsa paſſione ingraueſcente & animam de corpore excludente ſinierint.

Quod omne opus gratiæ Dei eruentis nos de profunditate ueteris mali, ad futuri ſeculi pertineat nouitatem.

Caput XV.

Ecccl. 40. V eruntamen in graui iugo quod posatum est super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum usq; in diem ſépulture in matrem omnium, etiam hoc * medium * mi ferabile reperitur, ut sobrii ſimus atq; intelli-
** malū.* ** mirabilē.* gamus hanc uitam de peccato illo. nimis nefario, quod in paradiſo perpetratum est, factam nobis eſſe poenalem, totumq; quod nobiscum agitur per teſtamentum nouum non pertinere, niſi ad noui ſeculi hereditatē nouam, ut hic pignore accepto, illud cuius hoc eſt pignus ſuo tpe conſequamur. Nunc autem ambulemus in ſpe & proficien-
Rom. 8. *2. Ti. 2.* *Rom. 8.* te in diē, ſpiritu facta carnis mortificemus.

Gene. 3. Nouit n. domin⁹ qui ſunt eius, & quotquot ſpiritu dei agūtur, hi filij dei ſunt ſed gratia, non natura. Unicus n. natura dei filius, propter nos misericordia factus eſt filius hoīs, ut nos natura filij hominis, filij Dei per illū ſilius.

Cibilis, naturam noſtrā in qua nos uſciperet uſcepit a nobis, & tenax diuinitatis ſuę, noſtre firmitatis particeps factus eſt, ut nos in melius commutati, q; peccatores mortales que ſumus, eius immortalitatis & iuſtitię

participatione amittamus: & quod in na-
tra noſtra bonum fecit, impleti ſummo bo-
no in eius natuę bonitate ſeruemus. Sicut
n. per unum hominem peccantem in hoc
tam graue malum deuenimus, ita per unum
hominem eudemq; deum iuſtificantē, ad
illud bonum tam ſublime ueniemus. Nec
quifquam ſe debet ab iſto ad illum tranſiſſe
confidere, niſi cum ibi fuerit ubi tētatio nul-
la erit, niſi pacem tenuerit, quam pacem bel-
li huius, in quo caro concupiſcit aduersus
ſpiritum, & ſpiritus aduersus carnem, mult-
is & uariis certaminibus querit. Hoc au-
tem bellum nunquam ullum eſſet, ſi na-
tura humana per liberum arbitrium in reſtitu-
dine in qua facta eſt perſtitifſet. Nunc uero
quæ pacem foelix cum Deo habere noluit,
ſecum pugnat in foelix, & hoc quoque cum
malum ſit miſerable, melius eſt tamen q; D
priora uitę huius. Melius quippe configi-
tur cum uitis, quam cum ſine ulla conſli-
tione dominantur. Melius eſt, inquam, bel-
lum cum ſpe æternæ pacis, quam ſine ulla
liberationis cogitatione captiuitas. Cupi-
mus quidem etiam hoc bello carere, & ad
capelcēdam ordinatissimam pacem, ubi fir-
miſiſima ſtabilitate potioribus * inferiora
ſubdantur, igne diuini amoris accendimur.
Sed ſi, quod abſit, illius tanti boni ſpes nulla
eſſet, male debuimus in huius conſlictatio-
nis moleſtia remanere, q; uitii in nos domi-
nationem non eis refiſtendo permittere.

Sub quibus gratiæ legibus omnes re-
generatorum habentur ſtates.

Caput XVI.

V Erum tanta eſt dei misericordia in uafa misericordiæ quæ præparauit in gloriā, *Rom. 9.* ut etiam prima hominis ſtas, id eſt, infantia, quæ ſine ullo reniſu ſubiacet carni: & ſecun-
da, quæ pueritia nuncupatur, ubi nondū ro-
ſulcepit hanc pugnā, & fere ſub omnib. ui-
tiosis delectationibus iacet, quia licet iā far-
ualeat, & ideo infantiam tranſiſſe uideatur,
nondum in ea eſt præcepti capax infirmitas
mentis, ſi ſacramēta mediatoris acceperit, et
ſi hanc in eis annis uitam finiat, tranſlata ſci-
licet a potestate tenebrarū in regnum Chri-
ſti, nō ſolum penitēcia non præparetur æternis,
Col. 1. ſed

*Torn
pur
ria
mort*

*Bellū
uitijs
readi*

2. T

*Purg
rie per
Mat. 2*

Rom. 5.
Tormēta sed ne ulla quidem post mortem purgatoria
purgato- tormenta patiatur. Sufficit n. sola spiritualis
ria poss regeneratio, ne post mortem ob sit quod car
mortem.

nalis generatio cum morte contraxit. Cum
autem uentum fuerit ad ætatem, quæ prece-
ptum iam capit, & subdi pōt legis imperio,
suscipiendum est bellum contra uitia & ge-
rendum acriter, ne ad dānabilia peccata per-
ducatur. Et si quidem nondum uictoriū con-
fuetudine roborata sunt, facilius vincuntur,

*Bellū cū
uitijs ge-
rendum.*
F & cedunt: si aut uincere atq; imperare con-
sueuerunt, laboriosa difficultate superantur.
Neque n. id fit veraciter atq; synceriter, nisi
vera delectatione iustitiae. Hæc est autem in
fide Christi. Nam si lex iubens as sit, & spiri-
tus iuuans desit, per ipsam prohibitionē de-
siderio crescente atq; vincēte peccati etiam
reatus prævaricationis accedit, ut nonnunq;
sint aperti sūma vitia, quæ alijs vitijs vincun-
tur occultis, quæq; purantur esse uiriutes, in
qb. regnat superbia, & quædam sibi placē-
d. *Ti. 2.* alcitudo ruinosa. Tunc itaq; uicta uitia depu-
tanda sunt, cum dei amore uincuntur, quem
nisi deus ipse non donat, nec aliter nisi per
mediatorem dei & hominum hoīem Iesum Christum, qui factus est particeps mortalitatis nostræ, vt nos participes facheret diuinitatis suæ. Paucissimi aut sunt tantæ felicitatis, ut ab ipsa ineunte adolescentia nulla dā-
nabilita peccata cōmitiat, vel in flagitijs, uel in facinoribus, uel in nefaria cuiusq; im-
pietatis errore, sed magna spiritus largitate opprimat, quicquid in eis posset carnali dele-
etatione damnari. Plurimi vero præcepto le-
gis accepto, cum prius vieti fuerint præu-
alentibus vitijs & prævaricatoreis eius effecti, tunc ad gratiam confugiunt adiuuantē, qua-
fiant & amarius penitendo, & uehementius pugnando, prius deo subdita, atque ita carni

G præposita mente victores. Quisquis igit cupit penas euadere sempiternas, non tolū ba-
ptizetur, uerū etiam iustificetur in Christo, ac sic uere transeat a diabolo ad Christum. Purgatorias autem penas nullas futuras opine-
neur, nisi ante illud ultimum tremendumq; iudicium. Nequaquam tñ negandum est, èt ipsum eternum ignem pro diuersitate me-
ritorum quāuis malorum, alijs leuiorē, alijs futurum esse grauiorem, siue ipsius vis atq;
ardor pro poena digna cuiusque varietur,

*Purgato-
rie penae.
Mat. 25.*

siue ipse equaliter ardeat, sed non equali mi-
lestia sentiatur.

De his qui putant nullorum hominū penas
in æternum esse mansuras. Cap. XVII.

N Vnc iam cum misericordibus nostris
agendum esse video, & pacifice di-
sputandum, qui vel oībus illis honi H
nibus, quos iustissimus iudex dignos gehen-
na supplicio iudicabit, uel quibusdam eorū
nolunt credere penā sempiternam futuram,
sed post certi t̄pis metas pro cuiusq; peccati
quantitate longioris siue brevioris eos inde
existimant liberandos. Qua in re misericor-
diter profecto fuit Origenes, qui & ipsum
diabolū atq; angelos eius post grauiora pro
meritis & diuturniora supplicia ex illis cru-
ciatibus eruendos atq; sociandos sanctis an-
gelis credidit. Sed illū & pp hoc & pp alia
nonnulla, & maxime pp alternāes sine cel-
fatione beatitudines & miseras, & statutis
seculorum interuallis, ab istis ad illas, atque
ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles
non immerito reprobauit ecclesia: quia &
hoc quod misericors videbatur amisit, facien-
do sanctis ueras miseras, quibus penas lue-
rent, & falsas beatitudines, in quibus verum
ac securum, hoc est, sine timore certum tem-
piterni boni gaudium non haberent. Longe
autem alit er istorum misericordia humano
errat affectu, qui hominum illo iudicio dam-
natorum miseras temporales: omnium ue-
ro, qui uel citius, uel tardius liberantur æter-
nam felicitatem putant. Quæ sententia si
propterea bona & uera, quia misericors est,
tanto erit melior & verior, quanto miseri-
cordior fuerit. Extendatur ergo ac profun-
datur fons huius misericordiæ usq; ad dam-
natos angelos, saltem post multa atq; prolixa
quantumlibet secula liberandos. Cur usque
ad vniuersam naturam manat humanam, &
cum ad angelicam ventum fuerit mox are-
scit? Non audent tamen se ulterius miserando
porrigere, & ad liberationem ipsius quo-
que diaboli peruenire. Verum si aliquis au-
deat uincit nempe istos, & tamen tanto inue-
nitur errare deformius & contra recta dei
uerba peruersius, quanto sibi uidetur senti-
re clementius.

*Origenis
ſnīa de
ſaluandis
etīa dia-
boli.*

D. A VRELII AVG. DE CIVITATTE DEI

De his qui nouissimo iudicio propter intercessiones sanctorum neminem hominem putant esse damnandum.

Caput XVIII.

SVnt etiā quales in colloctionibus nostris ipse sum expertus: qui cum uenerari videantur scripturas sanctas, moribus improbandi sunt, & agendo causam suam multo maiorem, q̄ isti misericordiam deo tribuant erga humanum genus. Dñs. n. de malis & infidelibus hominibus divinitus quidem uerum prædictum esse, quod digni sunt poena, sed cum ad iudicium uentū fuerit misericordiam esse superaturam. Donabit. n. eos, inquiunt, misericors deus precibus

Matt. 5. & intercessionibus sanctorū suorum. Si. n. orabant pro illis, q̄n eos patiebantur inimicos, quanto magis q̄n videbunt humiles sup-

plies q; prostratos? Neq; n. credendum est, aiunt, tunc amissuros sanctos viscera misericordia, cum fuerint plenissime ac perfectissima sanctitatis, ut qui tunc orabant pro inimicis suis, quādo & ipsi sine peccato non erāt, tunc non orēt pro supplicibus suis, q̄n nullum cōperint habere peccatum? Aut vero deus tūc eos non exaudieret, & tales filios suos, q̄n in tanta eorum sanctitate nullum inueniet orationis impedimentum? Testimonium vero Psalimi, & illi quidem qui permittunt infideles atq; impios hostes saltē longo tempore cruciari, & postea de malis oībus erui, sed magis isti profecto ut possit hoc fieri continebit in ira tua miserationes suas? Ira eius est, inquiūt, ut oēs indigni beatitudine sempiterna, ipso iudicante punianū supplicio sempiterno. Sed si vel longum vel prorsus ullum esse permiserit, profecto ut possit hoc fieri continebit in ira tua miserationes suas, quod eum Psal. dicit non esse facturum. Non. n. ait affirmando continebit, sed negationem subinterrogatione ponens, cum an continebit interrogat, nimurum ostendit, quia nō diu miserationes suas in ira contineat. Sic ergo isti volunt iudicij dei com-

Aominationem non esse mendacem, quāuis sit nemine damnaturus, quemadmodum eius cōminationem qua dixit eversum se esse Niniuem ciuitatē mendacem nō possumus

dicere, & tñ non factum est, inquiunt, quod sine ulla conditione predixit. Non enim ait, Niniue euertetur si non egerint penitentiā, feq; corixerint: sed hoc non addito prenuntiavit futuram euersiōnem illius ciuitatis.

Quam comminationem propterea veracem putant, quia hoc predixit deus, quod vere digni erant pati, quanvis hoc non esset ipse facturus. Nam etiā poenitentibus pepercit, inquiunt, utiq; illos penitentiam nō ignorabat acturos, & tamē absolute ac definite eorum euersiōnem futuram esse predixit. Hoc ergo erat, inquiunt, in ueritate leueritatis, qua erant digni, sed in ratione miserationis non erat, quam non continuat in ira sua ut ab ea pena supplicibus parceret, quam fuerat contumacibus comminatus. Si ergo tūc pepercit, aiunt, quādo sanctum suum prophetam fuerat parcendo contrastaturus, quanto magis tunc miserabilius supplicantibus parcer,

B quando ut parcat omnes sancti eius orabūt? Sed hoc quod ipsi suis cordibus supplicantur, ideo putant scripturas tacuisse diuinā, vt multi se corrigan, vel prolixarū, uel eter natum timore poenarum, & sint qui possint orare pro eis, qui se non corixerint; nec tamen opinantur omnimodo id eloquia diuina tacuisse. Nam quo pertinet, inquiunt, quod scriptum est? Quam magna multitudine dulcedinis tuā domine, quam abscondisti metuentibus te, nisi ut intelligamus propter timorem suis absconditam misericordia diuinā tam multam secretamq; dulcedinem? Addunt etiam propterea dixisse Apóstolum: Conclusit enim deus omnes in infidelitate, ut omnium miscreatur, quo significaret, quod ab illo nemo damabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt, hanc opinionem suam ulq; ad liberationem, vel nullam damnationem diaboli, atq; angelorum eius extendent. Humana quippe circa solos homines mouetur misericordia, & causam maxime agunt suam pergeneralem in genus humanum, quasi dei miseratione impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentes, ac per hoc superabunt eos in prædicanda Dei misericordia, qui hanc impunitatem etiam principi dæmonum & eius satellitibus pollicentur.

Psal. 76.
Iona 5.

Psal. 30.

Rom. 11.

C

Ioan. 6.

2. Co. 10.

Mat. 1.

De

De his qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hereticis propter participationem corporis Christi. Cap. XIX.

Ioan. 6.

I Tem sunt alij ab æterno supplicio liberationem, nec ipsis saltem oībus hoībus promittentes, sed tñmodo Christi baptismati ablitis, qui participes sunt corporis eius quomodo liber uixerint, in quacunq; heresi vel impietate fuerint, pp illud, quod ait Iesu. Hic est panis qui de celo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit, nō moriat. Ego sum panis viuus, qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Ab æterna ergo morte inquietu necessè est istos erui, & ad uitam æternam quandoq; perduci.

De his qui non omnibus, sed eis tantum, qui apud catholicos sunt regenerati, etiam si postea in multa crimina ero- resq; proruperint, indulgen- tiā pollicentur. C. XX.

2.Cro. 10.

I Tem sunt qui hoc nec oībus habentibus baptismatis Xpi & eius corporis sacrum, sed solis catholicis, quis male uiuētibus pollicentur, quia non solum sacro, sed re ipsa manducauerunt corpus Xpi in ipso eius corpore cōstituti. De quo dicit Apost. Vnus panis, vnum corpus multi sumus, ut èt si posse in aliquam heresim, vel èt in gentilium idolatriam lapsi fuerint, tñ qā in corpore Xpi, i. in ecclesia catholica sumperferunt baptismū Xpi, & manducauerunt corpus Xpi, nō moriantur in æternū, sed uitā qñq; consequantur æternā, atq; illa oīs impietas quanto maior fuerit, nō eis ualeat ad æternitatē, sed ad diuturnitatem magnitudinemq; pñarum.

De his qui eos qui permanent in catholica fide et à si pessime uixerint, & ob hoc ura meruerint, tamen propter fiduci fundamental saluandos esse definiunt. Cap. XXI.

Mat. 10.

ESUNT autem qui pp id quod scriptum est: Qui perseuerauerit usq; in finem,

hic saluus erit: non nisi in ecclesia catholica perseuerantibus, quis in ea male uiuētibus hoc promittunt per ignem uidelicet salvandis, merito fundamēti de quo ait Apost. Fundamentum n. aliud nemo pōt ponere p̄ter id qđ possum est, qđ est Christus Iesu. Si quis aut̄ edificauerit super fundamētu hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fēnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies n. dñi declarabit, qm in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanerit quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius aut̄ opus arserit, damnū patiet, ipse aut̄ saluus erit, sic tñ quasi per ignē. Dicunt ergo cuiuslibet uitæ catholicum Christianū Christum habere in fundamento, quod fundamētu nulla hæresis habet, a corporis eius unitate p̄cisa. Et ideo pp hoc fundamētu èt si malæ uite fuerit catholicus Christianus, uelut qui superaedificauerit ligna, fēnum, stipulam, putant eum saluum fieri per ignem, i. post penas ignis illius liberari, quo igne in ultimo iudicio punientur mali.

De his qui putant ea crimina quę inter eleemosynarum opera committuntur, ad damnationis iudicium non uocari. Cap. XXII.

Comperi etiam quosdam putare eos tantummodo arsuros illius eternitate supplicij, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt: iuxta ilud Apost. Iacobi, Iudicium aut̄ sine misericordia illi, qui nō fecit misericordiam. Qui ergo fecerit, inquietu, quis mores in melius non mutauerit, sed inter ipsas eleemosynas nefarie ac nequiter uixerit: iudicū illi cum misericordia futurū est: vt aut nulla damnatione plectatur, aut post aliquod temp̄s siue paruum, siue prolixum ab illa damnatione libetur. Ideo iudicem ipsum uiuorū atq; mortuorū noluisse existimat aliud cōmemorare se esse dicturū, siue dextris quibus est uitam datus erēt, siue sinistris quos erēto supplicio est damnaturus, nisi eleemosynas siue factas, siue nō factas. Ad hoc pertinere ait, & in oratione dominica quotidianam postulationem: Dimitte nobis debita nostra, sicut: Mass. 6.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

G. & nos debitoribus nostris . Quisquis n. illi, qui in eū peccauit dimittit ignoscēdo peccatum, proculdubio eleemosynā facit . Quam rem dñs ipse sic commendauit, vt diceret : Si. n. dimiseritis peccata hoībus, dimittet vobis & p̄t vester peccata ueltra: si aut̄ non dimiseritis hoībus, neq; p̄t vester, qui in celis est, dimittet uobis . Ergo & ad hoc gen⁹ eleemosynarū pertinet, quod ait Apost. Iacobus: Iudicium futurum sine misericordia ei qui non fecit in misericordiam . Nec dixit dñs, inquietunt, magna vel parua, sed dimittet uobis p̄t vester peccata ueltra, si & uos dimiseritis hoībus . Ac per hoc putant ēt eis, qui perdite vixerint, donec claudant diē vitæ huius extreum⁹, per hanc orationem qualiacunq; quantacunq; fuerint oīa quotidie peccata dimitti, sicut ipsa quotidie frequentat oratio, si hoc tñ nodo custo lisse meminerint, ut qñ ab eis uenia petūt, qui eos peccato qualicunq; læserunt ex corde dimittit . Cū ad hæc

H omnia deo donante respondero, liber iste claudendus est.

Contra opinionem eorum qui dicunt, nec diaboli, nec hominū malorum perpetua futura supplicia. Ca. XXIII.

A C primum quāri oportet atq; cognosci, cur ecclesia ferre nequuerit hominū disputationem, diabolo etiā post maximas & diuīnissimas penas, purgationem vel indulgentiam pollicentem: Neque. n. tot sancti & sacris veteribus ac noīis literis erudit, mundationē & regni cœlorum beatitudinē post qualiacunq; & quantacunq; supplicia, quilibuscunq; & quantiscunq; angelis inuidetur, sed potius uiderūt diuinam vacuari vel infirmari nō posse sentiam, quam dñs prænunciauit in iudicio prolacrum atque dicturum. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius . Sic quippe ostendit æterno igne diabolū & angelis eius arduros: & quod scriptum est in Apocalypsi: Diabolus qui seducebat eos, missus est in flagnum ignis & sulphuris, quo & bestia & pseudo prophetæ cruciabant die ac nocte in secula seculorum . Quod ibi dictum est æternum, hic dictum est in secula seculorum. Quibus

verbis nihil scriptura diuina significare con-
suevit, nisi quod finem non habet temporis.

Quamobrem prorsus nec alia causa, nec in-
stior, nec manifestior inueniri potest, cur ve-
rissima pietate teneatur fixum & immobile,

*2. Pet. 2.
Ap. 20.*

nullum regressum ad iustitiam uitamq; san-
ctorum diabolū & angelos eius habituros,

nisi quia scriptura, quia neminem fallit, dicit
eis deum nō pepercisse, & sic ab illo esse in-

ter impios prædamnatos, ut carceribus cali-

ginis inferni retrusi traderentur seruandi,

atq; ultimo indicio puniendi, qñ eos æter-
nus ignis accipiet, vbi cruciabantur in se-
cula seculorum . Quod si ita est, quomodo

ab huius æternitate poenæ, vel vniuersi, vel
quidam homines post quantumlibet tempo-

ris subtrahentur, ac non statim eneruabitur

fides, qua creditur sempiternum dæmonum

futurum esse supplicium? Si. n. quibus dice-
tur, Discedite a me maledicti in ignem æter-
num, qui paratus est diabolo & angelis eius: K

Mat. 25.

vel vniuersi vel aliqui eorum nō semper ibi
erunt: quid igitur cauēt cur diabolus &

angeli eius semper ibi futuri esse credantur?

An forte dei suia, quę in malos & angelos

& homines proficeretur, in angelos uera erit,
in homines falsa? Ita planè hoc erit si non

quod deus dixit, sed quod suspicantur homi-
nes plus ualebit. Quod fieri quia non potest,

non argumentari aduersus deum, sed diuī-
no potius dum tēpus est debent parere præ-
cepto, qui sempiterno cupiunt carere suppli-
cio . Deinde quale est æternum supplicium

pro igne diuturni temporis non existimare,
& vitam æternam credere sine fine, cū Chri-

stus in eodem ipso loco, in una eademq; sen-
tentia dixerit vtrunq; complexus, Sic ibunt

isti in supplicium æternum, iusti autem in
vitam æternam? Si vtrunque æternum, pro-
fecto aut utrunque cum fine diuturnum, aut

vtrunque sine fine perpetuum debet intelligi.
Par pari enim relata sunt: hinc supplicium

æternum, inde uita æterna. Dicere autem in

hoc uno eodemq; sensu, uita æterna sine fi-
ne erit, supplicium æternum finem habebit,

multum absurdum est. Vnde quia uita æter-
na sanctorum sine fine erit, supplicium quoq;
æternum quibus erit, finem proculdubio

non habebit.

Mat. 25.

Mat. 2.

2. Tim. 2.

Contra eorum sensum, qui in iudicio dei omnibus reis propter sanctorum processus putant esse parcendum.

Cap. XXXIII.

Hoc autem & aduersus eos ualeat, q. suas agentes causas contra dei uenire uerba velut misericordia maiore conatur: vt ideo videlicet uera sint, quia ea quæ dixit homines esse passuros pati digni sunt, nō quia passuri sunt. Donabit enim eos, inquit, precibus sanctorum suorum, etiam tunc tāto magis orantium pro inimicis suis, quanto sunt utiq; sanctiores, eorumq; efficacior est oratio, & exauditione dei dignior, iam nullum habentium omnino peccatum. Cur ergo eadem perfectissima sanctitate, & cūcta impretrare ualentibus, mundissimis & misericordissimis precibus etiam pro angelis non orbunt, quibus paratus est ignis eternus, ut deus sententiā luā mitiget, & reflectat in me lius, eosq; ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan quisquā qui & hoc futurū esse præsumat, affirmans ēt sanctos angelos simul cum sanctis hominibus, qui tūc æquales erūt angelis dei, pro dānandis & angelis & hominibus oraturos, ut misericordia non patiatur, quod ueritate merentur, quod nemo sanx̄ dei dixit, nemo dicturus est? Alioq; nulla causa est, cur non etiam nūc pro diabolo & angelis eius oret ecclesia, quā magister deus pro inimicis suis iusit orare. Hæc igitur cā, qua sit, ut nunc ecclesia non oret pro malis angelis, quos suos esse nouit inimicos: eadē ipsa causa est, qua fiet, vt in illo tunc iudicio

Mat. 25. Mat. 25. etiam pro hominibus eterno igne cruciandas, quamuis perfecta sit sanctitate, nō oret. Nunc nō propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est poenitentiae fructuose. Nam quid maximū me pro eis orat, nisi ut det illis deus, sicut dicit Apostolus, poenitentiam, resipiscit de diaboli laqueis, quo captiuui tenentur ēm ipsius uoluntatem? Deniq; si de aliquib. ita ecclesia certa esset, ut qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac uita sint constituti, tamen prædestinati sunt in eternum ignē ire cum diabolo: tam pro eis non oraret, q. A nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus dūtaxat hominib. inimi-

cis suis in hoc corpore constitutis, nec tamē pro omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur, quia etiā aduersantur ecclesiæ, ita tamen sunt prædestinati, ut pro eis exaudiat ecclesia, & filij efficiantur ecclesiæ. Si qui autem ulq; ad mortem habebunt cor imp̄nitens, nec ex inimicis conuertentur in filios, nunquid iam pro eis, id est, pro taliū de sanctorum spiritibus orat ecclesia? Cur ita, nisi quia iam in parte diaboli computantur qui dum essent in corpore, non sunt translati ad Christum? Eadem itaq; cā est, cur non oretur tunc pro hominibus eterno igne puniendis, quæ causa est, ut neq; nunc neque tunc oretur pro angelis malis: quæ itidē causa est, ut quamvis pro hominibus nunc uiuis oretur, etiā malis, tñ iam nec nunc oreſ pro infidelibus impijsq; defunctis. Nā pro defunctis quibusdā, uel ut dicitur pro mortuis, uel ecclesiæ, vel quorūdā piorū exauditur oratio, licet qui in Christo renati non adeo ita male vixerint in corpore, ut tali misericordia habeantur indigni, nec ijdē sic bene, ut inueniantur tali misericordia non egere. Tales etiam constat ante iudicij dies per poenas temporales, quas eorum sp̄ritus patiuntur purgatos receptis corporib. eterni ignis suppliciis non tradendos. Quod si ita est, quid dicendum est de his, qui in simili uita inueniuntur in die iudicij, id est, quos huiusmodi dies ille uiuentes inuenierit, cum quodammodo uno momento moriantur & resurgent, & non sit spatium, ut pro eis aut oratio sanctorum possit audiri, aut eorum ante iudicium temporalī poena purgari? Nū quid dicendi sunt eterno igni nunquam absoluendi tradi posse tempore iudicij, quibus vitam talem egisse concedimus, ut si ante iudicium mortui essent temporalī supplicio ac sanctorum orationibus mundarentur? Ipsius quippe ecclesiæ uel quorundā piorum exauditur oratio, sed pro his quorū in Christo regeneratorum, nec usque adeo uita in corpore male gesta est, ut tali misericordia iudicentur digni non esse, nec usque adeo bene ut talem misericordiam reperiantur necessariam nō habere. Sicut etiam facta resurrectione mortuorum non deerunt, quib. post poenas, quas patiuntur sp̄ritus mortuorum, imp̄tiuantur misericordia, ut ibi ignē

non

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

non mittantur eternum. Neq; n. de quibusdam ueraciter diceretur, quod non eis remittatur neque in hoc seculo neq; in futuro, ni si essent quibus & si non in isto, tamen remitteretur in futuro. Sed cū dictum fuerit a iudice viuorum atq; mortuorum: Venite benedicti Patris mei, poscidet paratum uobis regnum a constitutione mundi: & aliis econtrario, Discedite a me maledicti in ignē eternū, qui paratus est Diabolo & Angelis eius: & ibunt isti in supplicium eternum, iusti at in uitam eternam: nimis presumptionis est dicere, cuiquam eorum eternum supplicium non futurū, quos deus ituros in supplicium

Psal. 76. dicit eternū, & per huius presumptionis persuasione facere, ut de ipsa quoq; uita, vel de speretur, vel dubitetur eterna. Nemo itaque sic intelligat Psalmū canentē: Nungd obliuiscetur misereri Deus, aut continuebit in ira sua miserationes suas, ut opinetur de hominibus bonis veram, de malis fallam: aut de

D bonis hominib. & malis angelis tieram, de malis autem hominib. fallam Dei esse sententiam. Hoc. n. qd̄ ait Psalmus, ad uasa misericordiæ pertinet, & ad ipsos filios promissionis, quorum erat unius etiam ipse Propheta: Qui cū dixisset: Nungd obliuiscetur misere-

Psal. 76. tri Deus, aut continuebit in ira sua miserationes suas: continuo subiecit, Et dixi, nunc coepi, hæc est immutato dextera excelsi. Expouit

Psa. 143 profecto quid dixerit: Nungd continuebit in ira sua miserationes suas? Ira. n. dei est etiam ista uita mortalís, ubi hō vanitati similis factus est, & dies eius velut umbra p̄tereūt. In

Matth. 5 qua tñ ira non obliuiscetur misereri Deus, faciendo solem suum orii super bonos & malos, & pluēdo super iustos & iniustos: ac si non contineret in ira sua miserationes suas, maximeq; in eo quod expressit hic Psalm⁹,

Psal. 76. dicendo: Nunc coepi, hæc est immutatio dexteræ excelsi, qm̄ in hac ipsa eorū erūnosa uita, quæ ira Dei est, uasa misericordiæ mutat in melius, quāuis adhuc in huius corruptio-

E nis miseria maneat ira eius, quia nec in ipsa ira sua continet miserationes suas. Cum ergo isto mó compleatur diuini illius cantici ueritas, nō est cā necesse ē illi intelligi, ybi non pertinentes ad ciuitatē Dei sempiterno suppliciū punitur. Sed quib. placet istam sententiā usq; ad illa impiorū tormenta pro-

tendere, sātēm sic intelligat, ut manente in eis ira Dei, quæ in æterno est prænunciata supplicio, non continueat deus in hac ira sua miserationes suas, & faciat eos non tāta, quāta digni sunt poenarum atrocitate cruciari, non, ut eas penas vel nunquam subeant, uel aliqui finiant, sed ut eas mitiores q̄ merita sunt eorum leuioresq; patientur. Sic. n. & ira Dei manebit, & in ipsa ira sua miserationes suas non continuebit. Quod quidem non ideo confirmo: quoniam non resisto. Ceterū eos qui putant mihi faciter potius q̄ ueraciter dictum: Discedite a me maledicti in ignē eternū, & ibunt isti in supplicium eternū *Iona. 3.* & cruciabuntur in secula seculorum: & vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & cetera huiusmodi, non tā ego q̄ ipsa scriptura diuina planissimè atq; plenissime redarguit ac refellit. Niniuitē quippe in hac uita egerunt poenitentiam: & ideo fructuosam, uelut in hoc agro seminantes, in quo Deus voluit cum lachrymis seminari, quod postea cum lætitia meteretur. Et tñ quis negabit, quod Dominus prædictus in eis fuisse completum, nisi parum aduertat, quē admodum peccatores Deus non solum iratus, verum etiam miseratus euertat? Eueruntur. n. peccatores duabus modis: aut sicut S. Peccatorum, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur: aut sicut Niniuitæ, ut ipsa hominibus peccata poenitendo destruantur. Factum est dis euergo quod prædictus Deus. Euerfa est. n. Niniuite, quæ mala erat, & bona edificata est, quæ non erat. Stantibus. n. in cœnibus atq; dominibus, euerfa est ciuitas in perditis moribus: ac sic quanvis propheta fuerit contristatus, quia non est factum quod illi homines timuerint illo prophetante uenturum, factū est tamen quod fuerat Deo præsciente prædictum, quoniam nouerat qui prædictus modo in melius esset implendū. Ut autē nouerint isti in peruersum misericordes quo pertineat quod scriptū est: Quā multa multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te: legant & quod sequitur, perfecisti autem sperantibus in te. Quid est enim, abscondisti timētibus te, perfecisti sperantibus, nisi quia illis qui timore poenarū suarū uolunt iustitiam constituere, quæ in lege est, non est iustitia Dei dulcis, quia ne- sciant

Rom. 10. sciunt eam? Non n. gustauerunt eam. In se
nanq; sperant; non in ipso: & ideo eis abscon-
ditur multitudo dulcedinis dei, qm timent
quidem deum, sed illo timore seruili, qui nō
est in charitate, quia perfecta charitas foras
mittit timorem. Ideo sperantibus in eū per-

I. Io. an. 4. fecit dulcedinem suam inspirando eis chari-
tatem suam, ut timore casto, non quem cha-
ritas foras mittit, sed permanēte in seculum
seculi, cum gloriantur in dño glorientur. Iu-

I. Cor. 1. stitia quippe dei Christus est, qui factus est
nobis, sicut dicit Apostolus, sapientia a deo,
& iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut
quemadmodum scriptum est: Qui gloria,

Ibidem. in dño gloriatur. Hanc de iustitiam quā do-
na: gratia sine meritis, nesciunt illi, qui suā
iustitiam volunt constituere, & ideo iustitiae

Rom. 10. dei, qui Christus est, nō sunt subiecti. In qua

H. iustitia est multa multitudo dulcedinis dei,

Psal. 33. p p quam dñ in Psalmo: Gustate, & videte
q̄ dulcis est dñs. Et hanc quidem in hac pe-
rēgrinatione gustantes, non ad societatem su-
mentes esurimus eam potius ac sitimus, vt
ea postea saturemus, cum uidebimus eum

sicuti est, & implebitur quod scriptum est:

Satabor cum manifestabitur gloria tua. Ita
perficit Christus multam multitudinem dul-

cedinis suæ sperantibus in eum. Porro aut si
eam, quam illi putant dulcedinem suā, deus
abscondit timentibus eum, quia non est im-

pios damnaturus, ut hoc nelientes & dam-
nari timētes recte viuant, ac sic possint esse

qui orēt pro non recte viuentibus, quo eam
perficit sperantibus in eum, qn̄ quidem sicut

somniant, per hanc dulcedinem non dam-
naturus est eos, qui nō sperant in eum? Illā

igitur eius dulcedo queratur, quam perficit
sperantibus in eum, non quā perficere putat

contēnentibus & blasphemantibus eū. Fru-
stra itaq; homo positus in hoc corpore, oc-

cultorum iudiciorum dei sibi notitiā arro-
gare presumit. Illud quoque apostolicum:

Conclusit.n. deus oēs in infidelitate, vt oīb;
misereatur, non ideo dictum est, q̄ nēminē

fit damnaturus, sed superlus apparet, vnde
fit dictum. Nam cum de iudicis postea cre-

dituris Apostolus loqueretur ad gentes, ad
quas utiq; iam credentes conscribebat epi-
stolas: Sicut.n. vos, inquit, aliqui non credi-
distis deo, nunc autē misericordia consecuti

estis in illorū incredulitate, sic & hi nō credi-
derunt in vestra misericordia, vt & ipsi mise-
ricordiam consequantur. Deinde subiecit,

vnde isti sibi errando blandiuntur, atq; ait.

Conclusit.n. deus oēs in infidelitate, ut omni-
um misereatur. Quos oēs, nisi de quibus

loquebatur tanq; dices, & uos & illos? Deus
ergo & gentiles & iudeos, quos præscivit &

prædestinavit conformes fieri imaginis filij
sui, oēs in infidelitate conclusit: vt de amar-

itudine infidelitatis suæ poenitendo confusi:

& ad dulcedinem misericordiæ dei credēdo
conuersi, clamarent illud in Psalmo: Quam

multa multitudo dulcedinis tua dñe, quam
abscondisti timentibus te, persecisti autē spe-

rantibus non in se, sed in te. Oium itaq; mi-
sereretur uasorum misericordiæ. Quid est oīm?

Et eorum. s. quos ex gentibus, & eorū quos
ex iudeis prædestinavit, uocauit, iustifica-

uit, glorificauit, non omnium hominū, sed

istorum omnium neminem damnaturus.

An hi qui inter hæreticos baptizati sunt &
deteriores postea male uiuēdo facti sunt:
vel hi qui apud catholicos renati ad hæ-
refes, aut schismata trāsierunt: vel hi qui
a catholicis apud quos renati sunt non re-
cedētes, criminoſe viuere perstiterūt, pol-
fint priuilegio sacramentorum remissio-
nem æterni sperare supplicij. Cap. XXV.

Sed iam respondeamus ēt illis, qui non

L solum diabolo & angelis eius sicut nec
isti, sed ne ip̄s quidem oīb; hoībus

liberationem ab æterno igne promittunt:
verum eis tñ, qui Christi baptis̄ate abluti,

& corporis eius & sanguinis partic̄es facti
sunt, quonodoliber vixerint, in quacunque

hærefi vel impietate fuerint. Sed contradicit

eis Apostolus, dicens: Manifesta autem sunt
opera carnis, quæ sunt fornicatio, immuni-

ditia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia,
inimicitia, contentiones, emulationes, aīo-

fitates, dissensiones, hærefes, intuidiq;, ebrieta-

tes, comedationes, & his similitudinib; quæ prædi-

co vobis, sicut prædicti, quoniam qui talia
agunt, regnū dei non posse debunt. Hec pro-

fecto apostolica falsa est fentētia: si tales post
quantalibet tépora liberati regnum Dei pos-
sidebunt. Sed quoniam falsa non est, prof-

M

Gal. 5.

D. AVRELII AVG. DE CIVTATTE DEI

Ioan. 6.
Quo regnum dei nō possidebunt. Et si in regni dei possessione nunq̄ erunt, aeterno supplicio tenebuntur, qm̄ non est locus medius vbi non sit in supplicio, qui illo non fuerit constitutus in regno. Quamobrem quod ait dñs Iesu: Hic est panis qui de celo descendit, si quis ex ipso manducauerit nō moriet̄: ego sum panis viuus qui de celo descendit, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum; qm̄ sit accipiendo merito queritur. Et ab istis quidem quibus nunc redimus hunc intellectum auferunt illi, quibus deinde redendum est: hi sunt autē qui hanc liberationem, nec oīb. habentibus sac̄m baptismati & corporis Christi, sed solis catholice, quāvis male viuentibus pollicent, quia nō solo, inquit, sacramento, sed re ipsa manducauerūt corpus Christi, in ipso. s. eius corpore constituti. De quo corpore ait Apost. Vnus panis, vnum corpus multi sumus.

2. Co. 10. Qui ergo est in eius corporis unitate, id est,

A in Christianorum compage membrorum, cuius corporis sacramentū fideles cōmunicantes de altari sumere cōsueuerunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc haeretici & schismatici ab huius unitate corporis separati, p̄nt idem percipere sacramentum, sed non sibi vtile, immo uero ē noxiū, quo judicetur grauiusq; uel tardius liberentur. Non sunt n. in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur faciemēto. Sed rursus etiam isti qui recte intelligunt, nō dicendum eum manducare corpus Christi, qui in corpore non est Christi, nō recte prōmittunt eis, qui vel in heresim vel etiam in gentilium superstitionem ex illius corporis unitate labunt, liberationem qnq; ab aeterni igne supplicij: primum quia debent attendere, q̄ sit intollerabile atq; a fana doctrina nimis deuīum, vt multi ac pene oīs, qui haereses impias condiderunt exeunte de catholica ecclesia, & facti sunt haeresiar̄ meliores habeant causas, q̄ hi qui nunq̄ fuerunt catholici, cum in eorum laqueos incidissent, si illos haeresiar̄ has hoc facit liberari supplicio sempiterno, quod in catholica ecclesia baptizatis sunt, & sac̄um corporis Christi in vero Christi corpore primitus acceperunt. Cum peior utiq; sit desertor fidei, & ex desertore oppu-

gnator eius effectus, quam ille qui non defuerit, quam nunquam tenuit. Deinde quia & his occurrit Apostolus, eadem verba proferens, & enumeratis illis carnis operibus eadem veritate pr̄dicens: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Vnde nec illi in perditis, & damnabilibus moribus debent esse lecuri, qui usque in finem quidem velut in communione ecclesiæ catholica perseverant intuentes quod dictum est: Qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit: & per uitæ iniquitatem ipsam uitæ iustitiam, quod eis Christus est, deserunt siue fornicando, siue alias immundicias flagitorum, quas nec Apostolus exprimere voluit, in suo corpore perpetrando, siue turpitudine luxuriae disfluendo, siue aliquid aliud eorum agendo, de quibus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ac per hoc quicunque agunt talia, nisi in sempiterno supplicio nō erunt, quia in Dei regno esse non poterunt. In his enim perseverando vsq; in huius uitæ finem, non vtique dicendi lunt in Christo perseverasse vtique in finem, quia in Christo perseverare, est in eius fide perseverare. Quæ fidēs, vt eam definit idem Apostolus, per dilectionem operatur. Dilectio autem sicut ipse alibi dicit, malum nō operatur. Nec isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Ut enim alia taceam, non possunt simul esse & membra Christi, & membra meretricis. Denique ipse dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo: ostendit quid sit non sacramento tenus, sed reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinem bibere: hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret. Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Non itaque manent in Christo qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud poenitendo esse destiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint.

Quid

1. Co. 3.

Mat. 29.

Iacob. 2.

1. Co. 3.

F
*Augusti.
in Ench.
cap. 67.*

1. Cor. 6.

1. Te. 4.

Quid sit in fundamento habere Christum,
& quibus spondeatur salus, qua
si per ignis vsturam.

Cap. XXVI I.

- S**ed habent, inquit, Christiani catholici
in fundamento Xpm, a cuius unitate no
recesserunt, tametsi huic fundamento superedi
ficauerunt qualibet pessimam uitam, uelut li
gna, scenum, stipulam. Recta itaq; fides est,
per quam Xps est fundamentum, quamuis
cum dano, qm illa q superedificata sunt exu
rentur, n poterit eos qnq; ab illius ignis per
petuitate salvare. Rudeat eis breuiter Apo
stolus Iacobus: Si quis dicat se fidem habere,
opera at non habeat, nunquid poterit fides
saluare eum? Et quis est, inquit, de quo dicit
Apostolus Paulus: Ipse autem saluus erit: sic tu
quasi per ignem? Simul quis iste sit inquiramus.
Hunc tu non esse certissimum est, ne duo
rum Apostolorum sententias mittamus in
fixam. Si unius dicit, et si mala opera qd ha
buerit, saluabit eum fides per ignem: alius autem si
opera non habeat nunquid poterit fides saluare eum?
Inueniemus ergo qui possit saluari
per ignem, si prius inuenierimus quid sit ha
bere in fundamento Xpm. Quid ut de ipsa si
militudine quantocius aduertamus, nihil in
edificio sponte fundamento. Quisq; itaq;
sic habet in corde Xpm, vt ei terrena & tem
poralia, nec ea, quae licita sunt atq; concessa
F praeponat, fundamento habet Xpm. Si autem pre
ponit, & si uideatur habere fidem Christi,
in Enhi, non est tamen in eo fundamento Xps, cui
cap. 67. talia preponuntur: quanto magis si salutaria
præcepta contempnens committat illicita, no
præposuisse Xpm, sed post posuisse conuin
citur, quem post habuit imperantem siue co
cedentem, dum contra eius imperata siue co
cessa suam per flagitia diligit explore libidi
nem? Si quis itaq; Christianus diligit mere
tricem, eiq; adhærens unum corpus effici
tur, iam in fundamento non habet Xpm. Si
quis autem diligit uxorem suam si em Chri
stum, quis ei dubitet in fundamento esse Chri
stum? Si vero em hoc seculum, si carnaliter,
si in morbo concupiscentiarum, sicut & ge
tes, quem ignorant Deum, etiam hoc secun
dum veniam cōcedit Apostolus, immo per
Apostolum Christus. Potest ergo & iste habe

re in fundamento Christum. Si n. nihil ei
lis affectionis uoluptatisq; præponat, quam
uis superadificit ligna, scenum, stipulam, Xps
est fundamentum, propter hoc saluus erit per
ignem. Delicias quippe homini amoresq; terre
nos, p p coniugalem quidem copulam no dā
nabiles, tribulationis ignis exuret: ad quem
ignem pertinent & orbitares, & quæcunque
calamitates, quæ auferunt hæc. Ac per hoc
ei qui ædificauit, erit edificatio ista damno
sa, quia non habebit quod superedificauit,
& eorum amissione cruciabitur, quib. frue
do vtiq; lætabatur. Sed per hunc ignem saluus
erit merito fundamenti, quia & si utrum id
an Christum habere maller a persecutore præ
poneretur, se mallet Christum habere q; ista
liberrime proficeretur. Vide in Apostoli uer
bis hominem ædificantem super fundamen
tum hoc aurum, argentum, lapides precio
sos. Qui sine uxore est, inquit, cogitat, q sunt
dei, quomodo placeat deo. Videlicet alium edifi
cantem ligna, scenum, stipulam. Qui autem
matrimonio iunctus est, inquit, cogitat que
sunt mundi, quomodo placeat uxori. Vnius
cuiusq; opus quale sit, manifestabitur: dies
n. domini declarabit. Dies utiq; iræ, dies tri
bulationis, qm in igne inquit, reuelabitur.
Eademq; tribulationem ignem uocat, sicut
alibi legitur: Valsà figuli pbat fornax, & ho
mines iustos tentatio tribulationis. Et unius
cuiusq; opus, quale sit ignis probabit. Si cu
ius opus permanescit, permanet. n. quod qd
que cogitat, que sunt dei, quomodo placeat
deo, qd superedificauit, mercedé accipiet,
id est, unde cogitauit, hoc sumet. Si cuius at
opus arserit, dannu patiatur, qm quod dile
xerat, non habebit. Ipse autem saluus erit,
quia eum nulla tribulatio ab illius fundame
ti stabilitate semouit, sic tamen quasi per
ignem. Quod n. sine illigiente amore non ha
buit, sine vrente dolore no perdet. Ecce quā
tum mihi uidetur, inueni est ignis, qui mul
lum eorum damnner, sed unum daret, alte
rum damnificet, ambos prober. Si autem
ignem illum isto loco voluerimus accipe
re, de quo dominus dicit suis fratribus, Discidi
te a me maledicti in ignem aeternum, ut in
eis etiam isti esse credantur, qui ædificant su
per fundamento ligna, scenum, stipulam, eos
que ex illo igne post tempus p malis meritis
impes-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

impertitum liberet boni meritum fundamēti, quid arbitramur dexterōs, quibus dicetur:

Matt. 5. Venite benedicti patris mei, posidete para-

*I tum uobis regnū, nisi eos q̄ edificauerunt su-
per fundamentum, aurum, argentum, lapi-
des preciosos? Sed in illum ignē, de quo di-
ctū est, sic tñ quasi per ignē: si hoc mō est in
telligendus, utriq; mittendi sunt, & dextri. s.
& sinistri. Illo quippe igne utriq; probandi*

*Ibidem. sunt, de quo dictū est: Dies n. dñi declarabit,
qm̄ in igne reuelabitur, & uniuscuisq; opus
quale sit, ignis probabit. Si ergo utriq; pro-
babit ignis, ubi si cuius opus permāserit, id
est, non fuerit igne consumptum, quod su-
peradificauit mercedem accipiat. Si cuius āt
opus arserit, damnum patietur, profecto nō
est ipse ēternus ille ignis. In illum n. soli si-
nistri nouissima & perpetua dānatione mit-
tentur, iste āt dextros probat. Sed alios eorū
sic probat, ut ædificium quod super Christū
fundamentū ab eis inuenierit esse cōstrūtū,
nō exurat atq; consumat, alios aut aliter, id
est, ut quod superadificauerunt, ardeat dam-
numq; inde patientur, salui fiant autē: quia
Christū in fundamento stabiliter positū p̄r-
cellenti charitate tenuerunt. Si āt salui fient,
profecto & ad dexterā stabūt, & cū cāteris au-*

Mat. 25. diēt: Venite bñdīcti patris mei, posidete pa-

K ratum uobis regnum: non ad sinistram, ubi

Ibidem. illi erunt, qui salui non erunt & ideo audiēt:

Esa. 66. Discidete a me maledicti in ignē ēternū.

*Apo. 20. Nemo quippe ab illo igne saluabitur, quia
in supplicium ēternū ibūt illi omnes, ubi
vermis eorū non morietur, & ignis nō extin-
guetur, quo cruciabuntur die ac nocte in se-
cula seculorū. Post istius sanē corporis mor-
tē, donec ad illū veniatur, qui p̄st resurre-
ctionē corporū futurus est dānationis, & re-
munerationis ultimus dies, si hoc tēporis in-
teruallo spiritus defunctorū eiusmodi ignē
dñr perpeti, quem non sentiant illi, qui non
habuerunt tales mores & amores in huius
corporis uita, ut eorum ligna, & foenum, &
stipula consumatur: alij uero sentiant, qui
eiusmodi secum edificia portauerunt, siue
ibi tñ, siue & hic, & ibi, siue ideo hic, ut nō
ibi, secularia, quanvis a dānatione uectalia
concremantem ignē transitoriae tribulatio-
nis inueniant, nō redarguo, quia forsitan ue-
rum est. Poteſt quippe ad istam tribulationē*

*pertinere etiam ipsa mors carnis, quæ pecca-
ti primi perpetratione concepta est, & ēm*

cuiusq; ædificium tempore suo ab unoquo- L

*que suscepta. Possunt & persecutions Ec-
clesiæ, quib. martyres coronati sunt, & quas*

*patiuntur, quicūq; Christiani, probant ultra-
que ædificia uelut ignis, & alia cōsumūt cū*

ipsis ædificatorib. si Christum in eis nō in

*ueniunt fundamentum: alia sine ipsis si inue-
niunt, quia licet cum damno salui erūt, ipsi*

non consumentur propter Christi uidelicet

*meritum in fundamentum reperti, qui ma-
net in ēternū. Erit etiam in fine seculi tri-*

bulatio tempore Antichristi, qualis nīquam

antea fuit, quam multa erunt tunc ædificia,

*siue aurea, siue fœnea super optimum funda-
mentum, quod est Christus Iesus, ut ignis il-*

le probet utraque, & de aliis gaudium, de

aliis inferat damnum: neutros tñ perdat, in

*quibus hæc inueniet propter stabile funda-
mentum. Quicunq; autē non dico uxorem,*

cuius etiam commixtione carnis, ad carnalē

uritur uoluptatem: sed quæ ab huiusmodi

delectationib. aliena sunt nomina pietatis,

humano more carnaliter diligendo Christo

anteponit, non eum habet in fundamēto, &

ideo nō per ignem saluus erit, sed saluus nō

erit, quia esse cum saluatore non poterit, qui

de hac re apertissime loquens ait: Qui amat M

patrem aut matrem plusq; me, non est me di Mat. 10.

gnus: & qui amat filiū aut filiam super me,

*non est me dignus. Verum qui has neces-
situdines sic amat carnaliter, ut tñ eas Christo*

dño non proponat, malitq; ipsis carere quā

Christo, si ad hunc fuerit articulū tentatio-

nis adductus, per ignē saluus erit, quia ex ea

rum amissione tantum necesse est urat do-

lor, quantum hæferat amor. Porro qui pa-

trem, matrem, filios filiasq; secundum Chri-

stum dilexit, ut ad eius regnum obtinendū,

eiq; cohāerendum illis consulat, uel hoc in

eis diligit, q̄ membra sunt Christi, absit, ut

ista dilectio reperiatur in lignis, sceno, & sti-

pula consumenda, sed prorsus edificio au-

reō, argenteo, gemmeo, deputabitur. Quo-

modo autem potest eos plus amare quam

Christum, quos amat utiq; propter Christū?

Con-

Contra eorū persuasione, qui putant sibi nō
obscura peccata; in quibus cū ele-
mosynas facerent perfliterunt.

Caput. XXVII.

- Mat. 25.* R Estat eis respondere qui dicunt æternō
gno illos tñmodo arturos, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt, p p illud quod ait Apostolus Iacobus: Iudicium autē sine misericordia illi, q nō fecit misericordiam. Qui ergo fecit, inquiūt, quāuis nō correxerit perditos mores, sed ne farie, ac nequiter inter ipsas suas eleemosynas uixerit, cū misericordia illi futurum est iudicūt, vt aut non damnetur oīno, aut post aliquod tps a dānatione nouissima liberet.
- Iaco. 2.* B Nec ob aliud existimant Xpm de solo dilectu atq neglectu eleemosynarum discretio nē inter dexterōs & sinistrōs esse facturum, quorū alios in regnū, alios in suppliciū mitteret æternū. Ut autē quotidiana sibi opinetur, quæ facere oīno non cessant, qualiacunq & quantacunq; sint p eleemosynas dimitti posse peccata, orationē q docuit ipse dñs & suffragatricem sibi adhibere conant, & testem, Sicut n. nullus, inquiūt, dies, quo à Christianis hæc orō non dicatur, ita nullū est quotidianum qualecunq; pctm, quod p illam non dimittatur, cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, si quod sequitur face re curemus: sicut & nos dimittimus debito ribus nostris. Non, n ait Dñs, inquiūt, Si di miseritis peccata hominibus, dimittere uobis Pater vester quotidiana parua pcta uestra, sed, dimittere vobis, inquit, peccata uestra. Qualiacunq; ergo vel quātacunq; sint, et si quotidie ppetrentur, nec ab eis uita discedat in melius cōmutata, per eleemosynā uenia non negata remitti sibi posse præsumunt. Sed bene, quod isti dignas pro peccatis commonent eleemosynas esse faciendas, qm si dicenter qualescunq; eleemosynas p peccatis & quotidiani, & magnis, & quantacunq; scelerum consuetudine misericordiam posse impetrare diuinam, ut ea quotidiana remissio sequeretur, uiderent rem se dicere absurdam atq; ridiculam. Sic n. cogentur fateri fieri posse, ut opulentissimus hō decem nummulis diurnis in eleemosynas impensis homicidia, & adulteria, & ne-
- faria quæq; facta redimeret. Quod si absurdissimum & insanissimum est dicere, prosesto si queratur, quæ dignas sint pro peccatis eleemosynæ, de quibus ē Christi præcursor ille dicebat; Facite ergo fructus dignos poenitentia, pculdubio nō inuenientur eas facere, qui uitam suā vīsq; ad mortē quotidiorum criminū perpetratione confodiunt. Primū, qā in auferendis rebus alienis lōge plura diripiunt, ex quibus per exigua pauperibus largiēdo, Christum se ad hoc pascere existimant, vt licetiam malefactorum ab illo se emissē, vel quotidie potius emere credentes, seculi damnabilia tanta committat. Qui si, p uno scelere oīa sua distribuerent, indigentibus mēbris Christi, nisi desisterent D à talibus factis, habendo charitatē, quæ non agit perperā, aliquid eis prodeſſe nō possit. *I.C. 13.* Qui ergo dignas p suis peccatis eleemosynas facit, prius ea facere incipiat a seipso. In dignū est. n. vt in se nō faciat, qui facit in p ximū cū audiat dicentē dñm: Diliges proximū tuū tanq te ipsum. Itemq; audiat: Misereere tuę animę placens deo. Hanc ergo eleemosynam. i. vt deo placeat, non faciens animę suā, qm dignas p peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Ad hoc. n. & illud scriptum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit: Orationes quippe adiuuant eleemosynæ. Et utiq intuendum est quod legimus: Fili peccasti, ne adicias iterum, & de præteritis tuis deprecare, ut dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ facienda sunt, ut cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiāmur, non ut in eis perseuerantes, licentiam malefaciendi nos p eleemosynas cōparare credamus. Ideo autem Dominus & dextris eleemosynas ab eis factas, & sinistris non factas se imputaturum esse prædictis, ut hic ostenderet quantū ualeant eleemosynæ ad priora delenda, nō ad perpetua impune cōmittenda pcta. Tales autē eleemosynas non dicendi sunt facere, qui uitā noīunt a cōsuetudine scelerū in melius cōmutare. Quia & in hoc qd ait: Qn̄ umi ex mini mis meis non fecisti, mihi non fecisti: ostēdit eos non facere ēt qn̄ se facere existimat. Si. n. Christiano esurienti panem tanquam Christo darent, pfecto sibi panē iustitia, p ipse Christus est non négarent: Quoniam Aug. Tomus quintus. Ff deus,

D. AVRELIUS AVG. DE CIVITATE DEI

deos, nō cui detur, sed quo animo detur. atē
dit. Qui ergo Christū diligitor Christiano,
hoc animo ei porrigit eleemosynā, quo acce-
dit ad Xpm, nō quo vult recedere impunit
à Christo. Tato. n. magis quisq; deserit Xpm,
quāto magis diligit quod improbat Christ⁹.
Nā quid cuiquā prodest q; baptizatur, si non
iustificatur? Nōne qui dixit: Nisi quis renat-
tus fuerit ex aqua & spū sancto, non intrahit
in regnū dei: ipse ēt dixit, Nisi abundauerit
iustitia ueltra super Scribarū & Pharisaeorū,
nō intrabitis in regnū celorum? Cur illud ti-
mendo multi curant baptizari, & hoc nō ti-
mendo, nō multi curant iustificari? Sicut ex-

Ibidem. Ego non dicit fratri suo fatue, qui cum hoc di-
cit, non ipsi fraternitati, sed peccato eius in-
fensus est: alioquin reus erit gehennæ ignis:
ita ecōtrario qui porrigit eleemosynā Chri-
stiano, nō Christiano porrigit, qui non in eo
diligit Christū, nō aut diligit Xpm, iustificari
qui recusat in Christo. Et quemadmodum si
quis p̄occupatus fuerit in aliquo delicto, vt
fratri suo dicat fatue. i. non eius peccatum uolens
auferre, conuinatur in iustitiae parū est
ad hoc redimendum eleemosynas facere ni-
si ēt quod ibi sequitur remedium reconcilia-
tionis adiungat. Ibi. n. sequitur: Si ergo of-
fers munus tuum ad altare, & ibi recordatus
fueris, quia frater tuus hēc aliqd aduersus
te, relinque ibi munus tuum ad altare, & ua-
de prius reconciliare fratri tuo, & tunc ue-
niens offeres munus tuum. Ita parū est ele-
mosynas quantaslibet facere: pro quo cunq;
scelere, & in consuetudine scelerum p̄ma-
nere. Oratio uero quotidiana, quam docuit
ipse dominus, unde & dominica nuncupat,
delet quidem quotidiana peccata, cum quo-
tidie dicitur, Dimitte nobis debita nostra:
quando id quod sequitur non solum dicoit,

Marki. 6 sed etiam fit, Sicut & nos dimittimus débito-
ribus nostris. Sed quia fiunt peccata ideo di-
citur, non ut ideo fiant, quia dicitur. Per hāc
n. nobis uoluit salvator ostendere quantum
liberius in huius uita caligine atq; infirmi-
tate uiuamus, non nobis deesse peccata, pro-
q;ibus dimittendis debeamus orare, & eis,
qui in hos peccant, vt & nobis ignoscatur i-
gnoscere. Non itaq; propterea dñs ait: Si di-
misieritis peccata hominibus, dimittet uobis
& pater uester peccata ueltra, ut de hac orō-

ne confisi, securi quotidiana scelera facere-
mus, uel potentia qua non timeremus homi-
nū leges, uel astutia, qua ipsos homines fal-
remus: fed ut per illam dilaceremus, non pu-
tare nos esse sine peccatis, etiam si criminib.
essemus immunes, sicut etiam legis ueteris
sacerdotes hoc ipsum deus de sacrificijs ad-
monuit, quæ iusfit eos primū pro suis, deinde
& populi offerre peccatis. Nā ēt ipsa uer-
ba tanti: magistri & dñi nostri uigilanter in-
tuenda sunt. Non. n. ait. Si dimiseritis pecca-
ta hominibus, & pater uester dimittet uobis H
qualiacunq; peccata: sed ait, peccata uestra.
Quotidianā quippe orationē docebat, & iu-
stificatis utiq; discipulis loquebatur. Quid
est ergo peccata ueltra, nisi peccata sine quib;
nec vos estis, qui iustificati & sanctifica-
ti estis? Vbi ergo illi, qui p̄ hanc orationē oc-
casione perpetrandorum quotidie scelerū
quærunt, dicunt dñs significasse ēt magna:
peccata, qm̄ non dixit, dimittet uobis pecca-
ta parua: sed peccata ueltra. Ibi nos considerantes
qualibus loquebatur, & audientes di-
ctū, peccata uestra, nihil aliud debemus exi-
stimare quam parua, qm̄ talium iam nō erāt
magna. Veruntamen nec ipsa magna, a quib;
omnino mutatis in melius moribus re-
cedendum est, dimittuntur orantibus nisi fiat
quod ibi dicitur: Sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Si. n. minima peccata, sine
quib; non est etiam uita iustorum, alit̄
non remittuntur: quāto magis multis &
magis criminibus inuoluti etiam si ea perpe-
trare iam definat: nullam indulgentiam con-
sequuntur, si ad remittendum alijs, quod in
eos quisq; peccauerit, inexorabiles fuerint,
cum dicat dñs: Si aut̄ non dimiseritis homi-
nibus peccata, neq; pater uester dimittet uo-
bis? Ad hoc. n. ualeat quod etiā Iacobus Apo-
stolus ait, Iudiciū futurū sine misericordia illi,
qui non fecit misericordiā. Venire quip
pe debet in mentem etiam seruus ille, cui de-
bitori dñs suus relaxauit decem millia talen-
torum: quæ postea iusfit ut redderet, q; ipse
non misertus est conserui sui, qui ei debebat
centum denarios. In his ergo qui filii sunt
promissionis & uasa misericordiæ, ualeat
quod ait idem Apostolus, consequenter ad-
iungēs: Superexaltat autē misericordia iudi-
cium. Qoniam & illi iusti qui tanta san-
ctitate

Heb. 5.

Math. 6.

J. Co.

J. Luc.

Taco.

Luo.

Ibidem.

Ibidem.

Mat.

Iacob. 10.

Math. 18.

Aene.

Rom. 4.

Iacob. 5.

Ecc. 10. Etitate uixerint, vt alios quoq; recipiant in tabernacula eterna, quib. amici facti sunt de māmona iniquitatis, ut tales essent: misericordia libertati sūt ab eo; q; iustificat impiū, imputat mercedē fm grām, nō fm debitū.

Rom. 4. In eorū quippe numero est Apost. qui dicit: Misericordiā consecutus sum, vt fidelis essem.

I. Cor. 7. Illi aut qui recipiuntur a talib. in tabernacula eterna, fatendum est, quod non sint his moribus p̄diti, vt eis liberandis sine suffragio sanctorum sua possit vita sufficere,

Luc. 16. ac p̄ hoc multo amplius in eis super exaltat misericordia iudicij. Nec tñ ideo putandus

Tac. 2. est quisq; sceleratissimus nequaq; uita, uel bona, vel tolerabilior mutatus, recipi in ta-

bernacula eterna, qm̄ obsecutus est sanctis de māmona iniquitatis, i. de pecunia, uel di-

Luo. 16. uijs, quę male fuerant acquisitæ: aut etiā si bene, non tñ ueris, sed quas iniquitas putat esse diuitias, qm̄ nescit, quas sint uerae diuitiae, quib. illi abundant, qui & alios recipiūt in eterna tabernacula. Est itaq; quidā uitae modus: nec tam male, ut his qui eā uiuunt, nihil profit ad capiendum regnū coelorum dargitas eleemosynarum, quibus ē iustorū sustentatur inopia, & sunt amici qui in ta-

bernacula eterna suscipiant: nec tam bona, & ad tantam beatitudinem adipiscendā eis ipsa sufficiat, nisi eorū meritis quos amicos fecerint misericordiā consequantur. Mirari

Ibidem. aut soleo ē apud Virgil. istam Dñi reperiiri

Luo. 16. lñiam, vbi ait: Faeite uobis amicos de mam-

Mat. 10. mona iniquitatis: vt & ipsi recipiant uos in tabernacula eterna. Cui est & illa simillima:

Qui recipit Prophetā in nomine Prophetæ mercedē Prophetæ accipiet; & q; recipit iustū in nomine iusti, mercedē iusti accipiet.

Nam cū Elysios c̄apos Poeta ille describet, vbi putant habitare animas beatorū: nō solū ibi posuit eos, qui proprijs meritis ad il-

Aenei. 6. las sedes peruenire potuerunt, sed adiecit at que ait: Quiq; sui memores alios secere me rendo. i. qui promeruerunt alios, eosq; sui memores p̄merendo fecerūt. Prorsus tanq; eis dicere: qđ frequentatur ore Xpiano, cū se cuiq; sanctorū humilis quisq; cōmēdat, & dicit: memor mei esto: atq; ut id esse posse, p̄merendo efficit. Sed quis iste sit modus, & q; sunt ipsa p̄ctā, q; ita impediunt puentio-

ā ad regnū Dei, ut tñ sanctorū amicorum

meritis impetrant indulgentiā, difficiliū est imuenire, periculosoū definire. Ego

certe usq; ad hoc ipsi cū inde satagerē, ad eo rū indaginē puenīp non posui. Et fortassis p̄ ea latent, ne studiū proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat. Qm̄ si scirentur,

quę uel qualia sint delicta, pro quib. ēt permanentibus, nec profectu uitæ melioris as-

sumptis intercessio sit inquirenda & speran-

da iustorū, eis secura se obuolueret. huma-

na segnices, nec euolui talibus implicamē-

tis vlliū uirtutis expeditione curaret, sed tā

tummodo quereret aliorū meritis liberari,

quos amicos sibi de māmona iniquitatis e-

leemosynarū largitione fecisset. Nunc uero

dū uenialis iniquitatis ēt si perseveret, igno-

ratur modus, profecto & studiū in meliora

p̄ficiendi orationi instando vigilantiū ad-

hibetur, & faciendi de māmona iniquitatis sanctorū amicos cura nō spēnitur. Vtū ista

liberatio quę sit, siue suis quibusq; oratio-

nibus, siue intercedentib; sanctis id agit,

vt in ignē quisq; non mittatur aeternū non

vt cū fuerit mis̄us post quantumcunq; ipsi

inde eruatur. Nā & illi qui putant sic intelli-

gēndū c̄esse, quod scripū est: Afferre terram bonā, ubere fructū; alia tricenum, alia sexagenū, alia centenū: ut sancti p̄ suorū diuer-

sitate meritorū, alii tricenos homines libe-

rent, alii sexagenos, alii centenos: hoc in die

iudicij futurū suspicari solent, nō post iudi-

cij. Qua opinione quidā cū uideret homi-

Luc. 16.

Mat. 13.

Luc. 8.

D. AVRELII AVGUSTINI
EPISCOPI, DE CIVITA-
TE DEI, ad Marcellinum
LIB. XXII.

De conditione angelorum & ho-
minum. Caput I.



Iicut in proximo libro supe-
riori promisimus, iste hu-
ius totius operis ultimus
disputatione de ciuitatis
dei eterna beatitudine co-
tinebit. Quæ non ppata-
tis p multa secula longitudinem, tñ qnun-
Euse. 1. que finiēdam eternitatis nomen accepit, sed
quæadmodum scriptū est in Euangeliō: Re-
gnum eius nō erit finis. Nec ita ut in alijs mor-
riendo decedentib⁹, alijs succendentib⁹ orien-
do, species in ea perpetuitatis appareat, sicut
in arbore, quæ perenni fronde uestitur, eadē
vī viriditas permanere, dū labentibus & ca-
dientibus folijs, subinde alia quæ nascuntur
facie conseruant opacitatis, sed oēs in ea ci-
ues immortales erunt, adipiscētibus & ho-
minibus, quo d nunquam sancti angeli pdi-
derunt. Faciet hoc deus oipotentissimus ei⁹
conditor. Promisit. n. nec mentiri pōt, & qui
Gene. 1. bus fidē hinc quoq; faceret multa sua, & nō
promissa & promissa iam fecit. Ipse est enim
qui in principio condidit mūdum, plenum
bonis omnibus uisibilibus atq; intelligibili-
bus rebus, in quo nihil melius. instituit, quā
spūs, quibus intelligentiā dedit, & luē conte-
plationis habiles capacesq; sui præstit, atq;
una societate deuinxit, quā sanctā & super-
nā dieimus ciuitatē, in qua resideant, in qua
sustententur beatiq; sint. Deus aut ipse illis
est tanquā uita uiūtusq; communis. Qui li-
berū arbitrium eidē intellectuali naturae tri-
buit tale, ut si uellet deferere deū, beatitudi-
nem. s. suam, cōtinua miseria esset secutura.
Qui cū præsciret angelos quosdam p elatio-
nē, qua ipsi sibi ad beatā uitam sufficere uel-
lēt, tanti boni desertores futuros, non eis ade-
mit hanc potestatē, potentius & melius esse
iudicans etiam de malis benefacere, q; mala
esse non sinere. Quæ omnino nulla essent, ni
H si natura mutabilis quamuis bona & a sum-
mo deo atq; incommutabili bono, qui bona

oīa condidit instituta, peccando mala ea sibi
ipsi fecisset. Quo ēt peccato suo teste conui-
citur bonā conditam se esse naturā. Nisi. n.
magnum & ipsa, licet non ē quale conditori
bonum esset, profecto desertio dei tanq; lu-
minis sui, malū eius esse non posset. Nam si-
cū cæcitas oculi uitū est, & idē ipsum indi-
cat ad lumen uidendum oculum esse creatū,
ac per hoc ēt ipso uitio suo excellentius ostē-
ditur ceteris membris mēbrum capax lumi-
nis: non. n. alia causa esset uitium eius carere
lumine, ita etiam natura quæ fruebatur deo,
optimam se institutam docet, etiam ipso
suo uitio, quo ideo misera est, quia non
fruitur deo, qui casum angelorum uolun-
tarium iustissima pena sempiterna in felici-
tatis obstrinxit atq; in eo summo bono per-
manentibus ceteris, ut de sua sine fine pma-
fione certi essent, tanquā ipsius p̄mum p-
mansionis dedit. Qui facit hominē, ipsum ēt
rectum cum eodem libero arbitrio terrenū
quidem animal, sed cœlo dignū, si suo cohē-
reret authori, miseria similiter si eum desere-
ret secutura, qualis natura huiusmodi cōue-
niret. Quem similiter quun præuaricationē
legis dei per dei desertionem peccaturum es-
se præsciret, nec illi ademit liberi arbitrii po-
testatem, simul præuidens, quid boni de ma-
lo eius esset ipse facturus, qui de mortali pro-
genie merito iusteque damnata, tñ populum
per gratiam suam colligit, ut inde suppleat,
& instaureret partem, quæ lapsa est angelorū,
ac sic illa dilecta & superna ciuitas non frau-
detur fluorum numero ciuium, quin etiam
fortassis & uberiore latetur. Multa enim
fiunt a malis quidem contra uoluntatē dei,
sed tantæ est ille sapientiæ, tantæq; uirtutis,
ut in eos exitus siue fines, quos bonos & iu-
stos ipse præsciuit, tendant omnia quæ uolu-
tati eius uidentur aduersa. Ac per hoc cum
deus mutare dī uoluntatem, ut quibus lenis
erat, uerbi gratia, reddatur iratus, illi potius
quam ipse mutantur, & eū quodammodo mu-
tatum in his quæ patiuntur inueniunt, sicut
mutatur sol oculis sauciatis & asper quodam-
modo ex miti, & ex delectabili molestu esti-
tur, cōm ipse apud seipsum maneat idē qui columna
fuit. Dicitur enim uoluntas dei, quam facit Dei
in cordibus obedientiū mādatis eius, de quā
dicit Apostolus. Deus est enim, qui operatur
in

Gene. 1.
Ecclesiā-
stic. 7.

August.
Enchir.
Cap. 28.

Philip. 2. in nobis & velle. Sicut.n.iustitia dei non solum, quia ipse iustus est dicitur, sed illa est quae in homine, qui ab illo iustificatur facit: sic & lex eius vocatur, qua potius est hominum, & non iustitiae deorum hominibus. Nihil in hominibus

1 Cor. 3, 8. sed ab ipso data hominibus. Nā utiq; homines erant, quibus ait Iesus: In lege uestra scriptum est, cum alio loco legamus: Lex dei in corde ipsius. Secūdū hanc uoluntatē, quā

in corde ipsius. Secundum hanc uoluntatem, quia
deus operatur in hominibus et uelle dicitur, qd
ipse non uult, sed suos id uolentes facit, sicut
dicit cognouisse, quod ut cognoscatur facit,
et a quibus ignorabatur. Neque noster dicente Apo-
stolo: Nunc autem cognoscentes deum, immo, co-
gniti a deo, fas est ut credamus, qd eos tunc
cognoverit deus, præcognitos ante constitu-
tionem mundi, sed tunc cognouisse dicitur est,

*Supra li-
bro. 16.
Cap. 23.* L quod tunc ut cognoscetur efficit . De his locutionum modis iam & in superioribus libris memini disputatum . Secundum hanc ergo voluntatem , qua deum uelle dicimus , qd; alios efficit uelle , à quibus nesciuntur futura , multa vult , nec facit .

De æterna & incommutabili eius voluntate. Caput II.

Caput I I

Multa n. uolunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta uoluntate, nec sunt: sicut orant pro quibusdam pie sancteque, & quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi uoluntatem sancto spiritu suo fecerit ac per hoc quoniam dominus dñi uoluntatem orant sancti, ut quisque sit saluus, possumus illo modo locutionis dicere, vult deus, & non facit: ut ipsum dicamus uelle, qui ut uelint isti, facit. Secundum illam uero uoluntatem suam, quae cum eius præscientia sempiterna est, perfecta in celo & in terra omnia quæcumque uoluit, non solum præterita, uel præsentia, sed etiam futura iam fecit. Verum antequam ueniet tempus, quo uoluit ut fieret, quod ante tempora universa præscivit atque disposuit, dicimus, fiet quando deus uoluerit. Si autem non solum tempus quo futurum est, uerum etiam utrum futurum sit ignoramus, dicimus, fiet si deus uoluerit, non quia deus nouam uoluntatem, quam non habuit, tunc habebit, sed quia id quod ex æternitate in eius immutabili præparatum est uoluntate tunc erit.

**De promissione æternæ beatitudinis
sanctorum , & perpetuis suppli-
cijs impiorum .**

QVapropter ut cætera tā multa præterea,
sicut nunc in Christo uidemus impleri,
quod p̄ omisit Abrahæ dicēs: In semine tuo

quod p[ro] omisit Abraham dices: In semine tuo
benedicentur o[ste]s gentes, ita quod eidem se-
mini eius p[ro]misit implebitur, ubi ait, p[er] Pro-
phetam: Re[st]urgent qui erant in monumentis.

pheta: Reburgit qui erant in monumentis. *Esa. 26:*
Et quod ait: Erit cœlum nouum, & terra no*Esa. 65:*
ua, & non erunt memores priorū, nec ascen-
dant in cor infirmorum. *Sed Ieremias 31 articulo.*

dent in cor ipsorum , sed lætitiam & exulta-
tionem & populū meū in lætitiam,& exulta-
tabo in Hierusalē,& lætabor in populo meo

tabo in Hierusalem, & latabor in populo meo
& ultra non audierit in ea vox fletus. Et per
alium Prophetam, quod prænunciavit dices
eisdem Prophetam: La tempore illo falsabimur.

eide*n* Prophet*æ*: In tempore illo saluabitur *Dan.* 13. populus tuus omnis qui inuictus fuerit scrip*tus* in libro, & multi dormientium in terre

plus in horo, & multa dormientia in terra
puluere, siue ut quidam interpretati sunt agge-
re, exurgent, hi in uitâ aeternam, & hi in op-
probrium. & in confusione aeternam. Et

probrium, & in confusionem æternam. Et
alio loco per eundem Prophetam: Et accipiet
regnum sancti altissimi, & obtinebunt illud

regnum sancti altissimi; & obtinebit in seculum, & usque in secula seculorum. Et paulo post, Regnum, inquit, eius regnum semper in eternum. Et alia ouia ad hoc pertinetia Danie. 7.

sempiternum. Et alia quæ ad hoc pertinēta
in libro uicesimo posui, siue quæ non posui,
& tamen in eisdem literis scripta sunt. Ve-
rū dicitur, q[uod] sicut.

¶ tamen in eisdem litteris scriptis, ve-
nient & hæc, sicut & ista uenerunt, quæ in-
creduli non putabat esse uentura. Idè qui p-
pe deus utraq; promisit, utraq; uentura esse. *Cath. 2.*

pe deus utraq; promisit, utraq; uentura esse *Capitib. 2*
prædixit, quem perhorrescunt numina Par- & *23.*
ganorum, teste etiā Porphyrio nobilissimo D
ibile fidei inservientem.

Contra sapientes mundi, qui putant
terrena hominum corpora ad cœ
lestis habitaculum non pos
se transferri.

Caput ~~XXXIX~~ **XL**

Sed uidelicet homines docti atq; sapientes cōtra uim tantæ authoritatis, quę oīa gñā hoīum, sicut tāto antē p̄dixit i hoc credēdū

Aug. Tomus Quintus Ff 3 spe-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

sperandumq; conuertit, acute sibi argumen-
tari videntur aduersus corporū resurrectio-
nē & dicere, quod in tertio de Republica li-
bro à Cicero ne cōmemoratum est. Nā cum
Herculem & Romulum ex hominib⁹ Deos
esse factos asseueraret, quorum nō corpora,
inquit, sunt in cœlū elata: neq; n.natura pa-
teretur, vt id, quod esset de terra, nisi in terra
maneret. Hinc est magna ratio sapientium,
quorum Dñs nouit cogitationes, qm̄ uanæ
sunt. Si n.animę tantummodo essemus. i.si-

P/ ad. 93. E nne ullo corpore sp̄iritus, & in cœlo habitantes, terrena animalia nēciremus, nobisq; fu-
turum esse diceretur, ut terrenis corporibus animandis quodā uinculo mirabili nētere-
mur, nōne multo fortius argumentaremur, id credere recusantes, & diceremus naturā, non pati, ut res incorporea ligamento corpo-
reo uinciretur? Et tamen plena est terra ue-
getantibus animis, quibus hēc membra ter-
rena miro modo sunt connexa & implicita. Cur ergo eodem uolente Deo, qui fecit hoc
animal, non poterit terrenum corpus in cœ-
lestē corpus attolli, si animus omnia hēctera-
rena corpora transcēdens, p hoc etiam cœ-
lestī corpore p̄stātor terreno corpori potuit
alligari? An terrena particula tam exigua po-
tuit aliiquid cœlestī corpore melius apud se
tenere, ut sensum haberet & uitam, & eam
sentientē atq; uiuentē dignabitur cœlum
suscipere, aut susceptā non poterit sustinere,
cum de re sentiat, & uiuat ista meliore q̄ est
corpus oē cœleste? Sed ideo nunc non fit,

F A. l. Qui q̄a nōdū est tēpus quo id fieri uoluit. * Quid
hoc quod prouidentia Dei multo mirabilis,
hoc quod quam illud, quod ab istis non creditur fecit?
Cur n. non uehementius admirantur incor-
poreos animos cœlestī corpore potiores, ter-
renis alligari corporibus, quam corpora li-
rabilius, cetera terrena sedibus, quamvis cœlestibus, tñ
quam il- corporeis sublimari, nisi q̄a hoc uidere con-
tud quod sueimus, & hoc sumus illud uero nōdū
ab istis sumus, nec aliquando adhuc uidimus? Nam
ron cre- profecto sobria ratione consulta mirabilio-
cius. ris esse diuinī operis reperitur incorporalib⁹

corporalia quodammodo attexere, q̄

licet diuersa, quia illa cœlestia ista

terrestria, tamen corpora

& corpora copulari.

De resurrectione carnis, quam quidā
mundo credente non credunt.

Caput V.

S Ed hoc incredibile fu erit aliquando. Ecce G
iam credidit mundus sublatum terrenum Mar. 16.
Xpi corpus in cœlū, resurrectione carnis, & A. l.

ascensione in supernas sedes paucissimis remanentibus atq; stupentibus, uel doctis, uel indoctis, iam crediderunt, & docti, & indocti.

Si rem credibilem crediderunt, uideant quām sint stolidi, qui non credunt. Si autē

res incredibilis credita est, ēt hoc utiq; incre-
dibile est, sic creditum esse, quod incredibili-
le est. Hēc igitur duo incredibilia, resurrec-
tionem, s.nostri corporis in æternū, & rē tā

incredibile mundū esse crediturū, idem Dñs ante q̄ uel unū horū fieret, ambo futura es-
se prædicti.

Vnū duorū incredibiliū iam fa-
ctum esse uidemus, ut quod erat incredibile,

crederet mundus: cur id quod reliquum est
desperatur, ut ēt hoc ueniat, quod incredibi-

le creditur mundus, sicut iam uenit, quod si-
militer incredibile fuit, ut rem tā incredibili-

le crederet, q̄nquidem hoc utrumq; incredibili-
le, quorum uidemus unum, alterum credi-

mus, in eisdē literis prædictum est, per quas

creditur mundus? Et ipse modus, quo mun-
dus credidit, si consideretur, incredibilior in

uenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis, H

& omnino quantū ad istorum doctrinas at-
net impolitos, non peritos Grammatica, nō

armatos Dialectica, nō Rhetorica inflatos,
piscatores Christus cum retibus fidei ad ma-

re huius seculi paucissimos misit, atq; ita ex

omni genere tam multos pisces, & tāto mi-
rabiliores, quanto rariores, etiam ipsos phi-

losophos cepit. Duobus illis incredibilibus,

si placet, immo quia placere debet, addamus
hoc tertium. Iam ergo tria sunt incredibilia,

qua tamē facta sunt. Incredibile est enim

Christum resurrexisse in carne, & in cœlum

ascendisse cum carne. Incredibile est, mun-
dum rem tam incredibilem credidisse. Incre-

dibile est, homines ignobiles, infirmos, pau-

cissimos, imperitos, rem tam incredibile tā

efficaciter mundo, & in illo ēt doctis per sua

dere potuisse. Horum trium incredibilium

primum nolunt illi cū quibus agimus crede-

re, em coguntur & cernere, quod non inue-

nunt,

Inlunt, unde sit factum, si nō credunt tertium,
 Marc. 6. Resurrectio certe Christi & in coelū cū car-
 Acto. 1. ne in qua resurrexit, ascensio, toto iā mundo
 prædicatur, & creditur, si credibilis non est, Sed
 multi nobiles, sublimes, docti ēt eam se ui-
 disse dixerunt, & quod uiderunt diffamare
 curarunt, eis mundum credidisse non mirū
 est, sed istos adhuc credere nolle, perdurum
 est. Si aut ut uerum est, paucis, obfcursis, mini-
 mis, indoctis eā se uidiſſe dicentibus, & scri-
 bientibus credidit mūdus, cur pauci obstina-
 tissimi, qui remanerunt, ipsi mundo, iā cre-
 denti adhuc usq; non credunt? Qui propte-
 rea numero exiguo ignot ilium, infirmorū,
 imperitorum hominum credidit, quia in tā
 contemptibilibus testibus multo mirabilius
 diuinitas seipſam perlausit. Eloquia nanque
 persuadentium, quæ dicebant, mira fuerunt
 facta, non uerba. Qui. n. Christum in carne
 resurrexisse, & cum illa in celum ascendisse
 non uiderant, id se esse narrantibus non lo-
 quentibus tñ, sed etiam mirifica facientibus
 Acto. 2. signa credebant. Hoīes quippe quos vnius,
 Acto. 2. uel ut multum duarum linguarum fuisse no-
 uerant, repente linguis omnium gentium lo-
 Acto. 3. quentes mirabiliter audiebant. Claudum ab
 Acto. 19. vberibus matris ad eorum uerbum in Chi-
 fli nomine post quadraginta annos incolu-
 mem conſtiuiſſe. Sudaria de corporibus eo-
 rum ablata, sanandis profuſſe languētibus :
 in via quia fuerant tranſiuti positos in ordi-
 ne innumerabiles morbis uarijs laborantes,
 vt ambulantium super eos umbra transiret,
 cōtinuo ſalutem ſolere recipere: & alia mul-
 ta stupenda in Christi nomine per eos facta
 signa. Postremo etiam mortuos resurrexisſe
 cernebant. Quæ ſi vt leguntur, geſta eſſe cō-
 Acto. 5. cedunt, ecce tot incredibilia tribus incre-
 dibilibus addimus. Et ut credatur vnu incre-
 dibile quod de carnis resurrectione atque in
 celum ascensione dicitur, multorum incre-
 dibiliū testimonia tanta congerimus, & nō
 dum ad credendum ab horrenda duritia in-
 credulos flectimus. Si uero per Apostolos
 Christi, ut eis crederetur, resurrectionem, at
 que ascensionem prædicantibus Christi etiā
 iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc no-
 bis unum grande miraculu ſufficit, quod ea
 L. terrarum orbis ſine vllis miraculis credidit.

Quod Roma conditorem ſuum Romulum
 diligendo deum fecerit, ecclesia autē
 Christum dominū credendo di-
 lexerit. Caput V I.

R Ecolamus etiam hoc loco illud, quod ac
 Romuli credita diuinitate Tullius admiri-
 ratur. Verba eius ut scripta ſunt inſeram: Ma-
 gis eſt, inquit, in Romulo admirandum, qđ
 cæteri qui dij ex hominibus facti eſſe dñr, Republi-
 minus eruditis hominum ſeculis fuerunt, ut ea.
 Cicer. B.
 lro. 3. de
 Republi-
 ca.
 fingendi proclivior eſſet ratio, cum imperiti
 facile ad credendū impellerentur. Romuli
 aut atatem minus his ſexcentis annis iam in
 ueteratis literis, atq; doctrinis omniq; illo
 antiquo ex inculta hominū uita errore ſubla-
 to fuisse cernimus. Et paulopof de codē Ro-
 mulo ita loquitur, quod ad hunc p̄tinet ſen-
 sum. Ex quo intelligi potest, inquit, permul-
 tis annis ante Homerū fuisse, quam Romu-
 lum, ut iam doctis hominibus, ac temporib.
 ipſis eruditis ad fingendū uix quicquam eſ-
 ſet loci. Antiquitas n. recepit fabulas, fictas
 etiam nonnunquam incondite. Hæc autem
 iam exculta præſertim eludens omne quod
 fieri non potest respuit. Vnus ē numero do-
 etiſſimorum hominum idemq; eloquentiſſi-
 mus omnium Marcus Tullius Cicer, p̄p-
 ea dicit diuinitatem Romuli mirabiliter cre-
 ditam, quod erudita iam tempora fuerunt,
 quæ falsitatem non reciperent fabularum.
 Quis autē Romulum deum niſi Roma cre-
 didit, atq; id parua & incipiens? Tum deinde
 de posteris ſeruare fuerat necesse, quod acce-
 perant a maioribus, ut cum iſta ſuperſtitio-
 ne in lacte quodāmodo mīſis ebita cresce-
 ret ciuitas, atque ad tam magnum perueni-
 ret imperium, ut ex eius fastigio uelut ex al-
 tiore quodam loco alias quoque gentes, qui
 bus dominaretur, hac ſua opinione perfund-
 eret, ut non quidem crederent, ſed tñ dice-
 rent deum Romulum, ne ciuitatem cui fer-
 uiebant, de cōditore eius offendent, aliter
 cum nominando quam Roma, quæ id non
 amore quidem huius erroris, ſed tamē amo-
 ris errore crediderat. Christus autem quan-
 quam ſit coeleſtis & ſempiternæ cōditor ci-
 uitatis, non tamen cum quoniā ab illo con-
 dita eſt, deum creditit, ſed ideo potius eſt
 condenda, quia creditit. Roma conditorem
 A

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

uum iam cōstructa & dedicata, tanquā deū soluit in tēplo: hec aut̄ Hierusalē conditorē uum deum Christum, ut construi posset & dedicari, posuit in fidei fundamento. Illa illū amando esse deū credidit, ista istum deū esse credendo amauit. Sicut ergo p̄rcessit unde amaret illa, & de amato iam libenter ē falsū bonum crederet, ita p̄rcessit unde ita crederet, ut recta fide non temere, quod falsum est, sed quod uerū erat, amaret. Exceptis eī tot & tātis miraculis, quā persuaserunt, deū esse Christum, prophetā quoq; diuinā fide dignissimē p̄rcesserunt, quā in illo non sicut à patribus adhuc creduntur implendā, sed iam a toto mundo demōstrantur impletā.

B De Romulo aut̄ quia condidit Romā, in eaq; regnauit auditur, legitur, non quia factum est quod ante fuisset prophetatum, sed quod sit receptus in deos, creditum tenent literæ, non factum docent. Nullis quippe rerum mirabilium signis id ei uere prouenisse monstratur. Lupa quippe illa fratum duorum nutrix, quod ut̄ quasi magnum extitisse portentum, quale aut quantum est ad demolrandum deū? Certe n. et si non meretrix fuit lupa illa, sed bestia cum fratribus portetum cōmune fuerit ambobus, frater tu eius non habet̄ deus. Quis aut̄ prohibitus est, aut Romulum, aut Herculem, aut alios tales homines deos dicere, & mori maluit, q; non dicere? Aut uero aliqua gentium coleret inter deos suos Romulū, nisi Romani nominis metus cogerer? Quis porro enumeret, q; multi quancalibet saeuitia credulitatis occidi q; Christum deum negare maluerunt? Proinde metus quamlibet leuis indignationis, q; ab animis Romanorū, si non fieret, posse putabatur existere, cōpellebat alias ciuitates positas sub iure Romano tanq; deum colere Romulū: a Christo aut̄ deo non solum colēdo, uerum etiā confitendo tantā p̄ orbē terrā martyrum multitudinē metus ullus, aut error reuocare non potuit, blanditia nullæ, promissio nulla dimouit, sed nec facultatū violenta substractio, nec acerbitas uniuersarum uariarumq; poenarū. Et ipsius mortis: quā plus ceteris formidatur. Neq; tunc ciuitas Xpi, quāvis adhuc peregrinare ē in terris, & haberet tam magnorū agmina populorū, aduersus impios persecutores suos pro tem-

porali salute pugnauit, sed potius ut obtineat æternam, non repugnauit. Ligabantur, includebantur, cedebantur, torquebantur, urebantur, laniabātur, trucidabātur, & multiplicabātur. Non erat eis p̄ salute pugnare, nisi salutē pro saluatore contēnere. Scio in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de Republica, disputa, nullum bellum suscipi a ciuitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute. Quid autem dicat pro salute, uel intelligi q; salutem uelit, alio loco demonstrans: sed his poenis, inquit, quas etiam stultissimi sentiūt egestate exilio, uinculis, uerberibus elabuntur sāpē priuati, oblata mortis celeritate. Ciuitatibus aut̄ mors ipsa poena est, quā uidetur a poena singulos vindicare. Debet enim constituta sic esse ciuitas, ut æterna sit. Itaq; nullus interitus est Republica naturalis, ut hominis, in quo mors non modo necessaria est, uerum etiā optanda perspē. Ciuitas autem cum tollitur, deletur, extinguitur, simile est quodammodo, (vt magnis parua conferamus), ac si omnis hic mundus intereat, & concidat. Hoc ideo dixit Cicero, quia mūdum non interitus cum Platonis sentit. Constat ergo eum pro ea salute bellum uoluisse suscipi a ciuitate, qua sit, ut maneat hic ciuitas sicut dicit, æterna quamvis morientibus & nascentibus singulis, sicut perēnis est opacitas olei, uel lauri atq; hīoī ceterarum arborū singulorum lapī ortuq; foliorum. Mors quippe, ut dicit, non hominum singulorum, sed uniuersa poena est ciuitatis, quā a poena plerunq; singulos vindicat. Vñ merito queritur, utrum rectē fecerint Saguntini, quando uniuersam suam ciuitatem interire maluerunt, q; fidem frangere, qua cū ipsa Romana Republica tenebantur: in quo suo factō laudātur ab omnibus terrenz Rei publicæ ciuibus. Sed hi quomō huic disputatiō possent obedire non uideo, ubi dicitur nullum suscipiendum esse bellum, nisi aut pro fide, aut pro salute. Nec dicitur si in unū simul periculum ita duo ista concurrerint, ut teneri alterum sine alterius amissione nō possit, quid sit potius eligendū. Profecto n. Saguntini si salutem eligerent, fides eis fuerat deserenda. Si fides tenenda, amittēda utique salus, sicut & factū est. Salus aut̄ ciuitatis dei talis est, ut cum fide ac per fidem tene-

ri, uel

ri, vel potius acquiri possit: fide autem perdita, ad eam quisque uenire non possit: Quae cogitatio firmissimi ac patientissimi cordis, tot ac tantos martyres fecit, qualem ne unum qui dem habuit, uel habere potuit, quoniam est deus creditus Romulus.

Quod ut mundus in Christum crederet uirtutis fuerit diuinæ, non persuasionis humanæ.

Caput VII.

Sed ualde ridiculum est, de Romuli falsa diuinitate cum de Christo loquimur face re mentionem. Veruntamen cum sexcentis Ciceronem Romulus fuit, atque illa etas iam fuisse doctrinis dicatur exculta, ut quod fieri non potest omne eludens respuererit: quanto magis post sexcentos annos ipsius tempore Ciceronis maximeque postea sub Augusto atque Tyberio eruditioribus utique temporibus, resurrectione carnis,

I Christi, atque in celos ascensionem, tanquam id quod fieri non potest, mens humana ferre non posset eludensque ab auribus cordibusque respuererit, nisi eam fieri potuisse, atque factam esse diuinitas ipsius ueritatis, uel ueritas diuinitatis contestantia miraculorum signa monstrarent, ut terribilis & contradicentibus tam multis, tamque magnis persecutionibus procedens in Christo, deinde ad nouum seculum in ceteris secutura resurrectio atque immortalitas carnis & fidelissime credetur & praedicaretur intrepidè, & per orbem terræ pullulatura fœcundius cum in martyrum sanguine sereretur? Legebantur, non præconia precedentium Prophetarum, concurrebant ostenta uirtutum, & persuadebatur ueritas noua consuetudini, non contraria rationi, donec orbis terræ qui persequebatur fure, prosequeretur fide.

De miraculis, quæ ut mundus in Christum crederet facta sunt, & fieri mundo credente non de finiunt. Cap. VIII.

Cur inquit nunc illa miracula, quæ prædicatis facta esse, non sunt? Possem qui dem dicere necessaria fuisse prius quam crede-

ret mundus, ad hoc ut erederet mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat, inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta suisse credantur. Vnde ergo tanta fide Christus usquequaque cantatur in celum cum carne sublatu? Vnde teponibus eruditis, & omne quod fieri non potest respuentibus; sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia creditur mundus? An forte credibilia fuisse, & ideo credita esse dicuntur sunt? Cur ergo ipsi non credunt? Brevis est igitur nostra complexio. Aut incredibili rei, quæ non uidebatur, fecerunt fidem: aut certe res credibilis, ut nullis quibus persuaderetur miraculus indigeret, istorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos uanissimos dixerim. Nam facta esse multa miracula quæ attestarentur illi uni grandi salubriquo miraculo quo Christus in celum cum carne in qua resurrexit, ascendit, negare non possumus. In eisdem quippe ueracissimis libris cuncta conscripta sunt, & quæ facta sunt. Haec ut fidem facerent innotuerunt, hec per fidem quam fecerunt multo clarius innotescunt. Leguntur quippe in populis, ut credant, nec in populis tamen, nisi credita legerentur. Nam etiam nunc sunt miracula in eius nomine, siue per sacramenta eius, siue per orationes, uel memorias sanctorum eius, sed non eadem claritate illustrantur, ut tanta quanta illa gloria diffamentur Canon quippe sacrarum literarum quæ diffamat al. definitum. Nam oportebat, illa facit ubique recitari & memoria cunctorum inherere populorum: haec autem ubique sunt ibi sciuntur, uix a tota ipsa ciuitate uel quocunque commententur loco. Nam plerunque etiam ibi paucissimi sciunt, ignorantibus ceteris, maxime si magna sit ciuitas, & quando alibi aliisque narrantur, non tantu ea commendat authoritas, ut sine difficultate, uel dubitatione credantur, quanvis Christianis fidelibus a fidelibus inducentur. Miraculum quod Mediolani factum est cum illic essemus, quando illuminatus est cæcus, ad multorum notitiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora martyrum Protasij & Gerasij. Quæ

cum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

eū laterent & penitus nescirētur, Episcopo, Ambrosio p̄ somnium reuelata reperta sūt, vbi cæcus ille depulsis ueterib⁹ tenebris diē uidit. Apud Carthaginē aut̄ quis nouit, p̄ter admodum paucissimos, salutē, quæ facta est Innocētio exaduocato uicariæ præfecturæ, ubi nos interfuiimus & oculis aspeximus nostris? Venientes n.detransmarinis, me & frātrē meum Alipium, nondum quidem clericos, sed iam deo seruientes, vt erat cum tota domo sua religiosissimus, ipse suscepserat, & apud eū tunc habitabamus. Curabatur a me dicit̄ p̄ p̄ fistulas, quas innumerosas atq; per plexas habuit in posteriore atq; ima corporis parte. Iam secuerant eum & artis suæ cetera medicamentis agebant. Passus aut̄ fuerat in sectione illa & diu turnos & acerbos dolores. Sed vñus inter multos sinus sefellerat medicos, atq; ita latuerat, ut eum nō tangerent, quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis omnibus quæ aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens multumq; formidans ne iterum secaretur, quod ei prædixerat aliis medicis domesticius eius, quem non admiserant illi, ut saltē videret, cum primum sectus est, quō id facerent, iratusq; illum domo abiecerat, uixque receperat erupit, atq; ait; Iterum me secturi es? Ad illius quem nō lūisti esse præsentē uerba uenturus sum? Irridere illi medicum imperium coepitū, metumq; hominis bonis uerbis promissionibusq; lenire. Præterierunt & alij dies plurimi, nihilq; proficiebat omne, quod siebat. Medici tñ in sua pollicitatione persistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt & alium grandēum iā medicum, satis quæ in illa arte laudatum, ad huc n.uuebat, Ammonium dico qui loco inspeccio, idem quod illi ex eorum diligentia peritiaq; promisit. Cuius ille factus autoritate securus, domestico suo medico, qui futurā prædixerat aliam sectionē faceta hilaritate, uelut iā saluus elusit. Quid plura? Postea tot dies inaniter consumptū transierunt, ut fessi atq; cōfusi faterentur eū nisi ferro nullo modo posse sanari. Expauit, expalluit nimio timore turbatus, atque ubi se collegit, fariq; potuit, abire illos iuīsit, & ad se amplius non acce-

dere: nec aliud occurrit fatigato lachrymis & illa iam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quēdam, q; tunc chirurgus mirabilis habebatur, ut ipse faceret, qđ ab illis fieri nolebat iratus. Sed poste aquā venit ille, laboremq; il orum in cicatricib⁹ sicut artifex uidit, boni uiri functus officio, persuasit homini, vt illis totius qui in eo tantum laborauerant, quantum ipse inspi ciens mirabatur, curationis suæ fine frueretur, adiiciens quod reuera nisi sectus esset, saluus esse non posset: ualde abhorre a suis moribus, vt hominibus, quorum artificiosis simam operam industriam, diligentiam admirans in cicatricibus eius uideret, propter C exiguum quod remansit, palmam tanti labo ris auferret. Reddi sunt animo eius, & placuit ut eodem Alexandrino assistente ipfi si num illum ferro, qui iam cōsenſu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata est in consequentem diem. Sed cū abijsent illi, ex mœrere nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, ut tanquā funeralis plāctus vix comprimeretur a nobis. Visitabant eum quotidie sancti uiri, Episcopus tunc Vzalēsis, beatæ memorie Saturn⁹, & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ. In quibus erat, & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus cum honore a nobis debito nominādus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera dei, de hac re ſæpe collocuti sumus, eūque ualde meminisse, quod cōmemoramus inuenimus. Qui cum eum sicut solebant uesperie visitarent, rogauit eos miserabilibus lachrymis, vt mane dignarentur esse p̄ſentes suo funeri potius quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaserat poenis, vt se inter medicorum manus non dubitaret eſſe moriturum. Consolati sunt eum illi, & Dhortati, ut in deo fideret eiusque uoluntatem uiriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genuafigentibus atque incumbentibus terræ, ille se ita proiecit tanquam fuisset aliquo impelle te grauiter prostratus, & cœpī orare. Qui bus modis, quo affectu quo motu animi, quo fluvio lachrymarum, quibus gemitibus atque singultibus succientibus omnia membra eius, & penè intercludentibus spiritum quis

Cœpī
l
amina
sus.

Innocen-
tius.

Innocen-
tia.

quis uilis explicet uestib;? Vtrū orarent alii, nec in hec corū auerteretur intentio, nescie bā. Ego tñ prorsus orare nil poterā, hoc tm̄ modo bī in corde meo dixi: Dñe quas tuorū preces exaudis, si has non exaudis? Nihil em mihi uidebatur addi iam posse, nisi ut expiraret orando. Surrexiimus, & accepta ab Epō benedictione discesimus, rogāte illo ut ma ne adessent, illisq; vt æquo animo esset hor tantibus. Illuxit dies qui metuebatur, aderāt serui dei sicut se assutros esse promiserant. Ingresi sunt medici, parantur oia quæ hora illa poscebat, tremenda ferramenta p̄feruntur, attonitis suspensisq; omnibus. Eis autē quorū erat maior authoritas, defectum ani mi eius consolando erigētibus ad manus se & tūri membra in lectulo cōponuntur, soluū tur nodi ligamētorum, nudatur locus, inspi cit medicus, & secundum illum finū armatus atq; intētus inquirit. Scrutatur oculis, dīgitisq; contrectat. Tentat deniq; modis omnibus, inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa lātitia & laus atq; gratiarum actio misericordi & omnipotenti deo, qua fusa est ore omnium lachrymantibus gaudijs, nō est cōmittenda meis uestib;: cogitetur potius q̄ dicatur. In eadem Carthaginē Innocentia reli giosissima foemina de primariis ipsius ciuitatis, in mamilla cācrum habebat rem sicut medici dicunt, nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo p̄cidi solet & a corpore separari membrum ubi nascitur, aut vt aliquāto, homo quietius uitiat fomentis est pestis mitiganda frequentibus. Nam ut inde mortem quamlibet tardius affuturam confidamus, se cundum Hippocratis, ut fertur sententiam, omnis est omittenda curatio. Hoc illa a peri F to medico, & suā domui familiarissimo ac ceperat, & ad solum deum se orando cōuerterat. Admonetur in somnis appropinquāte Pascha, ut in parte foeminarum obseruant ad baptisterium, quācunq; illi baptizata pri mitus occurrisset, signaret ei locū signo crucis Christi, fecit, & confessim sanitas secuta est. Medicus sanè q̄ ei dixerat, ut nihil curationis adhiberet, si paulo diutius uellet uiuere, cum inspexisset eā postea & sanissimā compertisset, quā prius habere illud malū talii inspectione cognouerat, quāfuit ab ea ue hementer qd adhibuisset curationis, cupiēs quantū intelligi datur nosse medicamentū, quo Hippocratis definitio uinceret. Cumq; ab ea qd factū esset audisset, uoce uelut cōtē nentis & uultu, ita ut illa metueret ne aliqd contumeliosum uerbū p̄ferret in Xpm, reli giosa urbanitate respōdisse fertur, putabam inquit, magnū aliqd te mihi fuisse dicturā. Atque illa iam exhorrescente, mox addidit: Ioan. 8.5.

G Quid grande fecit Xps sanare cancrum, qui quatriduanū mortuum suscitauit? Hoc ergo cum audissem & uehementer stomacharer, in illa ciuitate atq; in illa persona, non utiq; obscura, factū tam ingens miraculū sic late re, hinc eam & admonendam & penē obiur gandam putauit. Quæ cum mihi respondis set non se inde tacuisse, quæsiu ab eis, quas forte tunc matronas amicissimas secum habebat, utrum hoc antea seissent. Responde runt se omnino nescisse. Ecce inquam quō non taces, ut nec ista audiant, quæ tibi tāta familiaritate iungūtur. Et quia bī ab ea que fueram, feci ut illis audientibus multumq; mirantibus & glorificantibus deum, totum ex ordine quemadmodum gestum fuerit in dicaret. Medicum quandam podagricum in eadem vrbe, qui ēuna dedisset nomen ad baptisnū, & pridię quam baptizaretur, in somniis a pueris nigris curratis, quos intelligebat dēmones esse baptizari, eodem anno p̄hibitum fuisse, eisq; non obtemperans, etiā concultantibus pedes eius in dolorem acer sum qualem nunquam expertus est isset, magisq; eos uincēs lauacro regenerationis, vt voverat ablui non distulisset in baptisma te ipso non solum dolore, quo ultra solitum cruciabatur, uerum etiam podagra caruisse, nec amplius, cum diu postea vixisset, pedes doluisse quis nouit? Nos tamen nouimus & paucissimi fratres ad quos id potuit peruenire è uicino. Quidam Curubitanus, non solū a paralysi, uerum etiam ab informi pondere genitalium cū baptizaretur saluus effectus est, & liberatus utraq; molestia, tāquam ma li nihil habuisset in corpore, de fonte regenerationis ascendit. Quis hoc pr̄ter Curubitano nouit, & pr̄ter rarissimos aliquos, qui hoc ubicunq; audire potuerunt? Nos autem cum hoc comperissemus, iubēte san & Episcopo Aurelio ēt ut ueniret Carthaginē, fecimus: quāuis a talibus prius audierī

Innocen-
tia.

Medicus
podagi
cū cura
tar.

Curubita
nus.

mus

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Hespe-
vius.

Labe-
ri.

Iuueni-
parali-
cus Sana-
tus.

Gera-
sius; &
Prota-
sius, may-
tires.

mus de quorum fide dubitare nō possemus. Vir tribunitius Hesperius, q̄ apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundū. * Cubedi appellatū, ubi cū afflictione animaliū & seruorum suorū, domum suā spirituum malignorum uim noxiā ppeti cōperisset, rogauit nostros me absente presbiteros, ut alijs eorū illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit unus, obrulit ibi sacrificiū corporis Christi, orans quantū potuit; ut cessaret illa uexatio; deo protinus miserante cessauit. Accepérat aut ab amico suo terrā sanctā de Hierosolymis allatā, ubi sepultus Christ⁹ die tertio resurrexit: eamq; suspēderat in cubiculo suo, ne quid mali ēt ipse pateretur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret, cogitabat: q̄ diutius in cubiculo suo reverentiae causa habere solebat. Forte accidit, ut ego, & collega tunc meus episcopus Syncēsis ecclēsī Maximinus, in proximo essemus: ut ueniremus rogauit, & uenimus. Cumq; nobis oīa retulisset, ēt hoc petiuit, ut infodere alicubi: atque ibi orationum locus fieret: ubi ēt posset Christiani, ad celebranda, quæ dei sunt, congregari. Non restitimus, factum est. Erat ibi iuuenis paralyticus rusticanus, qui hoc audito, petiuit a parentib. suis, ut illum ad eū locum sanctum nō cunctanter afferrent. Quo cum fuissest allatus, orauit: atq; inde cōtinuo pedibus suis saluus abscessit. Victoriana uilla dī, quæ ab Hippone regio minus triginta milibus abest. Memoria martyriū ibi est Mediolanensium Geruafij & Protafij: portatus est de eo quidā adolescens, qui cum de medio tpe xistatis equum ablueret in fluminis gurgite, dēmonē incurrit. Ibi cum iaceret, uel morti p̄ximus, uel simillimus mortuo: uespertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis suis, & quibusdā sanctimonialibus, ex more dominā possessionis intrauit: atq; hymnos cantare coepérunt. Qua uoce ille quasi percussus, excussus est: & cum terribili fremitu altare apprehensum mouere nō audens, siue non ualens, tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus, tenebat: & cum grandi eiula tu parci sibi rogans, confitebatur, ubi adolescentem, & quando & quō inuaserit. Postremo se exiturum esse denuncians, mēbra eius singula nominabat, q̄ se amputaturū exiens

minabatur, atq; inter hæc uerba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus *sceni*, & tenui uenula ab interiore quasi radice pen- *Demone* debat, totumq; eius medium quod nigellū *liberatus* fuerat, albicabat. Quo uiso, qui aderant, concurrerant: at ēt alij, uocibus eius acciti: & se oēs in orationem pro illo strauerunt: quāuis eum sanā mente stare gaudent, rursus tñ p̄p oculum eius contristati, medicum querendū esse dicebant. Ibi maritus fororis eius qui eum illo detulerat, potēs est, inquit, deus far. & torum orationibus, qui fugauit dāmonem, lumen ei reddere. Tunc sicut potuit oculū lapsum atq; pendenter, loco suo reuocatū, ligauit oratio: * nec nisi post septē dies *ad Oratio* putauit esse soluēdum. Quod cum fecisset, sanis simum inuenit. Sanati sunt illic & alij: de quibus dicere longum est. Hipponensem *Hippone-* quandam virginem scio, cum se oleo perun *fit Virgo.* xisset, cui pro illa orans presbyter instillaerat lachrymas suas, mox a dāmonio fuisse sa- natā. Scio ēt Episcopum sēmel pro adolescentē, quem a dāmonio corruptum uidit, otasse: illumq; illico dāmone caruisse. Erat qdam senex Florētius Hipponensis noster: hō religiosus, & pauper: qui sartoris se arte, pascebat, casulam perdiderat, & unde sibi emeret, nō habebat: ad uiginti martyres, quo- rū memoria apud nos est celeberrima, clara uoce, ut uestiretur, orauit. Audierunt eū adolescentes, qui forte aderant, irrōres: eumq; discedentē exigitātes, profēquebantur, qua- si a martyribus quinquagenos phollies unde vestimentū emeret, petiūsset. At ille tacitus ambulans, eiectum grandē pīscem palpitante uidit in littore, eumq; illis fauentibus, atque adiuuantibus, apprehendit, & cuidā coquo Carchoso nomine, bene Christiano, ad conquinā conditariā, indicans qđ gestū sit, trecentis phollibus uendiuit, lanā cōparare inde disponeās, ut uxor eius quō posset ei, quo indueretur, efficeret. Sed coquus con- scindens pīscem, annulum aureū in uentri- culo eius inuenit, moxq; miseratione flexus, & religio ne perterritus, homini eū reddidit- *Florētius* dicens: Ecce quō uiginti martyres te uestie- *sartor.* rūt. Ad aquas Tibilitanas Epō afferēte, pie Reliquie ēto, reliq̄as martyris gloriofissimi Stephanī, Stephanī ad ei⁹ memoriam ueniebat magnæ multitudi martini cōcursus, & occursus. Ibi cēca mulier, ut ris.
ad

ad eūm portantem pignora sacrā duceretur,
orauit flores, quos ferebat dedit: recepit, oculis admodum protinus uidit. Stupentibus qui aderant, praebat exultās, uiam carpēs, & uitā

Adūcē ulterius non requiriens. Memorati memoriā martyris, quā posita est in castello Synicēsi, quod Hippōnēsi coloniæ vicinum est: eiusdem loci Lucillus ep̄s, populo prēce dēte, atq; sequēte, portabat, fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici, qui can fecaret, operiebatur manus: illius p̄t sarcinę vēctatione, vbi sanctas attigit reliquias, repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore nō inuenit. Eu-

Eucha-
rius pre-
byter. charius presbyter ex Hispania, Calamæ habitanus, ueteri morbo calculi laborabat, per memoriam supradiicti martyris, quā Posidius illo aduexit ep̄s, saluus factus est. Idem ipse postea morbo alio pr̄ualescēt, mortuus sic iacebat, ut ei iam pollices ligarentur: opitulatione memorati martyris, cū de memoria eius reportata fuisset, & super iacentis corpus mis̄a ipsius presbyteri tunica, suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primarius, noīe Martialis, ex eo iam grauis, & multum a religione abhorrens Christiana. Habet sane fidem filiā, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum agrotantem multis & ma-

Bgnis precibus, & lachrymis rogarēt, ut Christianus fieret, propterea abnuit: eosq; a se turbida indignatione submouit. Vīlūm est gñō eius, vt iret ad memoriam S. Stephani, & illuc pro eo quātūm posset, oraret, vt deus illi daret mētem bonā, qua credere nō differret in Xpm. Fecit hoc ingēti gemitu, & fletu, & sinceriter ardēte pietatis affectu: deinde abscedens, aliquid de altari florū, qđ occurrit, tulit: eiq; cum iam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est: & ecce ante dilūcum clamat, ut ad eūm curreretur: qui mecum forte tunc erat apud Hipponem. Cum vero audisset eum absentem, venire presbyteros postulauit. Venerunt, & statim se credere dixit: admirantibus atque gaudientibus oībus, baptizatus est. Hoc quandiu vixit, in ore habebat: Christē accipe spiritum meum: cū hæc verba beatissimi Stephani, qđ lapidatus est a iudeis, ultima fuisse nesciret: quæ huic quoq; ultima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic per

eundem martyrem ē tres Podagri, duo ciues, peregrinus vnu. Sed ciues oīmodo: peregrinus aut per reuelationem, quid adhiberet, qđ doloreret, audiuit. & cum hoc fecisset, dolor continuo conuienit. Audurus nomē est fundi, vbi ecclesia est, & in ea memoria Stephani martyris. Puerum quendam paruu

Pher ui-
rus. lum cum in area luderet, exorbitantes boues t.e resti-

qui vehiculum trahebat, rota obtulerūt, & tua-

confestim palpitauit expirans. Hunc mater

arreptum, ad eādem memoriam posuit, & nō

solum reuixit, verū ē illēsus apparuit. Sācti

monialis quādā in vicina possessione, quæ

Caspaliāa dī, cum agritudine laboraret, ac

desperaretur, ad eādem memoriam tunica

eius allata est: quæ antequā reuocaretur, illa

defuncta est. Hac tñ tunica operuerūt cada-

uer eius parentes, & recepto spū, salua facta

est. Apud Hipponem Bassus quidam Syrus

Bassus syrē ad memoriam eiudem martyris orabat pro

agrotante & periclitante filia, eoq; fecū ve-

stem eius detulerat: cū ecce pueri de domo

cucurrerunt, qui ei mortuā nunciarent. Sed

cum, orante illo, ab amicis eius excipereur,

prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicū

plangeret. Qui cū domum redisset, jam suo-

rū euilatibus personant̄, & vestē filiē, quam

ferebat, super eam proiecisset, redditā est vi-

ta. Rursus idem apud nos Hyrenei cuiusdā

collectarij filius agritudine extinctus est.

Cumq; corpus iaceret exanime, atque alijs

gemētibus & plangētibus: exequiæ pareren-

tur, amicorū eius quidam inter aliorū conso-

lantiū verba suggesit, vt eiusdem martyris

oleo corpus perungeretur. Factū est, & reu-

xit. Itemq; apud nos vir tribunitius Eleusi-

nus super memoriam martyris, qđ in suburba-

no eius est, agritudine exanimatū posuit in-

fantulum filiū suū: & post orationem, quam

multis cū lachrymis ibi fudit, viuentem le-

uauit. Quid faciam? Vrget huius operis im-

plendi promisio, ut nō hic possim oīa com-

memorare, quæ scio: & proculdubio pleriq;

nōstrorū, cum hæc legent, dolebunt me tan-

multa pr̄termisſe, quæ vtq; mecum sciunt.

Quos iam nūc, vt ignoscant rogo: & cogi-

tent, qđ prolixī laboris sit facere, quod me hic

non facere suscepit operis necessitas cogit.

Si enim miracula sanitatum, vt alia taceant

Emodo velim scribere, quæ per hunc marty-

renā

Lucillus
episcopus

Pedagri
res.

Audu-
rns.

Sāctim-
nialia.

Irenei fi-
lius.

Eleusinii
infan-
lus filius.

Martia-
lis.

Act. 7.

orētus
rōtor.
eliquie
ephani
arti-

D. AVRELII AVD. DE CIVITATE DEI

sem. i. glorioſiſſimum Stephanū, facta ſunt
en-colonia Calamenſi, & in noſtra, plurimi
conficiendi ſunt libri: nec oia colligi po-
tent: ſed tñ, de quibus libelli dati ſunt, qui
recitarentur in populis: Id nanq; fieri uolui-
mus, cum uideremus antiquis ſimilia diuini-
narū ſigna uirtutū, & noſtriſ temporib; fre-
quentari: & ea non debere multorū notitiaē
deperire. Non dū eſt aut bienniū, ex quo
apud Hippone regium coepit eſſe iſta me-
moria, & multis, quod nobis certiſſimū eſt
non datis libellis, de ijs quæ mirabiliter fa-
cta ſunt, illi ipſi, qui dati ſunt ad ſeptuaginta
ferme numerum peruenerant, qñ iſta cō-
ſcripsi. Calamæ uero, ubi & ipſa memoria
prius eſſe coepit, & crebrius dantur, incom-
parabili multitudine ſuperat. Vzali eſt, q̄ co-
lonia Uticæ uicina eſt, multa præclara p eū-
dem martyre facta cognouimus: cuius ibi
memoria longe prius quā apud nos ab Epi-
ſcopo Euodio conſtituta eſt. Sed libellorum
dandorū ibi conſuetudo non eſt, uel potius
non fuit: nam fortaffe nunc eſſe iam coepit.

F Cum n. uper illic eſſemus, Petroniam clariſiſſimam foemina, quæ mirabiliter ex magno, atq; diuurno, in quo medicoru adiu-
toria cuncta defecerat, languore ſanata eſt:
hortati ſumus uolente ſupradicti loci Epi-
ſcopo, ut libellum daret, qui recitaretur in
populo, & obediētiſſime paruit. In quo po-
fuit eſt quod hic recitare non poſſum, quam
uis ad ea, quæ hoc opus urgent, ſeſtinare cō-
pellar. A quodā Iudeo dicit ſibi fuiffe p ſua
ſum, ut annulum capillatio vinculo inſere-
ret, quo ſub oī uelte ad nuda corporis ci-
ngeret: qui annulus haberet ſub géma la-
pidem in rebus inuentum bouis. Hoc alli-
gata quaſi remedio ad ſancti martyris limi-
na ueniebat. Sed profecta a Carthaginē cū
in confinio fluminis Bagradæ in ſua poſſe-
ſione maniſſet, Surgens, ut iter perageret,
ante pedes fuos illum iacentem annulū uidit,
& capillatiā zonā qua fuerat alligatus, mi-
ratā tentauit. Quam cū oī ſuis nodis fir-
miſiſimiſ, ſicut fuerat, compriſſet aſtrictam
crepuiffe, atq; exilijs ſe annulū ſuſpicata eſt.
Qui eſt ipſe cū integerim uisit inuenetus,
futuræ ſalutis quodāmō pignus de tanto mi-
raculo, ſe accepiffe p ſumptu, atq; illud vi-
culū ſoluens, ſumul cū eodē annulo, proiectit

in flumen. Non credunt hoc qui eſt dñm Ie-
ſum p integra virginalia matris enixum, &
ad diſcipulos ſuos oſtiis clauſis ingressu ſuſ
ſe non credunt. Sed hoc certe querant & fi-
uerum inuenient, illa credant. Clarissima ^{lom. 2.}
foemina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta,
Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla p
ſona, rem querentes latere non ſiunt. Mar-
tyr certe ipſe, quo impetratē, illa ſanata eſt,
in filiū pmanentis uirginis creditit, in eum
q; oſtiis clauſis, ad diſcipulos ingressu ſe, cre-
dit. Postremo, p p quod oia iſta dñt a no-
bis, in eum, q; ascendit in ecclē ſu carne,
in qua resurrexerat, creditit: & ideo per eū
tāta ſiunt, quia pro iſta fide ammam poſuit
ſuā. Fiunt ergo eſt nunc multa miracula: eo-
dē deo faciente, per quos uult, & quē admo-
dum uult: qui & illa, quæ legimus fecit: ſed
iſta nec ſimiliter innotescunt, neq; ut nō ex-
cidant animo, quaſi clara memoria crebra
lectione tenduntur. Nā & ubi diligencia eſt,
quæ nunc apud nos eſſe coepit, ut libelli eo-
rum, q; beneficia percipiunt, recitetur in po-
pulo, temel hoc audiūt, qui affiunt, plures q;
non affiunt: ut nec illi, qui affuerunt, poſt ali-
quot dies, quod audierunt, mente retineāt,
& uix quiskam reperiatur illorum, qui ei,
quem nō affuſſe cognouerit, indicet, quod
audiuit. Vnum eſt apud nos factum, nō ma- De hoc in-
ius, quā illa, quæ dixi: ſed tam clarum, atq; ſermoni-
illuſtre miraculum, ut nullum arbitrer eſſe bus Au-
Hipponensium, qui hoc non uel uiderit, uel guſtinia-
diicerit: nullum, qui obliuisci ulla ratione nis de iā
poſuerit. Decē quidam fratres fuerunt, quo Ego Ste-
rum ſeptē ſunt mares, tres foeminae, de Cx- phano.

faria Cappadocię ſuorum ciuium nō igno-
biles, maledictio matris recenti patris eorū
obitu deſtituta, que inuiriā ſibi ab eis fa-
ctam acerbifimē tulit: tali poena ſunt diu-
niſtus coerciti, ut horribiliter quaterētur om-
nes tremore membrorum. In qua ſeđiſſi-
ma ſpecie oculos ſuorum ciuiū non feren-
tes, quaqua uerſum cuiq; ire uifum eſt, toto
penē uagabuntur orbe Romano. Ex his etiā
ad nos uenerunt duo, frater & ſoror, Paul^o,
& Pauladia: multis alioſ locis miſeria diſfa-
mant, iam cogniti. Venerunt autē ante Pa-
ſcha fermē dies quindecim: eccleſiam quo-
tidie ingredientes, & in ea memoria glorio I
liſſimi martyris Stephanii frequentabāt, orā- tes, vt

Mar. 16
Aff. 1.

tes, ut iam sibi placaretur deus, & salutē pri-
stīa redderet. Et illīc, & quoq; ibant, cō-
nvertebant in se ciuitatis aspectum. Nonnulli,
qui eos alibi uiderant, causamq; tremoris
eorum nouerant, alijs & cuicunq; poterant,
indicabant. Venit & Pascha, atq; ipso die do-
minico, mane cum iam frequens populus p̄
sens esset, & loei sancti cancellos, ubi marty-
riū erat, idem itamen orans teneret, repen-
te prostratus est, & dormienti finillimus ia-
cuit: non tñ tremens sicut etiam per somniū
solebat, Itupentibus qui aderant, atque alijs
pauentibus, alijs dolentibus, cum eū quidā
uellent erigere, nonnulli prohibuerunt, sed
potius exitum expectandum esse dixerunt.
Et ecce surrexit, & nō tremebat, qm̄ sanatus
erat, & stabat in columnis, inteuens intuentes.
Qui ergo inteuē se tenuit a laudibus dei?
Clamantium, gratulantiumq; uocibus ec-
clesia vsquequaq; completa est. Inde ad me
curritur, ubi sedebā iam processurus. Irruit
alter, quisq; post alterum: oīs posterior quasi
nouum, quod alias prior dixerat, nūnciatē.
Meq; gaudente, & apud me gratias deo agē-
te, ingreditur ēt ipse cum pluribus: inclina-
tur ad genua mea, erigitur ad osculum meū.
Procedimus ad populum: plena erat ecclesia
personabat uocibus gaudiorum: deo gratias
deo laudes, nemine tacente, hinc, atq; inde
clamantium: Salutai populū, & rursus ea-
dem feruentiore uoce clamant. Facto tandem
silentio, scripturarum diuinarū sunt lesta so-
lennia. Vbi aut uencum est ad mei sermonis
locum, dixi paucā, pro tempore, & pro illius
iocunditate lēxitā. Magis n.ess in opere di-
uino, quandam dei eloquentiam nō audire,
sed considerare perinist. Nobiscum hō prā-
dit, & diligenter nobis om̄nem suę ac mater
nā, fraternalēque calamitatis indicauit histo-
riam. Sequenti itaq; die, post sermonem redi-
tum, narrationis eius libellum in crastinū
populo recitādum promisi. Quod ex domi-
nico Paschæ die tertio fieret in gradibus exe-
dræ, in qua de superiorē loquebar loco: fe-
ci stare ambos theatres, cum eorū legeretur li-
bellus. Intuebatur populus uniuersus, sexus
utriusq;, unumstantem sine deformi motu:
alteram membris omnibus cōtrementem.
Et qui ipsum nō uiderāt, quid in eo diuinæ
misericordia factum esset, in eius sorore cer-
nebant. Videbant n. qui in illo gratulandum
quid pro illa esset orandum. Inter hęc, recita-
to eorum libello, de conspectu populi abire:
eos præcepit: & de tota ipſā cauſā aliquāto di-
ligentius cooperari disputare, cum ecce, me
disputante, uoces aliae de memoria martyris
nouæ gratulationis audiuntur, cōuersi sunt
eo, qui me audiebant, cōperunq; concurre-
re. Illa n. ubi de gradibus descendit, in quib⁹
steterat ad sanctum martyrem orare perrexer-
at. Quæ mox ut cancellos attigit, colapsa si-
milter uelut ad somnū sana surrexit. Dum
ergo requireremus quid factum fuerit, unde
iste strepitus letus extiterit, ingressi sunt
cum illa in basilicā, ubi eramus, adducentes
eam sanam de martyris loco. Tum uero tan-
tus ab utroq; sexu admirationis clamor exor-
tus est, ut uox continuata cum lachrymis nō
uideretur posse finiri. Perducta est ad eū lo-
cum, ubi paulo ante steterat tremens. Exulta-
bant eam simili fratri factam, cui dolerant
remansisse dissimilē. Et nondū fusas preces
suas pro illa, iam tñ præuiam uoluntatem tā
cito exauditam esse cernebant. Exultabant
in dei laudem noxes, sine uerbis tanto sonitu,
quantum aures nostræ ferre uix possent.
Quid erat in cordibus exultantium, nisi fides
pro qua Stephani sanguis effusus est?

Quod uniuersa miracula, quæ per martyres
in Christi nomine sunt, ei fidei testi-
monium ferant, qua in Christū
martyres crediderunt.

Cap. IX.

CVi, nisi huic fidei attestantur ista miracu-
la, in qua p̄dicas Christus resurrexisse in
carne, & in cœlum ascendisse cum carne? Nam & ipsi martyres huius fidei martyres,
id est, huius fidei testes fuerunt, huic fidei te-
stimoniū perhibentes, mundum inimicis-
simum & crudelissimum pertulerunt, eum
que non repugnando, sed moriendo uicerunt.
Pro ista fide mortui sunt, qui hæc a
domino impetrare possunt, propter cuius
nomen occisi sunt. Pro hac fide præ-
cessit eorum mira patientia, ut in his miracu-
lis tanta ista potentia sequeretur. Nam si
earnis in æternum resurrectio, uel non p̄z
beatis

D. AVREII AVG. DE CIVITATE DEI

Henit in Xpo, vel nō ventura est, sicut p̄nunciatur a Xpo, vel sicut p̄nunciata est a p̄phe tis, a quib. p̄nunciatus est Xps; quare martyres tanta p̄nt, qui pro ea fide, qua h̄c resurrectio p̄dicatur, occisi sunt? Siue n. deus ipse p̄ seipsum miro mō, quo res tēporales operatur æternus, siue p̄ suos ministros ista faciat, & eadē ipsa q̄ p̄ ministros facit: siue q̄dā faciat ēt p̄ martyrū ipūs, sicut p̄ homines adhuc in corpore constitutos: siue oīa illa p̄ angelos quib. inuisibiliter, immutabiliter, & incōparabiliter imperat, operetur: vt quā p̄ martyres fieri dñr, eis orantibus tñ & impenetrantibus, non ēt operantibus fiant, siue alia fiant istis, alia illis modis, qui nullo mō comprehendunt a mortalibus possunt: ei profecto attestantur h̄c fidei, in qua carnis in æternū resurrectio p̄dicatur.

Quanto dignius honorentur martyres,
qui ideo multa mira obtinent, vt deus
verus colatur, quam d̄mones,
qui ob hoc quādā faciunt,
I vt ipsi dīj esse credantur. Cap. X.

Hic forte dicturi sunt etiam deos suos aliquā mira fecisse. Bene si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominib. comparare: & adiiciunt etiam se habere deos ex hominibus mortuis, sicut Her culē, sicut Romulū, sicut alios multos, quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt dīi: quia unū eundemq; deum, & nostrū scimus, & martyrum: nec tñ miraculis, quā per memorias nostrorum martyrum hūnt, ullo modo cōparanda sunt miracula, quā facta per tēpla perhibentur illorum. Verum, si qua similia videntur, sicut a Moyse magi Pharaonis, sic eorum dīi uicti sunt a martyrib. nostris. Fecerunt aut illa d̄mones eo fastu impurū supbię, quo eorum dīi esse voluerunt. Faciūt aut ista martyres, uel potius deus, uel orantibus, aut cooperantibus eis, ut tides illa proficiat, qua eos, non deos esse nostrōs, sed unū deum habere nobiscum credamus. Deniq; illi talibus diis suis, & templa edificauerūt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerūt, & sacrificia fecerunt. Nos aut martyrib. no-

stris non tēmpla sicut diis, sed memorias fecut hominibus mortuis, quorū apud deum viuunt sp̄s, fabricamus: nec tbi erigimus altaria, in quib. sacrificemus martyrib., sed uni deo, & martyrum & nostro sacrificium immolamus: ad quod sacrificiū, sicut homines dei, qui mundū in eius confessione uicerunt, suo loco & ordine nominantur: nō tñ a sacerdote, qui sacrificat, inuocātur. Deo quippe, non iplis sacrificat, quanvis in memoria sacrificet eorum, qa dei sacerdos est, nō illorū. Ipsum vero sacrificiū corp⁹ Xpi, qđ non offertur iplis, quia hoc sunt & ipli. Quibus igitur potius credendum est, miracula facientibus? eisne, qui seipso volūt haberi deos ab his, quibus ea faciunt: an eis, q; vt in deum credatur, quod & Christus est, faciunt quicquid faciunt? Eisne, qui sacra sua, etiam crimina sua esse uoluerūt: an eis, qui, nec laudes suas uolūt esse sacra sua, sed totū quod ueraciter laudātur, ad eius gloria proficere, in quo laudantur? In dño quippe laudantur anima eorū. Credamus ergo eis, & uera dicentibus & mira facientibus. Dicendo. n. uera, paſsi sunt, ut possent facere mira. In eis ueris est præcipiuū, quod Christus resurrexit a mortuis, & immortalitatē resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis affutaram, uel principio noui seculi, uel in huius fine promisit.

Contra Platonicos, qui de naturalib.^o elementorum ponderibus argu
mentantur, terrenum cor
pus, in coelo esse nō
posse. Ca. XI.

Contra quod magnum dei donum rātiocina'ores isti, quorū cogitationes nouit dominus quoniā uanæ sunt: de ponderibus elementorum argumentantur: quoniā scilicet magistro Platone, didicerunt, mundi duo corpora maxima, atque postrema, duobus medijs aere scilicet, & aqua, esse copulata, atque coniuncta. Ac per hoc iniquiunt, quoniam terra ab hinc sursum uerius est prima: secunda, aqua sup terrā: tertius, aer super aquā: quartū, super aera cōlūm: non potest esse terrenum corpus in cōlō, Momentis enim propriis, ut ordinem suum

suum teneant, singula elementa librantur. Ecce, qualib. argumentis omnipotentia Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas. Quid ergo faciūt in aere terrena tot corpora, cum a terra sit aer tertius? Nisi forte, qui per plumarum & pénarum levitatem donavit aurum terrenis corporib. vt portent in aere immortalib. factis corporib. hoīum, non poterit donare virtutem, qua etiam in summo cœlo valeant habitare? Aīalia quoque ipsa terrena, quæ volare non possunt, in quib. & homines sunt, sicut sub aqua pisces, quæ sunt aquarum animalia, ita sub terra vivere debuerunt. Cur ergo non saltem de secundo, idest, de aquis, sed de elemēto tertio terrenum animal carpit hanc vitam? Quare cum pertineat ad terram, in secundo, quod super terram est elemēto, vivere si cogatur, continuo suffocatur, & vt viuat, viuit in tertio? An errat hic ordo elementorum, vel potius non in natura rerum, sed in istorum argumentationib. deficit? Omitto dicere, quod iam in tertio decimo libro dixi, quām multa grauiā terrena sint corpora, sicut plumbū, & formam tamen ab artifice accipiāt, qua nature valeat super aquam, & vt accipiat qualitatē corpus humanum, qua ferri in cœlū, & esse posit in cœlo, omnipotēti artifici contradicuntur? Iam vero contra illud quod iam dixi superiorius, etiam istum considerantes atq; tractantes elementorum ordinem, quo confidunt, non inueniunt omnino, quod dicant. Sic est. n. hinc sursū versus terra prima, aqua secunda, tertius aer, quartum cœlum, vt super omnia sit aīa natura. Nam & Aristoteles quantum corpus eam dixit esse, & Plato nullum. Si quintum esset, certe superius esset cæteris. Cum vero nullam est, multo magis superat emnia. In terreno ergo quid facit corpore? In hac mole, quid agit subtilior omnibus? In hac tarditate, quid agit celerior omnibus? Ita ne per huius tam excellentis nature meritum non poterit effici, vt corpus eius levetur in cœlum? & cum valeat nunc natura corporū terrenorum deprimere animas deorsum, ali quo modo, & animæ leuare sursum terrena corpora non valebunt? Iam si ad eorum miracula veniamus, quæ facta à Diis suis opponunt martyribus nostris, nonne etiam ipsa nobis facere, & nobis reperientur omnino proficere? Nam inter magna miracula Deorum suorum, profecto magnum illud est, quod Varro commemorat: Vestalem virginem, cum periclitaret, falsa suspitione de stu pro, cibrum implese aqua de Tyberi, & ad tuos iudices, nulla eius parte stillante, portasse. Quis aquæ pondus super cibrum tenuit? Quis tot cauernis patētibus, nihil inde in terram cadere permisit? Responſū sunt: Aliq[ue] Deus, aut aliquis Dæmon. Si Deus nunquid maior est Deo, qui fecit hunc mundum? Si Dæmon, nunquid potentior est Angelo, qui Deo seruit, a quo factus est mundus? Si ergo Deus minor, vel angelus, vel Dæmon potuit pondus humidi elemēti sic suspendere, vt aquarum videatur mutata fuisse natura, ita ne Deus omnipotens, qui ipsa creauit elemēta terreno corpori graue pondus auferre nō poterit, vt in eodem elemēto habitet vivificatum corpus, in quo voluerit vivificans spiritus? Deinde cum aerem medium ponant inter ignem desuper, & aquam subter, quid est, quod eum inter aquam, & aquam, & inter aquam & terram sūpe inuenimus? Quid enim volunt esse aquolas nubes, inter quas, & maria, aer medius reperitur? Quoniam, quoq[ue] elementorum pondere, atque ordine efficitur, vt torrentes violentissimi, atque vndosissimi, antequam sub aere in terris currant, super aere in nubibus pendent? Cur denique aer est medius inter summa cœli, & ima terrarum quaquaversum orbis extenditur si locus eius inter cœlum & aquas, sicut aquarum inter ipsum, & terras, est constitutus? Postremo si ita est elementorum ordo dispositus, vt secundum Platonem duobus mediis, idest, aere, & aqua, duo extrema, idest, ignis, & terra iungantur, cœlique obtineat ille suum locum, hæc autem imi, velut fundans mundi, & ideo in cœlo esse non potest terra, cur est ipse ignis in terra? Secundum hanc quippe rationem, ita ista duo elementa in locis propriis, imo ac summo, terra, & ignis esse debuerunt, vt quemadmodum non sunt in summo esse posse, quod imi est, ita nec in imo posset esse, quod summi est. Sicut ergo nullam putant, vel esse, vel futuram esse terræ particulam in cœlo ita nullam particulam videre debuimus ignis in terra. Nunc vero non sol um in terris, verū etiam subterratis ita est, vt eructent vertices montium, præ-

Aug. Tomus Quintus. Gg ter

D. AVRELII AV G. DE CIVITATE DEI

ter quod in vīsibus hominum , & esse ignem
in terra, & eum nasci videbimus ex terra. Qñ
uidem & de lignis, & de lapidib. nascitur,
q̄z sunt corpora sine dubitatione terrena.
Sed ille, inquiunt, signis, est trāquillus, purus,
innoxius, sempiternus, iste autem turbidus,
fumeus, corruptibilis, atq; corruptor. Nec
tñ corruptit montes, in quib. iugiter æstuat,
cavernas q; terrarum. Esto, sit ille iste dissimi-
lis, & terrenis habitationib. congruat. Cur er-
go nolunt, vt credamus naturam corporum
terrenorum aliquā incorruptibilem factam
conuenientem futuram, sicut nunc ignis cor-
ruptibilis his cōuenit terris? Nihil igitur affe-
runt ex ponderibus atque ordine elemento-
runt, vnde omnipotenti Deo, quo minus fa-
ciat corpora nostra talia, vt etiā in cēlo pos-
sint habitare præscribant.

Contra calumnias infidelium, quibus Chri-
stianos de credita carnis resurrectione ir-
ident. Cap. XII.

*Assign. in
Enobi.*

Cap. 84.

Lvc. 21.

Sed scrupulosissime querere, & fidē, qua-
rendo assolent irridere, vtrum foetus aborti-
ui resurgent. Et quoniam dominus ait: Amē
dico vobis, capillus capitis vestri nō peribit,
vtrū statura & robur æqualia futura sint om-
nibus, an diuersæ corporum quantitates? Si
enim æqualitas corporum erit, vnde habe-
bunt, quod hic non habuerunt in mole cor-
poris illi abortiui, si resurgent & ipsi, aut si
non resurgent, quia nec nati sunt, sed effusi?
eandem qōnem de paruulis versans, vnde il-
lis mensura corporis, quam nunc desuisse vi-
demus, accedat, cum in hac ætate moriunt.
Neque n. dicturi sumus, eos non resurrectu-
ros, qui non solum generationis, verum etiā
regenerationis capaces sunt. Deinde interro-
gant, quem modum ipsa æqualitas habitura
sit. Si enim tam magni, & tā longi erunt om-
nes, quam fuerunt quicunque hic fuerūt ma-
ximi atq; longissimi, non solū de paruulis,
sed & de plurimis magnis querunt, vnde il-
lis accessurum sit, quod hic desuit si ibi hoc
quisque recipiet, quod hic habuit. Si autem,
quod ait Apostolus, occursuos nos omnes
in mensuram ætatis plenitudinis Christi, &
illud alterum, quos prædestinavit confor-
mes fieri imaginis filii sui, sic intelligendum

est, vt statuta, & modus Christi corporis oti-
nium, qui in regno eius erunt, humanorum. *Rom. 8.*

corporum sit futurus, multis erit, inquiunt,
de magnitudine & longitudine corporis de-
trahendum. Et vbi iam erit capillus capitis *L*

vestri non peribit, si de ipsa corporis quanti-
Luc. 21. tate tam multum peribit? Quamuis & de ip-
sis capillis possit queri, vtrum redeat quic-
quid tondentibus decidit. Quod si rediturū
est, quis non exhorreat illam deformitatem?

Nam hoc & de vnguibus vī necessario secu-
turum, vt redeat tam multum quod corporis
cura desecuit. Et vbi erit decus, quod certe
maiis, quam in ista esse corruptione potuit,
in illa iam immortalitate esse debebit? Si au-
tem non redibit, ergo peribit. quomodo ergo
inquiunt, capillus capitis veltri non peri-
bit? De macie quoque vel pinguedine, simi-
liter disputant; Nam si æquales omnes erunt,
non vtique alii macri, alii pingues erunt. Ac-
cedet ergo aliis aliquid, aliis minuetur. Ac p
hoc, non quod erat recipiendum, sed alicubi
addendum est, quod non fuit, & alicubi
perdendum, quod fuit. De ipsis etiam corrup-
tionibus & dilapsionibus corporum mor-
tuorum, cum aliud vertatur in puluerem, in
auras aliud exhaletur, sint quos bestiæ, sint *M*
quos ignis abstumit, naufragio, vel quibuscū
que aquis ita quidam perierant vt eorum car-
nes in humorem putredo dissoluat, non mediocriter permouentur, atque omnia ista re
colligi in carnem, & reintegrari posse non
credunt. Consectant etiam quasq; foeditates
& vitia, siue accidat, siue nascant, vbi & mó-
struosos partus cum horrore atque irrisione
commemorant, & requirunt, quæ nam eu-
ijsque deformitatis resurrectio sit futura. Si
enim nihil tale redire in corpus hominis di-
xerimus, responsionem nostram de locis vul-
nerum, cum quib. dominum nostrum Chri-
stum resurrexisse prædicamus, se confutatu-
ros esse præsumūt. Sed inter hæc oīa quæstio
difficilima illa proponitur, in cuius carnem
reditura sit caro, qua corpus alterius vescen-
tis humana viscera fame compellente nutrit.

In carnem quippe conuersa est eius, qui tali
bus vixit alimētis, & ea que macies ostende-
rat, detrimēta, suppleuit. Vtrum ergo hoc illi
redeat homini, cui⁹ caro prius fuit, an illi po-
tius, cuius postea facta est? ad hoc percunctā-
tur, vt fidē resurrectionis illudant, ac sic ani-
ma hu-

*Aug. in
Enchi.
Cap. 87.*

A mæ humanæ aut alternantes, sicut Plato, veras infelicitates, falsasq; promittant beatitudines, aut post multas itidem per diuerla corpora reuolutiones, aliquando tamen eam, sicut Porphyrius, finire miseras, &c ad eas nunquam redire fateantur, non tñ corpus habendo immortale, sed corpus omne fugiendo.

An abortiu non pertineant ad resurrectionem, si pertinent ad numerum mortuorum.

Cap. XIII.

*Augm. in
Ench. capitulo
34. et 85*

A Dhæc ergo, quæ ab eorum parte contraria, me digerente, mihi videntur opposita, misericordia Dei meis nisib. opem ferente respondeam. Abortiuos fœtus, qui cū iam vixissent in utero, ibi sunt mortui resurrecturos vt affirmare, ita negare non audeo: quamvis non videam quomodo adeos non pertineat resurrectio mortuorum, si non existunt de numero mortuorum. Aut enim non omnes mortui resurgent, & erit aliqua humanæ animæ sine corporib. in æternum, quæ corpora humana quanvis intra viscera materna gestarunt, aut si omnes aīæ humanæ recipiant resurrectio sua corpora, quæ habuerunt vbi cunq; viventia & morientia reliquerunt nō inuenio, quemadmodum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum, quoscūq; mortuos etiam in uteris matrum.

B Sed vtrumlibet de his quisque sentiat, quod de iam natis infantibus dixerimus, hoc etiā de illis intelligendum est, si resurgent.

An infantes, in ea sint resurrecturi habitudine corporis quam habuiti erant atatis accessu.

Caput. XIV.

Q Vid ergo de infantibus dicturi sumus, nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui? Sed quod ei tardius accessurum erat tempore: hoc sine illo Dei opere miro, atque celerrimo recepturi. In sententia quippe domini, vbi ait, Capillus capitii vestri non peribit, dictum est, non defuturum esse, quod fuit, nō autem negatum est: futurum esse quod defuit. Defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis, perfecto quippe infanti, deest vti-

que perfectio magnitudinis corporalis, que cum accesserit, iam statura longior esse non possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, vt cum illo concipientur, atque nascentur, sed habent in ratione, non in mole, sicut ipsa iam membra omnia sunt lateter in feminine cum etiam natis nonnulla adhuc defint, sicut dentes ac si quid eiusmodi. In qua ratione vniuersi usque materiæ indita corporali, iam quodammodo, vt ita dicam, innatu esse vñ quod nondum est, immo quod latet, sed accessu temporis erit, vel potius apparet. In hoc ergo infans, iam breuis aut longus est, qui breuis, longusve futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus: quia etiæ qualitas futura esset omnium, ita vt omnes vñque ad giganteas magnitudines peruenirent, nec illi qui maximi fuerunt, minus haberent aliquid in statura, quod eis contra sententiam Christi periret, qui dixit, nec capillum capitis esse peritum, creatori vñque, qui creauit cuncta ex nihilo, quomodo deesse posset, vnde adderet, quod addendum esse inirus artifex nosset?

An ad dominici corporis modum omnium mortuorum resurrectura sint corpora. Cap. XV.

Si vñque Christus in ea mensura corporis in qua est mortuus, resurrectus, nefas est dicere, cum resurrectionis omnium tempus veniret, accessuram corpori eius eam magnitudinem, quam nō habuit, qñ in ea discipulis, in qua illis erat notus, apparuit, vt lōgissimis fieri possit etiæ. Si autē dixerimus ad dominici corporis modum, etiam quorumsq; maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporib. plurimum, cum ipse, nec capillum peritum esse promiserit. Restat ergo, vt suā recipiat quisque mensuram, quam, vel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Atque illud quod commemorauit Apostolus de mensura atatis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligimus dictū esse, id est, vt illi capiti in populis Christianis accedente omnium perfectione membrorum atatis eius mensura compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum di-

Epl. e. 4.

Gg 2 Etum

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Etum est, si accipiamus dictum ut nec ultra, nec infra iuuenilem formam resurgent corpora mortuorum, sed in ea etate & robore, usque ad quam Christum hic peruenisse cognovimus. Circa triginta quippe annos diffinierunt esse etiam seculi huius doctissimi homines, iuuentutem. Quae cum fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominem in de trimenti vergere grauioris ac senilis etatis, & ideo non esse dictum, in mensuram corporis, vel in mensuram staturae, sed in mensuram etatis plenitudinis Christi.

Qualis intelligenda sit conformatio sanctorum ad imaginem filii Dei. Cap. XVI.

Rom. 8.

Illud etiam quod ait, praedestinatos fieri con formes imaginis filii Dei, potest & secundum interiorem hoiem intelligi. Vnde nobis alio loco dicit, Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis vestre. Vbi ergo reformamur, ne conformemur huic seculo, ibi conformamur Dei filio. Potest & sic accipi, ut quemadmodum ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamus immortalitate conformes, quod quidem & ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. Si autem etiam in his verbis, qua forma resurrectura sint corpora, sumus admoniti, sicut illa mensura, ita & ista conformatio non quantitatis intelligenda est, sed etatis. Resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuuenili etate, quamvis nihil Oberit, etiam si erit infantis, vel lenilis corporis forma, vbi nec mentis, nec ipsius corporis villa remanebit infirmitas. Vnde etiam si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrecturus unquamque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

An in suo sexu resuscitada, atque mensura sunt corpora feminarum mortuarum. Cap. XVII.

Rom. 8.

Nonnulli propter hoc, quod dictum est, Donec occuramus omnes in unitate fidei in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, & conformes imaginis filii Dei, nec in sexu foemineo resurrecturas foeminas credunt, sed in virili omnes aiunt, quoniam Deus solum virum fecit ex

Gene. 2. limo, foeminam ex viro. Sed mihi melius sa-

pere videntur, qui utrumque sexum resurreeturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, quae confusionis est causa. Nam prius quam peccassent, nudi erant, & non confundebatur vir & foemina. Corporibus ergo illis via detrahens, natura seruabitur. Non est autem vi tium sexus foemineus, sed natura, quae tunc quidem, & a coccubitu, & a partu immunis erit, erunt tamen membra foeminea non accommodata usui veteri, sed decori novo, quo non allia casia appetientis coquifcentia, quae nulla erit, sed Dei laude sapientia, atque clemencia: qui, & quod non erat, fecit & liberauit a corruptione quod fecit. Ut n. in exordio generis humani de latere viri dormientis, costa detracta, foemina fieret, Christum & ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendens latus latea perforatum est, atque inde sanguis, & aqua profluit, sacramenta esse nouimus, quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura usum est, vbi non legitur, formauit, aut fixit, sed edificauit eam in muliere. Vnde & Apostolus edificationem dicit corporis Christi quod est ecclesia, Creatura est ergo Dei foemina, sicut vir, sed ut de viro fieret, ueritas commenda est. Ut autem illo modo fieret, Christus, ut dictum est, & ecclesia figurata est. Qui ergo utrumque sexum instituit, utrumque restituet. Denique & ipse Iesus interrogatus a Saducæis, qui negabant resurrectionem, cuius septem fratrum erit uxor, quam singuli habuerunt, dum quisque eorum vellet defuncti semin, sicut lex precepit, excitare, erratis, inquit, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. & cum aptus locus esset, ut diceret, de qua enim me interrogatis, vir erit ipsa non mulier: non hoc dixit, sed dixit, In resurrectione non neque nubent neque uxores ducent, sed sunt sicut angelii Dei in celo. Aequaliter utique angelis immortalitate, ac felicitate, non carne, sicut nee resurrectione, qua non indigunt angelii, quoniam nec mori potuerunt. Nuptias ergo dominus futuras negavit esse in resurrectione non foeminas, & ibi negavit, vbi talis questione vertebatur. Et eam negavit sexu muliebri, celeriore facilitate dissolueret, si eum ibi prænosceret non futurum, immo etiam futurum esse firmauit, dicendo, Non nubent, quod ad foeminas pertinet, neque

H
Gene. 2.
Ephes. 4.

Deut. 25.

Matth. 22.

1 Cor. 1.

Eph.

neque vxores ducent, quod ad viros. Erunt ergo, que, vel nubere hic solent, vel ducere vxores, sed ibi hoc non facient.

De viro perfecto, id est, Christo, & corpore eius, id est, Ecclesia, que est ipsius plenitudo. Cap. XVIII.

Proinde, quod ait Apostolus, occursum nos omnes in virum perfectum, totius ipsius circumstantiam lectionis considerare debemus, que ita se habet: Qui descendit, inquit, ipse est, & qui ascedit super oes coelos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos quosdam aut Prophetas, quosdam vero Euangelistas, quosdam aut pastores, & doctores, ad cōsummationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionem filii Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, ut ultra non simus parvuli iā etati, & circumlati omni vento doctrine, in illusione hominum, in astutiam ad machinationem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, augeamur, in illo per omnia, qui est caput Christus ex quo totum corpus conexum, & compactum, per omnem tactum subministratio secundum operationem in mensuram vniuersitatis partis incrementum corporis facit in edificatione sui, in charitate. Ecce qui est vir perfectus, caput, & corpus, quod constat omnibus membris, que suo tempore complebuntur. Quotidie tamen eidem corpori accident, dum edificatur Ecclesia, cui dicitur. Vos autem etsis corpus Christi, & membra. Et alibi: Pro corpore, inquit, eius, quod est Ecclesia. Itemque alibi: Vnus panis, vnu corpus multi sumus. De cuius corporis edificatione, & hic dictum est, Ad cōsummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. Ac deinde subiectum est, unde nunc agimus. Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem filii Dei, in vitum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, & cetera donec eadem mensura in quo corpore intelligenda esset, ostenderet, dicens: Augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus conexum, & compactum per omnem tactum subministratio secundum ope-

rationem in mensuram vniuersitatis partis. Sicut ergo est mensura vniuersitatis partis, ita totius corporis, quod omnibus suis partibus, constat. Est etsi mensura plenitudinis Christi. Quam plenitudinem etiam illo commemoravit loco, ubi ait de Christo: Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, que est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpleat. Verum si hoc ad resurrectionis formam, in qua erit unusquisque, referendum esset, quid nos impedit nominato viro, intelligere & foemina, ut virum pro homine possum acciperem? sicut in eo quod dicitur est: Beatus vir qui timet Dominum, etsi ibi sunt & foeminae, que timent Dominum.

Ephe. 2.

Tf. III.

Quod omnia vitia corporis, que in hac vita humano contraria sunt decori, in resurrectione non sint futura, ubi manente naturali substantia in unam pulchritudinem, & qualitas concurret, & quantitas.

Caput XIX.

Quid iam respondeamus de capillis, atque vnguis? Semel quippe intellecto, ita nihil peritum esse de corpore, ut deformem nihil sit in corpore simul intelligetur ea, que forma factura fuerat enormitatem mafie ipsi accessura esse, non locis, in quibus membrorum forma turpetur. Velut, si de limo vaseret, quod, rursus in eundem limum redatur, totum de toto iterum fieret, non esset necesse, ut illa pars limi, que in ansa fuerat, ad ansam rediret, aut que fundum fecerat, ipsa rursus faceret fundum, dum tamen totum reueteretur in totum, id. totus ille limus, in totum vas, nulla sui perdita parte remearet. Quapropter, si capilli toties tonsi, vnguesque delecti, ad loca sua deformiter redeunt, non redibunt, nec tamen cuique resurgent peri- bunt, quia in eandem carnem, ut quemcumque ibi locum corporis teneant, feruata partium congruentia, materie mutabilitate verteruntur. Quamvis quod ait Dominus, Capillus capitis vestri non peribit, non de longitudine, sed de numero capillorum dictum multo aptius possit intelligi. Vnde & alibi dicit: Capilli capitis vestri numerati sunt omnes. Neque hoc ideo dixerim, quod aliquid existimat corpori cuiquam peritum, quod naturaliter inerat, sed quod deforme natum

Lnc. 31.

Lnc. 13

Aug. Tomus Quintus. Gg 3 fue-

Ioan. 19.

H
Gene. 2.
Ephe. 4.Deu. 25.
Mose. 23.

1. Co. 12. corpori accident, dum edificatur Ecclesia, cui dicitur. Vos autem etsis corpus Christi,

Col. 1. & membra. Et alibi: Pro corpore, inquit, eius,

1. Co. 10. quod est Ecclesia. Itemque alibi: Vnus panis, vnu

Ephe. 4. corpus multi sumus. De cuius corporis edificatione, & hic dictum est, Ad cōsummationem

sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. Ac deinde subiectum

est, unde nunc agimus. Donec occurramus

omnes in unitatem fidei & agnitionem

filii Dei, in vitum perfectum, in mensuram

etatis plenitudinis Christi, & cetera donec

eadem mensura in quo corpore intelligenda

esset, ostenderet, dicens: Augeamur in illo per

omnia, qui est caput Christus, ex quo totum

corpus conexum, & compactum per omnem

tactum subministratio secundum ope-

Ibidem.

D.AURELI AVG. DE CIVITATE DEI

fuerat, non utique ob aliud, nisi ut hinc quo
que ostenderetur, quam sit penalis conditio

B ista mortalium, sic esse redditum, ut seruata
au. in li.
Ench. ca.
83.
d. 44.ca. integritate substantiae, deformitas pereat. Si
enim statuam potest artifex homo, quam pp
aliquam causam deformem fecerat, conflare
et pulcherrimam reddere: ita, ut nihil inde

Non enim substantiae, sed sola deformitas pereat, ac si
quid in illa figura priore incedenter extabat,
nec parilitati partium congruebat, non de to
to, unde fecerat, amputare, atque separare, sed
ita conspergere vniuerso, atque miscere, ut nec
foeditatem faciat, nec minuat quantitatem, quid
de opotenti artifice sentiendum est? Ergo ne,
non poterit quisque deformitates humanorum
corporum non modo visitas, verum etiam
taras, atque monstruosas, quae huic misere vi
ta congruunt, abhorrent autem ab illa futura se
licitate sanctorum, sit auferre, ac perdere, ut
quascunque earum faciunt, & si naturalia, tamen
indecora excrementa substantiae corporalis
nulla eius diminutione tollantur? Aet per hoc
non est macris, pinguisus metuendum, ne
ibi etiam tales sint, quales si possent, nec hie
esse voluisse. Omnis enim corporis pulchri
tudo est partium congruentia cum quadam

Coloris suavitate. Vbi autem non est partium
congruentia, aut ideo quid offendit, quia par
uum est, aut ideo, quia nimium. Proinde nul
la erit deformitas, quam facit incongruentia
partium, ybi & quae prava sunt, corrigitur:
& quod minus est, quod decet: unde creator no
uit, inde supplebit: & quod plus est, quod decet,
materiae seruata integritate, detraheatur: Co
loris porrors suavitas quanta erit, ybi iusti ful
gebunt sicut sol in regno patris sui? Quia elati
tas in Christi corpore quam resurrexit, ab
oculis discipulorum, points abscondita fuisse,
quod defuisse credenda est. Non enim eam refer
ret humanus, atque infirmus aspectus, quoniam ille
a suis ita deberet attendi, ut posset agnosciri.

Eua. 24. Quo pertinet est, ut contrectantibus ostenderet
fuerum vulnerum cicatrices, ut etiam eibum,
potumque sumeret, non alimentorum indig
entia, sed ea, quae & hoc poterat, potestate. Cum
autem aliquid non virum, quamvis absit, a quib. alia
qua pariter afflent, videntur: sicut illam clari
tatem dicimus affuisse non visam, a quibus
alia videbantur apoteosis Grece dicitur, quod
nostris interpres Latine dicere non valentes,
in libro Genesios, exactitate interpretati sunt.

Hanc enim passi sunt. Sodomites, quando
quererent ostium iusti viri, nec poterant in
uenire. Quae, si cæcitas fuisset, qua sit, ut nihil
possit videri, non ostium, quo ingredieren
tur, sed duces itineris, a quibus inde abduce
rentur inquirerent.

Quod in resurrectione mortuorum, natura
corporum quibuslibet modis dissipato
rum, in integrum vnde cunque reuocanda
sit. Cap. XX.

Nescio quo aut modo sic afficiuntur amo
re martyrum beatorum, ut velimus in
illo regno in eorum corporibus videre vi
nerum cicatrices, que pro Christi nomine
pertulerunt, & fortasse videbimus. Non enim
deformitas in eis, sed dignitas erit, & quæ
dam, quamvis in corpore, non corporis, sed
virtutis pulchritudo fulgebit: nec ideo tamen
si aliqui martyribus amputata & ablata sunt
membra sine ipsis membris erunt in resur
rectione mortuorum, quibus dictum est:

Lnc. 21, Capillus capitis vestri non peribit. Sed si

hoc decebit in illo nono seculo, ut indicia
gloriosorum vulnerum in illa immortali
carnem cernantur, ybi membra, ut praecideren
tur, percussa, vel secata sunt, ibi cicatrices,
sed tamen eisdem membris redditis non per
ditis apparebunt. Quamvis itaque omnia que
acciderunt corpori virtus, tunc non erant,
non sunt tamen deputanda, vel appellanda
virtus virtutis indicia. Absit autem, ut ad re
fuscatanda corpora, vitæque reddenda, non
possit omnipotens creator omnia reuoc
are, quia vel bestia, vel ignis absumpsis, vel
in puluerem cineremve collapsum, vel in hu
morem solutum, vel in auras est exhalatum.

Absit, ut sinus nullus, secretumque naturæ, ita
recipiat aliquid subtractum sensibus nostris,
ut omnium creatoris, aut lateat cognitione,
aut effugiat potestatem. Deum certe volens,
sicut poterat dislinire Cicero tantus author
ipsorum, mens quædam, inquit, est solu
ta, & libera, secreta ab omni concretione
mortali, omnia sentientes & mouens, ipsa
que prædicta motu sempiterno. Hoc autem
reperit in doctrinis magnorum philosopho
rum. Ut igitur secundum ipsos loquar, quo
modo aliquid, vel latet omnia sentientem,
vel irreuocabiliter fugit omnia mouentem?

Vnde

Vnde iam etiā quæstio illa soluenda est, quæ difficilior vñ cæteris, vbi queritur, cum caro mortui hominis etiam alterius sit viuentis caro, cui potius eorum in resurrectione reddetur. Si n. q[ui]piam cōfectus fame atq[ue] compulsus, vescat cadaverib. hominum, quod malū aliquoties accidisse, & vetus testa historia, & nostrorum temporum infelicia experientia docuerunt. Non quisquam veridicione contendet, totum digestum fuisse per imos meatus, nihilq[ue] inde in eius carne mutatum, atque conuersum, cum ipsa macies, quæ fuit, & non est, satis indicet, q[ui] illis escis detrimēta suppleta sint. Iam itaq[ue] aliquā paulo ante præmisī, quæ ad istum quoq[ue] nodum soluendum valere debebūt. Quicquid enim carnium exhaustis famis, vtq[ue] in auras est exhalatum, vnde diximus o[ste]n[t] potenter Deum posse reuocare, quod fugit. Reddi ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus cepit. Ab illo quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est, quæ sicut ex alienū ei redhibēda est, vnde sumpta est. Sua vero illi, quæ fames exinanierat, ab eo qui potest ēt exhalata reuocare, reddetur. Quamuis etiā oīb. perisset modis, nec vlla ei^o materies in ullis naturæ latebris remansisset, vnde vel let, etiā repararet omnipotens. Sed pp sñiam veritatis, qua dictum est, Capillus capitū ve stri non peribit, absurdum est vt putemus, cū capillus hoīs perire non possit, tātas carnes fame depastas, atq[ue] cōsumptas perire potuise. Quib. omnib. pro nostro modulo consideratis, atq[ue] tractatis, hēc summa conticetur, vt in resurrectione carnis in aeternū eas mēsuras corporum magnitudo, quas habebat, perficiendæ, siue perfectæ, cuiuscunq[ue] indita corpori ratio, iunctutis in membrorū quoq[ue] omnium modulis congruo decore seruato. Quod decus, vt seruet, aliquid demptum fuerit indicenti alicui granditati in parte aliqua constituta, qd per totum spārgat, vt neq[ue] id pereat, & congruentia partium vbiq[ue] teneatur, non est absurdum, vt aliquid inde etiam statura corporis addi posse credamus, cum omnib. partibus decorem custodian, id distribuitur, quod si enormiter in yna esset, vt que non deceret. Aut si cōtenditur in ea quæ que statura corporis resurrectum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendū est, tantum absit omnis deformitas, omnis

infirmitas, omnīs tarditas, omnisq[ue] corruptio, & si quid aliud illud nō decet regnum, in quo resurrectionis & promissionis filii etiales erunt angelis Dei, si non corpore, non ætate, certe fœlicitate.

De nativitate corporis spiritualis, in quam sanctorum caro mutabitur. Cap. XXI.

4.Re.6.

Luc. 21.

H[abu]it, etiā repararet omnipotens. Sed pp sñiam veritatis, qua dictum est, Capillus capitū vestri non peribit, absurdum est vt putemus, cū capillus hoīs perire non possit, tātas carnes fame depastas, atq[ue] cōsumptas perire potuise. Quib. omnib. pro nostro modulo consideratis, atq[ue] tractatis, hēc summa conticetur, vt in resurrectione carnis in aeternū eas mēsuras corporum magnitudo, quas habebat, perficiendæ, siue perfectæ, cuiuscunq[ue] indita corpori ratio, iunctutis in membrorū quoq[ue] omnium modulis congruo decore seruato. Quod decus, vt seruet, aliquid demptum fuerit indicenti alicui granditati in parte aliqua constituta, qd per totum spārgat, vt neq[ue] id pereat, & congruentia partium vbiq[ue] teneatur, non est absurdum, vt aliquid inde etiam statura corporis addi posse credamus, cum omnib. partibus decorem custodian, id distribuitur, quod si enormiter in yna esset, vt que non deceret. Aut si cōtenditur in ea quæ que statura corporis resurrectum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendū est, tantum absit omnis deformitas, omnis

R[esponde] Estiuetur ergo & quicquid de corporib. viuis, vel post mortem de cadauerib. perficit, & simul cū eo, quod in sepulchris remansit, in spiritualis corporis nouitatem ex aialis corporis vetustate mutatū resurget, incorruptione, atq[ue] immortalitate veltū. Sed etiā, vel casu aliquo graui, vel inimicorū immanitate totum penitus conteratur in puluem, atq[ue] in auras, vel in aquas dispersum q[ui]tum fieri potest, nusquam esse finatur, omnino nullo modo subtrahi poterit omnipotētia creatoris, sed capillus in eo capitū nō deperibit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tñ caro, non spūs, sicut carni subditus fuit spūs ipse carnalis, sed tamen spūs, non caro. Cuius rei habemus experimentum in K nostrar[um] pœnæ deformitate. Non n[on] secundum carnem, sed vtq[ue] secundum spiritum carnales erant, quib[us] ait Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spiritalib. sed quasi carnalib.

Luc. 21.

Et homo spiritalis sic in hac vita dicitur, vt tamen corpore adhuc carnalis sit, & videat aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis lux. Erit autem etiam corpore spiritalis, cum eādem caro sic resurrexit, vt fiat quod scriptum est: Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritalis. Quæ sit autem, & quām magna spiritalis corporis gratia, quoniam nondum venit in experimentum, vereor, ne temerarium sit omne, quod de illa profertur eloquium. Veruntamen, q[ui] spei nostræ gaudium propter Dei laudem non est tacendum, & de intimis ardentis sancti amatoris medullis, dictum est, Domine dilexi decorem domus tuæ, de donis eius quæ in hanc erum nosissima vita, bonis malisque largitur, ipso adiuuante coniiciamus, vt possimus, quantum sit illud, quod nō dum experi- Ecclesiast. 7.

Rom. 7.

ti, utique digno eloqui non ualemus. Omitto enim quando fecit hominem rectū omitto uitam illam duorum coniugum in paradi L si fecunditate fœlicem, quando tam breuis

1. Co. 15.

Psal. 25.

Gene. 2.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

suit, ut ad nascentium sensum, nec ipsa perueniterit in hac quam nouimus, in qua adhuc sumus, cuius tentationes, imò quam totam temptationem quandiu in ea sumus quantum liber proficiamus perpeti nō desinimus, que sint iudicia circa genus humanum bonitatis Dei, quis poterit explicare?

De miseriis, ac malis, quibus humanū genus merito primæ prauicationis obnoxium est, & a quibus nemo nisi propter Christi gratiam liberatur.

Cap. XXII.

Nam quod ad primam originem pertinet omnium mortalium progeniem fuisse damnatam, hæc ipsa vita, si vita dicenda est, tot & tantis malis plena testatur. Quid enim aliud indicat horrenda quadam plenum ditas ignorantiae, ex qua omnis error existit, qui omnes filios Adam tenebroso quodam sinu suscipit, ut homo ab illo liberari sine labore, dolore, timore, non possit? Quid amor ipse tot rerum vanarum atq; noxiarum, & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, moeres, formidines, insana gaudia, discordia, lites, bella, insidiæ, iracundia, inimicitia, fallacia, adulatio, fraus, furtu, rapina, peditia, superbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, saevitia, negitia, luxuria, petulancia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturam vtriusque sexus tot stupra atque immundiciæ, quas turpe èt dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemia, periuria, oppresiones innocentium, calunia, circuuentiones, prauicationes, falsa testimonja, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, & quicquid talium malorum in mente non venit, & tñ de vita hoium non recedit? Verum hac hoium sunt malorum, ab illa tñ erroris & peruerbi amoris radice venientia, cù qua ois filius Adam nascit. Nam quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis, que etiā in infantib. manifesta est, & cù quanta abundatia vanæ cupiditatis, que in pueris incipit apparere, hō veniat in hanc vitam, ita vt si dimittat viuere, vt velit, & facere quod velit in hæc facinora & flagitia que commemoraui, & que cōmemorare nō potui vel cūcta, vel multa peruenia? Sed diuina gubernatio non omnimodo deferente damnatos &

Deo non continete in ira sua miserationes A suas, in ipsis sensib. generis humani prohibi-

tion & eruditio cōtra istas cum qb. nascimur prof. 76.

tenebras vigilant, & contra hos impetus op- ponunt, plenæ tñ etiam laborum & dolorū.

Quid.n. sibi volunt multimoda formidines, quæ cohibendis parvulorum vanitatib. adhi-

bent? Quid pedagogi, quid magistri, quid fe- rulae, quid lora, quid virgæ, quid disciplina illa, qua scriptura sancta dicit, dilecti filii la-

tera esse tundenda, ne crescat in domitus, do- mariq; iam durus, aut vix poscit, aut fortasse nec possit? Quid agit hic pœnitis omnib. nisi

vt debellef imperitia, & praua cupiditas re- frenet cum quib. malis in hoc seculo viuimus?

Quid est. n. quod cum labore memini- mus, sine labore obliuiscimur, cum labore discimus, sine labore nescimus, cum labore strenui, sine labore inertes sumus? Nōne hinc

apparet in quid velut pondere suo procluvis & prona sit vitiola natura, & quanta ope vt

hinc libereat, indigeat? Desidia, segnities, pi- gritia, negligentia, vitia sunt, vtiq; qb. labor

fugit, cum labor ipse etiam qui est utilis, pœ- na sit. Sed præter pueriles pœnas, sine quibus B

dici non pott, quod maiores volunt, qui vix aliquid utiliter volunt, quot & quantis pœnis

genus agitur humanum, quæ non ad malitiam nequitiamq; iniquorum, sed ad conditionem pertinent miseriamq; communem,

quis vlo sermone digerit, quis vlla cogita- tionem comprehendit quātus est metus, quan-

ta calamitas ab orbitatib. atq; luctu, a damna- tionib. a deceptionib. & mendaciis homini- num, a lufitionib. falsis, ab omnib. violētis

facinorib. & scelerib. alienis quandoquidem ab eis, & deprædatio, & captiuitas, & vincu- la, & carcere, & exilia, & cruciatus, & am-

putatio membrorum, & priuatio sensuum, & oppresio corporis ad obsecnam libidinē

opprimentis explendam, & alia multa hor- renda sepe contingunt? Quid ab innumeris casib. qui forinsecus corpori formidant c̄stibus,

& frigorib. tempestatib. imbrilib. alluvio- nibus, coruscatione, tonitru, grandine, fulmine, motibus, hiatibusq; terrarum, oppres- sionibus ruinarum, ab offensione & pau- re, vel etiam malitia iumentorum, a tot vene-

nis fruticum, aquarum, aurarum, bestiarum, ac ferarum, vel tantummodo molestis vel

etiam mortiferis morsibus, a rabie quæ con- tingit

Ecclesi-
stici. 30.

tingit ex rabido cane, vt etiam blanda & amica suo domino bestia nonnunquam vehemētius & amarius quam leones draconesq; me tuā, faciatq; hoīem quem forte attaminauerit contagione pestifera ita rabiosum, vt à parentib. coniuge, filiis peius omni bestia formidet? Quæ mala patiuntur nauigantes? Quæ terrena itinera gradientes? Quis ambulat vbi cunq; non inopinatis subiacens casibus? De foro qdam rediens domum, sanis pedib. suis cecidit pedem fregit, & ex illo vulnere finiuit hanc vitam. Quid vñ sedente securius? De sella in qua sedebat cecidit Heli sacerdos, & mortuus est. Agricole, immo vero oēs homines, quot & quantos à cœlo & terra, vel per niciōsis aīalib. casus metuūt agrorum fructibus? Solent tñ de frumentis tandem collectis & reconditis esse securi. Sed quibusdā, qđ nouimus, prouentum optimum frumentorū fluijus improuisus fugientib. hominibus de horreis eiecit atq; abstulit. Contra milleformes dæmonum incursus, quis innocētia sua fidit, qñquidem ne quis fideret etiam parvulos baptizatos, quib. certe nihil est innocētius, aliquñ sic vexant, vt in eis maxime Deo finente ista monstrē huius vita flenda calamitas, & alterius desideranda fœlicitas? Iam vero de ipso corpore tot existunt morborū mala, vt nec libris medicorum cuncta comprehendens sint. In quorum plurib. ac pene omnib. etiam ipsa adiumenta & medicamenta tormenta sunt, vt homines à poenarū exitio, poenali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit stientes homines ardor immanis, vt vrinā quoq; humanam vel etiam suam bibe rent? Nōne ad hoc fames, vt à carnib. hoīum abstinere se non possent, nec inuentos hoīes mortuos, sed pp hoc à se occisos, nec quoslibet alienos, verumetiam filios, matres incredibili crudelitate, quam rabida esurias faciebat, absumerent? Ipse postremo somnus, qui proprie quietis nomen accepit, quis verbis explicet sepe somniorū visis q; sic inquietus, & quām magnis licet fallarū rerum terrorib. quas ita exhibet, & quodammodo exprimit, vt à veris eas discernere nequeamus, animam miseram sensu perturbet? Qua saltate visorum etiam vigilantes in quibusdā morbis & venenis miserabilibus agitantur, quanuis multimoda varietate fallacię homines etiam sanos maligni dæmones nonnun-

1.Re 4.

D fides, qñquidem ne quis fideret etiam parvulos baptizatos, quib. certe nihil est innocētius, aliquñ sic vexant, vt in eis maxime Deo finente ista monstrē huius vita flenda calamitas, & alterius desideranda fœlicitas? Iam vero de ipso corpore tot existunt morborū mala, vt nec libris medicorum cuncta comprehendens sint. In quorum plurib. ac pene omnib. etiam ipsa adiumenta & medicamenta tormenta sunt, vt homines à poenarū exitio, poenali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit stientes homines ardor immanis, vt vrinā quoq; humanam vel etiam suam bibe rent? Nōne ad hoc fames, vt à carnib. hoīum abstinere se non possent, nec inuentos hoīes mortuos, sed pp hoc à se occisos, nec quoslibet alienos, verumetiam filios, matres incredibili crudelitate, quam rabida esurias faciebat, absumerent?

4.Re.6.

E Ipse postremo somnus, qui proprie quietis nomen accepit, quis verbis explicet sepe somniorū visis q; sic inquietus, & quām magnis licet fallarū rerum terrorib. quas ita exhibet, & quodammodo exprimit, vt à veris eas discernere nequeamus, animam miseram sensu perturbet? Qua saltate visorum etiam vigilantes in quibusdā morbis & venenis miserabilibus agitantur, quanuis multimoda varietate fallacię homines etiam sanos maligni dæmones nonnun-

quam decipient, talibus visis etiam si eos per hæc ad sua traducere non potuerint, sensus tñ eorum solo appetitu qualitercumque persuadente falsitatis illudat. Ab huius tam misericordia quasi quibusdā inferis vita, non liberat nisi gratia sautoris Christi Dei ac dñi nostri. Hoc n. nomen est ipse Iesus, interpretat̄ quippe saluator, maxime ne post hanc misericordia sépēterna suscipiat, nō vita, sed mors. Nam ista q; quis sint perfecta, & per sanctos rationum magna solatia, tñ ideo nō semper etiam ipsa beneficia tribuuntur petentibus, ne propter hoc religio queratur, quę propter aliam magis vitam, vbi mala non erunt omnino ullā, querenda est. Et ad hoc meliores quoq; in his malis adiuuat gratia, vt quanto fideliore, tanto fortiore corde tolerentur ad quam rem etiam philosophiam prodesse dicunt docti huius ecclii, quam dii quibusdā paucis, vt ait Tullius veram dederunt. Nec hominibus, inquit ab his aut datum est donum maius, aut potuit ullū dari, vsque adeo & ipsi contra quos agimus quoquo modo compulsi sunt in habenda, nō quacunq; sed vera philosophia diuinam gratiam confiteri. Porrò si paucis diuinitus datum est veræ philosophia contra miserias huius vitę unicū auxilium, satis & hinc apparet humanū genus ad luendas miseriarum poenas esse dā natum. Sicut autem hoc vt fatentur, nullum diuinum maius est donum, sic à nullo Deo dari credendū est, nisi ab illo, quo & ipsi qui multos Deos colūt, nullū dicūt esse maiorē.

Nomen
Iesu Sal-
uatoris.

Cicerō li.
2.de n.r.
deorum *

F

De his quæ præter illa mala, quę bonis malisque communia sunt, ad iustorum laborem specialiter pertinent.

Caput XXIII.

P Reter hæc autem mala huius vitę bonis malisq; cōmuniā, habent in ea iusti etiā proprios quosdā labores suos, qđ aduersus vitia militant, & in talib. præliorum tentationib. periculisq; versant. Aliqñ remissius, non tamen definit caro concupiscere aduersus spiritum, & spūs aduersus carnem, vt nō ea quę volumus faciamus, omnem malam concupiscentiam consumendo, sed eam nobis, quantum diuinitus adiuti possumus, nō ei consentiendo subdamus, vigiliis cōtinuis excubantes, ne opinio verisimilis fallat, ne

Gal. 5

Aug. Tomus Quintus. Gg 4 de-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

decipiat sermo versutus, ne se tenebrae aliqui
ius erroris offundat, ne quod bonum est, ma-
lum: aut quod malum est, bonum esse creda-
tur, ne ab his quae agenda sunt metus reno-
ceret, ne in ea quae agenda non sunt cupido pre-
cipiteret, ne super iracundiam sol occidat, ne
inimicitia provocaret ad retributionem mali
pro malo, ne absorbeat inhonestam vel immo-
derata tristitia, ne impartiendam beneficiorum
ingerat menses ingratia torpore: ne male-
dicens rumorib. bona conscientia fatigetur: ne
temeraria de alio suspicio nostra decipiatur,
ne aliena de nobis saltatio nos frangat, ne regnet
peccatum in nostro mortali corpore ad obe-
diendum desideriis eius, ne membra nostra ex-
hibeant iniurias arma peccato, ne oculus
sequatur cōcupiscentiam, ne vindictandi cupiditas
vincat, ne in eo quod male delictat, vel vi-
sio, vel cogitatio remoret, ne fiat quod non licet:
et si liber, ne in hoc bello laborum periculorum
que plenisimo, vel de viribus nostris speret
facienda victoria, vel viribus nostris tribuat, sed
eius gratiae, de quo ait Apostolus. Gratias autem
Deo, qui dat nobis victoriam per domi-
num nostrum Iesum Christum. Qui & alio
loco: In his, inquit, omnibus, superiuncimus,
per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen qua-
talibet virtute praeliandi vitiis repugnemus,
vel etiam via superemus & subiugemus, q-
diu sumus in hoc corpore, nobis deesse non
posse unde dicamus Deo, Dimitte nobis de-
bita nostra. In illo autem regno, ubi semper
cum corporib. immortalib. erimus, nec pra-
lia nobis erunt villa, nec debita, que nusquam
& nunquam esseat, si natura nostra sicut re-
cta creata est, permaneret. Ac per hoc etiam
noster iste conflictus in quo periclitamur, &
de quo nos victoria nouissima cupimus li-
berari ad vitam huius mala pertinet, quam tot
tantorumque testimonio malorum probauimus
esse damnatam.

De bonis quibus etiam hanc vitam damna-
tioni obnoxiam creator impleuit.

Caput XXIII.

Iam nunc considerandum est, hanc ipsam
miseriam generis humani, in qua lauda-
tur iustitia puritatis, qualib. & quam multis
impleuerit bonis eiusdem bonitas cuncta,
qua creauit administrantis. Primum benedi-

ctionem illam quam protulerat ante pecca-
tum dicens crescere & multiplicamini, & re

Gene. 1.

plete terram, nec post peccatum voluit inhibere, mansitq; in stirpe damnata donata fo-

cūditas, nec illam vim mirabilem feminum,

immo etiam mirabiliorum, qua efficiunt &

semina, inditam corporib. humanis, & quodā-

modo intextam peccati vitium potuit auferre, quo nobis impacta est etiā necessitas moris,

sed virtusq; simul currit isto quasi fluui atq; torrente generis humani, malum quod à parente trahit, & bonum quod à creante tribuit.

In originali malo duo sunt, pētū atq; suppli-

ciū. In originali bono alia duo, ppagatio & cōformatio. Sed quantū ad præalentem peri-

nit intentionem nostram, de malis quorum

vñū de nostra venit audacia. i. pētū, alterum

de iudicio Dei. i. suppliciū, iā satis diximus.

Nunc de bonis Dei quae ipsi quoq; vitiata dā-

natae q; nature contulit, siue vñq; nunc con-

fert, dicere institui. Neque n. damnando aut

totum abstulit, qd dederat, illoquin necessitatē

oīno, aut eā remouit à sua p̄tate etiam cum

diabolo p̄sonaliter subdidit, cū nec ipsū dia-

bolū a suo alienauerit imperio, qñquidem vt

ipsius quoq; diaboli natura subsistat, ille fa-

cit, qui summe est, & facit esse quicquid ali-

quo modo est. Duū igit̄ illorū quae diximus

bona ēt in naturā peccato vitiata supplicio-

que damnata, de bonitatis eius quodā veluti

fonte manare ppagationē, in primis mundi

operib. benedictione largitus est, à qb. operi

bus die septimo requieuit. Cōformatio vero

in illo eius est opere, quo uñq; nunc operaef.

Gene. 2.

Efficacem quippe potentiam suam si reb. sub

Tobit. 5.

trahat, nec progrederi poterū & suis dimensis

M

motib. peragere tempora, nec profluis in eo

a. benc-

dificatione

generalis.

qđ creatę sunt aliquatenus permanebunt. Sic

Tsa. 48

ergo creauit hominem Deus ut illi adderet fertilitatem q;dam, qua homines alias propagaret,

quædam

cōgenerans eis ipsam ēt propagandi possibi-

litatem, nō nec essitatē. Quib. tñ voluit hoīb.

abstulit eā Deus, & steriles fuerunt, non tamē

generi humano abstulit semel datam primis

duobus coniugibus * benedictionem gene-

randi. Hac ergo propagatio quāvis peccato

ablatā non fuerit, non tamen etiam ipsa talis

est, qualis fuisset, si nemo peccasset. Ex quo

enim homo in honore positus, postea quam

deliquit, comparatus est pecoribus, similiter

generat, nō in eo tamen penitus extincta est

quæ-

Gene. 1. quædam velut scintilla rationis in qua factus
 est ad imaginem Dei. Huic aut propagationi
 si cōformatio nō adhiberetur, nec ipsa in sui
 generis formas modosque procederet. Si n.
 non cōculuissent hoēes, nihilominus Deus
 si veller implere terras hominib. quomodo
 A creauit vnum commixtione maris & fœminæ,
 sic posset omnes: concubentes vero nisi
 illo creante generantes esse nō possunt. Sicut
 ergo ait Apostolus de institutione spirituali,
 qua homo ad pietatem iustitiamq; format.
 Neque qui plantat, est aliquid, neque qui ri-
 gat, sed qui incrementum dat Deus. Ita etiam
 hic dici potest, nec qui concubit, nec qui
 seminat est aliqd, sed qui format Deus. Nec
 mater quæ conceptum portat, & partu nu-
 trit, est aliquid, sed qui incremētū dat Deus.
 Ipse nanq; operatione, qua nunc vñq; opera-
 tur, facit ut numeros suos explicit semina,
 & a quibusdam latentib. atq; inuisibilib. in-
 volucris in formas visibles huius quod aspi-
 cimus decoris euoluant. Ipse incorporeā
 corporeāq; naturā, illam præpositā, illā su-
 biectā miris modis copulans & connectens,
 aiantem facit. Qd opus eius tam magnum &
 mirabile est, vt non solum in hoē, quod est
 aīal rōnale, & ex hoc cūctis terrenis aīantib.
 excellentius atq; præstantius, sed in qualibet
 minutissima mutuā bene consideranti stu-
 porē mentis ingerat, laudemq; pariat creato-
 ris. Ipse itaq; anima humana mente mēdit,
 vbi ratio & intelligentia in infante sōpita est
 quodammodo, quasi nulla sit, excitanda. s. at
 que exercenda aīatis accessu, qua sit scientia
 capax atque doctrinæ & habilis perceptioni
 veritatis & amoris boni. Qua capacitate hau-
 riā sapientiam, virtutibusq; sit prædicta, quib.
 prudenter, fortiter, temperanter, & iuste ad-
 uertus errores & cetera ingenerata vitia di-
 micet, eaq; nullius rei desiderio nisi boni illi-
 lius summi atq; incommutabilis vincat. Qd
 & si non faciat ipsa talium bonorum capa-
 citas in natura rōnali diuinitus instituta, quā
 tum sit boni qd mirabile opus omnipotentis,
 quis competenter effatur, aut cogitat? Præter
 enim artes bene viuendi, & ad immortalem
 perueniendi felicitatem, quæ virtutes voca-
 tur, & sola Dei gratia quæ in Christo est, fi-
 liis promissionis regniq; donantur, nōne hu-
 mano ingenio tot tantæq; artes sunt inuētae,
 & exercita, partim necessariae, partim volū-
 tariae, vt tam excellens vis mentis atque ratio-
 nis in his etiam reb. quas superflua, immo & C
 periculosas pernicioſasq; appetit, quātum
 bonum habeat in natura, vnde ista potuit vel
 inuenire vel discere, vel exercere testef? Vesti-
 mentorum & ædificitorum ad opera qd mira-
 bilia, qd stupenda industria humana peruen-
 rit, quō in agricultura, quō in nauigatione, p
 fecerit, quæ in fabricatione quorumq; vasorū,
 vel etiā statuarū, & picturarum varieta-
 te excogitauerit & impleuerit, quæ in thea-
 tris mirabilia spectantib. audientib. incredibi-
 lia facienda & exhibenda molita sit: in capien-
 dis, occidendis, domandis, irrationalib. ani-
 mantib. quæ & quanta repererit, aduersus ip-
 sos hoēes, tot genera venenorum, tot armo-
 rum, tot machinamētorū, & pro salute mor-
 tali tuenda atq; reparanda quot medicamē-
 ta atque adiumenta comprehendēt, pro vo-
 luptate fauicium, quot condimenta & gulæ
 incitamenta repererit, ad iudicandas & suad-
 endas cogitationes, multitudinem varieta-
 temq; signorum, vbi præcipuum locum ver-
 ba & literæ tenent, ad delectandos animos,
 quos elocutionis ornatus, qd diuersorum car-
 minum copiam, ad mulcēdas aures, quot or-
 gana musica, quot cantilina modos excogi-
 tauerit, quantam peritiam dimensionum at-
 que numerorum, meatusq; & ordines syde-
 rum quanta sagacitate cōprehenderit qd mul-
 ta rerum mundanarum cognitione se imple-
 uerit, quis posuit eloqui, maxime si velim, D
 non aceruatim cuncta congerere, sed in sin-
 gulis immorari; In ipsis postremo erroribus
 & falſitatib. defendēdis, quani ir. agna clarue-
 rint ingenia philosphorum atque hæretico-
 rum, qd existimare sufficiat? Loquimur enim
 nunc de natura mentis humanae, qua ista vita
 mortalit̄ ornatur, non de fide atq; itinere ve-
 ritatis qua illa immortalis acquirit. Huius tā-
 te natura conditor cum sit vñq; Deus verus
 & summus, ipso cuncta, quæ fecit administrā-
 te, & summam potestatem, summamq; habē-
 te iustitiam, nunquam profecto in has misé-
 rias decidisset, atque ex his præter eos solos,
 qui liberabūtur in eternas esset poenas itura,
 nisi nimis grande peccatum in homine pri-
 mo, de quo ceteri exorti sunt, præcessisset.
 Iam vero in ipso corpore, quantis nobis sit
 cum beluis mortalitate commune, multisq;
 earum reperiatur infirmius, quanta Dei bo-
 nitas,

Salust. in
 prologo
 Catilina-
 rij.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Enitas, quanta prouidentia tanti creatoris apparet? Nonne ita sunt in eo loca sensuum, & cætera membra disposita, speciesq; ipsa ac figura, & statura tou corporis ita modifica ta, ut ad ministerium aie rōnalis se indicet factam? Non enim ut animalia rationis exper

Homo pri
mus, qua
lis crea
tus.
Col. 3.

tia prona esse videmus in terram, ita creatus est homo, sed et recta in cœlū corporis forma admonet eum, quæ sursum sunt sapere. Porro mira mobilitas quæ linguae ac manib. attributa est ad loquendum & scribendum apta atque conueniens, & ad opera artiū plurimum officiorumq; complenda, nonne satis ostendit, quali aīe, ut seruiret tale sit corpus adiunctum? Quanquam & detractis necessitatibus operandi, ita omnium partium cōgruētia numerosa sit & pulchra sibi parilitate respondeat, ut nescias vtrum in condendo maior sit utilitatis habita ratio, q; decoris. Certe enim nihil creatū videmus in hoc corpore utilitatis causa, quod non habeat etiam decoris locum. Plus autem nobis id appareret, si numeros mensurarum, quib. inter se cuncta connexa sunt & coaptata nossemus, quos forsitan data opera in his quæ foris eminent humana posse inuestigare solertia. Quæ vero recta sunt atq; a nostris remota conspectib. sicuti est tanta perplexitas venarum atq; nervorum & viscerū, secreta vitalium, inuenire nullus potest. Quia etsi medicorum diligentia nonnulla crudelis, quos anatomicos appellant, laniavit corpora mortuorum, sive etiā inter manus secantis & perscrutantis morientium, atque in carnib. humanis inhumane abdita cuncta rimata est, ut quid, & quomodo, & quib. locis curandum esset addisceret, numeros tñ de qb. loquor, quib. coaptatio, quæ pūria Græce dī, tanquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius corporis constat. Quid dicam? Nemo valuit inuenire, quos nemo ausus est querere. Qui si noti esse potuissent in interiorib. quoque visceribus, quæ nullum ostentant decus, ita delectaret pulchritudo rōnis, ut omni formæ apparenti quæ oculis placet, ipsius mentis, quæ oculi vtitur, præferret arbitrio. sunt vero quædam ita posita in corpore, ut tantummodo decorum habeant non etiam usum, sicut habet pectus virile mammillas, sicut facies barbam, quam non esse munimento, sed virili ornamento indicant puræ facies foemini

minarum, quas vtique infirmiores viris min- G
niri tutius conueniret. Si ergo nullum mem- brum est in his qdem conspicuis, unde am- bigit nemo, qd ita sit alicui operi accommo- datum, ut non ē sit decorum. Sunt autem non- nulla quorū solum decus & nullus est usus, puto facile intelligi in conditione corporis dignitatē necessitatū fuisse prælatum. Transtiu- ra est qd ppe necessitas, tempusq; vētūrum qn sola inuicem pulchritudine sine villa libidi- ne perfruamur, quod maxime ad laudem re- ferendum est conditoris, cui dī in Psalmo. Psa. 103.

Confessionē & decorum induisti. Iam cæ- tera pulchritudo & utilitas creaturæ quæ ho- mini, licet in istos labores miserasq; proie- cto atq; damnato, spectāda atq; sumenda di- uina largitate concessa est, quo sermone pōt terminari, in cœli & terra & maris multimo da & varia pulchritudine ēt ipsius lucis tanta copia, tanque mirabilis specie, in sole ac luna & syderib. in opacitatib. nemorum, in colo- rib. & odorib. florū, in diuersitate ac multitu- dine volucrū garrularū atq; pictarū, in mul- tiformi specie tot tantarumq; aīantiū. Quo- rum illa plus habent admirationis quæ mo- lis minimum. Plus n. formiculatum & apicu- larum opera stupemus quām immensa cor- pora balenarū, in ipsius quoq; maris tā gran- di spectaculo, cum sefe diuersis colorib. in- ducit velut vestib. & aliquā viride atque hoc multis modis aliquā purpureum, aliquā coeruleum est. Quām porro delectabiliter spectat etiam qnīcung; turbat, & sit inde maior sua- uitas, quum sic demulcat intuentem, ut non iactet & quatiat nauigantem. Quid ciborum vñquequaq; copia cōtra famem? Quid sapo- rum diuerſitas cōtra fastidium naturæ, diffusa diuinitus, non cocorum arte ac labore qsi- ta? Quanta in multis rebus tuendæ ac recupe- randæ salutis auxilia? Quam grata viciſſitu- do diei alternantis & noctis, aurarum q blā- da temperies? In fructib. & pecoribus indu- mentorū conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis possit? Hec autem sola quæ a me velut in quandam aggerem sunt coartata, si vellem velut colligata inuo- lucra soluere atq; discutere, quāta mihi mo- ra esset in singulis, quibus plurima continen- tur? Et hēc omnia miſerorū sunt dānatorum quæ solatia, nō p̄m̄ia beatorum. Quæ igi- tur illa sunt, si tot ac talia & tanta sunt ista, I

Quid

Sup
19.
Por-
riu-
Th-
gio-

Rom. 8.

^{Psa. 103.} Quid dabit eis quos prædestinavit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis, quos prædestinavit ad mortem? Quæ bona in illa vita faciet eos superne, pro quibus in hac miseria vnigenitum suum filium voluit vñq; ad mortem mala tanta perferre? Vnde Apostolus de ipsis in illud regnum prædestinatis loquens: Qui proprio, inquit, filio non pepercit, sed pro nobis oib. tradidit eum, quo nō etiam cum illo omnia nobis donauit? Cum hæc promissio complebitur, quid erimus? quales erimus? quæ bona in illo regno accepturi sumus quandoquidē Christo moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis, nul lum omnino habens vitium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra quod saltem laudabiliter dimicet, pacatissimā virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quam speciosa, quam certa scientia siue errore aliquo vel labore, vbi Dei sapientia de ipso suo fonte potabitur, cum summa felicitate, siue villa difficultate? Quale erit corp^o quod oīmodo spiritui subditum, & eo sufficienter viuificatum, nullis almoniis indigebit? Non enim aīale, sed spiritale erit, habēs quidem carnis, sed sine villa carnali corruptione substatiām.

De peruvicacia quorundam, qui resurrectio nem carnis, quam sicut prædictum est totus mundus credit, impugnant. Ca. XXV.

Verum de animi bonis qb. post hanc vitam beatissimus perfruetur, non à nobis dissentient philosophi nobiles, de carnis resurrectione contendunt. Hanc quantū pñt negant, sed credentes multi, negantes paucissimos reliquerūt, & ad Christū, q. hoc quod istis vñ absurdum, in sua resurrectione monstrauit, fideli corde conuersi sunt, docti & in docti, sapientes mundi & insipientes. Hoc. n. credidit mundus, quod prædictit Deus, qui ét hoc prædictit, quod hanc rem mundus fuerat crediturus. Neq; enim Petri maleficis eam cum laude creditum tanto ante prænūciance compulsus est. Ille est enim Deus, quem si cut iam dixi aliquoties, nec commemorare me piget confite me Porphyrio, atq; id oraculis deorum suorum probare cupiente, ipsa numina perhorrescant. Quem sic laudauit, vt eum & Deum patrem & regem voca-

ret. Absit enim vt sic intelligēda sint quæ prædixit, quomodo volunt hi qui hoc cum mundo non crediderunt, quod mundum crediturum esse prædictit. Cur. n. nō potius ita, sicut crediturus tanto ante prædictus est mundus, non sicut paucissimi garriunt qui cum hoc mundo, qđ crediturus prædictus est, credere noluerunt? Si. n. ppea dicunt alio modo esse credenda, ne si dixerint vana esse conscripta, iniuriā faciant illi Deo, cui tam magnū prohibent testimonium, tantam prorsus ei vel ét grauiorem faciunt iniuriam, si aliter dicunt esse intelligenda nō sicut mundus ea creditit, quem crediturū ipse laudauit, ipse promisit, ipse compleuit. Cur. n. non potest facere vt resurgat caro & viuat in æternum? An proterea credendum nō est id eum esse facturū, q. a malū est, atq; indignū Deo? Sed de oīpotentia eius quæ tot & tanta facit in credibiliā, iam multa diximus. Si volunt inuenire quod oīpotens non pōt, habent, prorsus, ego dicā, mentiri non pōt. Credamus ergo quod pōt, non credendo, qđ non pōt. * Non itaq; credentes qđ mentiri pōt, credat esse facturū qđ se facturū esse promisit. Et sic credant si cut id credidit mundus, quem crediturū esse prædictit, quæ crediturum esse laudauit, quæ crediturū esse promisit, quem credidisse iam ostendit. Hoc aut̄ malum esse vnde demonstrant. Non erit illic villa corruptio, quod est corporis malum. De ordine elementorum iā disputauimus, de aliis hoīum conjecturis sat̄ diximus, quanta sit futura in corpore incorruptibili facilitas motus, de præfentis bone valetudinis téperamento, quæ vtiq; nullo modo illi cōparāda est imortalitat, in libro decimotertio satis, vt opinor, ostēdimus. Le A

a. l. Itaq;
credentes
quod mē-
tiri non
pōt.

Supra eo
dē. c. II.

Cap. 17.
A

Quo Porphyrii diffinitio, qua beatis animis putatur corpus omne fugiendum, ipsius Platonis sententia destruatur, qui dicit summum Deū diis promisisse vt nunquā corporibus exuerentur. Ca. XXVI.

Sed Porphyrius ait, inquiunt, vt beata sit anima, corpus omne esse fugiendum, Ni hil ergo prodet, q. a incorruptibile diximus futurum corpus, si anima beata non erit, nisi corpus omne effugerit. Sed iam & hinc in libro

*Supra li.
19. c 23.
Porphy-
rius in l.
Theolo-
gion.*

*Porphy-
rius in l.
de regres
si anima
in lib.*

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

bō memoratō quātum oportuit disputauit,
verū hic vnum inde tantum commemorabo.

Plato in Thimo. c.

Bo Deos à quo facti sunt quo possent esse securi, immortalitatē. i. in eisdem corporibus æternam permanescunt, non eorum natura id habente, sed suo consilio præualente promisit. Vbi etiā evertit illud, quod dicunt, quod est impossibile, ideo resurrectionem carnis non esse credendam. Apertissime quippe iuxta eundem philosophum, vbi diis a se factis promisit Deus non factus immortalitatē, quod impossibile est, se dixit esse facturum. Sic non enim locutum narrat Plato. Quoniam ictis orti, inquit, immortales esse, & indissolubiles non potestis. Non tun dissoluemini, neque vos villa mortis fata perirent, nec erunt valētria, quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quod illa, quod estis colligati. Si non solum absurdū, sed si surdi non sunt qui hæc audiunt, non vtque dubitant diis factis ab illo Deo, qui eos fecit secundū Platōnēm, quod est impossibile, fuisse promissum. Qui enim dicit, vos quidem immortales esse non potestis, sed mea voluntate immortales eritis, quid aliud dicit, quā id quod fieri non potest, me faciente tun eritis? Ille igitc carnem incorruptibile, immortalem, spiritualem resuscitabit, qui iuxta Platōnēm, id quod impossibile est, se facturum esse, promisit. Quid adhuc quod promisit Deus, quod Deo promittenti credidit mundus, qui etiam ipse promissus est creditus, esse impossibile clamat?

Aene. 6. Quodquidem nos Deum, qui etiam ēm Platōnēm facit impossibilia, id facturū esse clamat. Non ergo vt beatā sint aīa corpus est oē fugiendum, sed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo conuenientius in corruptibili corpore letabunt, quām in quo corruptibili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quā posuit ex Platōne Vergilius, vbi ait: Rursus, & incipient in corpora velle reuerti. Sic, inquam, cupiditatem reuertendi ad corpora non habebunt, cū corpora, in qua reuerti cupiunt, secum hebunt, & sic habebunt, vt nunquam non habeant, nunquam ea prorsus vel ad exiguum quamlibet tempus villa morte deponant.

De contrariis dissimilationibus Platōnis, arque Porphirij, in qb. si vterque alteri cederet, & veritate neuter deuiaret. Cap. XXVII.

Sed Ingula quādam dixerunt Plato atque Porphyrius, quā si inter se cōmunicare potuerint, facti essent fortasse Christiani. Plato dixit sine corporiba aīas in æternū in esse non posse. Ideo dixit, etiam sapientium aīas post quamlibet longum tempus, tun ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit aīam purgatissimā cum redierit ad patrem, ad hec mala mūdi nonquam esse redituram. Ac per hoc quod verum vidit Plato, si dedisset Porphyrio, etiam iustorum atque sapientium purgatissimas animas ad humana corpora redituras, rursus quod verum vidit Porphyrius, si dedisset Platoni, nunquā redituras ad miseras corruptibilis corporis aīas sanctas, vt non singuli hec singula, sed ambo & singuli vtrūque dicerent, propter quod viderent esse iā consequēs, vt & redirent aīas ad corpora, & talia recipient corpora, in qb. beate, atque immortaliter viuerent. Quoniam secundum Platōnēm ēt sanctae aīas ad humana corpora redibunt secundum Porphyriū ad mala mundi huius sanctae aīas non redibunt. Didat itaque cum Platōne Porphyrius, redibunt ad corpora. Dicat Plato cum Porphyrio, non redibūt ad mala, & ad ea corpora redire consentiat, in qb. nulla mala patianf: Hec itaque non erunt, nisi illa quæ promisit Deus, beatus aīas in æternū cum sua æterna carne viucturas. Hoc non quantum existimō iam facile nobis concederent ambo, vt qui faterent ad immortalia corpora redituras animas esse sanctorum, ad sua illas redire permitterent, in quibus mala huius seculi pertulerunt, in quibus Deum, vt his malis carerent, pie fideliterque coluerunt.

Quid ad veram resurrectionis fidem, vel Platoto vel Labeo, vel etiam Varro conferre potuerint, si opiniones eorum in vnam sententiam conuenient. Cap. XXVIII.

Nonnulli nostrum propter quoddam præclarissimum loquendi genus, & propter nonnulla quā veraciter sensit, amantes Platōnēm, dicunt eum aliquid simile nobis ēt de mortuorum resurrectione sensisse.

Quod

Quod quidem sic tangit in libris de Republica Tullius, ut eum lusisse potius, quam qđ id verum esse affirmet dicere voluisse. Indu-

F cit enim hominem reuixisse, & narrasse quædam quæ platonis disputationib. congruebant. Labeo etiam duos dicit vno die fuisse defunctos, & occurrisse inuicem in quodam compito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare, & constituisse inter se amicos se esse viēturos, atque ita esse factum, donec posse morerentur. Sed isti authores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt, quales fuerūt eorum, quos resurrexisse nouimus, & huic quidem redditos vite, sed non eo modo, ut non morerentur vterius.

Mirabilius autem quiddam Marcus Varro ponit in libris, quos conspicit de gente populi Romani, cuius putauit verba ipsa ponen-

*Genethliaci. i ma thematici diuinacu
li.*

da: Genethliaci quidam scriperunt, inquit, esse in renascendis hominib. quam appellant τατιγγεια. Græci hanc scriplerunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus & eadem anima, quæ fuerat coniuncta in homine aliquando eadem rursus redeant in coniunctionem. Iste Varro qđ dem sive illi Genethliaci nescio, qui non n. nomina eorum prodidit, quorum commemo- rauit sententiam, aliquid dixerunt, quod

G licet falsum sit, cum enim semel ad eadē corpora, quæ gesserunt, aīx redierint nunquam ea postea sunt relictæ, tamē multa illius impossibilitatis, qua contra nos isti garriunt, argumenta cōuellit, & destruit. Qui enim hęc sentiunt sive senserunt, non eis visum est fieri non posse, vt dilapsa cadavera in auras, in puluerem, in cinerem, in humores, in corpora vescientium bestiarum, vel ipsorum quoq; hominum ad id rursus redeant, quod fuerat.

Quapropter Plato & Porphyrius, vel potius quicunq; illos diligunt, adhuc viuant si nobis consentiant, etiam sanctas aīas ad corpora redituras, sicut ait Porphyrius, vt ex his fiat cōsequens, quod fides prædicat Christiana, talia corpora recepturas, in quibus sine vilo malo in eternū sc̄olciter viuant. Assu- mant etiam hoc de Varrone, vt ad eadem cor-

pora redeant, in quibus antea fuerunt,
& apud eos tota quæstio de
carnis in eternū re-
surrectione
soluet.

De qualitate visionis, qua in futuro seculo sancti Deum videbunt. Cap. XXIX.

N Vnc iam quid acturi sint in corporibus immortaliib. atq; spiritualib. sancti, non adhuc eorum carne carnaliter, sed spiritualiter iam viuente, quantum dominus dignatur adiuuare, videamus. Et illa quidem actio, vel potius quies, atque ocium quale futurum sit, si verum velim dicere, nescio. Nō enim hoc vñquam per sensus corporis vidi. Si aut hoc mente. i. intelligentia vidisse me dicam, quātum est, aut quid est nostra intelligentia ad illam excellē: iam? Ibi est enim pax Dei, que, sicut ait Apostolus, superat omnem intellectum, quem nisi nostrum, aut fortasse etiam omnium sanctorum angelorum? Non enim

& Dei. Si ergo sancti in Dei pace viēturi sūt, profecto in ea pace viēturi sunt, quæ superat omnem intellectum. Quoniam nostrum qui dem superat, non est dubium. Si autem supe rat & angelorum, vt nec ipso excepisse videat, qui ait oēm intellectum, finis hoc dictū esse debemus accipere, quia pacem Dei, qua ipse Deus pacatus est, sicut nouit Deus, non ea nos sic possumus nosse, nec vlli angeli. Su perat oēm intellectū, non dubium qđ preteriū. Sed qđ & nos, p modo nostro pacis eius pa- ticipes facti, summam in nobis, atq; inter nos & cum ipso pacem, qđ tum nostrum sum- mū est, obtinebimus. Isto modo pro suo modo sciunt eam sancti angelii: hoīes autem nunc longe infra, quātumlibet proiectu mētis excellant. Considerandum est enim quantus vir dicebat: Et parte scimus, & ex parte p pheramus, donec veniat qđ perfectum est. Et

videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc aut facie ad faciem. Sic iam vident sancti angelii, qui etiam nostri angeli dicti sunt, quia eruti de potestate tenebrarum, & accep- to spiritus pignore trāslati ad regnum Christi, ad eos angelos iam coepimus pertinere, cum quibus nobis erit sancta atque dulcissima, de qua iam tot libros scripsimus, Dei ciuitas ipsa communis. Sic sunt ergo angeli nostri qui sunt angeli Dei, quēadmodum Christus Dei, Christus est noster. Dei sunt, quia Deum non reliquerūt: nostri sunt, quia tuos ciues nos habere coeperunt. Dicit autem dominus Iesu: Videte ne contennatis vnum de pusillis istis. Dico enim vobis, quia angelii corum

Li. 2. re-

tra. c. 51

Phili. 2.

Au. in En-

chi. c. 62.

K

i. Co. 13.

L

Mas. 1. 8.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

eorum in cœlis semper vident faciem patris
mei qui in cœlis est. Sicut ergo illi vident, ita
& nos visuri sumus, sed nondū ita videmus.

I. Co. 13. Propter quod ait Apostolus quod paulo ante
dixi. Videmus nūc per speculū in ægnimate,
tunc aut̄ facie ad faciem. Pr̄emium itaq; fidei
nobis visio ista seruā, de qua & Ioānes Apo-
stolus loquēs: Cū apparuerit, inquit, similes
ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Facies
aut̄ Dei, manifestatio eius intelligenda est, nō
aliqđ tale membrorum, quale nos habemus
in corpore, atq; isto noīe nuncupamus. Qua
propter cum ex me quererē, quid acturi sint

M. sancti in illo corpore spirituali, non dico qđ
iam video, sed dico quod credo, secundum
Psa. 115 illud quod in psalmo lego: Credidi p̄p̄ quod

locutus sum. Dico itaque, qđ visuri sint Deū
in iplo corpore, sed vtrum per ipsum, sicut
per corpus nunc videmus solem, lunam, stel-
las, mare ac terrā, & quæ sunt in ea nō parua
qđ est. Duri est dicere quod sancti talia cor-
pora tunc hēbunt, vt nō possint oculos clau-
dere atq; aperire cum velint. Durius aut̄ qđ
ibi Deum, quisquis oculos clauserit non vi-
debit. Si enim Propheta Heliſaeus puerū suū

I. Re. 6. Giezi absens corpore vidit accipientem mu-
nera, quæ dedit ei Naaman Syrus, quem Pro-
pheta memoratus à leprā deformitate mūda
uerat, quod seruus nequam domino suo non
vidente, latenter sefecisse putauerat, quanto
magis in illo corpore spirituali videbūt san-
cti oīa, non solum si oculos claudant, verum
etiam unde sunt corpore absentes? Tūc enim

I. Co. 13. erit perfectum illud de quo loquens Apostle-
lus: Ex parte, inquit, scimus, & ex parte pro-
p̄eramus, cum aut̄ venerit qđ perfectū est,
quod ex parte est, euacuabit. Deinde vt quō
posset aliqua similitudine ostenderet, quātū
ab illa quęatura est, distet hęc vita, non qua-
liumcunq; hominum, verum etiam qui pre-

A bipia hic sanctitate sunt prædicti: Cū essem,
Ibidem. inquit, paruulus, quasi paruulus sapiebā, qua-
si paruulus loquebar, quasi paruulus cogita-
bam, cum autem factus sum vir euacuauit ea
quæ paruuli erant. Videmus nūc per specu-
lum in ægnimate, tunc autem facie ad faciē.
Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam
sicut & cognitus sum. Si ergo in hac vita, vbi
hominum mirabilium prophetia ita compa-
randa est illi vite, quasi paruuli ad iuuenem,
vidit tamen Heliſaeus accipientem munera

seruum suum vbi ipse non erat, ita ne cū ve-
nerit, quod perfectū est, nec iam corpus cor-
ruptibile aggrauabit afam, sed incorruptibili
le nihil impediet, illi sancti ad ea, quæ viden-
da sunt oculis corporeis, qb. Heliſaeus absens
ad seruū suū videndum nō indiguit, indige-
bunt? Nam sī interpretes septuaginta ita
sunt ad Giezi verba Prophetę: Nonne cor
meum tecum ibat, & noui p̄ conuersus est
vir de currū suo in obuiā tibi, & accepisti pe
cuniā? &c. Sicut autē ex Hebræo interpre-
tatus est presbyter Hieronymus: Nonne cor

meum, inquit, in p̄senti erat, qm̄ reuersus
est hō de currū suo in occursum tui? Corde
suo ergo se dixit hoc vidisse Propheta, adiu-
to qđem mirabiliter nullo dubitate diuini-
tus. Sed qđ amplius tūc omnes munere isto
abundabunt, cum Deus erit omnia in omni-
bus? Habebunt tñ etiam illi oculi corporei
officium suum & in loco suo erunt, vteturq;
illis sp̄s per spiritale corpus. Neque. n. & il-
le propheta, quia non eis indiguit, vt videret
ablētem, non eis v̄sus est ad videnda p̄sen-
tia, quæ tñ spiritu videre posset etiam si illos
clauderet, sicut vidit absentia, vbi cū eis ipse
non erat: Absit ergo vt dicamus illos sanctos

in illa vita Deum clausis oculis non visuros,
quem spiritu semper videbunt. Sed vtrum vi-
debunt, & per oculos corporis cum eos ap-
tos habebunt, inde questio est. Si enim tantū
potuerunt in corpore spirituali eo modo vti-
que etiam ipsi oculi spiritales, quantum p̄nt
isti quales nūc habemus, proculdubio p̄ eos
Deus videri non poterit: longe itaq; alterius
erunt potentie, si per eos videbitur incorpo-
rea illa natura, quæ non continetur loco, sed
vbique tota est. Non. n. quia dicimus Deū &
in cœlo esse & in terra, ipse, quippe ait per
Prophetam: Coelum & terram ego impleo, C
aliam partem dicturi sumus eū in cœlo habe-
re, & in terra aliam, sed totus in cœlo est, to-
tus in terra non alternis temporib. sed vtrum
que simūl, quod nulla natura corporalis po-
test. Vis itaque pr̄p̄ollentior oculorum erit
illorum, non vt acutius videant, qđ quidem
perhibentur videre serpentes vel aquile.
Quantalibet enim acrimonia cernendi eadē
quoque animalia nihil aliud possunt videre
quam corpora, sed vt videant & incorpo-
ria. Et fortasse ista virtus magna cernendi da-
ta fuerit ad horā, etiā in isto mortali corpore
oculis

4. Re. 5.
Sapientia 5
4. Re. 5.
I. Co. 2.5.
C. 25.
- Iob. 42.* oculis sancti viri Iob, quando ait ad Deum, In obauditu auris obaudiebam te prius, nūc autem oculus meus videt te, propterea despexi memetipsum, & distabui, & existimau me terram & cinerem. Quanuis hic nihil prohibeat oculum cordis intelligi, de quib. oculis ait Apostolus: illuminatos oculos hēre cordis vestri. Ipsiis autem videri Deum, cum videbit, Christianus ambigit nemo, qui fideliter accipit, qđ ait Deus ille magister: Beati mundi corde, qm̄ ipsi Deum videbunt. Sed *Ephes. 1.*
- D utrum etiam corporalib. oculis ibi videatur, *Luc. 3.* hoc in ista qōne versamus. Illud. n. qđ scriptū est: Et videbit omnis caro salutare Dei: sine ullius nodo difficultatis sic intelligi potest, ac si dictum fuerit, & videbit oīs homo Christum Dei, qui vtiq; in corpore visus est, & in corpore videbit, qn̄ viuos & mortuos iudicabit. Qđ aut ipse sit salutare Dei, multa sunt & alia testimonia scripturarū. Sed euidētius venerādi illi^o senis Semeonis verba declarāt. Qui cū infantē Christū accepisset in manus suas: Nunc, inquit, dimittis seruum tuū dñe, secundum verbum tuum in pace, quoniā viderunt oculi mei salutare tuum. Illud etiam quod ait supra memoratus Iob, sicut in ex*Iob. 19.* plarib. quæ ex Hebr̄o sunt, Et in carne mea video Deum, resurrectionem quidē carnis fine dubio prophetauit, non tñ dixit, per carnem meam. Quod quidem si dixisset, posset Deus Christus intelligi, qui per carnē in carne videbit. Nunc vero potest & sic accipi, In carne mea video Deum. ac si dixisset, In carne mea ero, cū video Deum: Et illud quod *I. Co. 13.* E ait Apostolus, Facie ad faciem, non cogit vt Deum per hāc faciem corporalem, vbi sunt oculi corporales, nos viros esse credam⁹, quem spiritu sine intermissione videbimus. Nisi enim esset etiam interioris hominis facies, nō diceret idem Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriam dñi speculantes, in eādem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tāquam ad dñi spiritum. Nec aliter intelligimus quod in Psalmo canitur: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestre non erubescet. Fide quippe acceditur ad Deum, quam cordis constat esse, non corporis. Sed qđ spiritale corpus nescimus quantos habebit accessus, de re quippe inexperta loquimur, vbi aliqua, quæ aliter intelligi néqueat diuinarum scripturarum nō occurrit,
- sed succurrit authoritas, necesse est vt cōtin-gat in nobis quod legit in libro Sapientiae. *Sapientia 5* Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Ratiocinatio q̄ppe illa philosophorū, qua disputant ita mentis aspectu intelligibilia videri, & sēla corporis sensibilia. i. corporalia, vt nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per seipsum mēs valeat intueri, si posset nobis esse certissima, pfecto certū esset per oculos corporis etiā spiritus ritalis nullo modo posse videri Deum. Sed istam rōcinationem & vera rō & propheticā irridet authoritas. Quis enim ita sit auersus a vero, vt dicere audeat Deum corporalia ista nescire? Nunquid ergo corpus habet, per cuius oculos ea posſit addiscere? Deinde qđ de propheta Heliāeo pauloante diximus, nō ē latē indicat etiam spiritu, nō per corpus corporalia posse cerni? Quādo enim seruus ille munera accepit, vtique corporaliter gestum est, quod tamen propheta non per corpus, sed per spiritum vidit. Sicut ergo cōstat videri corpora spiritu, quid si tanta erit potentia spiritalis corporis, vt corpore videat & spiritus? Spiritus enim est Deus. Deinde vitam quidem suam, in qua nunc viuit in corpore, & hāc terrena membra vegetat, facit que viuentia, interiore sensu quiske non per corporeos oculos nouit, aliorum vero vias, cum sint inuisibiles, per corpus videt. Nam vnde viuentia discernimus a non viuentibus corpora, nisi corpora simul viasque videamus, quas nisi per corpus videre non possumus? Vitas autem sine corporib. corporis oculis non videmus. Quamobrem fieri potest, valdeq; credibile est, sic nos esse viros mundana tunc corpora cēli noui & terranouē, vt Deum vbiq; presentem, & vniuersā etiā corporalia gubernantem, per corpora quę gestabimus, & quę cōspiciemus quaqua uerū oculos duxerimus, clarissima perspicuitate videamus, non sicut nunc inuisibilia Dei, per ea quę facta sunt intellecta conspi-ciunt per speculū in enigmate, & ex parte, vbi plus in nobis valet fides, qua credimus, q̄ rerum corporalium species, quam per oculos cernimus corporales, sed sicut hoīes inter quos viuentes, motusque vitales* exercentes viuimus, mox vt aspiciimus, non credimus viuere, sed videmus, cum eorum vitam sine corporib. videre nequeamus, quam tamē
- Rom. 1.*
I. Co. 13.
a. L exere-tes.

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

Homen in eis per corpora remota omni ambiguitate conspicimus, ita quacunq; spiritualia illa lumina corporum nostrorum circunferemus, incorporeum Deum omnia regente, etiam per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos sic videbis Deus, ut aliquid habeant in tanta excellētia menti simile, quo & incorporea natura cernat, quod vllis exēplis sine scripturarum testimonii diuinariū vel difficile vel impossibile est ostēdere. Aut quod est ad intelligendum facilius, ita Deus nobis erit notus atque conspicuus, vt videas spiritu a singulis nobis in singulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in seipso, videatur in cōclō nouo, & in terra noua, atq; in omni, quā tunc fuerit creatura, videatur & per corpora in omni corpore quoquā fuerint spiritualis corporis oculi acie perueniente directi. Patebūt etiam cogitationes nostra inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod Apostolus ait, cum enim dixisset. Noli te ante tempus iudicare quicquam, mox addidit, Donec veniat dominus & illuminet ab scōdita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tūc laus erit vnicuique a Deo.

1. Co. 4.

De æterna felicitate ciuitatis Dei sabbato q; perpetuo. Cap. XXX.

1. Co. 15.

Q Vanta erit illa felicitas vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum vacabif Dei laudib. qui erit omnia in omnib. Nā quid aliud ager, vbi neq; vlla desidia cessabit, neq; vlla indigentia laborabitur, nescio. **Psal. 83.** Admoneor etiam sancto Cantico vbi lego, vel audio: Beati qui habitāt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis, quā nūc videmus per v̄lus necessitatibus variis & motus distributa, quoniā tūc nō erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sép̄terna felicitas, proficient in laudib. Dei. Omnes q̄ppe illi, de quib. iam sum locutus, qui nūc latent harmoniae corporalis numeri nō latebunt intrinsecus, & extrinsecus per corporis cūcta dispositi, & cum ceteris reb. quā ibi magnæ atq; mirabiles videbunt, rōnales mentes in tanti artificis laudem rōnabili pulchritudinis delectatione succedēt. Qui motus illuc talū corporum sint futuri, temere definire non audeo, quod excogitare non

valeo. Tamē & motus & status sicut ipsa species decens erit quicunq; erit, vbi quod non decebit, non erit. Certe vbi volent spiritus, ibi protinus erit corpus, nec volerat aliquid sp̄s quod nec spiritū possit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis, nec error quisquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor qui nulli negabitur digno, nulli defereat indigno, sed nec ad eum ambiet v̄lus indigneus, vbi nullus permitteatur esse, nisi dignus. Vera pax ibi est, vbi nihil aduersi, nec a seipso, nec ab alio quisquam patietur. Premium virtutis erit ipse qui virtutem dedit, & qui seipsum quo melius & maius nihil possit esse promisit. Quid est enim aliud quod per Prophetam dixit, Ero illorum Deus, & ipsi H̄ier. 31. erunt mihi plebs: nisi, ego ero unde satietur, ego ero quæcunq; ab omnib. honeste desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligif, quod ait Apostolus, vt sit Deus omnia in omnib. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine v̄debitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatio ne laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita ^{1. Co. 15} ^{Premio} ^{rum grā} eterna communis. Cæterum qui futuri sint ^{dus} pro meritis præriorum etiam gradus hono rum atque gloriarum, quis est idoneus cogi tare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri sint, non est ambigendum. Atque id etiā beata ciuitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori v̄llus inferior inuidet, sicut nūc nō inuident archangelis angelici ceteri, tanquam nolit esse vñusquisque qđ non accepit, quanvis sit pacatissimo concordi vinculo ei qui accepit obstrictus, qñ nec in corpore vult oculus esse qui est digitus, cum membrum vtrunq; continueat totius carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donum aliis alio minus, vt hoc quoque donum habeat, ne velit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis q̄ppe erit liberum à delectatione peccati usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem libertatem. Nam primum liberū arbitrium quod homini datum est, qñ primum creatus est rectus, potuit non peccare, sed potuit & peccare, hoc autem nouissimum eo potētius erit, quo peccare non poterit. Verū hoc quoque

2. sen.
26. cap.
Angel.

Volum
felicit
vñiqu
amis
poti f
caſum

Scie
malor
due.

X
Aug. in
Ench. ca.

104.

F
+

M

AD MARCELLINVM LIB. XXII.

quioque Dei munere nō suæ possibilitate na-
tura. Aliud est enim esse Deum, aliud partici-
pem Dei. Deus natura peccare non potest,
particeps vero Dei ab illo accipit, vt pecca-
re nō possit. Seruandi aut̄ gradus erant diuini
muneris ut primum dare liberum arbitrium,
quo nō peccare posset; atq; illud ad comparadū
meritum, hoc ad recipiendum præmium pti-
neret. Sed quia peccauit ista natura cum non
peccare potuit, largiore gratia liberat, vt ad
eā perducat libertatem, in qua peccare nō
possit. Sicut n.prima immortalitas fuit, quā
peccando Adam perdidit, posse nō mori no-
uisima erit non posse mori, ita primum libe-
rum arbitrium posse nō peccare, nouissimū
nō posse peccare. Sic n.erit inamissibilis vo-
luntas pietatis & æquitatis, quō est felicitas.
Nam vtiq; peccādo nec pietatē, nec felici-
tate tenuimus, voluntatem vero felicitatis,
nec perdita felicitate pdidimus. Certe Deus
ipse nunquid quia peccare non potest, ideo
liberum arbitrium habere negandus est? Erit
A ergo illius ciuitatis, & vna in omnibus, & in-
separabilis in singulis voluntas libera ab om-
ni malo liberata, & sp̄leta omni bono, flūs
indeficieret æternorum iocūditate gaudi-
um, oblitera culparum, oblitera penarum, nec
tū ideo suę liberationis oblitera, vt liberatori
suo sit ingrata. Quantum ergo attinet ad scie-
tiam rōnalem, memor præteriorum etiā ma-
lorum suorum, quantum autem ad experien-
tias sensum, prorsus immemor. Nam & peri-
tissimus medicus, sicut arte sciunf, omnes fe-
rē morbos corporis nouit. Sicut aut̄ corpore
sentiunt, plurimos nescit, quos ipse nō pass⁹
est. Ut ergo scientiæ malorum duas sunt, vna
qua potentia mentis nō latet, altera qua expe-
rientis sensib. inhæret. aliter q̄ppe sciunt oīa
vitia per sapientiæ doctrinā, alter per insipiē-
tis pessimā vitam, ita & obliuiones malorū
duæ sunt. Aliter ea nanque obliuiscerudit-
tus & doctus, aliter expertus & passus. Ille si
peritiæ negligat, iste si miseria caret. Secun-
dum hāc obliuionem quam posteriore loco
posui, non erunt memores sancti præteriorum
malorum. Carebunt enim omnib. malis, ita vt penitus deleantur de sensib. eorum.
Ea tamē potentia scientiæ, qua magna in eis
erit, non solum sua præterita, sed etiam dam-
natorum eos sempiterna miseria non latebit.

Alioquin si se fuisse miseros nescituri sunt,
quō, sicut ait Psalmus: Misericordias dñi in Psal. 88.
æternum cantabūt? Quo cantico in gloriam
gratiæ Christi, cui⁹ sanguine liberati sum⁹, ni-
hil erit profecto illi iocūdius ciuitati. Ibi p̄fi-
ciēt: Vacate & videte qm ego sum Deus. Qd̄
erit ibi vere maximū sabbatū non habens ve-
speram. Quod commendauit dñs in primis
operib. mundi, vbi legi⁹. Et requieuit Deus
die septimo ab omnib. operib. suis, que fecit:
& benedixit Deus idem septimum, & sancti-
ficauit eum, qā in eo regeuit ab omnib. ope-
rib. suis, quā inchoauit Deus facere. Dies n.
septimus etiam nosip̄i erimus, qn̄ eius fueri-
mus benedictione & sanctificatione pleni at
que refecti. Ibi vacantes videbimus, qn̄ ipse
est Deus, quod nobis nosip̄i esse voluimus,
qn̄ ab illo cecidimus, audientes a seductore,
Eritis sicut dñi: & recedētes a vero Deo, quo
faciēt dñi essemus eius participatione, non
desertione. Quid. n. sine illo fecimus, nisi q̄
in ira eius defecimus? A quo refecti, & gratia
maiore perfecti, vacabimus in æternum, vi-
dentes quia ipse est Deus, quo pleni erimus,
qn̄ ipse erit omnia in omnib. Nam & ipsa
bona opera nostra, qn̄ ipsius potius intelligū-
tur esse q̄ nostra, tunc nobis ad hoc sabbatū
adipiscendum imputantur, quia si nobis ea
tribuerimus, seruilia erunt, cum de sabbato
dicatur: Omne opus seruile in eo non facies.
Propter quod & per Ezechielem Propheta-
tam dñi: Et sabbata mea dedi eis in signum in-
ter me & inter eos, vt scirent, quia ego domi-
nus, qui sanctifico eos. Hoc perfecte tūc scie-
mus, qn̄ perfecte vacabimus, & pfecte vide-
bimus, quia ipse est Deus. Ipse etiam nume-
rus ætatum veluti dierum, si secundum eos
articulos t̄pis computent, qui in scripturis
sanctis videnti expressi, iste sabbatismus eu-
dentius apparebit, qn̄ septimus inuenitur, vt
prima ætas tāquam dies primus sit ab Adam
vsque ad diluvium, secunda inde vsque ad
Abraham, non æqualitate temporum, sed
numero generationum. Deras quippe habe-
re reperiunt. Hinc iam sicut Matthæus Eu-
angelista determinat, tres ætas v̄sq; ad Chri-
sti subsequuntur aduentum, qua singulæ de-
nis & quaternis generationibus explicantur.
Ab Abraham vsque ad Dauid vna: altera in-
de v̄sq; ad transmigrationem in Babyloniam,
tertia inde vsque ad Christi carnalem na-

D. AVRELII AVG. DE CIVITATE DEI

tituitatem. Fiunt itaque omnes quinque. Sexta nunc agitur, nullo generationum numero metienda, propter id quod dictum est: Non est vestrum scire tempora, que pater posuit in sua potestate. Post hanc tanquam in die septimo requiesceret Deus, cum eidem septimum diem, quod nos erimus, in seipso Deus faciet requiescere de istis porrò etatibus. singulis dili genter longum est disputare. Hæc tamē septima erit sabbatum nostrum, cuius finis non erit vespera, sed dominicus dies velut octauus æternus, qui Christi resurrectione sacratus est, æternam non solum spiritus, verum etiam

Aet. 1.
Gene. 2.

corporis requiem præfigurans. Ibi vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus &c laudabimus. Ecce quod erit in fine fine fine. Nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis? Videor mihi debitum ingentis huius operis adiuuante domino reddidisse. Quibus parum vel quibus nimium est, mihi ignoscant. Quibus autem satis est, non mihi, sed domino mecum gratias congratulantes agant. Gloria & honor patri & filio, & spiritui sancto, omnipotenti Deo in excelsis in seculorum seculorum. Amen.

D. AVRELII AVGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI LIBRI DE CIVITATE DEI. ad Marcellinum. XXII. & vltimi finis.

R E G I S T R U M .

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Omnis sunt Quaterniones præter Gg Quinternionem.

deum dicitur omnes colliguntur
nos. Tunc etiam respondeamus
vobis ne potest prodicere illi hec
ad rem deinde quae sunt propter
multa complexa. Post amissione vestrae
procuramur tamen, non obstante hanc
die, quae pessima est, ut impio Dni lege
restituimus illa postmodum superbia
genuit longiusq; undina. Non nos imp
eratores sumus non sicut finitimi eis
victoriis, sed dominis die velut vobis
victor, ut Christi iustitiae firmata
etiamen fides speciosa retinamur.

supponemus per quod invenimus
nos a mortuorum iustitia separatis,
ac nimis letitiam habentes. Ita et hinc
dilectione hinc operante sumus, ut
p; pertinet ad regnum, cuius invenimus
nos. Vixque in tua misericordia invenimus
tis dilectione dicitur sed difficile. Quibus va
riis ut probemus? in hac pietate?
Quibus ut servemus? non re habet dura
no inesse gratiam ingrediuntur agnus.
Gloria de bono potest datur, si ferentia
fit, ut inquit Domini modicis fidei
seculorum. Amis.


D. A. V. R. E. L. D. R. V. O. N. S. T. A. N. I. H. P. P. O. N. B. N. F. R.
EPISCOPI. F. C. T. D. C. I. V. T. A. T. E. D. R. I.
ad statuenda. XXII. Octubris illius,


REGISTRVM.


A B C D E F G H I L M N O P Q R S T Y V Z

A B C D E F G H I L M N O P Q R

Qmch pell. Ignatius p. 160. 161. Ignatius.







8.VII.1-15



